# CONCIONES QUADRAGESIMALES QUADRUPLICES, VNA CUM ADUENTU, SEPTUAGESIMA, ...

Thomas : de Trujillo










Fo.clxxx.

Ordinarium misse.

# R. P. F.
# THOMAE DE TRV XILLO, ORD. PRAEDICATOR. SACRAE THEOLOGIAE PRAESENTATI ET

Prædicatoris Generalis, nec non Sacræ Scripturę in Ecclesia Cathedrali Barcinonensi Lectoris,

CONCIONES QVADRVPLICES QVADRAGESIMALES A dominica Tertia Quadragesimæ Vsq. ad feriam tertiam Paschæ inclusiue.

*Ex varijs Auctoribus tum antiquissimis, tum recentioribus, nunc denuo excerptæ,*

Cum copiosissimis & varijs indicibus, addita Tabula quadam aurea, ad Cóciones breuiter construendas, & memoriæ in infigendas. Cum Elencho ad Dominicas, & Festiuitates præcipuas per totum Annum, vtilissimo.

AD ILLVST. ET REVERENDISS. D. D. IOANnem Dimam Loris Barcinonensem Episcopum, & de Consilio S. C. R. M.

SECVNDVS TOMVS

S. Marię




de scala



Impressę in Conuentu Barcinonensi sanctę Catherinę Martyris, ordinis Prędicatorum, Typis Pauli Mali, & Sebastiani Cormellas. Anno domini. 1591.

TABVLA AVREA, IN QVA OBSERVANDVM est quod omnes citationes ibi positæ incipiunt in aliqua diuisione earum trium quę positę sunt in secūdis, tertijs, & quartis concionibus: ita vt tota lecta diuisione, facile inde aliquot puncta depromi possint quæ fuse prosequi valeas & ex tempore dicere. si oportuerit.

valde,

Exem-

F.



G.

L.

Pa-

Pæniten

tom.

T

T.




V.



nostra



A 

# SECVNDVS TOMVS.

B

## DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE

### CONCIO prima.

C 

*RAT Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. Matth. 12. Dęmonium habet qui in peccato graui perseuerat, idcirco nobis præcipitur, non regnet peccatum in vestro mortali corpore: quādoquidem dum dęmon regnat in homine, ipse homo fit seruus, & ab illo miserrime possidetur, & hoc est habere dęmonium. Porro propter bonum hospitium tria scilicet ei contulerat beneficia: hospitē namque suum & cæcum fecerat, & surdum, & mutum. Hæc enim tria sunt quæ præclarus hic hospes non in corporibus modo, sed in mentibus etiam eorum quos obsidet, operatur. Quomodo hunc dæmon surdum & cæcum fecit, sic miseras etiam animas, similibus malis afficit. Itaque & internos oculos & aures claudit, ne ad illa ipsa quæ firma fide credit, animum aduertat. Vnde dominus ad Ezech. fili hominis inquit, in medio domus exasperantis tu habitas, qui oculos habent ad videndū & non vident, & aures ad audiendum, & non audiunt. Vnde qui ita obsessi sunt etiamsi multa ante oculos miracula patrari videant, perinde se gerunt, ac si nullum viderint. Quod in Pharaone, & in scribis & Pharisæis dominum persequentibus

D (margin)

*Rom. 6.*

*Ludo. Gra.*

*Simile.*

*Ezech. 12. in quot miserias deueniat homo per peccatum.*

tibus videre est, qui nullis eius miraculis ad fidem & officium E
reuocati sunt. Hinc etiamsi talium aures frequentissimis concionibus obtundas & verberes, si eis & cœlestis regni gaudia, & horrenda gehennæ supplicia ante oculos ponas, ita se animo gerunt ac si nil prorsus audiuissent. Sic videmus aliquando multos homines in aliquo inueterato odio, aut contra impudico amore, adeo obstinato perdurare animo, vt nullis rationibus, nullis precibus, nullis concionibus, nullis etiam sacramentis, nulloque vel humano, vel diuino timore reuocari velint. Quis igitur non hic diaboli potentiam agnoscat, in F
peccato hominem roborantis, & velut ferreis compedibus vincientis? Hac enim de causa Apost. ait, vt resipiscát à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem: captiui inquam, hoc est talibus astricti vinculis, quæ nisi diuina potentia disrumpi nequeant. Alios vero hoc ipso tempore ad confessionem peccatorum sic mutos reddit, vt vel omnino non confiteantur, vel non vere, aut plene confiteantur. Os etiam claudit, ne vllum de deo, rebusque diuinis & ad animæ suæ salutem pertinentibus, verbum faciant, etiamsi ad terrena omnia semper pateat. Vnde August. super hunc locum, ait, id G
est faciebat hominem mutum ad confessionem, sciés quod ore confessio fit ad salutem, vt ait Apost.

*Timor dei nõ est ante oculos peccatoris.*
*2. Timot. 2*
*Confessio sit vera & integra.*
*D. Aug. li. q. Euãg c. 3. & 4. to. 4.*
*Rom. 10.*

*Et illud erat mutum.* O pestiferam dæmonis astutiã, ait Chry. vtramque viam occupauit atque obstruxit, quibus erat ille crediturus, visum scilicet atque auditum, quas tamen ambas vias Christus reserauit. Multi sunt qui ipsi Nabuchodonosor assimilantur, qui cum per noctis quietem somniasset, sapientibus suis dicebat, dicite mihi somnium & interpretationẽ eius: & illi respondebãt ei, dicat rex somnium seruis suis, & interpretationem eius indicabimus. Ita enim sunt multi qui ipsi confessario H
dicunt, pater interroga me, quasi vero ipsi essent muti, & loqui non possent. Vultis ne vt confessarius vaticinetur peccata vestra? dicite potius vos somnium, & sacerdos solutionem dabit & interpretationem: prius conscientiam tuam examina, & præpara te ante confessionem. Nam si aliquis dispensator rationem muneris exhibere vult, prius apud se cogitat quas fecerit expensas: aduocatus etiam prius quam ante iudicis tribunal sistat, rationes & iura pro sua parte alleganda excogitat. Vnde Eccle. ait, ante iudicium para iustitiam tibi.

*Chry. in Matt. ho. 41.*
*Dan. 2.*
*Simile.*
*Multi muti ad pedes confessoris.*
*Simile.*
*Simile.*
*Eccl. 18.*

*Et illud erat mutum.* Sane quando Holophernes Bethuliam obsidebat, fecit vt obstruerentur loca omnia per quæ veniebat aqua:

A aqua: sic etiam dæmō conatur nobis obstruere vias omnes ad pœnitentiā & confessionem: sicut videmus quod hunc reddiderit mutum ne confiteretur, & surdum, ne Dei verbum audiret. Certe Lupus statim fauces premit ouis, ne balare possit, & ita eripiatur sibi. *Iudith 7. confessionem nititur dæmon interturbare.*

*Et illud erat mutum.* Si tale reddit corpus dæmon, qualē putas redditurum animam, & quam miserabilem? *Simile.*

*Cum eiecisset dæmonium locutus est mutus.* Nec locutus modo sed etiam videndi & audiendi facultatem recepit. Restitutio ergo sensuū, expulsi dæmonis argumentum fuit. Tria signa simul in vno homine perpetrata sunt, ait Hie. cæc⁹ videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersione credentium vt expulso dęmone primum fidei lumē aspiciāt, deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Ad hoc autem sciendum est, ait alius Doctor, dæmonem ex anima pelli non posse, nisi Deo in illam ingrediente. Vnde sicut solis ortus tenebras fugat & diē efficit: sic ingressus Dei in hominis mentē, peccatorum tenebras & tenebrarum principem expellit. Dæmone vero pulso, qui hominem & cœcum, & surdum & mutum reddebat, protinus cæcus videt, surdus audit, & mutus loquitur. Hæc igitur tria sunt quæ dæmonem ab anima pulsum declarant. Quare oret vnusquisque, ait alius autor, Deum, vt dæmonem expellat à nobis: vnusquisque enim nostrum habet dæmonem qui tentat ipsum atque persequitur, qui omni loco ei insidiatur & laqueos inijcit. Hic nobis adulatur, hic longam pollicetur vitam, & opera nostra insidiose commendat: hic nos incitat ad vanitates, ad rixas & alia mala. *D. Hie. in Matt. 12. li. 2. to. 9. Simile. Conscieñtiā illuminat Deus. Isaac super hūc locum. Adulatur nobis dæmon.*

*Locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex* D *eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Hoc in loco illud obseruandum est, quod turbæ quidē, cuius commodis nil ex Christi gloria deperibat, miratæ sunt: Pharisæi autem qui eam gloriam, sibi ignominiæ esse ducebant, quod dominus subdolos eorum mores & fictam religionem traducebat, cupiditate & timore occæcati, in hūc teterrimum errorem atque blasphemiam inciderunt. Ex quo intelligere licet quam magnus errorum atque mēdaciorum artifex, cupiditas sit & amor sui. Quid enim rectè iudicare animus effrænatis cupiditatibus excæcatus valeat? Si enim iudex qui alteri parti infensus, alteri amicus est, ipso iure repudiatur: quomodo in *Ludo Gr. Ambitiosorum conditiones. Simile.*

do in propria causa, verus & incorruptus sui iudex erit, qui immoderato sui amore tenetur? Sit nomen tuum domine Iesu, E benedictum in secula, qui inter homines agens, cum tam multis & magnis beneficijs eos affeceris, hoc ab eis præmium tulisti vt clarissima diuinitatis tuæ opera, dæmonum principi sua peruersitate ascriberent. Quid aliud à nostra malitia sperandum erat? Quid vero aliud ab immensa bonitate tua proficisci poterat? Regium est ait quidam, male audire, cum benefeceris. An regium hoc sit nescio, certé hoc maxime tuum est domine, qui apud multos propter eximia tua erga illos beneficia, quibus F eorum salutem curare satagebas non raro male audisti, & cum tu eorum salutem procurares, blasphemabaris.

*Iudices illegitimi sumus in propria causa Patientes simus ad Christi imitationem.*

*In Beelzebub.* Ninus rex conditor Niniuę, ait Lyranus, Belo patri suo statuam consecrauit, & ei diuinos honores instituit. Cuius simulachri similitudinem insculpentes Chaldæi bel vocabant; palęsthini suscipientes, baal dicebant: Moabitæ Beelphęgor: Iudæi autem vnius Dei cultores propter derisionem gentilium, Beelzebub appellabant. Baal enim vir dicitur, Zebub musca, inde Beelzebub vir muscarum, siue habens muscas, propter sordes cruoris, qui in templo eius immolabatur. Asserebant etiam Iudæi in hoc simulachro principem dæmoniorum G habitare, per cuius potestatem dicebant Iesum dęmonia pellere. Quemadmodum certe syderum atq; cœlorum influxus, pro varietate materiæ, varios in hoc inferiori mundo effectus producunt: ita plane auxilia diuina & miracula, quæ omnibus pręsto sunt, varie homines pro varijs eorum moribus et ingenijs afficiunt. Vide enim quæso quàm dissimiles hominum voces hoc diuinum opus sint consecutæ. Ex qua quidem Philosophia tremendum quid & horrendum etiam auditu colligimus, nempe deprauatis mentibus, & ad peccandum diu H assuetis, cōsequenter diuina beneficia quibus fidunt, àdeo non prodesse, vt interdum etiam maioris ruinæ occasio fiant. Quia varia erant hominum pectora ideo non pro rei natura, sed pro suo quisq; ingenio, sententiam ferebat. Araneę quidem & apes eundem florem carpentes, illę venenum, istę mel cōficiūt. Pluuia & aqua in terrā decidens, varijsque plantis alimenta ministrans, in cicuta venenum, in vite vinum, in cæterisq; arboribus procarum natura, varios fructus, floresq; producit.

*Lyra. in Luc. 11.*

*Inuctores malorum quantum Reipub. noceant.*

*Simile.*

*Vnusquisque ita iudicat, qualis ipse est.*

*Simile.*

*mali quod bonum est, malum iudicant.*

*Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.* Ostēdit Christus dominus inter sese nō esse diuersos dæmones, sed omnes simul in eādem conuenire sententiam & voluntatem vt nobis incōmodent

*Similia.*

*Autor.*

A modent. Ex quo perfacile colligas quàm dolendum sit, vt vix reperiantur aliqui homines qui ad bonum & virtutem tanta pace & concordia conueniant & coniungantur, quanta conueniunt dęmones atq; conspirant in hominum perniciem. In hoc siquidẽ dæmones vna conueniunt, concordes existunt, & vnanimes perseuerant, nimirum in inferendis nobis mille tormentorum & tentationum generibus. Iustum plane esset vt nō minus inter nos ipsos aduersus eos concordia seruaretur, præsertim cum ita illi contra nos maxima crudelitate conspirent. Ignominiosum profecto nobis est, vt equi rixosi & indomiti B sibi que ipsis contrarij, contra Leonem tamen vna conueniant & canes aduersus lupum, & molossi cōtra taurum: nos vero soli non simus vna concordes aduersus dæmones, hostes nostros immanissimos. Mirãdum ergo est, vt quod illis efficit odium aduersus nos, non queat amor in nobis proprius & commodum nostrum proprium pręstare. Mirabili sane & diuino modo probat Christus eos verũ nō dicere, asserendo quod haberet dęmoniũ & eius virtute dęmonem expelleret, nimirum respondendo tanta cum mansuetudine, sine vlla indignatione, & animi perturbatione, atq; tantum ratione procedendo, vt illos etiam ra- C tione deuinceret. Quando enim dęmō cor alicuius possidet, ipsum efficit furiosum, iracundum, præcipitatum, & ita demonstrat in suis actionibus furias & debacchationes ipsius dæmonis. Vnde perspicuum ostenditur & exploratum quod si Christus habuisset dæmonium, non respondisset àdeo patienter & mansuete. Itaq; cum quis nobis obiecerit nos esse possessos à dæmone, & illi cum mansuetudine responsum dederimus, aut nos impudicos esse exprobrarit, & illi sedate respōderimus: vel nos superbos esse obijcienti, cum humilitate satisfecerimus; aut denique nos stultos esse exprobranti, cordate responderimus D plane hoc modo & satisfaciemus, & eum mēdacij conuincemus. Quare hoc vtitur modo Christus in Euangelio hodierno, respondens mansuete & benigne, omni remota bile & indignatione: explicato interim eorũ prauo animo & grauissimo errore, vbi seruat illum modum, quem spiritus Sanctus docuit, ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis: responde stulto iuxta stultitiã suam, ne sibi sapiens esse videatur.

*Simus vnanimes in virtute.*

*Simile.*

*Dæmones contra nos conspirãt.*

*Patientiã habeamus in aduersis.*

*Mansuetudo indiciũ videtur sanctitatis*

*Quomodo in iurijs satisfacere debeamus.*

*Pro. 26.*

Hac quidem responsione sedata & moderata, ait grauis quidã autor instruit Christus magnates, principes, & deniq; superiores ne sint in puniendo præcipites & accelerati, quamuis id imperiose efficere queant, quoniam superior tenetur omnia face-

*Hec. pin. in Ezech. 28.*

re cordatius atq; prudentius quàm inferiores. Quem admodũ E
*Simile.* enim planeta Saturnus qui superiorem obtinet locum inter errantia sydera, licet motum ipsum raptum velociorem habeat nihilominus tamen in suo naturali tardior estatq; sedatior: solis
*Principes moderati sint.* item motus, & cæterorum deniq; planetarum siue orbium descendendo, quo superiores magis sunt, eo ex alia parte etiam contemperatiores existunt: ita plane superiores & prælati tardi
*Exemplũ Prælatorũ cõditiones* esse debent ad præcipitationem & iracundiam, & potius animo esse sedato, quieto, & in omnibus circunspecto. Vnde non abs re profecto depingere ita antiqui principem solebant, vt facie humana constantem bouem efformarent, atque super eius F caput delphinum depingerent. Significabat vero delphinus diligentiam & accelerationem quam in rebus cognoscendis & peruestigãdis adhibere debet, bos ipse tarditatem notabat & autoritatem quam debet in actionibus suis præferre princeps, & facies tandem humana, hanc quam quęrimus clemẽtiam, benignitatem & humanitatem in respondendo & oraculis reddẽdis,
*Clementia reluceat in principe.* non turbulente, sed quiete, non crudeliter & inhumane, sed mansuete atque clementer. Quocirca cum quisquę etiã in domo ipsa & familia, quam regit, præsideat & princeps sit, videat quam G caute se gerat, vt ad Christi imitationem quamuis sibi obijciantur detractiones & infamię, tamẽ tranquille semper, & omni seclusa penitus perturbatione, causam suam tractet, consi-
*Eccl. 4.* derans illud Eccle. noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi.

*Chry. in Mat. ho. 42. to. 2.* *Si autẽ ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciũt?* Perspicis etiam hic quam mitis sit? ait Chryso. Non enim dixit discipuli mei aut Apostoli, sed filij vestri, vt si quidẽ ad eandem cum illis animi nobilitatem venire velint, magnam hinc opportunitatem, atq; occasionem nãciscantur. Si autem ingratitu- H dine ac torpore mentis in nequitia permaneant, nulla sibi ratio
*D. Hie. li. 2. in Mat. 12. to. 9.* ad excusationem relinquatur. *Si in digito Dei:* Iste est digitus, ait Hieronymus quem confitentur & Magi, qui cõtra Moysen & Aarõ signa faciebãt dicentes: digitus Dei est iste, quo tabulę
*Exo 8.* lapideę scriptę sunt in mõte Syna. Si igitur manus & brachium
*Deut. 9.* Dei filius est, & digitus eius spiritus, patris & filij & spiritus sancti; vna substãtia est; nõ te scandalizet membrorum inæqua-
*Ambr in Luc. 11. li. 7.* litas, cum ędificet vnitas corporis. Habitat enim, vt legisti, ait Ambrosius corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo, quod vtiq; de patre negare non poteris, & de spiritu negare non debes: nec tibi membrorum partitio quædam videatur facienda

A virtutis: indiuiduæ enim rei nō potest esse diuisio, & ideo ad formam vnitatis, non ad distinctionem potestatis, referenda digiti nuncupatio est, cum dextera Dei dicat, ego & pater vnum sumus: sed licet indiuidua diuinitas, distincta persona est. Digitus tamen cum dicitur spiritus, operatoria virtus significatur: quod diuinorum operum sicut pater & filius, ita & spiritus Sanctus operator sit. Sicut digitus cū manu & brachio, ait Augustinus manus vero & brachium vnum sunt cum corpore in natura: ita pater & filius, & spiritus Sanctus, tres quidem sunt personę B vna autem substantia diuinitatis. Dicitur Deus habens oculos pedes, manus, digitos, tametsi sit spiritus, ait Gregorius, propter effectus suos, non quod reuera ea habeat: nam oculos habere dicitur quod omnia perlustret, videat & intelligat, manus quod omnia fabricarit, & ita in cæteris.

1. Col. 2. Ioan. 10. D. Augus. de essen. diui. to. 4. Gre. li. 14. Mo. c. 22.

*Cum fortis armatus.* Fortis est contra eum qui se ipsi subijcit, & pusillanimis contra eum qui resistit. Armatus dicitur, propter quandam veritatis apparentiam & virtutis, & propter tuas malas inclinationes: armatur ex mea debilitate & occasione quam ipsi præbeo.

*Astutia dæmonis.*

*Cum immundus spiritus exierit ab homine.* Principio illud statuendum est, C in omnibus hominū mentibus vel Deum, vel dæmonem habitare. Ait enim Apostolus, siquis non habet spiritū Christi, hic non est eius. Si ergo eius non est, cuius nisi dæmonis erit? Duo enim solum regna in hoc mundo, alterum bonorum, alterum malorum: bonorum caput Christus, malorum caput dæmon est qui propterea huius mundi princeps in literis sacris appellatur. Quisquis ergo ad Christum nō pertinet, non dubium quin ad huius mundi principem idest diabolum pertineat. Vnde consequens est in omnibus improborum mentibus D dæmonem habitare: quę quidem miseriarum omnium, extrema esse videtur. Hic ergo detestabilis spiritus ab homine per veram pœnitentiā exit, cum is & prę sentia mala plangit, & futura vitare proponit, adiunctis saltem in voto Ecclesię clauibus, & sacramentali absolutione. Tantā enim vim illa sacerdotis verba habent, cum ait: ego te absoluo, vt quemadmodum cum initio mundi Deus dixit: fiat lux, & facta est lux: ita sacerdote absolutionis verba proferente, omnes protinus pellantur tenebrę, principesque ipsi tenebrarum verbi huius virtute diffugiant. Pro illa vero immunda colluuione, spiritus cœlestis ingrediens domum illam nō modo purgat, sed etiam virtutibus donisque cœlestibus mirifice ornat, eamq; dignum sibi in quo

Lud. Gra. Rom. 8. Ioan 12. *anima vel habet hospitē Deū vel dæmonem.* *Simile.* Gen. 1. *Confessionis virtus quanta sit.*

A tissime doleres? Cur igitur non te pudebit tandem aliquando, Dei filiam animam, ipsi dæmoni desponsare? *Infamia est maxima dæmoni seruire.*

*Inuenit eam scopis mundatam.* Scopæ tātum puluerem mundāt, non autem durum lutum. Vna certe inter cæteras causas, quare tamcito in peccata dimissa reuertimur, est consuetudo peccandi antiqua, quę ita tenaciter animę inhæret, vt etiamsi scopis mundes tuę animę peccata & illa cōfitearis, tamen illa mala et antiqua consuetudo, nisi vigiles efficiet vt ipse dæmon iterum animā possideat. Magno ergo opus est dolore & contritione, atq; vigilantia, sed præcipue diuino fauore vt antiquam illam consue- *Simile.* *Consciētiā diligentissime n. ū. e mus.*

B tudinē superare prorsus valeas. *Inuenit eam ornatam.* Quod nos negligenter habeamus, ideo redit dæmon in domum quam reliquerat. Ideo Apost. monet dicens, nolite locum dare diabolo: in anima quidem aliquibus sanctis exercitijs occupata, nullum dæmon habet locum. Filij Dan ceperunt vrbem Lais vacantem: ita dæmon animam vacantem occupare consueuit. Cæterum quamplurimos videas qui tametsi occupatissimi videantur, nihilominus tamen vacant otio, quia nil agunt vtile & conducibile animę. Et quemadmodum cum cernis pueros occupatos in domunculis condendis, aut huiusmodi pueri *Ephesi. 4.* *Iudic. 18.* *Otium pernicio sum.*

C libus, eos ociosos iudicas, propterea quod nil vtile efficiunt, cum tamen ipsi occupatissimi sibi videantur: ita cum nos in rebus huius seculi caducis simus occupati, & nil de cœlestibus cogitemus, dicimur quidem otiosi quamuis occupati. Vnde in Pro. appellamur etiam paruuli, cum dicitur, vsquequo paruuli diligitis infantiam? *Simile.* *Occupatio studiosa laudabilis* *Prouer. 1.*

*Et assumit septem alios spiritus.* verbi gratia, ait Inno. supponamus exemplum. Cum spiritus luxuriæ eiectus ab homine, videt eum continentia præditum, & honestate præclarum, ita vt difficile sit eum de carnis fragilitate seduci, alijs *inno. ser. in Dom. 3. Quadrag.*

D ei fraudes excogitat: & primo spiritum simulationis accipiens, tentat per hipocrisim vt seducat: secundum spiritum fauoris assumens, tentat per vanam gloriam. Ideo varios assumit nequiores spiritus, ait alius autor, vt quamuis se homo à multis etiam hostibus defendat, vni saltem succumbat, qui cæteris aditum patefaciat. Vnum enim lethale crimen satis est, vt sub dæmonis potestate homo tradatur. Quemadmodum enim auis in laqueum cadens si vel vngue solum vinciatur, non minus vincta manet, quam si toto corpore illaqueata esset: ita quisquis in vnum aliquod lethale peccatum lapsus est, tota eius anima sub potestate diaboli constituitur. sic enim beatus *Tentationibus variis cōcutimur* *Simile.*

Iacobus Apost. ait, Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. E

*Iaco.2.*

*Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Illius in quam hominis, qui quidem à dæmone infensissimo hoste liberatus, iterum se eiusdem hostis & aduersarij seruituti acerbissimæ subijcit atque submittit. Dæmon igitur ad tales quidem reuersus homines, fortiora constituit sane propugnacula & arces, atque etiam munitiones. Est que in illo qui semel atque iterum in peccata ipsa relabitur, quædam macula ingratitudinis, propter quam quidem maculam peccata ipsa redduntur & efficiuntur grauiora. F Atque hæc quidem ingratitudinis nota peccatori ipsi inusta, atque inflicta, meretur vt homo ipse non accipiat recentia à Deo optimo maximo beneficia, tum etiam quæ sibi largita fuerunt, & concessa, meretur quidem amittere, vt inde intelligas quanta sit, & quam teterrima ingratitudinis ipsius macula & nota.

*Relabi in peccatum detestabile*

G

## DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE

### *Concio secunda.*

### *Deus optimus est retributor.*

*Stipendia dæmonis.*



*Rat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. Merces & stipendium quod huic dederat dæmō, illud erat, vt scilicet mutum redderet, cæcum, & surdum. H Hęc enim tria sunt quæ hic præclarus scilicet hospes, non in corporibus modo, sed in mētibus etiam eorum quos obsidet operatur. Vnde perspicuum est quam stultum sit, tam tyrannum hospitem excipere. Longe sane vtilius & quęstuosius fuerit Deo seruire, qui liberalissimus est remunerator, & bona vel mala seruis suis inflicta, tanquam sibi propria vendicat, sicut videmus in naturali harmonia humani corporis, quod si vnum membrum aliquid patiatur, statim alia etiam condolent. Videmus enim ait Augustin. quod si quis pedem nostrum calcarit, statim querimur dicentes, noli obsecro pedem mihi lædere, totus homo conqueri

*Liberalis retributor Deus.*

*August. Simile.*

A queritur, & tamen pes solus læditur: quod si etiam pes compedibus vinciatur, dicimus nos esse vinctos. Sic etiam cum simus Christi membra, cum aliquis seruorum Dei molestia aliqua afficitur ab aliquo, eam sibi Deus tanquam propriam vendicat. cum etiam beneficio afficitur, etiam sibi illud ascribit, sicut solemus dicere talem nobis curasse pedem. Vnde per Isa. ait, hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: porro huius rei figuram habemus in Dauide, qui opportunum illud beneficium sibi & suis à disertissima Abigail collatum, egregie compensauit, & magni fecit, adeo vt domui Nabal pepercerit, & Abigail coniugem acceperit: sic igitur Deus optimus maximus egregie quidem compensare solet, quæ suis & sibi exhibentur officia, atque obsequia.

*Seruis Dei benefacia mus, si quidem illud Deus sibi ascribit.*
*Isa. 28.*
B *1. Reg. 25.*

Cęterum varijs quidem modis solet Deus quæ pro ipso præstitimus compensare: nam interdum compensat obsequia nostra, præueniendo ne in calamitates aliquas incidamus: interdum vero eripiendo nos è faucibus calamitatum, quo quidem salutari modo passim nobiscum vtitur, vt nos in ipso confidamus. Vnde Isa. ait, factus est eis saluator in omni C tribulatione eorũ non est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos. Magna igitur est consolatio, in domino sperare cum tantis nos afficiat beneficijs. Vnde explicans Chrysos. Verba illa, & de petra melle saturauit eos, ait: si ipsa necessitas talem dat gustũ rebus, & aqua qua sitim sedabant, mellita eis videbatur, quanto magis faciet Deus vt labores nostri quos pro ipso patienter perferimus, suauissimi nobis videantur? Vide quomodo Raab meretrix quæ excepit hospitio exploratores, fuerit compensata, & tota eius familia ab interitu liberata, tum etiam ipsa descripta est in Genealogia Christi, & principi viro in coniugium copulata est, de terra Iuda. Sic igitur solet Deus suorum labores compensare, & infimos seruos suos, ad alta prouehere. Vnde Dauid ait, suscitans à terra inopem vt collocet eum cum principibus. Vide igitur quantum sit discrimen, seruire dæmoni vel Deo. Deus etenim Optimus Maximus magnificentissime quidem atque liberalissime labores pro nomine ipsius toleratos compensare solet: at vero immanissimus ille tyrãnus dæmon, nos semper perdere conatur.

*Per liberalis est Deus in obsequiis nostris compẽsandis.*
*Isa. 63.*
*Chry. ho. 2. ad pop. super illa ver. Psal. 80.*
*Iosue 2.*
*Matt. 1.*
D
*Psal. 112.*
*Exemp.*

Præterea facile constat vel exemplo D. Martini, quam sit Deus memor obsequiorum seruis suis impẽsorũ: etenim cum hic

*Exemp.* hic sanctissimus vir nil aliud haberet quod pauperi largiri posset, quam pallium, dimidium pallium pauperi dedit: quod obsequium Martini statim Christus Angelis suis publicabat, dicens, ecce, hac me veste Martinus operuit, non dixit hac dimidia veste, cum eius intentionem probe nosset. Et quanti quæso prætij dimidia illa vestis esse poterat? Et tamen ecce in sæcula eius memoria perdurabit. Quanto igitur satius esset, vt quæ male insumis in his rebus, quarum memoria statim perit, pauperibus potius erogares? præsertim cum videas quam largus sit retributor Deus, & tamen dæmon & mundus iniqui sunt remuneratores. Sed nihilominus plerosque videas qui potius velint mundo deseruire, & eius ostentationi. Quam pauci quæso sunt qui possint vere dicere quod Ester dicebat, quæ tamen viginti septem prouincias sub imperio suo habebat? Tu scis Domine, inquit, necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei: & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis. Sed vide quantum adhæreant plerique his mundanis rebus, vt Deum sæpe malint amittere quam argenteum nummum, vel honoris fumum. Non sic sanctus ille Patriarcha Ioseph se gerebat, qui pallium maluit dimittere, quam contra Deum peccare: vnde & à Deo ad culmen honorum prouectus est. Moyses etiam maluit ex palatio Pharaonis discedere, quam cum illis idololatris communicare, & vide quid ei dixerit Deus, ecce constitui te Deum Pharaonis. Petrus præterea qui confracta retia dimisit, caput Ecclesiæ constitutus est, & solo verbo curabat paralyticos, & sua vmbra curabat infirmos. Sic igitur solet Deus suorum obsequia compensare, contra vero dæmon suos reddit cæcos, mutos, & surdos.

*Benignus compensator Deus.*

*Iniquus remunerator mundus.*

*Ester. 14.*

*Honores mūdanos contemnamus.*

*Gen. 39.*

*Hebr. 11.*

*Exo. 7.*

*Matt. 16.*

*Acto. 3.*

*Acto. 5.*

E F G H

## *Confessionis virtus admirabilis.*

*Aug. li. 9. Euan. c. 3. & 4. to. 4.*

*Ambr. in Luc. pro. 18.*

ET *illud erat mutum.* Id est faciebat hominem mutum ad confessionem, vt ait Augustin. sciens quod ore confessio fit ad salutem: Vnde D. Ambro. mire nobis confessionem commendans, ait: sed etsi Deus nouit omnia, vocem tamen

tuæ

A tuæ confeſsionis expectat, iuſtus enim in primordio ſermonis, accuſator eſt ſui : fruſtra autem velis occultare ei, quem nil fallit, & ſine periculo prodas quod ſcias eſſe iam cognitum. Confitere magis & interueniat pro te Chriſtus, quem aduocatum habemus apud patrem : vult dominus vt vnuſquiſque defectus ſuos humiliter agnoſcat, & proprio ore confiteatur. Hinc Dauid dicebat, quoniam iniquitatem meā ego cognoſco. Sapiens etiam ait, qui abſcondit ſcelera ſua nō dirigetur. In peccatis igitur confitendis neminem vereamur, Deum dumtaxat formidemus vt decet, qui & nunc opera noſtra videt, & B tunc quos in præſentia non pœnitet, damnabit, vt ait Chry. Nos contra futurum iudicem minime timemus, ſed qui nil poſſunt officere, eos & horreſcimus, & pudore tremimus. Id circo in quo timemus, in eo pœnas dabimus. Nam qui in hac vita ſolo hominum pudore afficiuntur, Deum vniuerſa ſpectantem minime curant, qui in omnia ſcelera prolabuntur, quos nil pudet, qui non mutantur. hi in die illa nō vno præſente, aut altero, ſed vniuerſo mundo teſte manifeſtabuntur.

*1. Ioan. 1.* *Pſal. 5.* *Pro. 28.* *Chry. in Ioan. ho. 33.* *Dei iudiciū timeamus.*

Vt cureris à lepra peccati, inquit Auguſt. non ſatis eſt in C generali dicere ſacerdoti peccata tua, ſed debes ad ipſas ſpecies deſcendere: nec debes more eorum qui ſeruos vendunt, vt defectum vnum occultes præcipuum, dicere pluroſque defectus ad rem minus pertinentes, neque etiam more quorundam ęgrotorum dicere in communi te maxime cruciari. Porro in externis quidem iudicijs, poſt confeſsionem confuſio & pœna, in diuino autem iudicio virtus, iuſtitia, venia, & abſolutio. Id circo regius pſaltes præcauens ne quis pœnam veritus, in confeſsione deneget peccata : confitemini inquit domino quoniam bonus : quoniam in ſæculū miſericordia eius. D Et Iſa. quidem dicit : dic tu prior iniquitates tuas vt iuſtificeris. Quis quæſo ſanæ mentis, nolit confiteri peccata, vt ſoluat peccata? Num propter hoc iubet Deus te confiteri, vt hominum more puniat te? Non certè vt puniat, ſed vt ignoſcat.

*Aug. li. 2. viſi. infir. c. 5. to. 9.* *Simile.* *Diſsimile* *Chry. ſer. de pen. & confeſ. & hom. 3. de Ozia. & hom. 7. in act.* *Pſal. 105.* *Iſa. 5.*

Quod ſi vnus dumtaxat eſſet confeſſor, & ille in extremo ſitus mundo, laudabilis quidem & vtiliſsima eſſet profectio quæ ad eum fieret cauſa relaxandi peccata, & eſſet maxima culpa & pœna illius, qui eō cum poſſet non ſe conferret ad tantum beneficium conſequendum. Nunc autem cum tam multis confeſſoribus ornauerit Deus Eccleſiam ſuam, qui

*Simile.* *Cōfeſsio quā ſit pretioſa.*

vbicunque

vbicunque adſunt, peccata remittendi habent poteſtatem, magna certe culpa, ad eos crebro non accedere ad remedium & ſanitatem aſſequendam. Hoc autem ita conſtituit Deus ad maiorem confuſionem damnatorum, & eorum qui ſeipſos de induſtria & data opera, infeliciter perdere volunt, recuſantes & negligentes ad tam diuinum ſacramentum accedere: quáuis enim propter aliquam delectationem ibi ardeant in ſempiternum, non habebunt tamen cauſam propter quã de Deo ipſo poſsint conqueri, cum ſatis eis prouiderit de pharmacis neceſſarijs quibus ſibi poſſent medicari. Non igitur nos tãtam medicinam negligamus, ſed eam potius quantum poſſumus frequentemus. Solet enim dæmon multos hoc tempore mutos reddere, & tanquam Lupus fauces ouis premere, ne poſsit balando liberari. ſinit quidem vt in Eccleſiam pergas, vt miſſam audias, eleemoſynam facias, at vero linguam elinguem reddit, ne ſcelera confiteatur, & conatur ruſtico quodam pudore confeſsionem perturbare. Legimus quidem de duobus amicis, qui iudicio hominũ ſerui Dei videbãtur, quod alter eorũ poſt mortem, ſæpe amico ſuo apparebat cum damnatus eſſet, & dicebat cantando amico ſuo in ſomnis, peccantem me quotidie, vſq; ad illa verba, nulla eſt redemptio, & inde non vlterius procedebat. Interrogauit autem amicus, quid ita ſemper ſiſteret, nec procederet ad illa verba, Miſerere mei Deus, & ſalua me? Quia inquit, damnatus ſum. Hem, ait amicus, nonne præclara feciſti opera? Qui reſpondit, ſane propter turpe quoddam peccatum, quod non ſum auſus confiteri, damnatus ſum.

*Damnati nõ poterũt de Deo cõqueri.*

*Simile.*

*Exemplũ.*

*Damnati nũquam a Deo veniã poſtulabũt nec confitebuntur.*

Multos præterea videas qui ad pedes confeſſoris, tanquam obliti ſcelerum ſuorum, publicant bona opera ſi quæ habent: quod ſane genus effundendi ſanguinem perniciosiſsimum eſt, cum ſcilicet bonus ſanguis effunditur, & noxius intra venas retinetur. Alios videas dicentes ſe nõ occidiſſe, non adulteraſſe, non furatos fuiſſe. Videte obſecro quod huc accedatis dicturi quæ feciſtis, non autem quæ non feciſtis. Et certe quemadmodum Chirurgus lętatur quod in ſectione venæ noxius ex ipſa fluat ſanguis: ſic vtique confeſſor plurimum gaudet cum videt pœnitentem ipſum optime ſe accuſare, nec velle peccata occultare vel palliare, ſed reuera ita dicere vt ſe habẽt adeo vt ex toto corde confiteatur, & noxium effundat ſanguinem, ac peccatorum enormitatem. Talis vtique confeſsio maxime ſalutis indicium eſt: & hanc viſus eſt commendare Oſeas cũ ait, conuertere

*Simile.*

*Confeſsio vere & ex toto corde fiat.*

*Simile.*

*Confeſsio qualis eſſe debeat.*

*Oſea 14.*

E F G H

A conuertere Israel ad Dominũ Deũ tuũ, quoniam corruisti in iniquitate tua: tollite vobiscum verba, & conuertimini ad dñm & dicite ei: omne aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Quamobrem hoc tam salutari confessionis pharmaco frequenter vtere, vt sit conscientia tua munda, & ab omnibus inquinamentis emundata. Si enim experientia te docet, quod ex immundissimis etiam pannis in sterquilinijs, candida procedat papyrus, quę principis etiam oculis digna sit: Annon multo magis summus rerum omnium opifex Deus, medio hoc tam singulari sacramento, B conscientiam tuam dealbabit, & niue candidiorem reddet atq; tanti principis oculis dignissimam?

*Confessionem accuratam faciamus.*

*Confessio, quantum exornet animam.*

Hinc ad vberiorem consolationem nostram, huiusmodi absoluendi potestatem dedit Deus sacerdotibus, & tamen nolumus ex ea prodesse etsi tam magna & salutaris sit. Dic obsecro, si rex talem potestatem alicui conferret, vt cum ipse sententiam dedisset mortis, posset alter eam reuocare, annon tibi hæc maxima potestas videretur? Annon omnes capite damnati ad hunc confugerent, eius opem imploraturi? Sic ergo cũ quis lethaliter delinquit, statim in diuino tribunali damnatur, & C iam tortores ipsi dæmones expectant vt talem sententiam executioni mãdent: curre igitur miser ad sacerdotem, vt beneficio confessionis diuinam reuocet sententiam; cum enim dicit ego te absoluo, sententiam ipsam reuocat cõtrate datam: ò infelices igitur illos peccatores, qui tanto bono vti nolunt: Certe quemadmodum si gladius ipse rubigine obducitur, illico quidã eum mundant, alij vero adeo negligentes sunt vt annum etiam differant, alij deniq; nunquam eum vel vident modo, nisi cum tandem necessitate vrgentur, vnde fit vt cum vsus poscat, nec educere quidem ex vagina gladium possunt. Ita quidam si tantillum D maculę inuaserit conscientiam, illico eam mundant, alij sequẽtem annum expectant, nonnulli etiam mortem ipsam. Vnde fit vt sæpe permittat Deus tales mori cum anima immunda, & minus à vitijs expurgata. Et quemadmodum multa morborum genera curantur per vomitum, cum educantur noxia ex ipso corpore. ita ipsa peccata curantur per confessionem, & eorundem vomitum ad aurem sacerdotis factum. Neque debemus per verecundiam dimittere peccatorum confessionem, siquidem grauiorem postea sustineremus pudorem nisi confiteremur, iuxta illud Nahum Tertio, reuelabo pudenda tua in facie tua.

*Magna sacerdotum dignitas.*

*Simile.*

*Vide quãtũ possint sacerdotes.*

*Ad cõfessionem curramus.*

*Simile.*

*Confessione vtamur dum tẽpus habemus.*

Silentium

*Silentium commendatur.* E

*ET illuderat mutum*. Sicut dæmon mutos homines reddit, ne loquantur ad suam medelam: sic Deus reddit suos mutos ne aliquid loquantur, vt ipsum offendant. Vnde sicut est donum Dei donum linguarum, sic est donum Dei sanctum silentium & opportuno tempore seruatum. Et mirum sane est quod cum Christus per tres annos prædicaturus esset, prius in silẽtio mãserit triginta annos. Item Baptista per multos annos in deserto versabatur iam inde à teneris annis, Ne leui saltem maculare vitã famine posset. Nos vero præcipitanter & inconsiderate semper loquimur contra quod cõsulat Eccl. dicens, ne temere quid loquaris neq; cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, quia Deus in cælo, & tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui. Quasi diceret, homines infime sortis ante principes non audent loqui, & si quando loqui debeant; id perexiguum est: & tu audebis coram tãta maiestate diuina irreuerenter & indecenter loqui? Cum igitur tam vtile sit silentium, obsecremus dominum vt linguam nostram dirigat, nam vt ait sapiens: domini est gubernare linguam. Et Cato etiam dixit, virtutem primam esse puto compescere linguam. Quin & de Pãbo Abbate legimus quod cũ ad eum visitandum Episcopus quidam accessisset, nullum protulerit verbum ante Episcopum: cum que monachi ea de causa indignarentur: respondit se nullam meliorem lectionem potuisse illi legere, quam esset silentium. Vnde & mortis hora aduentãte dixit quod propter silentium saluus hinc discederet. Socrates etiam librum quendam scripsit, in quo tantum docebat homines silentium, vt inde discamus non minorem esse scientiam, nosse silere cũ opus fuerit, quã loqui scire. Vnde & discipulis solitus erat dicere, loqui ignorabit, qui tacere nescit. Plutar. etiam dixit, quod pauca loquentibus paucis legibus opus est. Et addit, quod sicut vasa vacua magis sonant quam plena, sic stulti loquaciores sunt sapientibus: & sicut vas plenũ sono ipso distinguitur à vacuo & inani: sic stultus in sermonẽ ipso differt à sapiente.

*Linguam moderemur.* F *Exẽplum. Exẽplum. Exẽplum. Eccles. 5.* G *Proue. 16. Cato. Exẽplum. pambi. Abbat. Socrates. Plutar. de Edu. libe. Simile.* H

Est quidem adeo labilis lingua, vt magno Dei fauore opus sit ad eam domandam. Vnde Iob quamuis iustus dicebat, vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem. Et Dauid sanctus dicebat, dixi custodiam vias meas, vt non delinquã in lingua mea. Et alibi ait, pone custodiã ori meo. Et Eccl. ait, quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum?

*Iob. 39. Psalm. 38.*

A tum? Nos tamen qui tam peruersi simus, nihil veremur præcipitare linguã. O nos miseros, qui tales simus, vt & tacẽdo & loquẽdo Deũ offendamus? Nam peccamus cum fraternam correctionem non damus cum opus est, & consilia salutaria non damus indigentibus consilio. Loquendo etiam Deum offendimus, famam proximi dilacerando, vt intelligas quomodo nos decipiat astutus dæmon in vtroque. Multos etiam videas, qui cum possent corrigere detrahentes famæ proximi, tantum abest vt id faciant, quin potius rideant, & libenter audiant, & ita magis prouocant maledicos ad detrahendum, & oleum aspergunt pro aqua: neque suffi-B cit si dixeris te nihil dicere, nam sufficit quod intelligant detractores te ea libenter audire.

*Facile in peccata nos præcipitamus.*

*De tractores nõ audiamus.*

*Simile.*

Si imperitis prodesse videtur silentium, vt eo occultent ignorantiam suam, quanto magis ipsis sapientibus hoc importune profuturum est? Nam opportuno loco & tempore loquendum quidem est, & locutio ipsa vnius cuiusque animum qualis sit detegere solet & explicare. Vnde dicere solitus erat Themistocles, quod quemadmodum inuolutas imagines & picturas in tela aliqua aut papyro, explicatione ipsa solemus manifestare: ita etiam per verba vnusquisque quid in animo lateret explicare. C Silentium quidem plurimum conducit ad bonarum literarum attentissimum studium. Vnde & pythagoras vt refert Seneca, discipulis suis quinque silentij annos indicebat. Quemadmodum si suauissimus aliquis liquor in retecto, aperto que vase diu permanserit, tandem odorem omnem amittit atque deperdit: ita prætiosum deuotionis vnguentum in multi loquio & negligenti silentij obseruatione, tandẽ euanescere videtur atque perire. Et sicut numinus ille præstantior est, qui licet magnitudine minor existat, prætiosior est tamen, hoc est maioris prętij: ita confabulatio illa & colloquium præstabilius est, non quod longos D verborum anfractus atque ambages inutiliter persequatur, sed quod breui rotundoque sermone, & quasi sub silentio quodam grandia concludat sensa atque vtilia.

*Themis.*
*Simile.*

*Pytha.*
*Sen. lib. 7.*
*Epi.*
*Epi. 53.*

*Simile.*

*Simile.*

*Silentium pretiosum.*

Postea quam Seneca prolixa scriptura Iucillum affatus est, tandem summam faciens inquit, summa ergo summarum hæc erit tardiloquum te esse iubeo. Non in eo tota sita est recta locutio, vt quis verbis elegantibus Rhetoricis, & verbis tantum nudis vtatur & inania effundat, id enim potius audientes ipsos delassare solet & fatigare. Atque hoc quidem prouerbio illo suo antiqui significare voluerunt, dicentes araneam esse odiosam ipsi Mineruę. Vt enim aranea magno conatu & diligentia telam suam te-

*Sen. lib. 5. Epis. ad Lu. ep. 40.*

xit, quę tamen adid dumtaxat deseruit vt muscas venetur & illa queat: ita verbosus quisque & inania effundens verba, eo tandem redigitur, vt nil nisi vanitatem & inanitatem sapiat. Porro singularis quidem loquendi modus est: tacendo loqui. Vnde Quinti. vt refert etiam Vincen. Belluacen. dicit, nullam difficiliorem esse credo, quam silentij virtutem. Adeo enim promptissimo sermone facile delinquimus, vt constantiam tacendi nec in alijs ferre possimus, sic loquendi appetitu stimulamur, & impellimur, vt cordis arcana, ex quibus frequenter vita nostra dependet, tacere nequeamus. Haud equidem Senecę consilium sequimur, qui sic ait: alium silere quod vis, primus sile. Abbas felix rogatus aliquando esset ne bonum laudare proximum, respondit, bonum esse quidem, sed melius tacere, vt refert idem Vincentius. Dauid quidem ab illis grauibus persecutionibus, quas contra eum inuidi & æmuli nequiter excitarunt, silentio se defendebat, ait Ambros. & neminem lingua remordebat. O validum septum circunspectę munitionis silentium! O firmissimum stabilitatis firmamentum! Inquo siquis potuerit stare, lubricum verbi timere non possit. Multi enim etiam stabili corde firmati, incauti tamen sermonis fluctuantis errore sæpe ceciderunt. Vtinam Adam surdus, aut Eua muta fuisset! si enim hoc ita fuisset, hominibus victoria illa cessisset. Maius quidem scelus perpetrauit Cain lingua, misericordiam Dei negando, quam manibus patrarat, effuso sanguine fratris. Quod sanctus Moyses fuerat consecutus silentio à deo, transito mari rubro, hebræi perdidere loquendo, nempe murmurando.

*Simile. Loquaces quibus cōparentur. Quin. lib. de causis. Vin. Bell. Spe. Doc. li. 4. c. 92. Seneca. Ab. felix. Sp. bus. li. 2 Ambro. in Psalm. 38. Psalm. 38 Genes. 3. Genes. 4. Exod. 14. Exod. 15.*

E F G

Exponens Petrus Damianus verba illa, sermo vester semper in gratia sale sit cōditus, inquit. Sit lingua nostra permodesta, sobria, discreta, pudica: sit ori nostro saliua virgo quantumuis quidem die crescente, & nisi vtilitatis occasio præbeatur, vsque in crastinum, siue perendinum diem, incorrupta seruetur. Ponamus ori nostro custodiam, & ostium circūstantię labijs nostris. Auceps quidem non accipitrem mittit nisi auem videat, & homo dimittit linguam suā, cum loquendi necessitas non adsit? Dedignatur venator catulum soluere nisi lepus appareat, viliorem tamen habet homo linguam suam, cum ad nullius salutem vel commodum inutiliter soluat. Arcus quidem flexis cornibus frustra non intenditur, & rationale os, ad effundenda irrationabilia passim relaxabitur, & mordax in quemlibet verbum suum velut ictum vulneris infliget? Quid ad hoc dicemus? Excusari certe non possumus, prestat enim silere, quā loqui, & tamen nos libentius loquimur,

*Pe. da. in il lave. col. 4 Sermo vester. Psalm. 34. Simile Lingua prudenter vtamur.*

H

A quimur, quam sileamus. Si illis qui artē Medicam profitebantur tantopere silentium commendabat Hippocrates: quanto magis commendandum est ei qui acturus est de rebus veri Christiani?

## DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE

## CONCIO TERTIA.

*Dæmon negligentes excæcat vt pereant.*

B



*RAT Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. Non solum secundum Euangelistas hic homo mutus erat, sed etiam cæcus: siquidem totus conatus dæmonis eo tendit vt hominem cæcum reddat, & ita pereat. Quidquid tractat, nihil aliud est quā modos inuenire ad perditionem nostram. Vnde satis impletur quod dicitur in Apo. væ terrę & mari, quia venit diabolus ad vos habens irā magnā, sciens quod modicū tēpus habet Dęmon enim tanquam subdolus mercator, siquid insuggestionibus suis habet dulce aut pretiosum, id statim initio cōspiciendū atq; degustandū proponit, quod vero acerbū & amarum est, seruat in posterū. Atque hac fallendi arte, parum prouidos & incautos illaqueat. sic meretrix illa dicebat: asperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo: veni inebriemur vberibus etc. Et in libro Sapien. dicunt mali, venite, fruamur bonis; solum enim præsentia attendebant, non autem futura prospiciebant. Ex quibus omnibus liquido apparet non minus homines à dæmone, quam pisces à piscatore illaqueari & falli. Quæret fortasse aliquis cur tanto odio persequatur nos dæmon, & profectum atque salutem nostram tot modis impedire conetur? Ad hoc respondendum, dæmonem quidem acerrimum esse Dei hostem, nam dæmonem ipsum Deus è cœlesti sede pulsum, in barathrum, perpetuo igne cruciandum relegauit. Cum vero Deum lædere atque maiestatem eius imminuere nequeat, ipsius imaginem inuadit. Ad hunc enim modum reges terræ, qui capitali inter se odio dissident, quando alter alteri nocere non potest, alterius fines & regnum inuadit. Non extendit autem dæmon vires suas nisi tantū ad id quod diuina prouidentia vult. Leo nāque ille qui Prophetā inobedientē interfecit, non tetigit corpus mortui, nec

[Margin notes: C; D; Dæmonis astus.; Apo. 12.; Simile.; Prouer. 7.; Sap. 2.; Quæstio.; Respon.; Isa. 14.; Simile.; 3. Reg. 13.]

*Iob. 4.* iumentum ipsum, atque ita cum sepeliendum corpus esset, asellus E
*Simile.* inuetus est viuus. Ita leo rugiens, qui circuit quęrens quē deuoret, potētiam suam limitatam habet, contra quem viriliter & animose pugnare debes: neque mirari quod taliter inuadat, sed potius quod non sint grauiores & maiores tentationes: nam militia est vita hominis super terram. Et si serpentem percuteres, non deberes mirari quod contra te insurgeret, sed potius si maneret. Quemadmodum antequam adligaretur Satanas, dæmones omnes fortissimi erant, ait Chrys. ita postquam ligatus est, omnes debilitati fuerunt & eneruati. Dicitur autem fortis aduersarius iste propter nostram incuriam & imbecillitatem, F non quod ipse possit voluntatem conuincere. Et Christus vocauit eum fortem, vt scribit Luc. non tam vt nos terreret, quam vt excitaret, & vigiles redderet, ac diligentes. Non debemus enim hunc fortem tantopere timere, cum habeamus ducem fortiorem. Interim tamen vigilandum nobis est & cauendum à forti illo. Si enim diligenter ac vigilanter pugnauerimus, manifestum est hac ratione nos victores euasuros. Sed tamen si negligenter nos habemus, fortiorem etiam eum inueniemus, ne dum fortem. Nam quamuis minimum possit, plus tamen poterit quam negligens, cum ex negligentia vires semper assumat. Ligatus G quidem est pedibus & manibus, ac propterea considera tu ipse quam sis negligens, cum à ligato vincaris. Quod si apertius vis intelligere, intuere & tuam, & illius naturam, & vide quantum ea te superet, cum sit angelica natura, & facile colliges eum non potuisse à te superari, nisi à Deo ligatus esset. Illum enim Deus humiliauit propter suam malitiam, & nobis subiecit: propter magnam misericordiam diuinam.

*Chrys. in non abso. Hom. 29. in Matt. Tomo. 2.*

*Tentationibus diuino freti auxilio facile resistemus.*

*Magna incuria nostra.*

*Deo maxime curæ sumus.*

O nos miserabiles, qui ex tam paterna Dei cura erga nos
*Matt. 23* nesciamus proficere! Est siquidem tanta Dei vigilantia erga nos, vt se gallinę comparet apud Mat. cum ait, quemadmodum gallina H congregat pullos suos etc. in quibus sane verbis tacite respon-
*Ephes. 6.* det cuidā stultę malorum querelę, qui dicant, quod cum Apost. dicat, non esse nobis colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum,
*Quæstio:* quomodo possumus vllo pacto nos defendere contra tam infractos hostes, cum præsertim tā debiles simus & inbecilles? Ad quod facile respondet, hæc nullius esse momenti, cum habeamus talem protectionem tali domini. Sane cōtentio illa & certamē inter
*Respon.* Dauid & Goliath, hominum iudicio proportionē nullā habere videbatur & paritatem, cum hic esset veteranus miles, & gigas

robusti-

A robustissimus, ille vero tenerę ad huc ætatis erat, neq; bellicum vsum callebat, sed nihilominus cũ Deus assisteret Dauidi, ouans & triumphans rediijt à certamine & conflictu. Quis præterea autumasset, Elisæum Prophetam euadere posse copias regis Syriæ, quibus vndique obsidebatur? Sed tamen sanctus Propheta diuinum fauorem sentiens, dixit ad Giezi puerum suum: noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. Hoc etiam in Apocal. manifestatur, vbi dicitur quod viderit Ioannes Angelum descẽdentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenã B magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. Inquibus sane verbis insinuatur potestas Christi domini sempiterna, super potestates tenebrarum, nam tempus hoc finitum ponitur pro infinito. Vnde non est mirum si ita facile dęmonem expelleret ab hoc homine, vt narrat sanctum Euangelium. O felices igitur illos, qui sub talem protectionem & alas, se & sua omnia collocant! contemplare igitur homo Christum dominum expansis alis suæ protectionis in Cruce pendentem, atque considera rapacissimos dæmones huc atq; illuc cursantes & volitantes instar milui, vt nos misere dilanient, & propterea confugiamus C sub alas tanti patroni nostri & aduocati.

1. *Reg.* 17.

4. *Reg* 6.

*Apoc.* 20.

*Dæmonem ligauit Christus.*

*Tentationibus quibus considerationibus resistemus.*

Est præterea alia demonis astutia & dolus, nam quando cognoscit malignus hostis, aliquem religiosis virtutibus vacare, vt illũ tumore superbiæ inflet, confidentię & arrogantiæ argumentum apponit. Sic enim tentabat pharisæum qui ieiunabat, & decimas dabat. Sancti ergo vt inimicum vincant, nil sibi arrogant, sed omnia Deo ascribũt. Hinc Apost. noïe nõ in suo, sed in Christi nomine dæmones expellebãt, ne arrogare sibi aliquid viderentur. sic Petrus claudum curauit dicens, in nomine Iesu Nazareni surge, & ambula. Sic Paulus fugiens iactantiam dixit: scio homi- D nem, siue in corpore, siue extra corpus sim nescio, Deus scit. Vide quomodo suum nomen sub silentio inuoluit. Diabolus quia vidit Christum iustum & fortem, tentauit eum de iactantia, dicens Angelis suis Deus mandauit de te. Solet quidem dæmõ sub specie sanctitatis sæpe hamum suum nobis intendere. Vnde à tali hamo orabat propheta vt liberaretur nempe à sagitta volante in die, idest sub luce sanctitatis. Caute igitur viuamus, & in diuino præsidio semper confidamus; nam vt ait Apostol. arma militiæ nostrę, non carnalia, sed spiritualia sunt: qualia sunt arma meritorum passionis Christi, virtutum, & sacrosancti Euangelij, atque his quidem armis liberabimur, sicut liberatus fuit hodie hic mu-

*Lucæ.* 18.

*Actor.* 3.

2. *Cor.* 12.

*Matt.* 4.

*Psal.* 90

2. *Cor.* 10.

cor.14. tus. Neque cadamus animo, propterea quod de hoste nostro infensissimo dicat Iob, quod non est potestas super terram, quæ comparetur ei, quando quidem pusillanimis est, & tantum ex negligentia nostra sumit audaciam. Vnde eius pusillanimitas figurata est in Goliath, qui & si esset procerissimus gigas, & sex cubitorum altitudinis, atque vndique armatus esset, & grauem gestaret lanceã & scutum, adeo vt omnes etiam solo conspectu terreret, nihilominus tamen dicebat: eligite vobis virum, & descendat ad singulare certamen: non audebat contra multos pugnare, sed vnũ tantum sibi expetebat. E

*1. Reg.17.*

*Demõ pusillanimis est si sp̄s resistamus.*

*Hiero. in Matt.12. lib.2.*

## Lingua quomodo sit moderanda. F

E*T illud erat mutum, & cum eiecisset dæmonium locutus est mutus.* Quamuis cæcus etiam esset hic homo, nihilominus tamen hic mentionem facit recuperatæ loquelæ, nec mentionem facit visus restituti, & si eximius sit sensus, vt intelligamus verissimum esse quod sapiens ait, vita & mors in manibus linguæ, Quia & qualis fuerit nostra cõfabulatio, tales etiam sortiemur comites, & taliter etiam res nobis succedent, si enim, de deo loquimur, Deus nobiscum aderit, & omnia nobis prospere contingent; si autem contra egerimus, opposito etiam modo res se habebunt. Quare præclare dictum est à sapiente, ex tuis verbis iustificaberis, & condẽnaberis. Magis igitur vertice ipso capitis, linguam tuam custodias, inquit Chrys. Regius enim equus est lingua nostra: si ei frænum immiseris, doctrina tua gradarium feceris, ascendetque in eum rex, & acquiescet in eo: si autem nullo freno domueris, diaboli vehiculum, eam fecisti. Digna quidem nostra, ait Chrys. alibi, lingua est Christi: Christi autem linguam imitamur, si diligẽtiam adhibeamus vt illa loquamurque ipse præcepit. Quæ vero sunt illa? Humilitatis certe, benignitatisque plenissima verba. sic omnia illa contumeliantibus respondebat, dicens: Ego dæmonium non habeo. Et rursus, si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si hoc pacto inquam respondes, linguæ Christi lingua tua simillima est. Hęc non ego, sed ipse Deus confirmat dicens apud Hier. si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris. Cum igitur tua lingua sit Christi, & os tuum patris fiat & sancti spiritus templum, quis honor, quod decus maius hoc excogitari? Non si ex auro tibi os conficeretur, nõ si argẽto construeretur, ita perflaret, vt tunc hoc humilitatis ornatu resplenderet. Non ergo audacię tribuas, si te os Christi habere quispiam dixerit: audacię quippe os diabolum imitatur, linguam habet ne- G H

*Prouer.18.*

*Confabulationes quales esse debeant.*

*Proue.18.*

*Prouer.12.*

*Chrys. in Matt. ho. 52. To.2.*

*Chrys. in Matthe. Hom.79.*

*Ioãnis.8.*

*Ioãnis.18.*

*Hiero.15.*

*Linguam quomodo domari(?)mus.*

quis

A quissimo dæmoni simillimam. Data est autem tibi diuinitus potestas imitandi Christum pro viribus, & assimilandi ei. Noli expauescere hoc audiens: timendum enim tibi potius est, si similis ei fieri negligas. Huius rei gratia maior est qui loquitur ita, quam qui futura prædicit. Hoc enim totum ex dono est, illud etiam ex labore atque sudore tuo procedit, simul cum diuino auxilio. Diaboli enim linguã habet, qui vt diabolus loquitur. Quæ igitur venia nobis dabitur, imo vero quę supplicia non perpetiamur, quando linguam nostram, qua dominicam degustauimus carnem, diaboli sponte linguam efficiamus?

*Linguam moderari, Dei donũ est.*

*Greg. Na. Ora. 1. f. 8.*

*Greg. Na. in Ora. cõ so. ad pa. in cala. positum.*

B Pietas quidem non consistit in eo, vt dumtaxat plura loquaris de Deo, sed potius vt opera exhibeas recta, & potius in silentio quodam modo linguam interdum contineas, ait Gre. Na. Hominis enim lingua sæpe labitur, & inconsiderate errat, & præsertim si ratione non gubernatur. Vnde tutius videtur audire quam loqui, vt præstantius est operari quam garrire. Et alibi ait idẽ doctor, siquidem non is qui in verbis sapit, mihi sapiens est neque is qui linguam habet volubilem, animum vero ineruditum, sepulchrorum instar; quæ extrinsecus sunt ornata & speciosa, intus autem mortuorum cadauera, & multum recondunt fætorẽ: sed ille qui pauca de virtute loquitur, multa vero ostẽdit operi-

*Simile.*

*Simile.*

*Psal. 110.*

C bus, fidemque sermonis, per vitę roborat actionem. Siquidem longe mihi præstabilior est formę pulchritudo quę conspici potest, quam quę sermonis pringitur industria: nec non diuitię quę manibus continentur, quam quę effingentur somnio: ac sapiẽtia quę non sermonibus splendet, sed operibus lucet. Intellectus enim bonus, omnibus facientibus eam ait regius psaltes, non qui prædicant illam. Et Drie. dicit: sicut ianua balnei si crebro aperiatur, profecto videbis quod confestim calorẽ suum exhalat sic anima cum multa loqui vult tẽpestiue, quamuis pulchra sint,

*Driedo. de perfec. spi. c. 70.*

*Simile.*

*Chrys. in Luc. de La za. Or. 3. prope finẽ Tom. 2.*

D seipsam distrahit atq; disturbat. Porro ex cõsuetudine frequẽter impetu capitur lingua, vt peruersum verbum sonet ait Chrys. Sed cum ita capietur, priusquã venenum effuderit, cõmorde illã, melius est enim illam fluere sanguine, quam post modum in inferno concupiscere guttam nec impetrare possit refrigerium. Item alibi ait, vndecũque nobis aduersarius insidias præparare cõsueuit, sed facilius lingua errore peccante, nullum enim illi æque congruum organum in ministerium est interitus atque peccati: nam inde nobis mors, inde perditio, inde naufragium præparatur. Nam & tumentium lapsus ex linguę garrulitate vehementes quidam declarans ait; multi ceciderunt per gladium

*Chrys. in exposi. in Apost. ho. 4. To. 5.*

sed non quasi per linguam. Et grauem casum monstrare festinans E
*Eccle.28.* inquit: lapsus de pauimento, est lapsus de lingua. Quod dicit tale est: conducibilius est inquit ruere, & corporis sentire iacturam,
*Eccle. 20.* quam verbum tale proferre vnde anima poterit deperire. Et suadet multam ori adhibere cautelam dicens: fac ori tuo ostium & seram. Et alibi ostendit quia ad hanc feram retinendam, solertię etiam diuinum necessarium sit auxilium, inde ad Deum manus protendens propheta dicebat: pone domine custodiam ori
*Ibid. 20.*
*Psalm.38.* meo. Et iterum, quis dabit ori meo custodiam? vides igitur quomodo lapsus singulos formi daret? Et cur inquies, hoc membrũ F
*Eccle. 22.* tantum nobis periculum adfert & Deus ab initio dedit, & cur talis membri vsum hodie restituit huic viro? Quia & multum hinc nobis commoditatis est, & volentibus nonnunquam prodesse
*Psal.140* consuescit, nec mortem habet, nec peccatum concedit inuito. Christus significans hoc, ait: de sermonibus tuis iustificaberis, &
*Eccle. 22.* de sermonibus tuis condẽnaberis: media namque vtriusque partis lingua est: & si vtriusque est, tu dominus es: nam & gladius in
*Quæstio.* medio positus siquidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipienti reperitur: si vero tenentis visceribus inferatur, mortẽ præparat inferenti, non quia talis ferri natura, sed quia tenẽtis G
*Respo.* tale consilium est. Ita & lingua ęstimetur gladius in medio positus, armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Vnde Deus eam velut muro duplici voluit circundari, nam
*Matth.12.* dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur.

*Simile.* Audi igitur, ait idem doctor alibi, quomodo linguam hic quidem peccati, hic vero iustitię arma fecerunt. Lingua ipsorũ, gladius inquit propheta acutus. Et alibi de sua lingua inquit propheta, lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Illa mortẽ operata est, hæc diuinam legem scribebat, propterea illa quidẽ H gladius, calamus autem hæc erat, non secundum propriam naturam, sed secundum vtriusq; electionem, linguę enim natura & huius & illius, vna erat, operatio autem non vna. Et de ore rursus idem cernere licet: etenim hi quidem habebant os sanie & improbitate plenum, propterea acusans dicebat, quorũ os maledictione & amaritudine plenum est: ipsius vero tale, os meum loquitur sapientiã. Porro explicans Basil: hęc verba, lingua mea calamus scribę, inquit: sicut calamus instrumẽtum est deliniendę scripturę accommodum, ipsum manu viri periti promouente ad eorum quę scribenda sunt caracteres excipiendos: sic lingua iusti spiritu sancto commouente, cordibus credentibus verba in

*Lingua commodũ & incommodũ mẽbrum.*
*Chrys. ad Pop. ho. 4. Tom. 5.*
*Psal. 56.*
*Psal. 44.*
*Psalm. 9.*
*Psal. 48.*
*Basi. in illa verba.*
*Psal. 44.*

A scribit vitæ æternę non atramento, sed spiritu Dei vnctis. Et quemadmodum eodem calamo alius quidem præclaras efformat literas, alius vero deformes: sic interdum eadem lingua laudabilia profert verba, interdum vero turpia. Quamobrem nitamur pro virili vt bene lingua nostra vtamur: sic enim omnem musicę harmoniam superabimus. Vnde Eccle. ait, tibia & Psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. *Lingua mea cal. Simile. Autor. Simile. Eccle. 40.*

*Peccatum quantam adportet miseriam animæ, & corpori.*

B ET *illud erat mutum.* Miseria quidem peccati non animam dumtaxat sed etiam interdum corpus ipsum pertingit, sicut videmus in viris carnalibus & intemperatis: in cuius rei signum hic miserabilis homo cæcus erat, & mutus, & surdus, vt constat ex varijs Euangelistis. Porro anima quidem quæ Deo vacua est, & dæmone obsessa & occupata, vallis quædam est miseriarum, in qua non modo rerum omnium ad vitæ vsum pertinentium, inopia est, sed magna etiam earum rerum copia, quę nocere possunt. Quod quidem significare voluit Isa. cum ait, & orientur in domibus eius spinæ & vrticę. Miserandum vero spectaculum est, si quis ciuitatem videat à truculentissimis hostibus obsessam, nulloque aut murorum, aut militum præsidio cinctam: talis est *Lu. Gra. Isa. 34. Simile. Anima a Deo derelicta quàm sit miserabilis.*

C plane anima illa misera. Nil est deformius anima quam Deus deserit, vt nil contra speciosius ea, in qua spiritus Sanctus commoratur. Et certe sicut speculū puluere oblitum, sic anima peccatoris, non reddens immaginem intuentis: sic enim ipsa vitiorum puluere fœdata, puram conditoris sui imaginem minime refert. O cæcitas perniciosissima, qui pluris faciamus calceum quo pes tegitur quam immortalem animam qua corpus informatur? quippe qui calceum tergendū statim curemus, animam vero in vitiorum sordibus volutari patiamur & obsordescere. *Simile. Anima peccatoris quam sit deformis. Simile.*

D Si tu in domo tua in capite mensæ Aethiopissam accumbere faceres immundā & inhonestam, ipsaq; tanquam domina sederet, vxori vero præciperes quæ illustris & princeps esset, vt mensę ministraret, nonne grauem iniuriam ipsi inferres? Hoc igitur modo peccator cum Deo agit, quandoquidem suos appetitus & libidinem pluris habet quam Deum, & creaturam ipsam, eius conditori anteponit, & ita ab ipso deseritur, sicut Iacob domū Laban deseruit. Vnde etiā Exo. legitur dominū dixisse, nō ascēdā cū populo isto durę ceruicis. Et queadmodū in discessu regis, omnes qui sunt in curia abeunt: ita cum Deus discedit ab anima omnia *Nonsequamur bellui nos appetitus. Genes. 31. Exod. 33. Simile.*

bona opera quæ peccator in statu gratiæ est operatus, amittit. E
*Eccl. 9.* Vnde & sapiens dicit, si offenderit in vno, multa bona perdet:
*Simile.* remota enim radice charitatis ex qua procedunt merita, remouentur meritorũ fructus. Et sicut mors corporis hominem exuit quocumque bono corporali: ita peccatum hominem priuat omnibus bonis spiritualibus. Si homo aliquis ab Indis ad nos veniret, & statim cum portum attigerit, omne aurum & argẽtum, quæ tantis laboribus sibi comparauit, ludo exponat, & vnica tantum sponsione totius substantiæ iacturam fecerit, nõne hunc amentem, insanum, & omni prorsus carentem intellectu diceres? quæ igitur obsecro maior insania esse potest, quã breui quadam voluptate ad triduũ peritura, omnis lucri, ac tantorum meritorum quæ tot laboribus comparasti, iacturam facere? vxor quidem Loth in salem conuersa est per peccatum: ita etiam peccator sterilis fit, & manet sicut terra sale consita, cum nullum fructum possit producere vitæ æternæ meritorium. Et quod quæso opportunius exemplum miseriæ quam peccatum infert, commemorare possumus, quam quod depingitur in hodierno Euangelio?

*Simile. peccatũ hominẽ spoliat spiritualibus diuitijs.*

*Gen. 19. Simile.*

*Peccatum quantum noceat.*

Valde quidẽ connitendũ nobis est, ne in tam durã dæmonis G seruitutem incidamus, quandoquidem tam pessime videmus nos abeo tractari, nos vero contra facimus, cum enim nullus sit in toto orbe seruus cuiusuis vel clementissimi domini, qui libertatem si eam posset habere, non quærat, nos tamen mille vitijs sponte subijcimur, atque seruimus rebus maxime infirmis, vt auro & argento, & alijs huius seculi miserijs & vitijs. Quemadmodum insipientes ac Barbari Æthiopes decipiuntur cum captiui ducuntur, oblatis rebus infimis, & nullius fere momenti, vt crotalis, & pileis ostrei coloris, speculis, alijsque id genus puerilibus ornamentis: sic quoque nos à dęmone vincimur, H atque eiusdem miserrimæ seruituti subijcimur, huius seculi minimis delicijs, voluptatibusque miserrimis capti, quæ nobis proponuntur à singulis vitijs. Auaritia enim pecuniá promittit, luxuria multas & varias voluptates. Hanc plane infelicem seruitutẽ nobis insinuat Apost. scribẽs ad Rom. non inquit regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Ex quo aperte colligitur peccatũ non esse in anima sicut est habitator in domo sua, sed vt est Dñs aut rex in suo regno, vt inde intelligas in quantum miseriarum gurgitem dæmon ipse peccatores demergat.

*Simile. vitia fugiamus.*

*Simile.*

*Sen. li. 9. Epis. Epi. 70.*

*Rom. 6. peccatum in magnã perducit hominem miseriam.*

Non est quidẽ in toto orbe seruitus adeo crudelis & tyrannica quæ tantũ hominẽ premat ac cõstringat, quandoquidem volunta-

*Amor.*

A lũtatẽ obtinere non valet, tollereque intus libertatẽ, tantũ in exterioribus dominatur. Id perspicuum fit & exploratum in illis pueris qui in Babylonia captiui tenebantur, quorum volũtates ad statuam auream adorandam, tyrannus ac ferus ille rex flectere vel per fornacem ignis horrendam vlla ratione nequiuit. Impij ergo seruitus quãdoquidem se dæmoni subijcit adeo magna est, tantum que ipsi dominatur iniquitas, vt interiorẽ & exteriorẽ hominem comprehendat, & miserrimum seruum Dñs ipse crudelis, subiectum, prostratum & constrictum teneat, adeo vt solus Deus eum ab illa miserrima seruitute liberare queat. Nullus porro Dominus reperitur tam sæuus in seruum suum, qui quandoque non temperet sibi à sæuitia considerans seruum etiam hominẽ esse, conceptũ ac natum de matris vtero, & pariter educatum, & quod ambos idem tegit cælum, eademque terra sustentat, ijsdem subijciuntur cæli influxibus, eadem habent elementa, eundem solem, mundum, & denique mors ambos sine discrimine expectat, & quod ipse qui est dominus, poterit tunc esse seruus. Cæterum cum hę omnes cõsiderationes locum in dæmonis seruitute non habeant, hinc fit vt miserrimus seruus dæmonis, tam inhumane tractetur, atque C etiam crudelissime affligatur.

*Dissimile* *Dan. 3.* *Peccatum quãtũ in nobis dominetur.* B *Dissimile peccatum quãacerbissima serui tute nos premat.*

## DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMAE

### Concio quarta.

### *Iudicia temeraria quantum noceant.*



D *Rat Iesus eiiciens dæmonium, &c.* Luc. 11. Considera obsecro quã temere iudicarent isti Pharisæi de Christo, censentes in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia. Sic vtique multi hoc tempore facere solẽt. Et certe homo quisquis es qui tã pessimũ morbũ habes vt sẽper alienã vitã inqras, timere debes ne inte dñs immittat similẽ punitionẽ aut maiorẽ quã Bethsamitis dedit olim ob insanam eorum audaciã, cum arcam domini nimis curiose intuerẽtur: fieri non poterit quin in manus diuinæ iræ incidas, quandoquidẽ tã audax es vt officiũ Dei fureris. Homo quippe videt quæ foris sunt, Deus autẽ intuetur cor. Quia aliquis malus est, ideo credit alios ei similes esse. Vnde in Eccl. habetur, in via stult' ambulãs, cũ ipse sit insipiẽs, cæteros putat insanire. Iosue

*Non debemus temere iudicare* *1. Reg. 6.*

1.Reg.16. quidem & populus Dei quia boni erant, crediderunt facile Gabaonitis, dicentibus quod de longinquo venerant. Syncerus animus propensior semper est ad bonum opinandum, quam ad malum suspicandum. Cæterum quemadmodum radius solis per vitrum ingrediens varijs coloribus pictum, vitri ipsius colores non autem suum repræsentat, vt cum sol sit vnus atque idem, diuersus tamē pro colorum varietate apparet: sic homo affectu corruptus, non veros ac natiuos colores factis tribuit, sed qualis est eius affectio, tali colore rem ipsam depingit: ingrediens enim iudicium per affectum, ipsius affectus colorem ostendit. Vnde videas eadem quæ vnus laudat, ab alio vituperari. Quare prudenter quidem Agesilaus, vt est apud Plutar. quoties audiebat aliquos de aliorum laude vel vituperio testimonium dicere, existimabat non minus esse inquirendos & discendos eorum mores qui loquebantur, quam eorum de quibus verba faciebant.

Eccl.10. Iosue.9. Simile. E

Iudicat quisque vt affectus est. Plutar. Agesi. F

Facile quidem ex subiectis exemplis cognoscas quā sæpe decipiantur homines in iudicijs suis proferendis. Nam postquam Assuerus infensus fuit contra Aman, cū is iaceret super lectum Esther, rogans eam pro salute sua, suspicatus est statim Rex quod reginam vellet opprimere. Laban etiam illico iudicauit quod Iacob asportaret Deos suos, cum tamen eum explorasset, non inuenit eos, nec quidquam tale fecerat Iacob. Fratres in super Ioseph cōuiuio inuitati, crediderunt quod is vellet eos seruituti subiugare, & tamen Ioseph nil tale cogitabat. Discipuli Domini non audebant Saulo adhærere, existimantes eum nondum esse conuersum: Heli videns Annā sibi non respondentem, existimauit eam ebriam esse, cum tamen ipsa oraret Dominum. Item cum Hieremias iret per portam Beiamin, custos portæ ei imposuit quod confugeret ad Chaldæos. Apostolis varijs linguis loquentibus, dixerunt Iudæi quod ebrij erant. barbari illi Melitenses videntes viperam pendentem de manu Pauli, homicidam eum esse crediderunt, & post modum cum vipera excussa nil mali haberet, eum Deum esse promulgarunt. Sane quemadmodum baculus in aqua defixus, quamuis rectus quidem sit & integer, si per mediam aquam conspiciatur, tortuosus & cōfractus apparere solet: sic plane tametsi aliquorum opera recta sint & suis numeris omnibus absoluta, si à mente deprauata & peruersa diiudicentur, obliqua apparebunt, mala & denique peruersa. Et quemadmodū ægris oculis & lippitudine laborantibus, splendor solis molestissimus est, qui sanis hilaritatem maximam adferre solet: ita certe splendidissima alicuius facinora

Esther.7. G Gen.31. Gen.43. Acto.9. 1.Reg.1. H Hie.37. Act.2. Act.28. Simile. Mali iudicant malū quod bonū est.

A facinora, à deprauatis animis obſcuriſsima eſſe iudicantur & re- *Simile.*
prehenſione digna, quæ tamen in Theatris omnium rectè ſen-
tientium commendantur, decantantur, celebrantur. Et quem-
admodum in ſtomacho ſano, ſuauiſsimi cibi gignunt ſalutares
humores, imo tametſi omnino ſuaues non ſint, tamen propter
felicem contemperationem ipſius ventriculi conducunt, alunt- *Boni etiam*
que maxime: qui autem ab infirmo concipiuntur, ęgroque ven *mala benì*
triculo, vel ſi lautiſsimi & ſaluberrimi ſint, in humores reſol- *gne inter-*
B uuntur infelices: Ad eundem plane modum vir bonus & ſtudio *pretantur.*
ſus, quęcunque videt, quęcunque audit, quęcunque mente cō-
cipit, in optimam interpretatur partē; prauus vero homo om-
nia contaminat, omnia ſubuertit, omnia corrumpit.

Fere fit vt qui minus ſunt virtutis ſtudioſi, de cæteris murmu
rare & detrahere ſoleant. Querebatur quidem D. Hie. de ijs *D. Hie. in*
qui eum calumniabantur dicens: iſti quidem de alienis actioni- *prolo. li. 1;*
bus iudicare volunt inique cum tamen ipſi nec à limine quidē *ſuper Eze*
virtutem ſalutarint. Quare iudicent prius ſeipſos potius pro *chi.*
prioſque defectus. Et alibi idem doctor ait, officium multi ſibi
immerito vſurpant iudicandi, requirit enim multas conſidera- *D. Hie. li.*
C tiones quibus iuti tales indigent. Vnde Salomon ne temere po *1. in Iſa. 1.*
pulum ſuum iudicaret, petiuit à Domino ſcientiam & ſapientiā.
Miratur ſane D. Chry. quod plerique velint recta ad tartara & *3. Reg. 3.*
damnationem tendere per tam difficilem & arduam temerarij iu *Chry. li. 1.*
dicij viam, cum poſſent tale euitando iudicium, tenere tutiſsi- *de compun*
mum cæleſtis beatitudinis iter. Nam quæ quæſo eſt difficultas *cti. cordis.*
miſſa facere temeraria iſta iudicia, & ſanas habere cogitationes
& iudicia proximi tui? Te vtique fatigas in prauis iſtis cogita-
tionibus & cenſuris, inanique labore tibi necem intentas. Præ *Baſi. ora.*
D terea D. Baſi. ait, nos certe quam diligentes ſumus in alienis *17. de hu-*
defectibus explorandis, tam negligentes ſumus in noſtris per *mil. & va*
ſcrutandis: & veluti oculi cum cæterarum partiu corporis ma- *gl.*
culas videant, ſuas tamen non cernunt, ita nos cum nimium *Simile.*
inquiramus aliena delicta, ad noſtra cæcutimus & hallucinamur. *Eua. pa.*
Euariſtus quidem Papa miratur quid ſit, quod cum videamus in *in epiſ. 2.*
ſacris literis dominum antequam iudicaret Sodomam & con- *ad fra. Ae*
demnaret, dixiſſe: deſcendam, & videbo, vtrum clamorem qui *gypti.*
venit ad me, opere cōpleuerint, annon eſt ita vt ſciam. Nos ta- *Gen. 18.*
men ſtatim repētinis iudicijs & temerarijs feramur ad aliena de-
licta reprehendenda & taxanda.

*Patientia & manſuetudo quanti ſint momenti.*

*Omne*

OMne regnum insesipsum diuisum desolabitur. Vide obsecro E quam benigne & patienter respondeat Christus Dominus his blasphemis: nam certe quantumuis magna sit ira debacchantium contra te, mansuetis verbis eam placabis. Et quemadmodum vehementes venti harundinem non conuellunt blandam, & tamen sæpe annosam quercum eradicant: sic vtique non asperis verbis, sed blandis & mansuetis, facilius iratorum hominum bilem retundes & extingues. Vnde Apostol. nobis consulit dicens, date locum iræ. Et certe præclarus est hic modus refrenandi iracundiam, vt scilicet mansuete respondeas viro iracundo: hoc enim pacto non solum eum placas, sed etiam quodammodo reprehendis, & hortaris vt ad se reuertatur, qui à se egressus fuerat. Et quemadmodum si aduersario gladium tibi inferenti, subereum Clypeum obieceris, ita ipsum superas, vt possis eum interficere si velis, propterea quod gladium suum ibi defixum habeat, si vero Clypeum ferreum vel chalibeum attuleris, non perinde videris de ipso triumphaturus: sic vtique si mollia verba irato viro obieceris, eum superabis, si vero aspera & maledica, nil promouebis. Vnde preclare quidem ait Sapiens, responsio mollis frangit irã. Et alibi ait, quod lingua mollis confringet duritiam. Hinc & Eccles. ait, fili in mansuetudine opera tua perfice, & super G gloriam hominum diligeris. Sane mundani homines in armis suis & insignibus Leones depingunt, Tygres, Dracones, Aquilas, vt reliquis terrorem incutiant: sed non ita Dauid cum ait: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Arma etiam mansuetudinis Christo damus, agnũ depingẽtes. Cum igitur ad tantam humilitatẽ nostri causa deuenerit, etiam armis humilitatis, patientiæ & mansuetudinis nos insigniamus in aduersitatibus. Vnde & Dauid hoc significare volens dicebat, quid retribuam domino pro omnibus quę H retribuit mihi? & respondet alludens ad nostram sententiam, dicens: calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Quasi diceret, in quo potius me gratum exhibebo Deo meo, quam si patienter aduersitates ipsas pro eius nomine perferam, cum ipse tantas iniurias & labores pro me passus fuerit? atque vt commodius id faceret, ait Psalmographus, & nomen domini inuocabo.

*Simile.* *Rom.12.* *Iratus homo quomodo sit placãdus.* *Simile.* *Quomodo iracundis resistendũ.* *Pro.15.* *Pro.25.* *Ecc.13.* *Psal.130.* *Mansuetudo commẽdatur.* *Psal.115.* *Grati simus erga Deum.*

Porro vt patientiam habeas in aduersitatibus tolerandis, multa quidem obseruare debes & contemplari. Primũ quidem cogitare

*Lud. Gra.*

gitare

A gitare quantam inde vtilitatem & commodum reportaturus sis, si eiuscemodi aduersitates patienter pertuleris. Si autem iniquo animo, quanta te maneant mala, quantæque afflictiones & tribulationes. Præterea cogitandum est quod si impatiëtes fuerimus Deum grauiter offendemus, qui nobis tales labores & ignominias misericorditer immittit. Nam vt inquit Eccl. bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. Cauendũ est prǽterea ne amittas patiẽtiæ meritum, quod tanto maius est, quanto maior est ignominia quam tibi infligũt. Vnde Iacobus B ait, omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. Laudamus minime virtutem gubernatoris qui nullas procellas senserit, & cursum nauigij direxerit nulla tempestate iactatus, ait Ambros. Sed illum laudauerim potius, qui aduersus ventos renititur, insurgit aduersus fluctus, non timet vel cum eleuatur vndis nauigium, vel cum ad ipsa profunda demittitur. Ita & ille laudandus est sui gubernator, qui ea quę aduersa sunt, patientia & virtute superat, secundis non extollitur, aduersisque non frangitur. Prouide ergo teipsum regito, quãdo turbatur animus tuus, & mens fluctuat. C Arca quidem Noe, quæ significabat Ecclesiã, ait August. ædificata est lignis quadratis: quadratus enim esse debet animus Christiani, vt in tribulationibus non cadat: nam quadrata res quocunque eam verteris, stat, & permanet. Stantem igitur te inueniat omnis causa, & omnis occasio irascendi in aduersitatibus, vt viriliter ei resistas & patienter. Sed nos cum verbum vllũ in nos dictũ audimus, similes sumus canib , lapides cõtra se iactos commordentibus; ita enim nos Deum non considerantes qui nobis tribulationem immittit, ad lapidem hoc est detractorem nos conuertimus dicentes: quare hoc mihi locutus D est? cumque ex his maxime proficere possimus, negligentia tamen nostra demeremur. Pusilli quidem hominis est, ait Sene. & miseri, repetere mordentem, veluti formicæ solẽt & mures, ad quæ animalcula si manum admoueris, statim vel rabida ora in te conuertunt: & cum tam imbecilla sint, se lædi statim putãt si tangantur. Ille autem vir magnanimus & vere nobilis est, qui more magnæ feræ, latratus omnes canum securus obaudit, & nihili facit, atque etiam constantissime quidem despicatur & contemnit.

*Aduersitates quibus considerationibus patienter feremus.*
*Eccl. 11.*
*Iaco. 1.*
*Simile.*
*Ambros. ser. 8.*
*Magnanimitas commendatur.*
*D. Aug. in Psal. 86.*
*Gen. 6.*
*Simile.*
*Simile.*
*Detractores sunt instar cañũ.*
*Sen. li . . deira c. 15.*
*Simile.*
*Detractores nihili faciamus.*

*Omne regnum.* Non indignantis est, sed verum enarrantis: nõ enim eos stultitiæ coarguit, & blasphemię, atque quod minus proiiciant ex sua doctrina & miraculis: sed re & verbis, ait Chry.

summam præfert mansuetudinem: nos etiam docet, ne quempiam si non persuademus quæ volumus, maledictis prosequamur, ne ve excandescamus: neque enim sic monemus auditorem: sed magis ad incredulitatem prouocamus. Abstinendũ igitur ab ira & impatientia est, vt orationem nostram probabilem faciamus, nulla vtamur ira, sed ne voce quidem altiore, quæ iræ indicium est. Non est magnum ait Ambro. si tunc à Dei testimonijs non declinas cum te nullus affligit, nec verbum molestum inurit. Quis enim in secundo prosperorum successu fieret ingratus? Quis diuitijs affluens, iugi salute robustus, non ad Dei gratiam referat quod sibi illa concessa sunt? denique cũ sanctum Iob prædicaret dominus, ait aduersarius, nunquid Iob gratis colit Deum? nonne vallasti eum? sed mitte manum tuam in omnia quæ habet, si non in faciem benedixerit tibi. Tũc igitur plus probatus est, quando amissis opibus & filijs, à domini cultu & gratia non recessit. Sed non vnus persecutor est, sed multos ministros habet, nec tamen terreri debes: si quidẽ per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Nolimus indignari contra eos qui consilia nostra non admittũt, sicut fecerunt Iacobus & Ioannes, cum venissent ad quendam locum Samaritanorum, & beneficium hospicij non reciperent: ira enim commoti dixerunt Christo; vis dicamus vt descendat ignis de cœlo & consumat eos? Nil mansuetudine violentius, ait Chry. nam sicut rogum cum valde accendatur, aqua iniecta restinguit; ita & animum camino magis exardescentem, verbum cum mansuetudine prolatum extinguit. Neque febricitãtem, ait idem autor, medicus hominem tam cito liberauerit à febre per qualemcunque sedulitatem, quam longanimis homo iratum & ira ardentem, petens propriorum spiratione sermonum refrigerabit. Et quid dico medicum? neque ferrum ignitũ & aquæ immersum, tam cito calorem amitteret, quam in longanimem mentem incĩdens iracundus.

E F G H

*Chry. in Ioan. ho. 5. iram decli nemus.* *Ambr. in Psal. 118.* *Simile.* *Iob. 1.* *Act. 4.* *Autor.* *Luc 9.* *Chry. ho. 50. in Ge.* *Simile.* *ad popu. ho. 29.* *Simile.* *Simile.*

## *Excusationes quærunt mali ne virtutem exerceant.*

IN *beelzebub principe dæmoniorum*. Vide quomodo isti occasiones captent, ne sequantur consilia salutaria Christi dicentes quod in Beelzebub eijceret dæmonia, & ita non esse ipsum sequẽdum. Hæc quidem malorum conditio est, videlicet mille sibi figmenta communisci, potius quam sese virtutis studio dedant

A dant, aut vt in suis vitijs persistant: vnde & hac passim vtuntur excusatione, dicentes quod homines simus, & humani à nobis nil alienum putemus. Et certe tota errãt via: siquidem vt Lactantius ait, nihil magis alienum videri debet ab homine quam creatorem suum offendere. Vnde & videas peccatorem turpia committentem, velle se semper occultare & in abscondito operari, et si pro eo facinore nouerit se non puniendum. Sicut videmus in Dauide, tã secreto homicidiũ Vriȩ procurante. Nec mirum sane quia omnes quȩrimus apud homines boni videri, & bonam habere æstimationem. Hinc & Christus, ait, Qui male agit, odit B lucem. Tum etiam agnoscens quod facile soleamus bona opera nostra publicare, ait, attendite ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab illis. Cumque peccator curet se occultare, ideo Christus instituit confessionis sacramentum, vbi peccatum manifestaretur, & ita contraria contrarijs curarentur.

*Lac. Fir. Nihil magis alienũ videri debet ab homine, quã creatorem suum offendere.*

*2. Reg. 11.*

*Ioan. 3.*

*Matt. 6.*

Quam ergo excusationem dare poteris ante tribunal Christi quod penitentiam non egeris, præsertim cum hoc tam facili remedio possis peccatorum tuorum morbo mederi, & facilius quam corporis salutem procurare? O Dei prouidentiam adorãC dam, quȩ in tanta facilitate constituit quȩ ad animȩ nostrȩ salutẽ pertinebãt! sicut etiam videmus in alijs maxime necessarijs fecisse vt panis & vini quȩ ad salutem corporis maxime pertinent, magnam nobis dedit copiam: quæ vero minus sunt necessaria, non oportebat in tãta abundantia dari, vt suaues odores, aut serica texta & alia potius ad quandam iucunditatem pertinentia: non autem perinde se gessit in aere & alijs elementis, quin potius magnam aeris copiam dedit ad respirandum. Sic ergo pro anima salutaria instituit sacramenta in magna abundantia & vbertate, ne posset se homo excusare dicens quod prȩ tanta inopia non D posset ea sibi comparare quæ ad salutem pertinerent. Cæterum de dȩmone & viro impio, dicit Iob, corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus: vt intelligeremus quomodo in suis iniquitatibus se soleat tegere & occultare. Sic etiam Adam se excusabat cum diceret, mulier quam dedisti mihi. Item in actis Apost. legimus quod de oculis Pauli ceciderunt quasi squamæ, vt intelligamus quod culpam suam manifestaret, neque excusationem vllam prætenderet. Quemadmodum enim pisces vt melius sale condiantur, desquamandi sunt: sic equidem vt pȩnitentiam commodius præstemus, omnes excusationum squamas penitus depellamus. Sic enim Dauid dicebat,

*Simile.*

*Magna Dei prouidentia.*

*Simile.*

*Prouidit Deus abũdantiã rerum quæ magis necessariæ videbantur.*

*Iob. 41.*

*Genes. 3.*

*Acto. 9.*

*Simile.*

*Psal.50.* iniquitatē meā ego cognosco. Quasi diceret, ego quidem Deus E
meus, excusationem nullam obtendo, sed ipse scelus meum agnosco, & fateor, atque idcirco misericordiam tuam imploro.
Et alibi ait, non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. *Psal.140.* Hæc est enim malorum conditio, vt facile statim in malo excusationes quærant, & si quid ament vel oderint, mille statim quærant argumenta quibus possint suum defendere institutum, etiam sub specie quadam sanctitatis. *Excusationes quærimus in vitijs nostris.* Sic enim videmus fecisse Saulem, nam cum ei Deus præcepisset pænitus destruere Moab, ipse tamen sibi reseruauit regem F
Agag, & meliora gregis, voluitque suum crimen velare ea excusatione quod diceret se id præstitisse, vt ea domino offerret, *1.Reg.15.*
Sic Dathan & Abyron sub quadam religionis specie, volebant *Num.16.* contra Moysen rebellare, dicentes: sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, cur eleuamini super populum Dei? Quasi dicerent, populus hic sanctus non debet vobis subesse & subijci. *Mali peccātinterdū sub quadā religionis specie.* Sicetiam Achab cum vellet contra Assyrios pugnare, vt magis crudelitatem suam dissimularet, prætēdebat quod hæc esset voluntas Domini, & ita omnes suos Prophetas induxit vt id vnanimiter dicerent: at vero quia Michæas Propheta ei contrarium dicebat & eius voluntati non consentiebat, vide quam G
ignominiose ab eo tractatus sit. *2.Par.18.*

Mirabile sane est videre quam delicati simus in excusando se cordiam nostrā, atque segnitiem in bonis operibus præstandis, atque sequendo Christum. *Cant.5.* In Canticis quidem habetur, quod nocte venerit sponsus ad ostium sponsæ, & pulsans dicebat: aperi mihi soror mea, sponsa mea, columba mea: ipsa vero se excusabat dicens, expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? *Pusillanimes sumus ad virtutē viriliter prosequendam.* sic ergo plerique faciunt, cum Deus pulset ad ostium conscientiæ, ipsi H
semper excusationes comminiscuntur, & commentiuntur: & cum Christus pro nobis famem, sitimque pertulerit, atque frigus & æstum, nos tamen pro eo laborē nullum assumimus, sed statim delicate nos excusamus, dicentes si Hospitalia visitanda nobis sint, aut carceres, nos non posse eum fætorem sustinere: *Can.5. Diuinas inspirationes ne repellamus.* si ieiunandum nobis sit, dicimus nos statim animo linqui, si silentium obseruandum, dicimus nos melancholicos reddi: si studendum sit, dicimus nos non posse optime cibos concoquere, & denique sicut sponsa, semper quærimus excusationes. *Excusationes quærimus ne virtutem exerceamus.* Videas etiam alios dicentes blasphemiam quandam cum peccant, videlicet se non posse aliud facere, qui tamen mentiūtur:

nam

A nam quamuis dæmon in malo persistat & obfirmatus sit, non ita tamen homo quandiu viuit, sed semper liber est, & potest cadere & erigi. Confirmauit Deus quidem in gratia aliquos in hac vita, vt Paulum, qui dicebat, certus sum quod neque mors, neque vita &c. & alios multos, veruntamen nullus homo quãdiu hic viuit, est ita in peccato confirmatus, quin possit si velit, à peccato cessare, erit quidem durus & aggrauatus, non tamen ita pænitus in malo confirmatus quin possit resipiscere, & ad meliorem frugem redire, si velit. Quod cum ita sit, non
B est quod nos excusemus, sed potius Deo pro tanto beneficio gratias agamus. Et certe multi viri iusti in iudicio, hos qui modo tam friuolas prætendunt excusationes, cõuincent, quod cum homines essent sicut ipsi, ieiunauerint, virtutem exercuerint, iniurias condonauerint, & alias difficultates superauerint: & propterea tunc non admittentur friuolæ istæ excusationes, præsertim ante oculos tam mundos iudicis omnia acutissime penetrantis.

*Dæmon in malo obfirmatus est, non ita homo quãdiu viuit.*
*Rom. 8.*
*Nõ est homo ita in malo confirmatus, quin si velit, possit ope diuina desistere a peccato.*
*Non valebũt excusationes in iudicio.*

## FERIA SECVNDA POST TERTIAM DO-
C MINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO PRIMA.

*QVANTA audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 4. Mat. 13. Mar. 6. Non est credendum Christum Redemptorem nostrum non fuisse dilectionis affectu propẽsum in patriã suam, cum id sit omnibus adeo naturale, vt historici scri-
D ptores referãt de M. Attilio imperatore Romano, quod cum captus esset in bello Chartaginiensi, in sua ipsius fide miserunt eum legatum Romam, vt peteret à Romanis quasdam conditiones ac leges, quibus obtentis atque firmatis, in suam esset assertus libertatem: qui sane videns pacta non esse talia, qualia suę Reipub. & patriæ conuenirent, non tantum non postulauit ab eis vt illa acceptarent atque complerent, verum etiam eos vehemẽter hortatus fuit, vt illa nullo modo reciperent, & ita regressus est ad suam captiuitatem & vincula, vbi vitã magnis laboribus atque miserijs finiuit, suę patrię potius diligẽs libertatem, quam propriam, vt refert Val. Max. & adducitur à D. August. *Quanta audiuimus.* Non dicũt, quãta scimus, vt ostẽdant

*Exẽ. M. Atti. impe.*
*Omnes ducuntur amore patria.*
*Val Max liv. 9.*

*August. li. 3 de ciu. Dei cap. 15.* se nonnihil dubitare an vera essent: quia ergo isti Nazaræitę non erant dispositi, cum non haberent fidem in Christo, nec in eum crederent, ideo non fecit multa miracula in patria sua, imo quod peius est, non solum non credebant, sed & irridebant eum, dicentes: nonne hic est filius Ioseph? Indigni etiam erant isti vt Christus apud eos faceret miracula, quia alienę gloriæ inuidebãt & quod Capharnaum frueretur tantopere gratia miraculorum. E

*Cur Christus in patria pauca fecerit miracula.*

*Quanta audiuimus.* Hoc etiam perquandam inuidiam dicebant, quam habebant erga Christum, quemadmodum discipulos Ioãnis pænitebat eo quod Christus miracula faceret & baptizaret, & dixerunt Ioanni, Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quod ergo patria ipsa ingrata esset Christo, ideo in ea miracula plura non facit. Neque hoc modo nouum est, vt scilicet ciuibus suis patriæ sint ingratę, quantumcumque pro earum salute & gloria præclara facinora perpetrarint. Sic enim Ciceroni extitit sua patria ingrata, sic Demostheni, sic Metello: item Hannibali, Camillo, seruilio, lycurgo, soloni, Scipioni, pub. lentulo, Seuerino Boetio, Dyoni. Syracusano, Temistocli, & pluribus alijs, quos longum esset recensere. Nescio enim quo tandem fato fiat, vt propemodum ciues omnes ciuibus inuideant, quemadmodum suis monumentis prodidit D. Hieron. Non enim considerant, ait idem sanctus doctor, præsentia viri opera, sed fragilis recordantur infantiæ, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint. *Quanta audiuimus facta.* Quasi videantur obijcere, ait D. Bona. cum Ecclesi. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Et illud Apost. siquis autẽ suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit. Isti quidem erant arrogantissimi, & laudem captabant in operibus suis, & sic existimabant Christum eiusdem esse ingenij. Obijciebant quidem, ait alius doctor, Christo dicentes; aut in Nazareth non operaris miracula, quod nolis, vel quod non possis: si ea non facis quod nolis, ingratus quidem es patriæ: quod si minus potes, certe habitatores Capharnaũ delusisti magicis tuis artibus. Cęterũ hi nõ cognouerũt quod medicus nolit curare infirmum qui medicamina respuat, & qui diffidat medico, & male de eo opinetur, quod faciebant isti.

*Luc. 4.* F

*Patria ciuibus bene meritis ingrata.*

G

*D. Hie. in Matt. 13. li. 2. to. 9*

*D. Bon. in Luc.*

*Eccl. 14.*

H

*1. Timo. 5.*

*Hessmens. in Luc.*

*Simile.*

*Nouitatis studiosi sumus.*

*Nemo propheta acceptus est in patria sua.* Tales sunt hominũ affectus vt nouitate gaudeãt, & si aliquid à lõginquo venit, id venerẽtur & honorẽt, nõ autẽ propria que poti fastidiũt. Martha quidẽ quę soror erat Lazari, prius sensit fætorem fratris quam alij, quia

A quia ipsa sola dixit. Iam fætet, quatriduanus enim est. Homines etiam facilius euehuntur ad altissimos quosque dignitatis & honoris gradus in aliena patria quam in propria. Nã Ioseph in patria sua afflictus est à fratribus, & in Ægypti exilium relegatus, vbi tamen ab alienigena & ignoto Pharaone nobilitatus est & exaltatus. Sic Hieremias in lacum per conciliarios Sedechię missus est, qui tamen per Abdemelech Æthiopẽ extractus est à lacu, & postea à Nabuchodonosor honorifice tractatus. Vnde etiam dominus loquens Ezechieli de populis gentilibus & ignotæ linguæ, ait: si ad illos mittereris, ipsi audirent te, domus autem Israel nolunt audire te. Maria & Aaron fratres Moysi, cum ipso rixati sunt, cui tamen alieni obtempera-B rũt. Præterea Deus dixit Abrahę, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & faciam te in gentem magnã. Cæterum Ezechias & populus eius, in magno honore habuerunt Isaiam Prophetam etiam in propria patria. Tum etiam Dauid Prophetam Gad veneratus est in sua patria. Et ideo hæc Christi verba sunt intelligenda cum aliqua exceptione. *Simile.* *Ioan.11.* *Gen.37.* *Gen.41.* *Hie.38.* *Hie. 29.* *Eze.3.* *Num. 12.* *Gen.12.*

Non mediocriter, ait Ambros. inuidia proditur, quæ ciuicæ charitatis oblita: in acerba odia causas amoris inflectit. Simul hoc exemplo pariter & oraculo declaratur, quod frustra opem misericordiæ cælestis expectes, si alienæ fructibus virtu-C tis inuideas. Aspernator enim dominus inuidorum est, & ab ijs qui diuina beneficia in alijs persequuntur, miracula suæ potestatis auertit. Non otiose itaque saluator excusat quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit, ne fortassis aliquis viliorem patrię nobis esse debere putaret affectum. Neque enim ciues poterat non amare, qui amaret omnes, sed ipsi se charitate patriæ qui inuident, abdicarunt. Charitas enim non ęmulatur, non inflatur, nec tamen exors beneficiorum patria diuinorum est. Quod enim maius miraculum, quam quod in ea natus D est Christus? Videte igitur quid mali inuidia habeat: indigna propter inuidiam patria iudicatur, in qua ciuis operetur, quę digna fuit in qua Dei filius nasceretur. Et quę est ratio ait D. Th. quare nullus in patria honoretur? vna quidem est ratio, quia quando est in patria sua, multi qui cognoscunt infirma sua, semper reducunt in memoriam infirma, hoc est enim à malitia hominum vt magis infirma cogitent quam perfecta. Alia ratio potest assignari, quia dicit Philosophus, quod populus multum paralogizatur, quia credunt quod in aliquo pares, in omnibus pares sint. Vnde quando aliquis est in patria sua cum *Ambr. in Luc.4.li. 4.* *Inuidia detestabilis pestis.* *1.Cor.13.* *D.Tho. in Matt.13.* *Aristo.*

vident eum parem sibi in aliquo, vel ingenere, vel alijs, credunt E
quod non posit esse maior, non est propheta sine honore, nisi in
*Matt. 13.* patria sua. Et Matt. ait, quod non fecit ibi multas virtutes, non
quia non potuerit, quia omnia potens erat; sed non fecit, quia
ad hoc faciebat vt sibi crederetur, sed ipsi despectui eum habebant, quia in malum interpretabantur, ideo non erant dispositi
ad fidem: aliquas tamẽ fecit, vt inexcusabiles redderentur: & ideo
dicit non multas, quia aliquas, & hoc ait Matt. propter incredu-
*D. Bonau. in Luc.* litatem eorum. Nolebat Christus, ait D. Bona. doctor Ecclesię,
apud suos miracula facere, cum essent incircũcisi corde dura cer-
uice, quemadmodum dixit Stephanus, & restiterunt semper F
spiritui Sancto. Quibus congruit merito quidem illud Deuter.
*Acto. 7.* cauete ne forte decipiantur corda vestra &c. Et Paulo inferius
*Deute. 11.* ait, iratusque dominus claudat cœlum, & pluuię non descendant
nec terra det germen suum. Nemo propheta &c. Cum isti etiam
essent ingrati, idcirco noluit ibi multa miracula operari, displi-
*2. Par. 16.* cet enim plurimũ deo, ipsa ingratitudo. Scribitur certe 2. Pa. 16.
Quod Asa rex Iudæę plurimum à domino reprehensus fuerit,
per prophetam Hanani, quod cum ipsi Deus contra Etropios
victoriam contulisset, nihilominus tamẽ in alio bello quod post G
modum secutum est, noluit, diuinam opem implorare, sed regis
Syrię auxilium quæsiuit.

*D. Bon. in Luc.* *Quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex.* Aduerte, ait ille Eclesię doctor seraphicus D. Bona. quod non accipere
Iudæam pluuiam annis tribus & mensibus sex significat quod
prædicationem Christi quę fuit per hoc temporis spatium, non
*Acto. 13.* erant Iudæi recepturi. De quo vide acto. 13. vbi dicit Apost. vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitę, ecce conuertimur
ad gentes, tanquam admulierem viduam. Considera obsecro H
*Chrys. in Epist. 2 ad Cor c. 9. hom. 19. in moralitate tomo. 4.* pręstantiam tam integerrimę mulieris, ait Chrys. & magnitudinem animi in tanta paupertate, & filij suamque famem,
cum liberaliter dederit ipsi prophetę quęcumque habebat, absque spe retributionis. Videtur quidem plus fecisse quam Abraham, quandoquidem nullum habebat armentum quo mitteret,
*3. Reg. 17. Genes. 18.* nullosque vitulos superfluos quos daret, sed quidquid habuit dedit. Non ita quidem nos liberales sumus in pauperes ipsos, cum
*Liberales simus erga pauperes.* tamen pænes nos sit eius rei potestas, & à deo expectemus tantam
retributionem, & pręterea nos manet horribilis ille infernus, nisi cum resposcat, id fecerimus: adde quod Christus id nobis commendarit, qui se totum nobis dedit.

*Et multi*

A *Et multi leprosi &c.* Euidenter hic sermo nos domini Saluatoris informat, ait Ambr. & ad studium venerandę diuinitatis hortatur, quod nemo sanus ostenditur, & maculosi morbo corporis absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Nō enim dormientibus diuina beneficia, sed obseruātibus deferuntur. Et bene apto comparationis exemplo arrogantia ciuium retunditur inuidorum, dominicumque factum scripturis docetur veteribus conuenire, quod lib. quoque Regnorum legimus gentilem virū Naaman, prophetico oraculo lepræ maculis absolutum. Cum B plurimi Iudæorum lepra corporis pariter & mentis absumerentur. Siquidem etiam quatuor illos qui cogente fame in castra primi regis Syriæ tetenderunt, tradit historia fuisse leprosos. Cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat propheta consortes, cum sanaret alienos, & sanaret eos qui obseruantiam legis & religionis consortium non habebant? Sane quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus votis eligitur, non naturæ iure defertur.

*D. Ambr. in Luc. 4. lib. 4.*

*4. Reg. 5.*

*4. Reg. 7.*

*Fauet Deus seruis suis.*

*Eiecerunt illum extra ciuitatem, & eduxerunt illum vsque ad supercilium montis.* Isti Nazaræitæ peiores fuerunt magistro suo diabolo: diabolus quippe suggestione & verbo tantum ten- C tauit dominum, isti tamen Iudæi facto. Ille dixit Saluatori in pinnaculo templi: mitte te deorsum: sed isti aperte mittere eum deorsum nituntur. Maxima est illa tribulatio quę à proprijs amicis & necessarijs infertur atque eiusdem gentis hominibus: nam major quidem ab his infertur, quam extraneis. Vnde Pilatus qui gentilis & alienigena erat, voluit Christum absoluere, ita Herodes teste Pilato nullam mortis causam in eo inuenit, & propterea liberum illum ad Pilatum remisit: Iudæi autem nulla facta cessatione, cum ex eadem gente essent, clamabant vt crucifigeretur. D Quapropter dixit Pilatus Christo, gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Eisdem plane vestigijs mundus incedit: nam hi qui magis familiares & domestici tibi sunt, tibi prius detrahunt & tua secreta pandunt, potiusque ex extraneis & ingratis beneficium cum res postulat atque opem referes, quam ex consanguineis. Et extraneus quidem si aliqua in eum contuleris beneficia, saltem gratum animum præseferet, consanguineus & affinis nullo modo tibi gratus erit, imo sibi persuadebit te nil plane fecisse pro eius dignitate & merito. Vnde vt ad institutum proprium accedam; non minus quam Azotij arcam domini Dei Israel eiecerunt ex templo suo, ex patria sua, & à finibus suis

*Matt. 4.*

*Matt. 27.*

*Luc. 23.*

*Ioann 18.*

*Alieni nobis magis fauere videntur quā domestici.*

*1. Regū. 5.*

eo quod male se habuerat cum idolo suo dagon: ita isti ex patria E
*Mali nolunt bonos in sua societate.* Christũ eiecerunt, propterea quod eorum vitia & flagitia reprehendebat & abominabatur, nec secus faciunt profecto quotidie peccatores. Neque etiam libenter Christum audiebant cum commendaret illis maxime virtutes ipsas & ea quæ ad ornatum animi spectabant, sed potius eundem odio prosequebantur & à se expellebant, quia contraria suo palato eis prædicabat. Nolunt enim impij vt ea laudentur, vel etiam commemorentur, quę ipsi oderunt & detestantur. *Mali oderunt virtutem.* Hinc Rex Balaac maxime dolebat & tristabatur, quod Balaam Hebræum populum laudaret, quē ipse tanto prosequebatur odio. Saul quoque indignabatur au- F
*Num.24.* ditis laudibus Dauidis à Ionatha Saulis filio: vide etiam quan-
*1.Reg.20.* topere indignati fuerunt magnates Holophernis, cum audirēt
*Iudith. 5.* Achior disserentem, & quidem vere de præclaris rebus & factis Hebræorum.

*Vsque ad supercilium montis.* Hic sane significatur horum superbia & arrogantia per supercilium montis, quæ sane arrogãtia & tumor effecit vt eorum respub. penitus destrueretur, & magis *Ambitio detestabile malum.* sua arrogantia rēpub. prostrarunt, quam fecerint Titus & Vespasianus: si quidem ipsi Christum dominum occiderunt, & idcirco venit super eos fames & gladius. Considerct igitur superbus G
*Arrogãtes punit De⁹* qui in supercilio montis ciuitatem suam & cogitationē ædificatam habeat, quod vt ait Iob, si ascenderit in cælum superbia
*Iob.20.* eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent, vbi est? Sic solemus dicere, hem quo redacta est illius superbia! quomodo bona omnia consumpta sunt! euanuerunt prorsus & ad nihilum redacta sunt bona ipsa & honores mundani. Vnde Aug. ait, quid sunt
*Simile.* bonores seculi, nisi vanitas quædam & inanitas? Quia sic scrip-
*Aug. lib. de Catherudi.c.16. tom. 4* tura sancta dicit, omnis caro fænum, & claritas hominis, vt flos fæni: fænum aruit, & flos cecidit, verbum autem domini manet H
in æternum, ideo qui veram felicitatem desiderat, debet tollere spem suam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collo-
*Isa.40.* care in verbo domini, adhærēs ei quod manet in æternũ. Quēadmodum vt ait Chry. sæui quidem venti, in tranquillum ma-
*Chr.ad po. ho.43.to.5* re delati, totum ab imo subruunt, & arena cum vndis miscetur. Sic & ambitio & turpis quæstus animum subeuntes, omnia subuertunt: excæcat mentis intuitum præsertim glo-
*Ambitio vitium tyrannicum.* riæ furor. Non est enim, non est inquam vitium ita tyrannicum. Cogita cum gloriam concupiscis, quod eam sis allecutus, & disce finem, & inuenies, cogita quantam ea res habet

A iacturam; quot & qualibus bonis priuet: de terra recede, & ad illud cœleste respicias theatrum. Homines licet laudauerint, mox tamen accusant, vel inuident vel carpunt. Sed hoc si non fecerint nil omnino laudato prosunt. Deus autem non ita, sed gaudet nostra laudans merita. Ne credas ait Hie. adulatoribus tuis, imo irrisoribus aurem nelibenter accommodes, qui cum te adulationibus fouerint, & quodam modo impotem mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut manu auriculas agitari asini, vel æstuantem canis protendi linguam. *D. Hie. ad Ruf. mo. de ui. for. Tomo. 1.* *D. Ber. de Ascen. do. ser. 4.*

B In alto quidem & edito loco ciuitatem suam isti ædificauerant cupidi quidem sumus ait Ber. ascensionis, exaltationem concupiscimus omnes, nobiles enim creaturę sumus & magni cuiusdam animi, ideoque altitudinem naturali appetimus desiderio. Sed væ nobis si voluerimus eum sequi qui ait, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Heu miser in lateribus Aquilonis? Frigidus est mons ille, non te sequimur. Quem sequimini miseri homines, quem sequimini? Annon videtis Satanã tanquam fulgur de cœlo cadentem? non ne iste est mons, in quem ascendit Angelus, & descendit diabolus? Quid nobis, & montibus istis, in C quorum ascensu tanta difficultas est, & tam grande periculum? aut cur eum deseritis montem, cuius & facilis est ascensus & per vtilis? Potestatis ambitio Angelum felicitate priuauit Angelica: & spoliauit. Sequere autem ascendentem crucem, exaltatum à terra & non solum super te, sed & super omnem quoque mundum & vniuersa quę in terris sunt deorsum aspicientē. Nulla te mundi oblectamenta inclinēt, nullę aduersitates deijciant. Absit tibi gloriari, nisi in cruce domini tui Iesu Christi, per quem tibi mundus crucifixus est. Porro inter alia multa quę nos dehortari debent à dignitatum ambitu & siti, illud maximum est etiam, ne ex D illis ansam & occasionem arripiamus, diuinam maiestatem offendendi, cum præsertim qui dignitatibus præeminent, minus habere videantur qui eos audeant corrigere atque corripere. Mens quippe humana ad licentiam magis & voluptatem, quam honestatem procliuis, magis à nobilitatis dignitate, superbiendi, quam patrias virtutes imitandi, occasionem arripere solet. Quod Dionysij senioris, syracusanorũ Tyranni filius, exemplo suo ostēdit, qui cum à patre corriperetur, quod Syracusani cuiusdam viri vxori vim intulisset, atque inter alia diceret, si vnquam audiuisset à se rem similem factam fuisse: filius ita ei respondit, hoc accidit quod nunquam patrem regem habuisti. At vnus hic regis *Isa. 14.* *Luc. 10.* *Superbos humiliat Deus.* *Gen. 3.* *Gal. 6.* *Lud. Gra.* *Dignitas aliquando periculosa* *Fulg. li. 7.*





*Principes multos habent sibi adulantes.* filius, multos habet intemperantiæ suæ sectatores, qui nobilitatis occasione omnia sibi licere arbitrantur, cum tamen in maxima potentia, minima esse licentia debeat. E

Superbia quidem & præsumptio quam hi pharisæi habebant, in causa erat vt facile turbarentur: vnde vir quidam magni animi dixit aliquando superbo Alexandro: quamuis leo sit rex inter cætera animalia, nihilominus tamen tandem etiam à minutissimis formicis voratur: & quamuis proceræ ac fortes sint arbores, tandem tamen ab ipsis ventis concutiuntur & percelluntur: ita tu Alexander quamuis nunc domineris hominibus, tandē à vermibus cōsumeris. Nullum est vitiū quod superbię par sit, ait Chrys. ex homine facit dæmonem, conuiciatorem, maledicum, periurum, mortis ac necis cupidum. Superbus in tristibus perpetuo indignatur, perpetuo mæret: nil est quod hanc animi ipsius affectionem exaturare queat; etiamsi regem ante se procumbere & procidere viderit, non saturatur, sed magis incenditur. Quemadmodum enim auari quanto plura acceperint, tanto pluribus egent, ita & aurę amātes quanto maiore honore fruuntur, tanto cupiunt honorari magis. Crescit enim illis ista animi passio, quæ finem non nouit, sed tunc primum cessat, quando laborantem occiderit. Non vides inedia laborantes siue bulimia, quomodo semper appetāt? Est enim passio, sicut medici dicunt.

*Exemp.*

*Chry. ho. 1. in. 2. ad Thes. to. 4.* F

*Simile.*

*Ambitiosi cōditiones.* G

*Superbi et ambitiosi alios despicantur.* Mos præterea est eorum qui vel ambitionis, vel inuidiæ morbo laborant, quales erant isti pharisæi, virtutibus quas in alijs vident & quibus ipsi carent, indigna imponere nomina vitiorum, vt ipsi quidem non virtutibus illis carere, sed ab illis vitijs se immunes esse ostentent. Sic videmus illos qui vix vnquam ad diuina sacramenta, nisi forte coacti accedunt, eos insectari atque mordere qui illa deuotius frequentant. Cum enim religionis & officij huius commendatio, in eorum dedecus cedat qui ea carent, illi contra non quidem virtutis, sed temeritatis & audaciæ nomen religioni imponunt, vt demum ipsi non parum religiosi, sed minime audaces & temerarij esse iudicentur. Confundi plane debent Christiani quod à gentilibus in virtute superari interdum videantur. Videmus sane quod etsi Naaman ad dignitatem euectus esset à rege Assyriorum, & præpotens ac diues esset, nihilominus tamen àdeo humanus erat vt serui eum patrem appellarent, & ipse eorum consilio vteretur, à quibus placatus est, quamuis valde iratus fuisset propter verba prophetę, àdeo vt etiam se indignum iudicans quod reliquias aliquas

*Confundi debet vir christianus quod a gentili in virtute superetur.* H

*4. Reg. 2.*

 prophe-

A prophetæ acciperet; onus terræ quam calcabat, ab eo humiliter petierit, & eam etiam imperio pretulerit. Nos vero qui Christiani sumus, ita ad honores euecti insolescimus, vt cum videamus ducem nostrum Christum maxime humiliatum, sponte sua; nihilominus tamen superbimus, nec conditionem nostram terream agnoscere volumus & confiteri.

*Nundinantamus.*
*Sana consilia propter iracundiā.*

*Ipse autem transiens, per medium illorum ibat.* Sacrilegia Iudeorum, ait Ambro. quæ multo ante dominus prænuntiauerat per prophetas, & psalmi versiculo declarauerat quæ passurus esset in corpore cōstitutus, dicens: retribuebant mihi mala pro bonis: in B Euangelio hodierno docet esse completa. Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum si perdiderunt salutem, qui eiecerunt de finibus Saluatorem. Simul intellige non ex necessitate fuisse sed voluntariam corporis passionem, nec captum à Iudæis, sed à seipso oblatum. Etenim quando vult capitur, quando vult elabitur, quando vult suspenditur, quando vult non tenetur: & hic in supercilium montis præcipitandus ascenderat, & ecce per medium illorum ibat, mutata subito vel obstupefacta furentium mente. Nondum enim hora venerat passionis, quin etiam malebat ad C hoc Iudæos sanare quam perdere, vt inefficaci furoris exitu desinerent velle quod implere non possent. Vides igitur & hic diuinitatis esse quod captus est: nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur? sed noluit sacrilegium esse multorum, vt in autores culpæ crucis inuidiam retorqueret, atque à paucis quidem affigeretur, sed pro toto orbe moreretur.

*Humiliemus nos ad Christi imitationē.*
*Ambro. in Lu. 4. l. 4*
*Psalm 37*
*Isa. 53.*
*Ioann. 7*

*Volūtarie passus est Christus.*

D

## FERIA SECVNDA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA;

*Inuidia detestabile malum.*



QVANTA *audiuimus facta in Capharnaum &c.* Luc. 4. Liuore inuidię hæc isti dixerunt, nam vt ait Hieron. propemodum naturale esse videtur, vt ciues ciuibus inuideāt. Adde quod aliqui ex his fortasse plus quā opus esset, Baptistæ adhærebant, & ideo non cupiebant vt ita

*D. Hie. in Math. 13. li. 2. to. 9.*

Christus

Christus miraculis & doctrina clareret: ac propterea sub quadã E
*Odiũ perniciosum.* specie amicitię & beneuolentiæ, hanc illi petitionem proponunt sic enim videmus quod discipuli Baptistæ, Christo inuiderent: Sic etiam videmus hoc tempore quod aliqui plusquam opus sit alicui religioni adhęrentes & indiscrete, cæteras spernunt, cum
*Ioann. 3.* tamen omnes ab Ecclesia approbatę, sanctę sint, & cœli viam nobis commonstrent. Sic etiam videas quod aliqui interdum prop-
*Cõpetẽtias indiscretas fugiamus.* ter indiscretum quendam zelum inter vtrumque Ioannem videã tur quasi inter Cæsarẽ & Pompeium, contentionẽ suscitare dum vni ita adhęrent, vt alterum quodammodo spernere videantur. F
Quam obrem, caueamus ab indiscretis affectibus, qui facile solẽt mentẽ cõturbare. sic enim videmus quod Eua ex visu ita affectu
*Genes. 3.* adhesit pomo, vt statim sapidum & boni gustus illud iudicaret, & ex visu iudicaret de sapore, Vnde textus ait, vidit quod bonũ esset lignum aduescendum. Hinc etiam fieri videas, vt vulgo di-
*Simile.* citur, quod qui amat ranam, ranam putat esset Dianam; sicut contra qui odit, quamuis pulcherrimam formam, iudicat Thersite de
*Plu.* formiorem. Hinc etiam proueniunt varię iniquitates interdum in electionibus & alijs huiusmodi propter odium, vel amorem. G
sane horum pharisæorum inuidia & odium, ipsos consumebat.
*Socra.* Vnde Plutar. ait, quod inuidia est vlcus animæ & plagaquę latius serpit quam cancer. Socrates etiam eam appellabat, animę securim & gladium. Basilius vero cariem animę. Et Chrys. tineam
*Bas.* aut rubiginem ferrum consumentẽ, imo & inuidos dicit quodã modo dæmone peiores esse, quoniam dęmones nõ inuident alijs
*Chrysos.* dęmonibus: Gregor. etiam Na. dicit quod hoc vitium sit iustissimum propterea quod possessorem suum torquet, & iniustissimũ quia bonos persequitur, siquidem varias exquirit inuidus artes
*Gre. Na.* quibus bonos lædat: vnde Iob ait, vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum: ibi murmurationes & fal H
sa testimonia, ibi gaudium de ruina proximi, contraquam consu
*Iob. 3.* lat Eccl. cum ait, cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne forte videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam:
*Prou. 24.* atque ita tũc magis torquebitur inuidus: sic enim videmus quod quanto magis Saul persequebatur Dauidem, tanto magis diuinis
*1. Reg. 18.* beneficijs locupletabatur. Porro inuidia non est generosi animi tinea, vnde Iob ait, paruulum occidit inuidia. Et certe inuidus
*Iob. 5.* papilioni similis est, quod animalculum circa lucernam volitãdo, dum lucem conatur extinguere, sibi alas comburit. Sed vide obse cro qua de re inuiderent isti Christo, propterea quod opera bona
*Simile.* præstabat & miracula faciebat, propter hoc ipsi detrahebant. Li-

beret

A beret nos Deus ne semel odium & inuidia in anima nostra radi- *Prouer. 9.*
ces agant, siquidem in mille labemur errores. Dicit sapiens quod aquę furtiuę dulciores sunt: vnde colligi potest, quod scelera & iniquitates pleræque hominum, videntur à feris belluis mutuo *Dissimilia* acceptę, siquidem his potius quam hominibus quadrare videntur sicut viridis color potius quadrat smaragdo quam mulieri, & ferocitas potius leoni quã homini, & voracitas lupo, atque ouem dentibus dilacerare potius ipsi lupo conuenit, quam homini. *Iaco. 3.* item latrare cani, & sui in cæno volutari: at vero odium & inui-
B dia faciunt vt hæc homo à brutis mutuo accipiat, nempe à leone ferociam, à lupo voracitatem, à cane latratum; à vulpe fraudem, *Lingua* à sue immunditiam: vide igitur quam monstruosum reddant ho *periculosũ* minem huiusmodi vitia, imo monstruosiorem quam sint illa *membrum* animalia: etenim illa domantur, non autem perinde inuidus homo & detractor. Vnde Iaco. ait, omnis natura bestiarum, & vo- *1. Cor. 13.* lucrum, & serpentum, & cæterorum, domantur, & domita sunt à natura humanana, linguã autem nullus hominũ domare potest. *Charitatẽ* Inquietum malũ, plena veneno mortifero. Certe si in nobis esset *habeamus* charitas, cessaret hæc omnis inuidia, siquidem vt ait Apost. cha-
C ritas non æmulatur, non cogitat malum, non agit perperam, non est ambitiosa, si hæc in nobis regnaret, gauderemus de prosperi *Simile.* tate proximorum nostrorum; & bona fama non autem tristaremur, vt faciebant isti Pharisei.

Inuidia certe in paruulis siue pusillanimis hominibus, locum *Simile.* habet. Sicut enim caries nõ producitur in cedro, pretiosa quidẽ sic inuidia non generatur in animo ingenuo, pio atque Christia *Simile.* no. Et sicut planetę inferiores obscurare nituntur eosqui superiores existunt, & non contra: ita infirmi homines sua inuidia ni- *Simile.* grefacere student famam & nomen eorum quos vident sibi prę-
D cellere. Et sicut noctua tenebris gaudet, & lucem habet inimicam ita inuidus & impius malis gaudet, & de aliena felicitate tristať. Et quemadmodum eos qui per loca soli exposita, & eius luce plenissima gradiũtur, vmbra semper ipsa affectatur, ita eos qui in *Exẽplum.* splendida pręclarissimorum factorum & dictorum luce versantur, semper inuidia comes sequitur, hoc est eis, non alijs inuideri solet, vnde sapienter certe philosophus quidam interrogatus quid faciendum esset nequis haberet inuidos, respondisse ita fertur: si nil prorsus boni habueris, carebis certe malis & inuidis. O inuidiam omni fera crudeliorem ait Cyril. & exitium omnibus *Cyril. li. 8.* intentantem! charitas quidem viuificat & beneficia largitur, at *in Ioã. c. 8* liuor edax perniciem infert & mortẽ, sui que tabe veneni omnia commacu-

commaculat & enecat. Illa truculenta bellua pepulit Ioab principem militiæ Dauid, in subdolam, fraudulẽtamque cædẽ Amasę, quẽ præfecerat etiam rex ipse suę militię, quod inuideret illum sibi designatum collegam in eodem magistratu, timeretque tandem ne sibi pręferretur Amasa, & solus militię regię pręficeretur. E

*2. Reg. 20*

*Inuidia quantum noceat.*

## *Ingratitudo quam sit perniciosa.*

*Calumniatores semper cauillantur.*

FACET *hic in patria tua.* Hi significare volebãt quod Christus esset ingratus patriæ suæ, propterea quod eam miraculis non illustraret sicut alias ciuitates, & tamen nolebant agnoscere quod incredulitas eorum id efficiebat, & quod ipsi ingrati essẽt erga Deum à quo tanta acceperant beneficia, inde enim potius prouenicbat, quod Chistus apud ipsos perinde miracula non operaretur atque apud alios: hæc est enim pœna quam merentur ingrati, vt scilicet perdant beneficia non modo facienda, sed etiam facta. Sane si spirituales aures haberemus, satis intelligeremus Deum de nobis conquerentem & de nostra ingratitudine, atque dicentem. Vide peccator quomodo si vellem, tibi vitam eripere possem, & tamen modo solummodo te tango vt resipiscas. Sic enim de Saule quidem conqueri poterat Dauid, quod scilicet ipsum persequeretur Dauidem, qui Sauli sæpe poterat vitam eripere, & noluit sed paulum dumtaxat attigit, præscindens oram chlamidis eius, & eripiens illi dumtaxat scyphum: & tamen Saul ingratus ita ipsum persequebatur, ac si beneficia nõ illa accepisset, cum tamen sæpe dixisset quod eum amplius non persequeretur. Maiores igitur conquerendi de nobis causas habet Deus, qui tam parum proficimus de eius diuinis inspirationibus, atque assiduis oraculis vt resipiscamus, & ne in sempiternum pereamus. Et certe ex subiecto exemplo facile nostra ingratitudo poterit aliquo pacto intelligi: finge quęso animo aliquem atrocissimum quoddam delictum commisisse, & propter illud scelus amicum quendam ipsius captum fuisse, & ad suspendium duci iniuste, atque amicum qui scelus patrarat id videre, & nullo modo propterea dolere, quid quæso tunc diceres de tam peruerso homine? Quod si hac re non contentus, ipse amicum damnatum subsannaret, & carnificem ad eum cito suspendendendum incitaret, quid quæso iudicares? Quodsi absente carnifice ipsemet sententiam exequeretur, annon id grauius censeres? si etiam ille qui iniuste patitur, hilari vultu amicũ fraudulentum

F

G

H

*Vocat nos Deus laboribus.*

*Simile.*

*1. Reg. 24.*

*1. Reg. 26.*

*Magna Saulis obstinatio.*

*Simile.*

*Obstinati quo deueniant.*

*Ingrati quanta cõmittãt absurda.*

A lentum conſpiciens, ſignificaret quod libenter pro ipſo pateretur, quid diceres? ſi etiam videres quod ipſe malefactor ſatis intelligit, quod ſi ille qui patitur, vellet culpam in ipſum refundere, id facere poſſet & ſtatim liberaretur, nihilominus tamen id non vult, ſed potius libenter pro amico pati, cum interim iſte ipſum derideat, an non hoc maximum eſſe ingratitudinis ſcelus prædicares? Hoc igitur præſtat vir ingratus, quia ſuis deprauatis operibus Chriſtum crucifigit, vt ait Paul. & alios incitat ad crucifigendum, inducens eos ad furta, adulteria, & alia *Heb. 6.*
B id genus, & tamen Deus patienter hæc omnia videt, & ingratiſſimus peccator nunquam emendatur, nec vult hæc tanta Dei beneficia agnoſcere.

Et certe poteſt Deus ingratum peccatorem ita affari: dic obſecro peccator, quare erga me tantopere ingratus es? nunquid propter illud ſingulare beneficium quo te affeci cum ſcilicet antequam te formarem, tibi elementa omnia, creaturas reliquas, atque cibum tam redundanter paraui? aut fortaſſe quod condolens interitu perire ſempiterno, homo factus te redemerim, & mortem ignominioſam propter te pertulerim? Reſipiſce igi- *Ingratiſſimus erga diuina beneficia.*
C tur peccator, & hæc in te diuina beneficia agnoſce: vade, ſume tibi, vt ait Oſe. vxorem fornicariam, & duc eam in vxorem. Sed quare hoc dicis bone Deus? veniat potius ipſa, & ego in vxorem accipiam, nam graue quidem eſt quod ego ad eam vadã. Sed hoc ſibi vult, vt te conferas ad peccatorem, & dicas ei vt conuertatur ad Dominum Deum ſuum, & agnoſcat beneficia ſibi, diuinitus collata. Benedictum ſit nomen tuum bone Ieſu! Quoties peccatorem reuocas, quoties ad eius oſtium pulſas, & ouem perditam requiris? conſidera etiam atque etiam peccator, quod dum tu ipſum perſequeris, ipſe te blãde ad ſe inuitat, ſicut *Oſea. 1.* *Peccatorẽ dulciter ad ſe Deus vocat.* *2. Reg. 3.*
D Abner inuitabat ad pacem Azael ſe perſequentem: ſi interficit lancea ſua, id quaſi coactus tua ingratitudine facit tanquam alter Abner. Caue igitur quæſo ne in Dei indignationem incurras, ſi enim hactenus tuam ingratitudinem diſsimulauit, id quidem fecit propter ſuam clementiam & miſericordiam, & vt conuertaris. *Conuertamur ad dominũ priuſquam nobiſcũ indignetur.* *Exemplũ.*

Hiſtorijs quibuſdam proditum legimus, quod olim in Æthiopia tanta graſſata fuerit peſtis propter innumera cadauera quæ ex belli atrociſsimi ſtrage relicta fuerant, vt qui remanſerãt homines memoriam adeo amiſiſſent, vt etiam parentum ſuorum & fratrum nomina obliuiſcerentur: ſic etiam tanta inter nos graſſatur ſpiritualis peſtis, vt Deũ & ſanctos obliuiſcamur,

niſi

*Ingrati sumus erga deum & sanctos.* nisi ad blasphemandum: Quin & vsque àdeo memoriam amisimus, vt etiam nos ipsos obliuiscamur & mortẽ, & iudicium, vt intelligas ad quantam miseriam nos ingratitudo traxerit. Bene igitur nobis dici potest illud Deut. *Deut. 32.* Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Queritur etiam Deus *Isa. 43.* per Isa. de nostra ingratitudine cum ait; non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel: ꝓpter peccata tua laboraui vsq; ad mortem, propter quod debueras non solum me diligere, verum etiã si difficillima præcepissem, obedire. *Simile.* Sane si agricola aliquis magno pretio frumentum lectissmum emisset, ad seminãdum in agro suo, & messe aduentante, spinas potius & tribulos videret quam *gratissimus erga Deũ.* triticum, maximopere doleret: sic igitur caue ne Deus contra te irascatur, qui cum tibi multa concesserit beneficia, tamen referat ingratitudinem per praua opera tua. Vidẽs Deus maximã populi *Exo. 17.* Hebræi ingratitudinem, dixit Moysi vt loqueretur ad Petram, & ipsa daret aquam, inquo significare voluit duritiam maximam illius populi, quod scilicet Petra durior esset. E F

*Temporalibus rebus omnino intricamur.*

*Luc. 16.* FAC *& hic in patria tua.* Duo sane vitia eminebant in pharisæis, nẽpe auaritia & arrogantia, & propter vtrumque vitium dicebant, *Fac & hic in patria tua*: *Auaritia quã sit detestabilis.* Nam hoc pacto ipsi arrogantia quadam efferuntur quod in ea patria tot fierẽt miracula, atque ita etiam fieret illuc concursus populorum, & ita venderent quæ vellent, & cõtractus facerent quos vellent, denique omnia referebant ad lucra temporalia. Multos etiam hoc nostro seculo reperias homines, his temporalibus rebus nimium incumbentes, vix *Viget hoc tempore cupiditas.* enim aliquid tractant quod non tendat ad temporalem aliquẽ quæstum, quam sane ob rem, maxime pudere eos deberet; siquidem ignominiosum est, hominem ad altiora creatum, & ad cœlestia possidenda, velle in his infimis commorari, & inhęrere, sicut vel ipsi gentiles testantur. Vix certe iam inuenias aliquem qui *Nimis inhæremus terrenis.* velit pro alio quidquam boni agere, nisi propter lucrum aut lucri spem. Et quemadmodum cum scalis indiges, eas humeris tuis gestas, cum vero non indiges, humi abijcis: sic etiam cum aliquo homine indigent, multa eius causa faciunt, si vero non indigent *Simile.* statim illum obliuiscuntur, qui antea adulabantur & blande alloquebantur. Magnum sane est virtũtis indicium, quod aliquis ali- *Adulãtiũ mores.* quid boni faciat erga proximum absque vlla lucri & emolumẽti alicuius expectatione, sed tantum propter Deum, qui etiam benefi- G H

ficus

A ficus est in eos qui contra ipsum peccant. Vnde videmus quod cum discipuli eius indignarentur propterea quod à Samaritanis non reciperentur, dicerentque, vis dicamus vt ignis descēdat de cælo? ipse respondit, nescitis cuius Spiritus estis: quasi dicc ret, non satis me cognouistis, & meam patientiam ac liberalitatem. Dices tu, Christum quidem id præstare posse qui Deus est & homo, nos tamen nō: contra te agis, dum id dicis: si enim videns regem cum prælium committendum est, humeris suis sportam terra plenam gestātem, & tibi dicentem militi videlicet suo,

*Luc. 9.*
*Ne vlciscamur nos*
*Simile.*

B vt quod ipsum videres facere, faceres; & tu ipsi responderes, tu quidem hoc facere potes qui rex es, ego enim sum pauper miles, an non ridiculus obsecro esses omnibus? sic ergo ridiculus es quod cum videas Christum benefacientem etiam inimicis sine vlla Lucri spe, cum nolis imitari, & præsertim cum habeas Deū optimum retributorem & compensatorem.

*Iniurias cōdonemus ad imitationē Christi.*

Ab initio creaturarum cæteræ fere creaturæ Deo obedierunt absque vlla Lucri spe, & absque promissione præmij sibi proposita, & tamen homo cui à Deo amplissima præmia promissa sunt, & qui ratione viget, & magis Deo deuinctus est pro-

C pter plura quæ accepit beneficia, non vult Deo obsequi & obtemperare. Nam certe reliquæ creaturę debent Deo suam creationem & conseruationem, at vero homo non tantum propter hæc debitor est, sed etiam propter redemptionem, propter mortem suam, & sacramentorum institutionem, & super hæc omnia pœnam æternam videt sibi paratam si Deo non obediat, si vero obediat, cœlum ipsi promissum est. Et quamuis hæc ita sint, nihilominus tamen potius terrenis incumbit rebus, quam rebus ad animę salutem spectantibus. Democritus quidem dixit quod duo luminaria mundum gubernant, quod Aristot.

*Solus homo inter creaturas videtur Deo rebellis.*

*Demo.*

D interpretans ait, quod hæc duo luminaria sunt vtilitas, & timor: nil enim fere homines faciunt nisi propter hos duos fines. Quæ cum ita sint, quomodo nos Deus poterat commodius ad se attrahere, quam proposita gloria, & inferni pœna? Ettamen tam peruersi sumus, vt potius terrenis lucris quam cælestibus incumbamus, iuxta illud Oseæ 7. super triticum, & super vinum ruminabant, & discesserunt à me: quasi dicat, terrenis tantum commodis inseruiebant, & me dereliquerunt, qui hæc etiam largior bona. Vis obsecro videre quomodo terrenis rebus ex animo incumbant homines? Sane in Genes. habetur quod mortuo Iacob, luxerunt Ægyptij septuaginta diebus, quod quidem propter lucrum tem-

*Arist. 10. Ethi.*
*Amemus & timeamus Deū.*
*Osea .7.*
*Gene. 50.*

*Lucrũ tẽporale homines excæcat* porale fieri, inde constat, quia cum mortuus esset Ioseph, cuius fauoris captandi causa Ægyptij tantopere fleuerant, iam non fleuerunt, quoniam iam nullos ab eo fauores expectabant. Vnde colligas quod amicitia hæc mundana, tota in lucro & vtilitate fundatur: talis ergo erat amicitia istorum, qui dicunt, *fac & hic in patria tua*. Et huiusmodi lucris temporalibus excæcantur hominum mentes. Sic in libr. Iudicum legimus, *Iudicũ 18* quod cũ tribus Dan vellet idolum Michæ furari, & tamen eius sacerdos nollet consentire, dixerunt ei vt cum ipsis pergeret, & esset eorum sacerdos: siquidem longe vtilius ipsi erat quod sacerdos esset tam illustris tribus, potius quam vnius dumtaxat hominis, atque ita quidem consensit, hoc proposito lucro. Sic igitur videas multos acriter quidem aliquid defendentes, & tamen si auri spes refulserit in oculis & animis eorum, statim obmutescunt, & contrariam partem optimam iudicant, atque vendunt non quidem idolum vt ille, & falsum Deum, sed potius Deum verum. E F

*Cupiditas rerũ temporalium nos excæcat.*

Cæterum isti propter suam ingratitudinem non merebantur, vt Christus apud eos miracula faceret: nam etiam homines hominibus passim videmus esse ingratos, & seruientibus eis fideliter in quocunque obsequio, siue ore instruendo, siue operibus fa- G
*Genes.49* mulando. Sic enim ingratus fuit præpositus pincernarum aduersus Ioseph. Tum etiam Dauid multa beneficia cõtulerat in Saul,
*1 Reg.18.* & tamen hic sæpe illum occidere tentabat. Vide etiam quam in-
*2. Reg.11.* gratus fuerit Dauid erga Vriam, cui literas tradidit suæ mortis.

## APPENDIX.

*Quãta audiuimus facta in Capharnaũ.* Nõ dicũt vidim⁹, aut credimus, sed quasi quodãmodo dubitantes, & propterea noluit ibi Christus multa facere miracula, quoniam id non merebantur. Sic etiam nobis cum petimus diuinos fauores, non concedũtur aliquando, quoniam indebite & indecenter petimus. H

*Maliindigni sunt qui diuina accipiant beneficia.*

*Fac & hic in patria tua.* Parui eum pendebant, quod esset de ipsorum patria, & quia ex pauperibus parentibus. Sic etiam nunc videmus, vt scilicet siquis pauper sit, quamuis præclara dicat, contẽnatur, & dicant, quis est iste qui loquitur? nũ per huius sermonem & consilium gubernabitur respublica? Si vero diues sit, etsi fatue loquatur, plurimi fit. Porro Marcus dicit quod Christus ibi non poterat facere miracula, idest nolebat concurrere cum eorum deprauata intentione & cõsentire in formalitate peccati, nam isti ideo miracula petebant, vt multi illuc concurrerent,

*Pauperes cõtẽnũtur.*
*Eccl.13.*
*Mar.6.*

A concurrerent, & ita ex illicitis contractibus plurimum lucrarentur. Vnde propter eorum indispositionem & indignitatem, ibi miracula facere nolebat. Sic multi veniam suorum delictorum non obtinent, propter suam indignitatem, & quia nolunt se cōmode præparare ad veniam obtinendam. Sic igitur intelligēdus est Marcus cum dicit quod Christus non poterat ibi miracula facere, idest non erat æquum vt ibi miracula faceret, neque hoc congruebat eius iustitiæ & potestati ordinariæ, cum ipsi essent indignissimi, & vellent eum præcipitare: vnde Mich. ait, quod inimici hominis domestici eius: sæpe enim fieri videmus vt plus B nobis faueant extranei, quam amici & cognati: Pilatus quidem defendebat Christū, & tamē Iudæi eum instantissime accusabāt. Vnde & Pilatus dixit, gēs tua, & Pōtifices tui tradiderūt te mihi.

*Disponamus nos cōmode, vt veniā impetremus.*

*Mich. 7.*

*Ioan. 19.*

## FERIA SECVNDA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA.

*Peccatum quantum noceat.*

C QVANTA *audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 4. Magna quidem est peccati miseria, siquidem peccatum istorum Nazaræitarum in causa erat vt Christus ibi tot non faceret miracula, quot in Capharnaū, & alibi faciebat, imo & in tantā deuenerunt malitiam isti Nazaræitæ, vt Christum præcipitare vellent de supercilio montis. Caue igitur ne semel animum tuum ingrediatur peccatum; aliter enim in multa te adducet incommoda: multos enim videas qui cum à cęteris sibi caueant peccatis, vnum tamen in animam intrare sinunt, atque D ita sensim in alia labuntur. Quod quidē voluit significare Apos. cū ait, peccatum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modū peccans &c. liberet nos Deus ne semel in peccatum incidamus, si enim incidamus, paulatim ad alia atq; alia delabimur. Atque vtinā hoc possem vnicuiq; vestrū persuadere, ne aditū semel in peccato pręberetis, prostrarē me quidem ante vos etiā cū lachrymis vt me audiretis. Ecquā putas obsecro peccati miseriā? nū tantum Deum te putas offendere? offendis etiā omnes creaturas, quę quodāmodo tristantur & gemunt tua causa. Vnde Apos. dicebat, scimus enim quod oīs creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Siquidē videt quod tu ipsis creaturis abuteris cōtra Deū factorē

*Peccatum non admittamus in anima.*

*Rom. 7.*

*Peccare maxima est miseria*

*Rom. 8.*

suum : an non ipse sol ingemiscet, qui te illuminat cum peccas? & ita cæteræ creaturæ quas tibi Deus subiecit, iuxta illud, omnia subiecisti sub pedibus eius, gemunt, & dolent vicem tuam, gemunt elementa, cæli, animalia, propter peccata tua, & tu non gemis, & doles? insensibiles creaturæ dolent, & tu potius rides, & debaccharis? Hanc quidem tantam cęcitatem repręhendens Isa. ait, audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit Bos possessorem suum, & Asinus præsæpe Domini sui, Israel autem me non cognouit. Hoc eodem stylo vsus est Propheta ille quem Deus misit ad reprehendendam idololatriam Hieroboam, siquidem dimittens loqui cum hominibus, ait: altare, altare, audi verbum Dei sic etiam Moyses dixit in Deuter. Audite cœli quæ loquor, audi terra verba oris mei. Sane ne huiusmodi miserias videant sancti, mortem sibi optant. Vnde Pau. ait, cupio dissolui, & esse cum Christo. Si igitur sancti qui à peccato immunes erant, ita soliciti & anxij viuebant, vnde obsecro prouenit peccator, hæc falsa securitas tua? Apost. quidem cum enumeraret multa pericula, hoc tamen peccandi lethaliter non numerauit, quod scilicet sentiret se immunem à peccato, & tu in tanto periculo constitutus non ingemisces? ô peruersam securitatem tuam! ecquę obsecro est nauis in tēpestate posita, quæ non desideret tranquillissimum portum?

*Simile.* *Psal. 8.* *Isa. 1.* *3. Reg. 13.* *Deu. 32.* *Psal. 1.* *Caute viuamus.* *2. Cor. 11.* *Simile.*

E F G

Dic obsecro si tres vel quatuor adolescentes, in disiunctissimas regiones proficiscerentur vt ibi liberius furari possent, viderentque simulatque in aliquam ciuitatem peruenissent, quod formosissimus quidam adolescens suspenderetur, & interrogarent quorsum illud supplicium pateretur, & quisnam is esset? sibique responderetur quod esset filius regis, & quod propter furatum pomum dumtaxat suspenderetur, an non tota mente & omnibus artubus contremiscerent, videntes propter tam minimum delictum tam venerabilem personam pati? dicerent quidem inter se, nequaquam conuenire vt ibi furentur, vbi tā graues persoluuntur pœnæ absque vlla personarū acceptione. O fratres mei, nolimus ergo peccare in hoc mūdo, cū videamus pro esu pomi primorum parentū, tam graues luisse pœnas Christum Dominum. Nec vero solum grauia delicta declinemus, sed etiam à minimis caueamus; qui enim minima spernit, interdum ad grauia delabitur. Quemadmodum enim iunci & scirpi quibus doliorum circuli religantur, minimi quidem videntur,

*Simile.* *Ne offendamus Deum.* *Gene. 3.* *Vide quā seuere puniat Deus* *Simile.*

H

& tamen

A & tamen si eos dissolueris, tandem vinum ex dolio effundetur: sic plane siquis negligat interdum quæ minima sunt, ex his sensim grauiora incurret incommoda. Sic ergo videmus quod isti Nazaræitæ primum quidem cœperint de Christo murmurare, & ei inuidere, vnde tandem voluerunt iam ipsum pręcipitare de monte: vt enim boni de virtute in virtutem proficiscuntur, sic mali ab vno vitio in aliud dilabuntur, nam abyssus abyssum inuocat. Itaque ex aliorum malis periculum faciamus, nam aliter vt inquit Sap. Qui minima negligit, paulatim defluit. Idcirco que nil minimum putemus quod sit contra Deum, qui enim Deum timet, nihil negligit.

*Simile.*
*Psal.* 83.
*Psal.* 41.
B
*Eccl.* 19.

Porro isti Pharisæi sub specie quadam zeli patriæ & amoris, volebant malitiam suam & inuidiam occultare. Multi sunt etiã his similes hoc tempore, qui sub quadam sanctitatis specie, peccatum suum & venenum dissimulant: sic enim interdum reperiuntur aliqui in ciuitate, qui cum triticum habeant in abundãtia, etiã prope consumptũ, tum etiam vinum fugiens, quodam zelo reipub. nequitiam suam tegere volentes, suadent ne vinũ foris veniat aut triticum, vt ipsi possint hęc vendere quæ habent C iam carie quasi consumpta. Sic Absalon finxit peregrinationem quandam, vt ita melius & commodius posset contra patrẽ suum conspirare, & ambitioni suæ deseruire, tum etiam benigne excipiebat omnes venientes, vt ita eorum beneuolentiam captaret. Erat autem peregrinatio eius ad vallem Hebron, vbi sepulti erant protoparentes, tum etiam Abraham, Isaac, Iacob, & alij, & multi illuc ire solebant, sed tamen ipse, cum ibi esset quasi præsidium totius regni, volebat locum illum occupare; lege Iosue 14. Multi ergo sunt qui domestica quasi peccata committant, sub quadam virtutis specie. Nam latrocinari quidem ab D omnibus infame, adulterari, & similia peccata, iam in mundo honorifica videntur, tantoque sunt immedicabilia, quanto mundus magis putat esse honorifica & quanto qui videntur illustriores viri, his vtuntur. Sic etiam Romani tyrannidem suam per totum mundum exercebant, sub quodam virtutis colore, cum tamen maxima ducerentur ambitione vsurpandi sibi totius mundi imperium.

*Sæpe sub specie virtutis decipit nos dæmon.*
2. *Reg.* 15.
*Ambitio quantum noceat.*
*Iosue.* 14.
*Peccata quæ dicãtur a mundo honorifica.*
*Romanorum ambitio.*

Diligentissime ergo curemus ne Deum offendamus, siquidẽ experientia ipsa satis nos docet, quomodo ex vno vitio sensim in aliud prolabamur: nam Dauid ex adulterio lapsus est in homicidium. Cain ex inuidia lapsus est in fratricidium: Iudas ex furto, lapsus est in proditionem Christi, & inde in desperatio-

*Peccatum non admittamus in anima ne tandẽ nos perdat.*

nem. Sic impij homines peccatis afficiuntur & oblectantur, vt nil sibi commisisse videantur: videmus enim quod Iudæi postquam Christum crucifixerunt, statim epulis paschalibus accubuerunt. Vix etiam fratres Ioseph ipsum in Cisterna collocauerant; vt ibi fame periret, cum statim epulis accubuerunt, quasi nihil mali commisissent. O miserabilem peccatorem, qui ita se à vitijs absorberi sinat! sane de talibus inquit Ioel, computruerunt iumenta in stercore suo. Non enim nomen hominis merentur, sed iumentorum, qui talia agunt. Quid enim aliud expectat peccator positus in vitiorum stercore, quam vt putrescat ibi? De his dicit Propheta Ezech. Quorum carnes, sicut carnes asinorum. Sed iam eo plerique deuenerunt, vt has Dei voces negligant, & malint Deum perdere, quam argenteũ nũmum, vel aliquid puerile. O miserabiles homines, qui in tanta cæcitate viuant! bene his congruit quod ait Hierem. sicut Cisterna frigidam facit aquam, sic isti frigidam faciunt iniquitatem. Nam sicut aqua frigida sua natura est, & tamen eam Cisterna magis frigidam reddit: sic vtique mali homines persistendo in peccatis, quamuis ipsi frigidi sint, frigidiores redduntur.

*Simile.* *Gen. 37.* *Ioel. 1.* *Ezech. 23.* *Quãta sit hominum cæcitas.* *Hie. 6.* *Simile.*

E F G

*Detractorum conditiones quales sint & irrisorum.*

*Detractorum & irrisorũ mores.* *Simile.* *Pli. li. 8. na. hist. c. 18.*

FAC & hic in patria tua. Id quidem dicebant irridẽdo ipsum, siquidem in aliud non occupabantur, quam in detrahendo. Hæc enim est malorum conditio, vt scilicet ad defectus suos occultandos, proximo detrahant. Sic Camelus, autore Plinio, accedens ad claram & limpidam aquam, sitim suam extincturus, prius aquam turbulentam reddit, quam bibat ex ea, veritus scilicet, ne si limpida sit aqua, ibi cernat deformitatem suam, ideoque sibi totus displiceat: ita plane cum in bono, exemplari scilicet clarissimo virtutis & probitatis, reluceant siue repræsententur scelera & flagitia improborum, hoc est ex bonorum comparatione & relatione, hi manifeste improbi & flagitiosi esse conuincantur, idcirco bonos quosque & innocentissimos viros, improbi persequuntur, famamque eorum præclarissimam, inuidia rodente obscurare & fœdare nituntur. Vnde boni propterea non debent à virtutis suę tramite discedere, sed potius vehementius in bonis operibus vrgere. Hinc Seneca ait, mali de te loquuntur homines, sed mali: mouerer si de me M. Cato, si Lælius Sapiens, si duo Scipiones, ista loquerentur: nunc malis

*Detractorum conditiones.*

H

A malis displicere laudari est, non potest vlla autoritatem habere sententia, vbi qui damnandus est damnat. Male de te loquuntur: mouerer, si iudicio hoc facerent, nunc morbo faciunt, nō de me loquuntur, sed de se. Mali de te loquuntur, qui bene nesciunt loqui. Faciunt non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est, vt non pro feritate, sed pro consuetudine latrent: cęterum cum isti Christi conciues tam celebrem viderent Christi famam: inuidia rumpebātur, & tantam celebritatem obscurare volebant. Quod quam nefas B sit, vel ex subiecta similitudine manifestum fiet: quemadmodum enim qui pro præmio aliquo aut sponsione currunt, singuli quidem præmium ipsum obtinere pro viribus connituntur, nemini tamen ex cursoribus fas est alterius cursum retardare quo ipse præcurrat, pedem interponendo, vel alio proposito obstaculo, nam ea ratione quamuis ita se gerens præcurreret quidem, non tamen brauium acciperet: ita non licet certe propter inuidiam vel aliam causam, detrahere his qui laudabilem sciētię, deuotionis, & denique virtutis tenent cursum, quò hi à tali C cursu reuocentur, & inuidi præcurrere iudicentur. Hoc vero impurissimi isti Pharisæi faciebant cum Christo. Sunt enim perspicacissimi inimicorum oculi ad eorum delicta peruidenda, quos acerbo odio prosequuntur. Qua de re sic Plutar. ait, inimicus semper vigilans obseruat quid agas, & ansam captans calumniæ lustrat ac circunspicit vndique vitam tuam: non tantum quercus, testas, ac saxa, oculorum acie penetrans, sicut narrant de Lynceo, verum & amicum, famulum, & quisquis tecum habet consuetudinem, vt quod potest, deprehendat quid agas, & perfodiat, atque scrutetur tua consilia. Ex quibus ver- D bis intelligimus quod quemadmodum homines amore sui impediuntur quo minus delicta sua videant, ita contra inimici, qui hoc impedimento carent, semperque quid accusare valeant inquirunt, ad ea aspicienda occulatissimi sunt. Vnde & illud Dioge. dictum, ad salutem opus esse homini aut fidis amicis, aut acribus inimicis, quod intelligeret inimicos ad illorum delicta obseruanda diligentissimos esse. Sic igitur videbatur his Pharisæis, graue esse scelus, quod Christus in patria miracula non faceret sicut in Capharnaum.

*Sen. ad Gal. de reme. fortuitorum.*

*Simile.*

*Inuidia quan. ũ nocens.*

*Simile.*

*Inuidorũ coditiones*

*Plut.*

*Lyncis natura.*

*Dio. Cyn.*

*Ioan. 8.*

Bonorum quidem desiderium est, vt qui mali sunt corrigātur: malorũ autẽ est, vt qui boni sunt consumātur. Vnde Christ⁹ ait, si de mũdo fuissetis, mũd⁹ quod suũ erat diligeret: quia vero de mũdo nõestis, sed ego elegi vos de mũdo, ꝑpterea odit vos mũd⁹.

Quæ quidem diuina sententia adeo vera est, vt inter clarorum E
*Exemplũ* virorum Apophtegmata referatur, principem quendam virtutis laude præstãtem, cum ab improbo quodam homine laudaretur, ad comites conuersum interrogasse, num mali aliquid designasset, quod ab improbo laudaretur? adeo illi persuasum erat, sceleratos homines nil nisi quod ipsi faciunt probaturos. Quod si quæras turpijs hominibus detrahere improbi soleant, hanc etiam causam addo, quam D. Hier. exprimit his verbis, solatiũ malorum est, bonos carpere, dum peccantium multitudine culpam putant posse minui delictorum. Suæ namque existimationi F præclare consultum putant, si nullus in ciuitate vir bonus reperiatur, cujus exemplo eorum improbitas magis conspicua fiat. Hinc vbi forte vir aliquis pius, vt est humana infirmitas, in crimen aliquod lapsus fuerit, exultant impij atque triumphant, & illud vbique decantant & prędicant, vt hoc videlicet iudicio appareat eos qui pietatem per bona opera promittunt, fallaces esse, & hypocrisis vitio inquinatos. Quam sit autem hoc à Christiana charitate alienum, ostendit præclara illa Constantini Magni sententia: si viderem inquit, sacerdotem aliquem Christo dicatum delinquere, pallio meo illum operirem, ne ab alijs cerni posset. G Porro detractor peruertere omnia solet, atque in sinistram partem interpretari: si enim ieiunas, dicit te hypocritam esse: si loqueris, arrogantem, si taces, stultum. Cum videt te benigne facere pauperibus, dicit inanẽ velle aucupari laudem: cũ vero eleemosynam non das, auaritię insimulat. Sic ergo quia Christus in patria miracula multa nõ faciebat, cũ Pharisæi detractores reprehendebant, & cum miracula faciebat, non credebant Discamus ergo hinc non ægre ferre si ab aliquibus irrideamur, nam Christus patiẽter se habuit cum istis derisoribus; hoc ergo faciamus si volumus esse Christi discipuli. H Et enim qui se dicit Christi discipulum, & in Christo manere, debet sicut Christus ambulare. Omnes enim qui pie volunt in Christo viuere, necesse est vt ab impijs vexentur & derideantur: proprium enim malorum est, bonos deridere. Vnde in Pro. habetur, ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. Et alibi etiam dicitur, abominantur impij eos, qui in recta via sunt. Sed hoc te non moueat, quia vituperium impiorum est laus bonorum, & contra eorum laus, est vituperium. Malis enim displicere, laudari est. Ne igitur timeas irrideri ab his qui irrisione digni sunt. Nam quando mali irrident bonos de bonis operibus quæ agunt, idem est ac si cæci videntes derident

*Mali laudant quod malũ est.* *D. Hie.* *Detractorũ qualitates.* *Constan. Mag. senten. quadã* *Autor.* *Mali homines omnia peruerse interpretatur.* *Derisores contemnamus.* *1. Ioan. 2.* *Pro. 14.* *Pro. 29.* *Simile.*

A derent quia vident: & claudi incedentes, quia recte incedunt. Vnde ipsa irrisio irridenda est. Vnde de talibus ait Propheta, qui habitat in cælis, irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Nã non est vituperium solis, si noctua vel non aspiciat, vel despiciat illius lucem. Neque est vituperium auri vel argenti, si iumẽta ea non habeant in pretio, quibus nil nisi fœnum pretiosum videtur. *Psal 2.* *Simile.*

*Eleemosyna quam sit pretiosa.*

B

MVlta viduæ erãt in diebus Eliæ in Israel. Mirum sane nobis exemplum hæc vidua dedit, siquidem cum in extrema paupertate versaretur cum filio suo, & tantum pusillum farinæ haberet vt panem sibi & filio faceret, & ita moreretur, nihilominus tamen Eliæ hunc panem porrexit, vt nobis exemplo esset quomodo pauperum necessitatibus subuenire debeamus, & eleemosynæ faciendæ incumbere, atque ita Deus etiam in hac vita maximam ei abundãtiam largitus est, sicut & nobis largietur, si pauperibus pios nos & misericordes ostenderimus. Vnde Au- *3. Reg. 17.* *Pauperibus benigne faciamus.* *Omnes indigemus.*

C gust. ait, hospes esse dignatus est Christus, vt tu haberes suscipiendo benedictionem, non quia ille indigebat, cum hospes intrabat. Eliam sanctum famis tempore per coruum dominus pascebat, & quem persequebantur homines, ei seruiebant aues, non indigebat ergo ille, quem Deus ministris auibus pascebat: & tamen quamuis Elias nõ indigeret, mittitur ad viduã sareptanam. Nemo superbiat quod eleemosynam det pauperi: nam Christus pauper fuit: vel quod suscipiat hospitem, quia Christus hospes fuit: & forte quem suscipis, iustus est, ille indiget pane, tu veritate: ille tecto, tu cælo: ille indiget pecunia, tu

D iustitia. Crede mihi, ait grauis quidam Doctor, operibus & eleemosynis potius & perfectius inuenitur Christus quam libris. Hoc quidem insinuare volens Isa. ait, frange esurienti panem tuum &c. Et subdit, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & implebit splendoribus animam tuã. Frange ergo, da pauperibus panem tuum; sicut fecit hæc vidua, & franget etiam tibi Deus panem suum, vt fecit cum hac vidua. Sed dices, ait Chry. quomodo eleemosynam faciam, qui pauperrimus etiam sum? Non eris quidem vsque adeo pauper, quin vel exiguum nummulum, vel panis bucceam, vel potum aquæ dare possis. Vidua quidem illa de qua scribit Mar. paucu- *Tho. vil. fe. 2. post Pascha.* *Isa. 58.* *Eleemosyna quãtũ possit.* *Chry. in Epis. ad He br. 1. ho. 1. to. 4.* *Mar. 12.*

 la ob-

la obtulit, & maxime à Christo commendata fuit. Vide etiam E
quanta per secula vigeat memoria huius viduæ quæ eleemosynã
fecit Eliæ.

*Eleemosynæ quomodo distribuendæ.* Quamuis eleemosynę quidem promiscue propter Deum factæ laudabiles quidem sint, nihilominus tamen curemus vt maioribus necessitatibus subueniamus, & partibus debilioribus. Sic enim in mundi creatione fecisse videmus Deum, cum scilicet minimum elementum terram & despectius, ita ornauit *Gene. 1.* varietate florum, herbarum, & fructuũ, priusquam cælum astris, & mare piscibus, atque aerem auibus. Sic ergo consulebat filio suo sanctus Tobias vt eleemosynam faceret, dicens, ex sub- *Tob. 4.* F stantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt neque à te auertatur facies domini: quomodo potueris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude, præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Panem tuum cum esurientibus & egenis comede. Si ergo Tobias in paupertate tantopere gaudebat cum daret eleemosynam, an non diuites cum hilaritate pauperibus benefici esse deberent? Multos enim videas diuites assidue occupatos in orando, & Ecclesias frequentando, & tamen non ex- G torseris ab eis eleemosynam vnam. Pharisæus quidem ille qui *Luc. 18.* bona opera sua tantopere iactabat in templo cum oraret, non numerabat inter ea eleemosynam, quandoquidem non se exercebat in ea: si enim eleemosynæ faciendę studiosus fuisset, non deuenisset ad tantam cæcitatem. Nam vt dicit sanctus Tobias, eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur *Tob. 4.* animam ire in tenebras, fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna, omnibus facientibus eam. Vnde Christus quamuis cum loqueretur cum auaris Pharisæis, non diceret eis vt venderent quæ habebant, & darent pauperibus, tamen dixit; H quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Vnde colligas quod per eleemosynam disponitur homo *Luc. 11.* ad hoc vt Deus ipsum illuminet. Porro quod plerique sint qui deuoti esse videantur & orationi dediti, & tamen eleemosynas non dent, apertissimum est. Nam ingredienti Hierusalem Christo, in signum religionis & deuotionis vestes sternebant, & clamabant; benedictus qui venit in nomine domini, & tamen non legitur quod aliquis erga eum eleemosynam fecerit, & ipsum ad prandium inuitauerit. Porro quod quæstuosior sit & fructuosior eleemosyna ipsi danti quam accipienti,

*Eleemosynã facere possumus quamuis pauperes simus.*

*Eleemosyna quãtas habeat vires.*

*Matt. 21.* *Pauci sũt qui eleemosynam dẽt*

A pienti, inde constat, quoniam Abraham Angelos hospitio accepit cum dixit: domine si inueni gratiam in oculis tuis ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis & consortetur cor vestrum, postea transibitis. *Gene. 18. Eleemosynã libenter demus.*

Cæterum quod homines immoderatas expensas faciant in conuiuijs, & alijs id genus mundanis rebus, inde fit quod postea se iudicent inhabiles & impotentes ad eleemosynam faciendam Plurimum quidem horrere debet diues qui multis *Simile.*
B bonis abundat, & eleemosynam non facit, sicut tutor qui amplissimas opes alicuius pupilli administrat, semper arrectis stat auribus expectans quando vocabitur ad rationes reddendas. Et certe auaro diuiti nil aliud remanebit quam labor & defatigatio, & supplicium ex ipsis diuitijs: si quidem diuitiæ ipsæ more pullorum extraneorum quibus incumbere solet perdix, audita mundi voce, cum ipso remanebunt, & miserum diuitem tanquam perdicem derelinquent: imo & interdum ex aliqua aduersitate omnia bona perdit diues, & ea videt in manu alterius possessoris, cum interim ipse diues, propter eorum acquisitionem pec- *Simile. Hier. 17. Diuitiæ possessorẽ suũ derelinquunt.*
C catis oppressus remaneat: sicut remanet cribrans triticum, cum aceribus & purgamentis ipsius tritici. Atque hæc quidem erat vna ex maledictionibus, quas dabat Deus in Deuter. cum dicebat, percutiat te Deus amentia & cęcitate. Item domum ædifices, & non habites in ea; plantes vineam, & non vindemies eam: oues tuæ dentur inimicis tuis &c. Tale igitur quiddam contingit auaris diuitibus. Sunt enim isti instar iumenti aquam haurientis ad hortos irrigandos, quod quidem aquam haurit ad plantas irrigandas, quibus non vescetur vnquam. Hoc etiam voluit Deus significare per Hierem. cum *Simile. Deut. 28. Simile. Hie. 8.*
D ait, dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia à minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur. Sane quando domus aliqua duas habet portas, & pauper ad alterutram earum accedens & eleemosynam petens, eam refert, si ad aliam accesserit portam, dicitur ei, amice iam tibi eleemosyna data est in alia porta, vade in pace, siquidem ambæ istæ portæ sunt eiusdem Domini. Sic ergo sciendum est quod Deus duas habeat portas, nempe vnam huius mundi, & alterã cæli: hic igitur in hac porta huius mundi datur eleemosyna diuiti, vbi conceduntur ipsi amplissimę opes & diuitiæ, quibus cum male vtatur, pauper factus accedit ad portam cęlestẽ vt elee- *Simile. Auari diuites non est quod sibi persuadeant se celestes diuitias obtenturos.*

eleemosynam referat, vbi tamen dicitur ipsi quod hic quidē in E
porta mundi eleemosynam acceperit, & propterea recedat inde cum ambæ portæ sint eiusdem domini. Quamobrem eleemosynas pauperibus demus in porta huius mundi, vt ita bene vtentes bonis nobis ad dispensandum commissis, mereamur ad cælestem portam accedentes, recipi in æterna tabernacula.

## FERIAE SECVNDAE POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE. F

## CONCIO QVARTA.

*Calamitates multas, vt famem, pestem, mittit Deus propter peccata nostra.*



*3. Reg 17.* *VANTA audiuimus facta &c.* Luc. 4. Mentionem quidem hic facit sanctum Euang. sterilitatis illius magnæ & famis, tēpore Eliæ propter absentiam pluuiæ. G Nam certe sæpe tales nobis calamitates immittit Deus propter scelera nostra: & ita videmus interdum quod post pestilentiā sequi solet fames, siquidem non solum aer infectus euertit salutem hominum, verum etiam fructus herbarum & plantarum. Magna quidem fames illa fuit, quam passa est Hierusalem suo tempore. Vnde dicit Ægesyppus quod vno mandente bolum, alius præfocabat ei guttur, ne quod mansum erat transglutiret, sed erutum de ore eius ipse comederet. Et quod duæ matronæ nobiles condixerunt inter se quod filios suos successiue comederent, & vno comesto, alia H cum fletu vocauit filium dicens, veni infelicis matris, infelicior nate: veni ad manus non matris, sed matatricis siue deuoratricis viscerum suorum. Hoc quidem lamentabatur Hie. dicens, manus mulierum coxerunt filios suos, facti sunt eis in cibum, in contritione filiæ populi mei: permisit ergo Deus vt quę gens tam immane facinus perpetrauerat, in tantam miseriam laberetur. Vnde Isa. ait, terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, immutauerunt ius, transgressi sunt fœdus sempiternum. Magna igitur est Dei misericordia erga nos, cum non ita nos premi sinat vt istos, quamuis grauissima sint quidem scelera nostra: neque talem mittit sterilitatem & famem, qualis

*Ægesyp. Sterilitatē & famē interdum nobis deus mittit. Magna fames. Thre. 4. Isa. 24. Nō ita rigide nos punit deus vt meremur.*

A qualis fuit tempore Eliç, ac propterea deberemus quidem gratum erga ipsum gerere animum, cum non minorem habeat modo potestatem perdendi nos, quam tunc haberet. Faxit Deus ne id sit ad maiorem condemnationem nostram. Nam Dauidis quidem peccatum grauiter puniuit Dominus, magna grassante peste, peccatum autem Augusti Cæsaris reliquit impunitum, cũ tamen maius esset peccato Dauidis. Nam Dauid solum iussit numerari populum, Cæsar autem auaritiæ igni incensus, tributa ab omnibus exigebat. Et hinc colliges verissimum & indubitatum esse quod Apost. ait, quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. At cũ iniquis dissimulat, quorum punitionem in inferos reseruat, vt in diuite epulone, & Lazaro mendico apparet. Sic ille Maccabæus Antiocho regi tyranno dixit: nos propter nos ipsos hæc patimur, peccantes in Deum nostrum: tu autem ne existimes impune futurum quod contra Deum facis. Et Hie. ait, dolore & flagello castigaberis Hierusalem, vti ne abscedat anima mea abs te. Qui arcum flectit, nec totas prope vires exhaurit, certe is parum aut nil nocumenti inijcere curat: atsi acrius & fortius arcum intenderit, signum est vulnus futurum mortiferum & incurabile: ita sane Dominus dum in punitione demoratur, & animaduersionem differt, tanto peius & deterius erit malis. Et certe boues dum aratro & labori custodiuntur, funibus, quidem alligantur, at qui iugulo & morti sunt tradendi, pro arbitrio suo in cãpis & floribus pascuntur.

*2. Reg. 24*
*Luc. 2.*
B
*Heb. 12.*
*Luc. 16.*
*2. Ma. 7.*
*Hie. 44.*
*Simile.*
C
*D. Aug. in Psal. 72.*
*Simile.*

Videas quidem quod statim atque corporalis aliqua necessitas, occurrerit, ad preces confugimus, & processiones, vt pro pluuia obtinenda: pro spiritualibus autem necessitatibus, non perinde videmur commoueri, cum tamen hæ sæpe sint causa illarum calamitatum. Quod probe noscens Sanctus Hie. post quam effectus deplorauerat miserabiles, ad causam deplorandã harum miseriarum accessit, dicens; væ nobis quia peccauimus, propterea mæstum factum est in dolore cor nostrum, ideo cõtenebrati sunt oculi nostri. Neque tã illud curat Propheta, quod hæreditas versa sit ad alienos, quam quod peccauimus inquit, mæstum factum est cor nostrum: nec dixit propter labores, sed propter peccata: siquidem fere fit vt tales magnæ calamitates sterilitatis, pestis &c. veniant propter peccata, nec solum tales calamitates, sed etiam calamitas in aruis, & pecoribus. Vnde Abacuc ait, ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mẽtietur opus oliuç, & arua nõ afferẽt cibum; abscindatur de ouili

D
*Negligentes sumus in rebus ad salutẽ spectantibus.*
*Thre. 5.*
*Calamitates spirituales potius timeamus*
*Abacuc 3.*

de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. Mirum sane est quod ita infelices simus, vt nisi calamitatibus pressi, nolimus ad Deũ nostrum accedere. Quod insinuans Oseas Propheta ait, in tribulatione sua mane surgunt ad me: est quidem hoc laudabile vt in calamitatibus accurramus ad Deum, sed nihilominus satis cognoscitur noster animus, qui non accederemus, nisi nos calamitates premerent. Longe aliter faciebat Dauid, qui etiam in prosperitate & letitia accedebat ad Dominũ. Vnde ait, si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non proposuero tui Hierusalem, in principio lętitiæ meæ. E F

*Sterilitas propter peccata sæpe venit* *Osee 6.* *Calamitates vtiles.* *Psal. 136.*

Triplici hac fere plaga nos interdum propter scelera nostra Deus punit, videlicet sterilitate, infirmitate, & bello. Quod enim sterilitas propter peccata veniat, testatur regius psaltes qui ait, qui cõuertit terram fructiferam in salsuginem, à malitia habitantium in ea. Idem significat Ioel cum ait, luxit humus, quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, & languit oleum, confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, vino & hordeo, quia perijt messis agri. Non dicit causam huius rei esse res temporales, sed peccata populi: vnde & subdit, plangite sacerdotes, quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium & libatio: computruerunt iumenta in stercore suo: idest homines in sua turpitudine. Porro quod etiam propter peccata nobis Deus varias mittat infirmitates, habetur in Deut. vbi dicitur, nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius, augebit Dominus plagas tuas, plagas magnas & perseuerantes infirmitates pessimas & perpetuas. Quod etiam bella nobis Deus immittat propter peccata, audi obsecro quid dicat per Zacha. ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui. Item Hie. ait. Pro eo quod non auditis verba mea, ecce ego mittam, & assumam regem Babylonis seruum meum, ad deuastationem scilicet vestram. Sed quid dicam de his calamitosis temporibus nostris, quando omnia feruere bellis videmus, & Lutheranismum tantopere insanientem? opus sane est magna vigilantia, ad tanta pericula euitanda, quæ terra, marique impendent. G H

*Sterilitas flagellum Dei.* *Psal. 196* *Ioel. 1.* *Fallimur sæpe in assignãda sterilitatis causa.* *Deut. 28.* *Zach. 11.* *Hie. 25.* *Calamitates nostrorum temporũ.*

*Acceptio personarum quam sit vitiosa.*

*4. Reg. 5* *3. Reg. 17.*

E*T multi leprosi erant in Israel sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus*. Sane cũ video quod Deus pauperculæ viduæ recordatus est, cui per Eliam prouidẽdum curauit, cum tamen multi alij essent pauperes, tum etiam quod

A quod ducem illum Naaman gentilem à lepra curare voluit, cũ
tamen multi essent in Iudæa leprosi, satis intelligo verissimam *Act. 10.*
esse doctrinam illam Apost. dicentis, in veritate comperi quo-
niam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, *Deus non*
quæ timet Deum & operatur iustitiam, acceptum est illi. Quod *est perso-*
autem isti timerent Deum, & virtutis essent studiosi, satis ostē- *na ñ acce-*
sum est tam de Naaman, quam etiam de vidua, quæ tam bene- *ptor.*
fica fuit erga Eliam. Et certe quod Deus non sit personarum
acceptor, etiam manifestatum fuit in legibus quas condiderat de
colligendo manna, cum ait: colligat vnusquisque ex eo quantũ *Exo. 16.*
B sufficit ad vescendum, gomor per singula capita: quæ sane ver-
ba emphasim magnam habent. Colligat vnusquisque inquit,
non autem ait, colligant prius diuites, sicut modo fieri solet
in distribuendis bonis Reipub. & datur pauperibus frumentum
putridum: item ait, quantum sufficit, idest mensuram cuique
limitatam. Communicat insuper Deus gratiam suam homini- *Diony. de*
bus, non secundum dignitatem siue statum vt in Angelis, Ar- *di. no.*
changelis, &c. vt testatur Doctis. Magis. sen. & D. Thom. *Mag. 2.*
sed secundum dispositionem cuiusque & ita non communicauit *sen. d. 3.*
eam Platoni, siue Aristoteli, & tamen communicabat eã aliquã- *D. Tho. 1.*
C do infimo pastori, cõmunicauit Cornelio, pauperculæ viduæ, & *p. q. 64. a*
Naaman, quia se disponebant & preparabant ad eam accipien- *6.*
dam: non communicat eam aliquando magno prælato, & tamẽ
communicat abiectissimo & vilissimo hominum iudicio fra-
terculo, sicut his nostris temporibus testatum est in Canoni- *Exẽplum*
zatione sancti fratris Franciscani, cuius sanctissimum corpus
est Compluti maxima in veneratione, & tamen magnis multis
Custodibus & prouincialibus non fuit communicata tanta gra-
tia. Vnde Osæas Propheta ait, Ephraim factus est subcine- *Osee. 7.*
ritius panis, qui non reuersatur: comederunt alieni robur
D eius, & ipse nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse igno-
rauit.

Cęterũ cũ De⁹ nõ accipiat personã, neq; etiã iudices in iudicã- *Iudices nõ*
do debēt esse acceptores personarũ, & qui iustitiam administrãt, *sint accep-*
sed debēt suũ mun⁹ iuste exequi, & quãuis pars vna potēs sit, nõ *tores per-*
debēt propterea pauperi iustitiã denegare, sed iuste & imper- *sonarum.*
turbate iudicare. Vide enim quomodo nautę illi oborta tem- *Ionæ. 1.*
pestate non præcipitanter se gesserunt, sed sorte compererunt *Iudices im-*
propter quem orta esset tempestas, & ita Ionam condemnarũt, *perturbate*
neq; statim eũ pręcipitarũt sed adhuc interrogarũt quid fecisset, *iudica-*
& quisnã esset, & ipse culpã suã cõfessus est, & adhuc interrogãt, *re debent.*
quid

A nerint malum, videlicet vt Christum præcipitare vellēt. Isti quidem scribæ & Pharisæi dedita opera Christū oderant, & iracundia implacabili contra eum flagrabant. Cæterum quāuis iracundiæ affectus cōditoris beneficio naturæ nostræ inditus videatur, nos tamē eo queādmodum cæteris quidē ad perniciē nostrā furēter abutimur. Impressit nobis naturæ autor cōiugij desideriū, procreandorum liberorū gratia, quibus naturæ nostræ mortalitas insobole quodāmodo resarciretur. Quis autē enumerare valeat quot stupra, quot adulteria, quot incestus, quotq; sacrilegia, B propter intēperantiā nostrā ex hoc fonte oriantur? Ingenerauit etiam mentibus nostris idē conditor nostri amorem, qui nos ad quęrēda quę ad vitę vsum necessaria essēt incitaret, quē ideo stoici Philosophi in pędagogum ab autore naturæ nobis datum esse prudētissime dixerūt: at per immoderantiā nostrā ex hoc fonte teterrima generis humani pestis nascitur, quā Apostol. malorū omniū radicem esse ait. Adhunc ergo modū ira nos etiā abutimur, quę cum ad vindicatiuæ iustitię officiū data sit, nos etiam in furorem, rabiemque ita cōuertimus, vt vix vlla capitalior pestis in vita humana grassetur. Primū igitur huius morbi malum C est quod vel Spiritum sanctū & charitatē ab anima fugat, vel certe charitatis feruorē, & internæ pacis tranquillitatē, quæ eiusdē spiritus placidissima quadā sedes est, ab eadē pellit. Feruor quippe iræ feruori spiritus & internæ pacis quieti, vehemēter aduersatur. Aliud vero morbi huius malum est, quod vsque adeo hominem hominibus odibilem facit, vt Salomon dicat, spiritum ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? Rursusq;, impetū inquit concitati spiritus, ferre quis poterit? Quo fit vt prudentes viri non aliter iracundum hominē putent, quā viperam aliquam, aut feram solutam vinculis, vt ipsi ex eius intēperantia cō D uiciandi, aut irascendi occasionem arripiant. Illud vero maxime detestandum, quod hic morbus, homines à dignitatis suæ arce deijcit, dum omni pæne mente & iudicio priuat. Irā enim sapientes homines, breuem insaniam esse confitentur.

*Irā nescimus frenare.*

*Simile.*

*abutimur Dei donis*

*1. Tim. 6.*

*Iracundia multorum efficax malorum.*

*Pro. 18.*

*Pro. 27.*

*Simile.*

*ira rationē hominis cōturbat.*

Est etiam ira immanis quædam bellua, quæ si ex catenis soluetur, ingentem edere stragem solet, ac vehementer lædere non solum nos ipsos, verum etiam alios. Inter alia autem remedia quæ aduersus hunc morbum à sapientibus viris proponuntur, primum quidem mora temporis est, vt primus eius feruor relanguescat, & caligo quæ præmit mentem, aut resideat, aut minus densa sit. quædam ex his quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantū dies molliet, quædam ex toto euanescent. multos inquit

*Simile.*

*Simile.*

absoluemus, si cœperimus ante iudicare, quã irasci, nunc autem primum impetum sequimur, deinde quamuis vana nos concitauerint, perseueramus ne videamur cœpisse sine causa. Quocirca quicunque vere sapiunt, cum se ira commoueri sentiunt, & linguam & manus ab omni iniuria continent. Vnde Architas ille Taren. Insignis Philosophus, cum in agro comperisset quosdam è famulis admisisse quiddam, sentiens se commoueri in illos, nil quidem tum fecit, tantum abiens: fortunati inquit estis quod irascor vobis. Quibusdam videtur, ait Sen. ira contemperata quandoq; bona esse, quia extollit animos & incitat, nec quicquã sine illa magnificum in bello fortitudo gerit. Verum oportet considerare quia facilius est excludere perniciosa quam regere: & non admittere, quam admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt. Quarundam rerum initia in nostra potestate sunt, vlteriora nos quasi sua vi rapiunt, nec regressum relinquunt, vt in præceps datis corporibus, nullum sui arbitrium est, nec resistere, morari ve deiecta possunt, & ad imum aguntur pondere suo. E F

*Ira quomodo sit domanda.* *Cice. libr. Tus. quæs. Archi. Ta.* *Sen. li. 1. de ira c. 7.* *Simile.* *Irã nõ admittamus*

Imperator quidam, vt ait idem Seneca, vsque adeo iracundia excæcabatur, vt cũ aliquando ad negotium pertractandum legatos suos misisset, alterque citius altero rediisset, iusserit statim cum capite plecti; propterea quod falsa iracundia & præcipiti ratiocinatione collegerat ex huius celeri aduentu, alterum ab hoc fuisse interfectum. Cæterum cum miser legatus supplici prece postularet, vt saltem per breue aliquod tempus supplicium differretur, quo alter rediret, nec minimũ quidem concedere voluit, sed de supplicio inferendo duci cuidam mandauit. Cum igitur iam ad supplicij locum ventum esset, gladiusque faucibus impenderet: ecce socium eius redeuntem, mutuoque ipsum cum lachrymis præ nimio gaudio amplexantem: quo euentu populus non mediocriter lætatus, inde cum iucunditate illico abscessit. At imperator in quo iracundia tam altas egerat radices, ex rei euentu magis excæcatus, tres simul interfici iussit, ducem videlicet ipsum, & vtrumque socium, ita dicẽs: te quidem interfici iubeo, quia iam damnatus es: te vero quod socio damnationis causa extiteris: & te ducem, quod iniunctũ mandatum non compleueris. O diritatem & immanitatem, ne belluis quidem tolerabilem! finxit, finxit tria ibi crimina iracundia, vbi clementia, rectaque ratio ne vnum quidem inuenisset. Certe quemadmodum ex nubecularum attractione tandẽ totus aer opacari solet & contegi, Solis lumẽ nobis obscurari, atque etiam G H

*Exẽp. prauum.* *Sen. li. 1. de ira. c. 16.* *Iracundi in quanta incidant absurda.* *Iracũdia quantũ dedecere videatur principẽ.* *Simile.*

A etiam ingens pluuia cum tonitruis varijs excitari: ita plane ex minima quadam iracundia sæpe tandem ingentes conflantur cōtentiones, variç inimicitiæ, atrocissimæ interneciones. Et sicut ex ignis leui scintilla, solet plerumque enasci & conflari voracissima flamma atque incendium, ita ex parua quidem ira, implacabilia non raro exoriuntur odia atque incommoda. Ac propterea bene cecinit poëta: principijs obsta, sero medicina paratur: cum mala per longas conualuere moras. Et Phocylides inquit, rebus principio prouide tuis, ne in fine labores. Isocrates, considera initio & dicta, & facta tua. Solon, iracun-
B diam initio cohibeto. Claudianus, primos iræ motus stude frenare.

*Irat⁹ quibus comparetur.*

*Simile.*

*Ouidius.*
*Phocy.*
*Iso.*
*Solon.*
*Claudi.*

## *FERIA TERTIA. POST TERTIAM DOMINICAM. QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO PRIMA.

C *SI peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum.* Matth. 18. Luc. 17. Quoniam vt inquit Chrysostom. acri oratione aduersus scandalizantes vsus multis eos terruit argumentis, ne supini atque desides hac ratione hi fiant, quibus scandala inferuntur & ne putantes totam in alios culpam esse reiectam, ad mollitiei vitium delabantur, & quasi cultu Dei digni in arrogantiam incidant: perspice quomodo ipsos etiam comprimit atque coercet, & inter duos solummodo redargutionem fieri iubet, ne scilicet testimonio multitudinis grauiore accusatione visa, indignatus ille duriorem se ad corrigendum
D præbeat, ideo dicit, inter te & ipsum solum. Si peccauerit in nos frater noster; & in qualibet causa nos læserit, ait Hieronim. dimittendi habemus potestatem, imo necessitatem, qua præcipitur vt debitoribus nostis debita dimittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij: dicit enim scriptura diuina, si peccauerit homo in hominē, rogabit pro eo sacerdos: si autem in Deum peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos ē contrario in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Corripiendus est autem frater seorsum, ne si semel pudorem & verecundiā amiserit, remaneat in peccato. Et siquidem audierit, lucri facimus animam eius, & per alterius

*Chrysost. in Matt. ho. 61. to. 2.*

*Correctio qualis esse debeat.*

*D. Hie. libr. 3. in Matt. 18. tom. 9.*
*Matt. 6.*
*1. Reg. 2.*

*Correctio fraterna quam sit vtilis.* salutem nobis quoque acquiritur salus. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater: quod si nec illum audierit, adhibeatur & tertius, vel corrigendi studio, vel conueniendi sub testibus, porro si nec illos audire voluerit, tūc multis dicēdū est, vt detestationi eū habeāt, & qui nō potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. E

*D. Bern. ser. 2. de Resur. do.* Quoties peccantem videris fratrem, procedere debet cōtinuo cōpassionis affectus ait Ber. tanquā cognatus humanitati, quippe quē cōcipis ex te ipso. Vos inquit Apos. qui spirituales estis, *Gal. 6.* instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, cōsiderās teipsum ne & tu tēteris. Et certe cū exiret dn̄s baiulans sibi crucē, & plangerēt super eū nondum quidem omnes tribus terrę, sed mulieres pau- F *Luc. 23.* cæ, conuersus adeas: filiæ inquit Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Ordinem diligenter attende, super vos inquit primo, deinde super filios *Exemplū* vestros. Temetipsum attende, vt alijs noueris cōpati, vt arguas spiritu lenitatis. Teipsum considera, ne & tu tenteris. Sed quia exemplū efficacius persuadet, & altius imprimit animo, mitto vos ad sanctū senē illū, qui cū audisset peccasse vnū ex fratribus, amarissime flebat, inquiens: ille hodie, & ego cras: qui sic flebat super se, putas quia non compassus sit fratri? Hic itaque compassionis affectus multis siquidē prodest, quia animus liberalis con- G tristare quem pro se viderit laborare erubescit. Porro nos inquit *Gre. li. 23. Mor. c. 14* Grego. qui infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur debemus primum meminisse quod sumus, vt ex propria infirmitate pensemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Consideremus igitur quia tales sumus quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando fuimus, etsi iam diuina gratia operante non sumus, vt tanto temperātius humili corde corrigam᷑, quāto nosmetipsos verius in his quos *Correctio fraterna cū quibus cōsiderationibus dari debeat.* emēdamus agnoscimus. Si autē tales nec sumus, nec fuimus, quales adhuc illi sunt quos emendare curamus, ne cor nostrum for- H te superbiat, & de ipsa innocentia prius ruat, quorum mala corrigimus, alia eorum bona nobis ante oculos reuocemus: quæ si omnino nulla sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus; quia sicut nos meritis nullis, hoc ipsum bonum quod habemus accipimus, ita illos quoque potest gratia supernę virtutis decorare, vt ex- *2. Cor. 3.* citati posterius etiam ipsa possint bona quę nos ante recepimus, præuenire. Quis enim crederet quod per Apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum pręcessurus erat, qui in morte eius lapidātiū vestimēta seruabat? His ergo primū cogitationibus humiliari cor debet, & tunc demū delinquētiū iniquitas increpari.

Vnde

A Vnde Ambr. ait, plus enim proficit amica correptio, quam accusatio turbulenta; illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Seruetur potius quod prodest. Bonum quippe est vt amicum magis te qui corripitur credat, quam inimicum. Facilius enim consilijs acquiescitur, quam iniuriæ succumbitur. Vnde & Apost. ait, corripite fratrem vt erubescat, non vt inimicum eum existimetis: qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem pudet facere, in naturam vertit.

*D. Amb. in Luc. 17 lib. 8.*

*2. Thes. 3.*

B Nũquid peccat, ait D. Tho. qui hanc correctionem dimittit? Aug. dicit, si non corripis, peior factus es tacendo, quã ille peccando. Sed cum hoc sit verum quod omnes corripere teneantur, diceret aliquis quod solis prælatis conuenit quidẽ ex officio, alijs vero ex charitate. Sed aliquando dominus permittit bonos cum malis puniri: quare? quia non corripuerunt malos: tamẽ dicit Aug. quod aliquando debemus desistere, si times ne propter correptionem istam non emendentur, sed deteriores reddantur. Item si times ne inducat persecutionem Ecclesiæ, non peccas. Si vero desistis ne lædaris in temporalibus, ne molestia tibi accidat

*D. Tho. in Matt. 18.*

*Correctio quãdo prætereunda.*

C vel huiusmodi, peccas. Et Glos. ait, ita peccat qui videns fratrẽ peccare tacet, sicut qui pœnitenti non indulget. Nã qui dixit, si pœnitet, dimitte, præmisit: si peccauerit, increpa: nec difficilis sit venia quidem ipsa, nec remissa indulgentia. Vnde & Greg. ait, non autem iam correctio delinquentis, sed magis oppressio sequitur, si in correctione ira vltra quam culpa meretur extenditur. In correptione quippe vitiorum subesse menti debet iracundia, non præesse, vt executionem iustitiæ non dominãdo præueniat, sed famulando subsequatur, & totum iudicium possessa impleat, non possidens præcurrat. Bene itaque dicitur, non

*Glo. ordi. in Mat. 18 Luc 17.*

*Greg. lib. 26. Mo. c. 36.*

*Iob. 36.*

D te ergo superet ira vt aliquem opprimas, quia videlicet si is qui aliquem corrigere nititur, ira superatur, opprimit antequam corrigat: nam dũ plus quam debet accenditur, sub iustę vltionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effręnatur. Cæterum vt ait Chrysost. quandoquidem omnes defectus aliquos habemus, debemus præstare ne nimium seueræ sint correctiones nostræ & rigidæ, sed debemus tolerare & supportare defectus alienos tanquam si nostri essent. Et certe quemadmodum in ædificijs non omnes lapides accommodati sunt angulis, siue etiam fundamẽtis, sed alij alijs locis deseruiunt: neque etiam vnũquodque corporis membrum omnibus obeundis muneribus aptum est, sed alia alijs accommodantur: ita non debemus ex nostro ingenio metiri cæteros, neque putare singulos esse aptos & egregie habiles

*Chry. explicans c. 6. ad Galat. 4.*

*Simile.*

biles ad præclariora quæque. Quod si ita consideremus modera E
*Hay. in Epist. ad Gal. 6.* te nos geremus in fratribus corrigendis: porro Haymon explicans verba illa, fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c. ita habet: bene inquit Apost. homo, quia hoc pacto nobis mētem reducit ad humanā fragilitatem, quamque proni omnes simus & procliues ad labendum. Vnde considerans tu quod etiam homo es, & procliuis ad labendum non minus quam frater, temperabis tuam correctionem. Nec debes statim punire ipsum proximum & castigare, ait Athana. sed potius suauiter & perbenigne emendare, considerans teipsum ait Apost. ne & tu tenteris. Si nobis vt videmus, ait alius Autor, imperatur & præcipitur à Domino, vt sitientem potemus, vt esurientem pascamus an nō magis intelligere debemus nos debere fratris delicta emendare atque corrigere? Cæterum hac in re perutile fuerit per attente contemplari qua ratione Deus nobiscum gerat, qui cum ipsum offendimus, nos emendat tacite interius in recessibus & penetralibus conscientiæ, vbi nullus alius adest spectator: quod si non emendamur, sæpe permittit vt nostrum scelus etiam manifestetur, vt ita demum corrigamur. Non debes in correctione fraterna nimium importunus esse, molestus & seuerus, ait Basi. neque statim perturbato animo aliquem emendare: neque debes statim irasci propter leuia quæque, aut denique quidquā aliud in corrigendo proximo, præter Deum præmiatorem contēplari. Si prælatus fueris, paterno animo corriges, non tanquam Dominus: neque eos imitaberis qui rigide & austere imperant.

*Atha. in Epist. ad Gal. 6.* F

*Pala. in Matth.*

*Nota similitudinē.*

G

*Bas. in hom. nō adhær. esse rebus secul.*

*Chrys. ser. 139.* Si peccatorem & peccaturum se homo cogitet, ait Chrysolo. & tunc incipiet amare veniam, non amare vindictam. Audis tu quia remittere debeas, & quia tibi remitti debeat non audis? peccabis & tu illi cras, qui tibi hodie peccauit, & erit tibi iudex, qui tibi erat reus ante & reddet tibi veniam si dedisti, aut negabit veniam: aut si dederit, imputabit amplius quam donabit. H

*Dimitte vt tibi dimittatur.* Remitte peccāti, remitte pœnitenti, vt cum tu peccaueris, repensetur in venia, non donetur. Bona semper venia, sed tunc dulcissima cum debetur. Vicit pœnam, iudicem præuenit, euasit iudicium, qui remittendo, ante sibi veniam quam delinqueret iam prouidit. Quemadmodum qui sordes eluere vult ex calice aliquo, phiala, aut alio vase vitreo, vel etiam ex fragili vase terreo, debet quidem suauiter, sensimque id præstare, ne & vas ipsum confringatur, & sibi fortasse etiam noceat, & tandē neque sordes eluet: ita quicunque alterum corrigere studet, cū norit fragilitatem humanam, non debet ita seuere & acriter se

*Simile.*

gerere,

A gerere, aut denique ita impudenter vt maculas non eluat & vitia, sed potius sibi & alijs incommodet, & sordes ipsas augeat; quin potius ita se geret vt suauiter corrigat. Cæterum vt inter Chirurgos etiam ille laudabilior videtur, qui suauius & dulcius vulnera sanat: ita in correctione adhibenda præstabilior ille est, qui maiori charitate, suauitate & prudentia officiũ suum facit. Adde quod non secus sedate, hoc est sine vlla perturbatione se debeat hic gerere, quam idem Chirurgus, qui quo remotior est ab omni perturbatione, eo accuratius munus suũ
B exercet. Vtilissima quidem est correctio, si vt debet fiat: sic enim videmus quod magnam misericordiam exercuerunt Ruben & Iudas arguentes fratres suos, qui volebant interficere Ioseph, quandoquidem & fratres retraxerunt à fratricidio, & ipsius Ioseph vitam seruauerunt. Phinees etiam & socij misericorditer egerunt cum arguerunt fratres suos, qui ædificauerãt altare in scandalum filiorum Israel, & eos conuersos misericorditer etiam susceperunt, responsionem acceptantes. Duplicem etiam misericordiam exhibuit Ionathas, cum & patrem arguendo temperauit, & Dauidem ipsum liberauit.

*Correctio vt tibi dimittatur.*

*Simile.*

*Correctio fraterna cũ quibus cõsiderationib' dãda.*

*Simile.*

*Correctio quomodo suggerẽda.*

*Gen. 37.*

*Iosue 22.*

*1.Reg.19.*

C *Inter te & ipsum solum.* Sicut enim medicus corporalis si debito modo procedat, ait Lyra, nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis, vt sine membri abscisione: & si non possit, tunc abscindit membrum minus nobile, vt conseruetur magis nobile, vel totum corpus. Sic ille qui fratrem peccantem occulte corripit, charitatiue debet tentare si possit fratrem emendare absque detrimento suæ famæ, quia fama computatur inter maiora bona hominis citra virtutes, & ideo corrigens fratrem debet quantum potest cõseruare eius famam. Considerandum tamen circa prædicta quod si peccatum
D fratris occultum fuerit in præiudicium communitatis, vt si aliquis tractaret secrete cum aliquibus qualiter ciuitas esset hostibus tradenda, vel si aliquis Hæreticus in secreto corrumperet fideles, tunc secreta correptio vel admonitio non esset expectãda, sed statim esset prælato denunciandum qui possit tali periculo præcauere, & idem iudiciũ de consimilibus casibus est habẽdum. Cæterum considera, ait Chrysost. quia benigne olim Deus correxerit protoparentes, cum tamen posset eos statim punire citra vllas interrogationes & moras, idipsum etiam fecit cum Cain, vt intelligas quam benigne, quam patienter, quamque prudenter te debeas gerere in alienis emendandis delictis. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.*

*Lyra. in Matt.18.*

*Simile.*

*Pro. 22.*

*Fama proximi cõsulendum.*

*Quãdo correctio non sit expectãda.*

*Chryso. in Genes ho. 19.to.1.*

Nemo igitur fratres vitia palpet, peccata dissimulet nemo, ait E
*Gen. 3.* Ber. nemo dicat, nunquid custos fratris mei sum ego? Nemo
*Gen. 4.* quod in se est, æquanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire,
*Ber. in* minui disciplinam. Est enim cōsentire, silere cum arguere pos-
*Nati. 5.* sis: & scimus quia similis pæna facientes maneat & consentiētes.
*Ioā. Bap.* *Si autem te non audierit.* Magna sane est hominis miseria, quod
*Gen. 4.* nolit iustas audire reprehensiones, & maxime videtur intelle-
*Rom. 1.* ctum habere tenebris plenum. Quid quæso lucidius sole, ait
*Chry. ho.* Chry. attamen & lux eius deficit: & profecto sicut fulgidā illam
*de ferēdis* lucem & fulgurosum iubar sæpe numero superuenientes tenebrę F
*reprahen.* obtegunt: ita & intellectum nostrū quasi in meridie fulgentem
*to. 3. prope* & perspicuum, inconsiderantia obrepens tenebrosum reddit, &
*finem.* nonnunquam euenit vt sapiens non videat quod oportet, mi-
*Simile.* nor & hebetior clare & acute illud perspiciat. Hinc est quare neque sapiēs extolli, neque abiectior miserum se dicere debeat.
*Exo. 23.* Corrigat ergo quisque benigne fratrem suum, cum eum erra-
*Deut. 22.* re viderit. Non audisti quod Deus Iudæis præcepit, nempe ne errātia inimicorum iumenta despiciant, & lapsa ne prætereant?
*Simile.* Si ergo præceptum est ne inimicorum bruta contemnant, nos
*Mali non* ne fratrum animos qui quotidie supplantantur, despiciemus? G
*admittunt* & quomodo non est summa inhumanitas, & ferina crudelitas,
*correctio-* nos non tantum curæ hominibus impendere, quantum alij iu-
*nem.* mentis? Cæterum videas aliquos qui ne putentur alieno indigere consilio, malunt potius vtilitate consilij carere, quam suscepta admonitione peccatū emendare, imo eligunt potius ignorare quam discere, quamuis sciant non esse crimen ignorare, sed nolle discere, non indoctum esse, sed doctrinam respuere.

Plerumque etiam impatientia contemptui iūgitur, ita vt ali-
*Ber super* quis non solum non curet corrigi obiurgatus, sed insuper ob-
*Can. ser.* iurganti indignetur more phrenetici manum medici repellētis. H
*42.* Mira peruersitas! medicanti irascitur, qui nō irascitur sagittanti. Est enim qui sagittat in obscuro rectos corde, vt ait Dauid, qui & teipsum nunc sagittauit ad mortem, & tamen in eum non
*Psal. 10.* cōmoueris, mihi indignaris, qui sanum te fieri cupio. Irascimini inquit Propheta, & nolite peccare: si peccato irasceris, non
*Psal. 4.* solum minime peccas, sed & quod peccaras exterminas; nunc vero & peccatum retines, medicamentum respuendo, & peccare apponis irrationabiliter irascendo, & est supra modū peccās peccatum *Si autem te non audierit.* Hoc est vt ait Alber. si ad te
*Alb. mag.* peruenerit certo iudicio quod te non audiuit, & non sit nisi
*in Mat. 18* quando peccatum iterat, & iam hoc in notitiam serpere incipit, si enim

A sienim inocculto stat, adhuc tūc nō potest sciri si audiuit, vel nō audiuit, *Adhibe tecum vnum* ad cuius notitiam sicut ad tuam deuenit, quia aliter non est adhibitus: si autem indicas ei nescienti, tunc ambo estis, quia ex vno corde loquimini, & sic patet quod istud est peccatum, quod vt non omnino est occultū, sed serpit in notitiam plurium. *Si duo ex vobis consenserint*. Quasi sibi velit, vt inquit Basi. adeo placere Deo vt cōsentiant inter se tum qui corrigitur, tum qui corrigit, in fraterna ipsa correctione, vt propterea quidquid petierint ambo à Deo fiat illis, adeo B est gratus illi consensus fraternæ correctionis, hoc est & zelus corrigentis, & emendatio atque tolerantia in correcto. Et vide quomodo puniret Deus Ionam quod nollet ire ad corrigendam ciuitatem Niniuæ.

*Basi. in resp. ad 15 interro.*

*Iona. 1.*

*Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum &c.* Quasi dicat, certe si attente nouerit quam multis beneficijs à me ipsi cōcessis, sit mihi deuinctus, non peccabit, at vero si peccauerit *In te* idest ante te, quasi contra te propter scandalum & malum exemplum quod tibi dat, nam si publice peccat, iam videtur correctio ad prælatum, spectare, sed nihilominus charitatiue debes si potes, C animam eius, monendo lucrari, quia tu es etiam offensus cum multis alijs. *Si peccauerit* Non ait si bona opera fecerit, sed tamē hoc tempore contra fit, nam si quis peccat, non corrigitur, & si bona fecerit opera, murmurant de ipso, & dicunt esse hypocritam, & ita retrahunt multos à bonis operibus præstādis. Tales vtique figurati videntur per filios Heli, qui multos à sacrificijs & oblationibus retrahebant propter improbitatem suam, sed vide quam infeliciter perierint. Porro correctio debet prudenter dari vt fructum referat: in cuius rei figuram ministri Saul quęrebant aliquem qui sciret pulsare instruendo quidem vt melo-D dia pellatur dæmon ne ipsum torqueret: sane tale instrumentum est fraterna correctio, quæ debet pulsari siue dari à perita manu siue prudenti viro, vt hoc modo ille qui est in peccato liberetur à diaboli tyrannide.

*Peccatū fugiendū.*

*Nō debem⁹ prauū præbere exemplum.*

*Iudicia temeraria peruersa.*

*1. Reg. 2.*

*1. Reg. 4.*

*1. Reg. 16.*

*Simile.*

*Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies?* Obserua libentius etiam & liberalius, vltimam noxam quam primam, debere nos dimittere: & quod quanto pluries in te frater peccauerit, & offenderit, eo amplius hominem complecti debeas maiori etiam humanitate, nam sic videtur ille maiorem in se supponere fragilitatem atque miseriam. Et certe quemadmodum cum quis in eundē relabatur morbum asserimus deteriorem esse relapsum quam lapsum, quia tum morbus inua-

*Autor.*

*Simile.*

dit infirmiorem & debiliorem: sic quoque intelligere debes de E
eo qui te frequẽter offendit, nempe quod debiliorem habeat vir
tutẽ, ex diurna atq; etiã diuturna peccandi consuetudine, atque
proinde nõ mirum si vel minima quadam ansa & occasione obla
ta in peccatum recidat. Quocirca liberalior esse in eum debes,
atque de eius maxime condolere miseria: tantoque coram Deo
gratior eris & copiosius mereberis, quanto libentius de maiori
miseria fratrem extraxeris: *Non dico tibi septies, sed septuagies sep
ties.* Circa hoc attende quod Christus Dominus dicit, si non di
miseritis hominibus peccata eorũ, nec pater vester dimittet vo- F
bis peccata vestra, vbi nõ dixit, si non dimiseritis septies, vel sep-
tuagies, sed absolute & sine vlla cõditione præcepit vt dimitta-
mus. Id quod Deus ipse videtur seruasse erga Hebræos, quos cũ
in manus Philistinorum & Ammonitarum propter ipsorum fla-
gitia tradidisset, in tanta miseria cõstituti clamauerunt ad ipsum,
suorum scelerum veniam deprecantes, ipse tamen tale respon-
sum dedit eis, nimirum: vt meminissent ipsis sepissime condo-
nata fuisse peccata, eductosque eos fuisse ex seruitute Ægyptia
ca, & de manibus & potestate Amorrhæorum, Philisthino-
rum, Sidoniorum, Amalechitarum, & Chananæorum, quia G
promiserant vitæ emendationem: quam rem cum minime prę-
stitissent, idcirco eis nolebat nunc opem ferre, sed accederent
potius ad Deos suos inquibus habebant fiduciam, qui eos libe-
rarent: at isti infelices denuo supplici prece rogarunt dicentes:
peccauimus, reddetu nobis quidquid tibi placet, tantum nunc
libera nos: ibi tunc clementissimus pater eos protinus libera-
uit, doluitque super miserijs eorum. Sic ergo nos facere debe-
mus, hoc est vt quamuis sæpissime Deum offenderimus, semper
tamen veniam postulemus, & quoties etiam nos proximus offen
derit, ipsi ignoscamus. H

*Cõdonem' etiã sæpe iteratas iniurias*

*Matt. 6. & 18.*

*Iudicũ 10.*

*Veniam a Deo semper postulemus, etsi maxime eũ offenderimus.*

*Autor.*

Credebat Apostol. Petrus quod cum in mundo solitum es-
set condonare peccata bis tantum, vel ad summum ter, inter
mundanos, se fore satis liberalem si septies dimitteret fratri.
Quare ipsum Dominus liberat ab eo errore dicitque ac preci-
pit non solum septies, sed etiam septuagies septies esse dimit-
tendum fratri. Vbi etiam vtitur numero certo proincerto.
Quasi dicat, vis Petre scire quoties dimittere debeas? toties
quoties iniuria affectus fueris, & in te peccatum fuerit, vt nil
iam necesse habeas numerare remiseris ne tertio iam aut quar-
to; vel si mauis, toties dimittes, quoties tibi ipsi velles di-
mitti. Vnde & Chrysostom. doctissimus præclarissime qui-
dem

*Iniurias cõdonem'.*

A dem & sapientissime asserit non intelligas quod tibi mensura quædam ac limitatio hac in re statuatur, sed intellige quod licet per totum vitæ curiculum te semper offenderint, parcere te oporteat in te peccantibus, idque propter illum qui cuncta peccata tanta liberalitate condonat, tam charamque habet peccatoris conuersionem, quemadmodum insinuat parabola illa de seruo debente decem millia talentorum. Et alibi dicit idem Doctor, numerus ille septuagies septies accipitur pro infinitis numeris, sicut solemus dicere hoc millies contigit, quod est dicere, infinitis vicibus accidisse. Nil obstat, ait grauis quidam Autor, ad dimittendum fratri sępissime, illud Prophetæ Amos, super tribus sceleribus Damasci & super quatuor, non conuertam eam, id est non parcam ei, siquidem illic Propheta mentionem facit peccatoris obstinati, hic vero tractat Christus dequo speratur emendatio. Cum audieris, ait Chrysostom. Septies esse dimittendum, ita intelligas quod semper debeas dimittere fratri, nam septies dimittere debes, id est per septem dies hebdomadæ, atque ita ne horam quidem inuenies, in qua non debeas remittere fratri iniuriam. Et quamuis ipse statim non emendetur, non propterea cesses à correctione: nam vt ait, idem Chrysostom. quanto ille impudentior & pertinacior fuerit, tanto magis ad emendationem eius absque ira & molestia nobis studendum est. Nam & medicus cum grauiorem viderit morbum, non desistit, nec molestia oppressus deficit, sed adferenda remedia diligentius se accingit. Quod nos quoque facere iubet, quoniam enim solus imbecillior visus es, adiectione duorum fortior factus coargue delinquentem.

*Chri. ex va. in Mat. lo. ho. 18. 19. 20.*

*Matt. 18.*

*Chry. in Matt. ho. 62.*

*Amos 1.*

*Hec. pin. in Ezech. 39.*

*Chry. ex va. in. Matt. lo. ho. 19.*

*Chry. in Matt. ho. 61 to. 2.*

*Simile.*

D Porro sæpe accidit vt proteruia eorum quos corrigis, tanta sit ait Grego. vt tibi quodammodo frænum imponere videantur ne amplius eos corrigas: hoc enim intelligebat Apost. cū diceret, vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Frænum silentij sibi superim positum, sancti viri apud dura reproborum corda conspiciunt, qui per Prophetam dicunt, quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena? frænum poni etiam Pau. admonuit, qui discipulo pręcepit dicens, Hæreticum post primā & secundam correptionem deuita, sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio codēnatus. Sancti quippe doctores

*Gre 20. Mor. c. 19. super illud, fræ. nū posuit in os meū*

*Psal. 136.*

*Tit. 3.*

plerumque

plerumque alta considratione resistentium corda conspiciunt, E
& dum illa derelicta diuinitus vident, afflicti, gementesque cōticescunt. Annon aliquando frænum Salomon doctoribus imponit? qui dicit; noli arguere derisorem, ne oderit te. Sed si ab
Pro. 9. increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere deri
sоris odia formidamus, nō iam lucra Dei, sed nostra quærimus. Qua in re sciendum est quod nonnunquam cum redarguuntur
*Mali nolūt corrigi* praui, deteriores existunt: ipsis ergo & non nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro corū amore cessamus. Vnde necesse est, vt aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant bene viuendo quod non sunt. F

*Considerationes eius qui corrigitur.* Sed iam postquam de eo qui corrigit fratrem diximus, audiam' quas leges seruare debeat qui corrigitur. Is ergo qui corrigitur frater, primū omnium necesse est vt humiliter submittatur, seque cognoscat, ac sibi persuadeat quod quantumuis, splendido sit ingenio natus, possit nihilominus affectibus excæcari & decipi, & propterea egeat alterius ope & auxilio: de-
*Omnes egemus consilio.* inceps consideret oportet, se omnia quæ alienis oculis & intelligentiæ patent, non posse habere perfecta & explorata, cum cognitionem tantum quandam, & notitiam perbreuem, & exiguis terminis circumscriptam nactus sit. Sanctus enim ille Moy G
Exo. 18. ses admonitus fuit, & salutaribus soceri sui consilijs, quāuis
2. Reg. 7. Barbarus homo esset, adiutus, circa populi administrationem & gubernationem. Et Dauid quidem atque Nathan quamuis tam illustres essent Prophetę, ignorabant tamen vtrum ipse Dauid ædificaturus esset templum domino, nec ne, & ambo quidem iu-
4. Reg. 4. dicium tulere ita fore, cum tamen oppositum Deus decreuisset.
Amos 7. Propheta quoque Elisæus nesciebat angustiam atque laborem
4. Reg. 8. mulieris sunamitidis, nempe mortem filij eius. Propheta etiam Amos suam fatetur ignorantiā dicens, non sum Propheta, ne-
Num. 22. que filius Prophetę, sed vir armentarius ego sum. Elisęus Pro- H
pheta initio ignorauit quid responderet illi qui munus à Benadab rege Syriæ sibi attulerat, rogans esset ne Rex ab illo morbo curandus. Nesciebat Balaam sibi ab angelo contradici, atque transitum impediri, ne ad maledicendum populo Dei pergeret,
Gal. 2. eum tamen Angelum videbat asina ipsius. Paulus reprehendit A-
2. Cor. 12. postol. Petrum, qui reprehensionem omni cum mansuetudine
2. pe. 3. accepit; & ipse Paulus reprehensione indiguit: denique Petrus commendat & laudat epistolas Pauli, cū tamen in eis reprehensus ipse scribatur.

Feria 3.

# FERIA TERTIA POST DOMINICAM TERTIAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA.

*Nos inuicem corrigamus.*

SI *peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.* Matt. 18. Illud inprimis vtile quamdiu in hac fragili vita viuimus, vt scilicet alter alterum moneamus, & salutariter hortemur. Sed tamen adeo calamitosa sunt hæc tempora nostra, vt iam huiusmodi salutaria consilia negligamus, quamuis nos videamus in militia constitutos, iuxta illud Iob, cunctis diebus quibus nunc milito &c. Iustum quidem est vt quando fratres sumus omnes, nos mutuo hortemur, vt fit inprælio. O miseriam nostram, qui non ita faciamus quidē, sed instar vermiculorum ligna rodentium, quos videas dura rodentes ligna & tamen siquis tantillum ipsos attigerit, statim intereunt. Sic enim nos adreprehendendū alios asperi sumus, & tamen siquis nos reprehendat, indigne ferimus, & solum os durū habemus, cum in reliquis mollissimi simus. Debemus quidem in correctionibus esse modesti, & præsertim cum senibus & maioribus, iuxta illud Pau. seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Ignominiosum certe nobis est quod si proximus infirmitate aliqua corporis laboret, omnes statim fiamus medici, & tamen in infirmitatibus spiritualibus eum negligamus. Si videmus domum vicini incendio conflagrantem, statim accurrimus, & opem ferimus: si vero proximum vitijs prope combustum videmus, dissimulamus, & silemus, neque curamus scintillas mali exempli extinguere, quibus reliquos comburit. Hoc quidem conqueritur Isa. dicens, vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circum ligata medicamine, neque fota oleo Cum ergo diem mortis ignoremus, curemus nos mutuo ad virtutem hortari & animare, cum inter tot laqueos & pericula versemur. Sane siquis ciuitatem ingressus, moneretur quod ab vno ciue esset interficiendus, ab omnibus sibi caueret, & gauderet plurimum de tali admonitione, sic igitur nos geramus ingressi ciuitatem mundi huius fallacis & proditoris.

*Alter alterum moneamus.* — B

*Iob.14.*

*Similitudo.*

C — *Simile.*

*Reprehensionem nō admittimus.*

*2. Tim.5.*

*Simile.*

D — *Simile.*

*Isa.1.*

*Eccl.9.*

*Simile.*

Siquis in fragilitatem aliquā inciderit, mone eum, & iuua tuo consilio salutari sicut Apost. monet dicens, fratres si præoccupatus

Gal. 6. patus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis E
Eccl. 8. &c. Et Eccl. ait, non incendas carbones peccatorum, arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum: Quasi
Simile. dicat noli irasci in corrigendo, ne forte alius iratus, minus emẽdetur. Sane qui catapotia infirmo danda, aut pilulas conficit, contemperatione magna vtitur, ne forte excedens interficiat in
Simile. firmum: sic ergo cum corrigis fratrem, magna moderatione vti debes, ne forte per iracundiam excedẽs, sis causa mortis illius, hoc est quod in nouum aliquod lethale crimen incurrat. Debes etiam commodum tempus & occasionem expectare ad dandam correctionem. Nam sicut medicus dum febris est in vigore, non F
Num. 13. propinat potum infirmo, sed cum est in declinatione: sic etiam cum datur correctio, est opportunitas expectanda, & vt deferbuerit iam corrigendi animus, nisi iam periculum es-
Exẽplum. set in mora, quod quidem prudentiæ relinquendum est. Sane cum exploratores redierunt de terra promissionis, & quasi perterriti dixerunt, vidimus monstra de genere gigantæo quibus comparati, quasi locustæ videbamur; & alia multa dixerunt adeo vt perterrerent populum & is cogitaret de re-
Num. 14. ge sibi eligendo, vt in Aegyptum reuerteretur: tunc quidem G poterat Moyses eos aspere corrigere & castigare, sed cum videret tunc populum in tanta angustia & afflictione, noluit id facere, sed potius etiam precibus adhibitis & suauibus verbis dissuasit huiusmodi terrorem quem populus acceperat, quod non perinde fecisset, cum iracundia & asperitate. Sic etiã se Deus nobiscum gerere solet, hoc est blandis quibusdam corectionibus nos
Simile. interius corrigere. Quando etiam correctio fit in cõmuni, poterit esse aliquando paulo asperior, at vero si in particulari fiat debet fere esse cum quadam suauitate. Cum enim piscator tẽdit piscibus rete, vt pisces ad ipsum accedant & etiam ne egrediantur qui intus fuerint solet strepitum excitare, & magnos edere H clamores, at vero cum hamo piscatur; quia singularis est piscatio, & ad vnum tãtum capiendum piscem dirigitur, tunc magno
Psal. 89. vtitur silentio, & escam sibi quærit accommodam pro tẽporum varietate, qua totum hamum vndique tegit ne appareat. Sic igitur in fraterna correctione magna vti debes moderatione & suauitate, vt fructum referas. Vnde Dauid ait, superueniet man
3. Reg. 19. suetudo, & corripiemur, delectatur etiam Deus mansuetudine & quiete; siquidem Elias vidit dominum in sibilo auræ tenuis. Et certe quamuis tu velis asperitate fratrẽ flectere, nisi Deus interius suauiter ipsum moueat, nil promouebis, nõ enim in cõ-

motione

A motione dominus, vt dicitur 3. Re. 19. Neque Deus in te habitabit si velis in furore & commotione corrigere fratrem, sed potius vterque peribit. Curare præterea debemus, vt pro ratione necessitatis ipsius proximi, eum corigamus, aliter enim crudeles erimus: nam vt dicitur in pro. plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Magnam porro vtilitatem sibi reportat, qui proximum corrigit, nam vt ait Apost. quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Idest qui correctionem meam humiliter suscipit & contristatur B quia Deum offendit. Sed liberet nos Deus à multis proteruis, apud quos nil proficias, vel si artificiosissima vtaris correctione, nolunt ab aliquo doceri. De Leone quidem dicitur in pro. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum, non retrocedet, non desistet ab impetu quo fertur. Sic igitur sunt aliqui tam efferati quos nullo modo possis emollire.

*3. Reg. 19.* *Prou. 17.* *2. Cor. 2.* *Simile.*

Nec vero existimare debes quod ad concionatorem dũtaxat pertineat corrigere, nam & parentes filios, & magistri discipulos, & patres familias domesticos, & prælati subditos corri- C gere tenentur: talibus enim imputantur subditorum defectus. Quemadmodum enim si horologium conturbetur, & culpam, ei qui ipsum moderaturquidem ascribimus: sic etiam cum aliqua cõmunitas se extra numerum mouet, eius rectori & præposito culpam assignamus. Vnde causam assignans Isa. dissolutionum & iniquitatum quę fiebant in Hierusalem, ait, principes tui infideles; & alia translatio habet, inobedientes. Sic enim fit vt non solum non corrigant, sed etiam sint causa perditionis omnium subditorum. Vnde Nathã ostendens quãtum esset scelus dauidis, ait: quoniam blasphemare fecisti inimicos D nomen domini &c. sane quando riuulus aliquis extra ripas fluit, non valde nocet, at vero si copiosissimum flumen id faciat noxium valde est: sic etiam cum aliquis ex subditis aliquod vitium committit, ipse sibi nocet, si vero prælatus id faciat, magnam de se exhibet notam. Sic videmus quod tribus quę sequutę sunt Hieroboam, etiam ipsum in idololatria sua sectatæ sunt vnde Moyses reprehendens Aaron in adoratione vituli, ait, Quid fecit tibi populus hic, vt super eũ induceres peccatũ hoc maximum? Quasi diceret, cur ipsum nõ corrigebas, cũ tibi id ex munere incũberet? debet igitur tales vigilare super gregẽ. Sic Hiero. ait, perui gilant quasi rationem pro animabus reddituri. Vide quod non solum ait vigilant, sed peruigilant, vt intel ligamus

*Isa. 1.* *2. Reg. 12.* *Simile.* *3. Reg. 11.* *Exod. 32.* *Hier. 13.* *Charitas hortatur nos vt fratrem corrigamus.*

ligamus obligationem quam quisque habeat proximum corrigendi loco suo & tempore, & multo magis ij quibus ex officio incumbit iam. E

*Simile.* Verum aliquos reperias, qui correctiones oderunt, quod quidem indicium est ruinæ & perditionis, vt scilicet aliquis expharmacis ipsis infirmetur. Vnde Pro. 29. dicitur, viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Quid igitur de his futurum est qui persequuntur ipsos corrigentes? vnde Gen. 22. Dicitur de ędificantibus turrem Babel, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Amemus ergo eos qui nos corrigũt cum indicium quoddam id sit prædestinationis. Hinc Eccl. ait, quam bonum est, correptum manifestare pœnitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum. Et rursus, qui odit correctionẽ vestigium est peccatoris, & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum, scilicet per correctionem. Siquis de naui in mare turbulẽtum pręcipitaretur, & alius compassione motus, ei funem porrigeret, quo apprehenso posset liberari, & tamen nollet id facere, qualem hunc iudicaremus? Sic ergo stultior multo est qui non vult correctionem admittere, cum ea indiget.

*Prou. 29.* *Genes. 22.* F *Eccl. 20.* *Eccl. 12.* *Simile.* G

*Non debemus nos vlcisci.*

*Corripe eum inter te, & ipsum solum.* Non ait vlciscere te, vel interfice eum, sed corripe. Cur ergo gloriaris quod nullus vnquam in te aliquid admiserit, quin vindicaris? An tibi videtur hæc tua iactantia, cum Euangelij verbis consonare? Vide etiam quid Apost. dicat, nulli malum pro malo reddentes. Et Petrus ait, non reddentes malum pro malo, sed è contrario bene dicẽtes quia in hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis. Et rursus Christus ait, in patientia vestra possidebitis animas vestras: idest vitam viuetis tranquillam. Apost. etiã ait, noli vinci á malo, sed vince in bono malum. Tantum igitur ab vltione ab horrere debemus, vt si fieri poterit, nec sciamus quis nos læserit. dixit quidem Deus ad Abraham, scito quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Vides quomodo non dixerit, vbi esset futura hæc seruitus, vtrum in Syria, aut Babilonia aut Aegypto, ne inde occasionem acciperet inimicitię cõtra eos. Non ita nos gerimus, sed potius volumus exquirere quis nos lęserit, vel cõtra nos locutus fuerit. Sane non vacat mysterio quod quando

*Rom. 12.* *1. Petri. 3.* *Luc. 21.* H *Rom. 12.* *Genes. 15.*

A quando Christus alapis cęsus est,& consputus,& illusus,sibi faciem velari voluit, nollens scilicet scire eos à quibus injurijs afficiebatur. Non ita nos facimus, sed etiam percunctamur quis nos iniuria affecerit. Cæterum quatuor fratres videmus, nempe Petrum & Andręam,Iacobum & Ioannem,in duplici fraternitate,inqua fundata est nostra religio Christiana,cum tamen in lege veteri esset tantū illa fraternitas Moysi & Aaron,vt intelligamus quod modo in lege gratiæ maiori charitate nos exornare debeamus. Sed tamen vices inuersas video;si enim in lege veteri dice-
B batur, dentem pro dente,modo sunt qui pro re exigui ponderis statim aliquem interficiāt. O diabolicas vindictas! Quam parum attendunt quod plenitudo legis sit dilectio! Ne existimes quod ideo Deus puer sit factus vt tu eum cōtemnas,& pro eo nihil facias:nam Isa.cum dixisset,puer natus est nobis,addidit,& vocabitur nomen eius admirabilis. Sed ideo puer factus est,vt intelligas quod facile condonare soleat offensas. Quod significare volens Dauid ait,pronihilo saluos facies illos:Quasi diceret,quod homo nihil fere faciat,pro tantis diuinis beneficijs. Itē puer factus est,vt nos doceat,quod facile tanquam pueri debeamus iniurias
C condonare:nam pueri quidē non se vlciscuntur,sed iniurias sibi factas narrāt patri suo,& pater ait,tace fili mi,ego te vlciscar. Sic ergo tu cum fueris iniuria affectus,dicito id patri tuo cælesti, & dimitte vindictam,pete que ab ipso patiētiam ad tolerandum,& vt inimici tui mentem illuminet. Vnde Rom. 13. ait dominus, Mihi vindictam,& ego retribuam. Sane qui manu candelā emūgit,non solum eam coinquinat,sed interdum etiam lumen suffocat:sic ergo qui seipse vlcisci vult,coinquinat & vrit animam, & causa est vt proximus & ipsemet pereant:hac enim de causa reges & principes in ciuitatibus aliquos præsides constituerunt, ne ali
D quis ipsemet se vlcisceretur. Sic ergo tu non sis solicitus de vindicta, nam Deus te satis superque vlciscetur. vix dum enim Cain cessauerat ab interfectione fratris, cum eum dominus vocauit dicens,vox sanguinis fratris tui clamat adme deterra. Quasi diceret, ego debeo mortem hanc vlcisci, nam sanguis fratris tui instat. Vide etiam quomodo Deus satisfecerit pro Moyse,cum de ipso murmurarent Maria & Aaron. Item pro Magdalena,cum Martha de ipsa querebatur,& pharisæus ille. Noli igitur tu quærere vindictam, sed potius corripe eum inter te & ipsum solum, & Deus pro te respondebit,iuxta illud Isa. vidi lacrymam tuam, & sanaui te.

*Matt.* 14. *Luc.* 22. *Matt.* 4. *Exod.* 4. *Matt.* 5. *Rom.* 13. *Isa.* 9. *Simile.* *Psal.* 55. *Simile.* *Rom.* 12. *Simile.* *Genes.* 4. *Num.* 12. *Luc.* 10. *Luc.* 7. *Isa.* 38.

Mirabile sane est quod adpersuadendum tibi vt iniuriam condones,

dones, debeat congregari vniuersus populus, vel tempus edax E
rerum, hoc vlcus curare debeat, neque moueris quod tam
*Ne vlciscamur nos.* pium habeas patrem, qui tibi hoc suadeat, videlicet Deum,
& magna tibi munera promittat, si hoc feceris. Cum primum
Adam in delictum incidit, inquit scriptura quod ambulabat
*Genes. 3.* dominus ad auram post meridiem, quando venerat de scelere
vindictam sumpturus: non dicit scriptura quod currebat, vt in-
*Exod. 14.* telligas pedetentim eum incedere cum vult supplicium sumere.
*Ioan. 3.* Pharaonem septies monuit, priusquam in mari rubro illum
submergeret. Niniuitas etiam ante monuit. Contrarium au- F
tem morem seruat, cum tendit sua misericordia cum aliquo vsu-
rus, festinat enim solicitus. Vnde Zacheo dixit, Zachee festi-
*Luc. 19.* nans descende, quia tendebat adiustificandum, peccatorem.
Impio etiam ac nefario illi Iudæ dixit, Quod facturus es, fac
*Ioan. 13.* citius. Cupiebat siquidẽ pijssimus Redemptor, pretium nostræ
salutis persoluere. Quin spiritus Sanctus repẽte descendit super
*Act. 2.* Apostolos, eos sanctificaturus, vt ostenderet dominus se pro-
num magis esse admiserendum quam flagellandum, & vix ferre
*Isa. 54.* possit semper in punitione persistere. Vnde Isa. ait, in mo-
mento indignationis abscondi faciem meam parumper à te,
misericordijs sempiternis congregabo te. Nec mirum si tar- G
dus adpuniendum, ad condonandum vero cum festinatione
*Simile.* tendat Deus: nam si lapidem in supero velis loco statuere, ma-
ioribus machinis, funibus & viribus opus est: sin autem incen-
trum velis deijcere, non alia vi indiget nisi vt à manu excidat.
Ita sicut lapidi proprium est, nulla facta mora de orsum ten-
dere: ita Deo proprium est miserationibus vti, ideo quasi coa-
ctus & nostris flagitijs exigentibus dolens punit, vt ipsemet
per Isa. inquit, heu consolabor super hostibus meis, & vin-
*Isa. 1.* dicabor de inimicis. At vero nos pedes habemus adpunien-
*Prou. 1.* dum & vindicandum, velocissimos. Vnde Prou. 1. pedes im H
piorum ad malum currunt, ita currunt vt brauium constitu-
tum videatur ei qui prius ad illum miserum & infelicem inter-
ni locum appulerit. In misericordia autem impartienda tar-
dissimi admodum sumus. Sustine paululum modo inquit Se-
*Sen. lib. 2. de ira cap. vlti.* neca, venit ecce mors quæ nos pares faciat. Quid nobis cum
dimicatione & insidijs? Nunquid amplius tibi quem vlcisci
vis, quam mortem optas? etiam morietur, per-
dis operam, facere vis quod
futurum est

Consu-

A

## *Consulamus famæ proximi.*

*INter te, & ipsum solum.* Non ait quod publices defectus proximi tui, sed quod solus corrigas, & eius famæ consulas. Et cum videmus proximi famam periclitari, non erubescamus coram detractoribus narrare eius virtutes: sic enim charitas postulat. Vnde dominus pro Mose respondit cum detraherent ei Maria & Aaron, similiter pro sancto illo Iob satisfecit, cum eius opera amici indiguerunt. Porro D. Hier. explicans verba illa: beatus qui nõ &c. tũ etiam Chrysos. ita habent, his verbis tecte atque dissimulanter inuidiam discipulorũ Ioannis, dominus corripuit, quę huic interrogationi occasionem præbuerat, quos videlicet fama & gloria miraculorum Christi mordebant. Quo in loco non negligenter obseruandum est, quod dominus tanta lenitate discipulorum Ioannis inuidiam, signis tantum editis, non verbis castigauerit, dignitati videlicet atque honori eorum modestissime parcens, vt exemplo suo nos ad similem modestiæ virtutem adduceret, cum occulta proximorum vitia emendare volumus, vt videlicet eorum famam & existimationem, quam maxime fieri poterit, integram & illibatam conseruare studeamus. Sunt enim qui ita homines corripiunt vt illorum vitia prodant, cum eos sanare sine famæ detrimento possent.

*Num. 12.* *Iob. 42.* *Matt. 11.* *D. Hier.* *D. Chrys.* B C *Cum proximos corrigimus, eorum famæ cõsulamus*

Plurimum quidem proximi famæ consulere ac prospicere debemus: vnde Lucas cum de Magdalenæ vitijs tractaturus esset, eam proprio nomine non nominauit, sed tantum dixit, ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: at vero beatus Marcus volens eius pretiosa vnguenta commemorare & pium officium, proprio nomine eam appellauit simul cum socijs, dicens: Maria Magdalenæ, Iacobi, & Salome, emerunt aromata. Nos vero non ita facimus, sed potius petulanti lingua defectus proximorum omnibus narramus, nec attendimus quid dicat propheta, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. At vero qui pij sunt & religiosi non solum id curant vt scilicet linguam maledicam non habeant, sed etiam cum Dauide dicunt, detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Et certe quantum lucraris bene de proximo loquendo tantum

*Luc. 7.* D *Marc. 16.* *Psal. 33.* *Psal. 100.*

tum tibi & illi noces detrahendo. Vnde sapiens ait, mors & vita E
*Prou. 28.* in manibus linguæ. Annon audisti de illo qui conuiuium parabat ex iussu domini sui de melioribus cibis, & linguam in mensa
*Exẽplum.* ad vescendum apposuit? cum etiam iuberet herus vt deteriores
*Lingua bona & mala.* ad ferret cibos, rursus etiam linguã apposuit, significans videlicet, nil esse pretiosius lingua bona, & cõtra etiam nil deterius mala lingua & mordaci.

In Exo. quidem habetur quod Deus reuelarit Moysi idololatriam in quam populus inciderat, & tamen cum accessisset Moyses ad Iosue, noluit id ei manifestare, vt inde doceamur quod defectus proximi non publicemus: imo potius debemus quoad possumus eos benigne interpretari In Genes. etiam habetur quod cum dixisset Isaac, ipsi Abimelech regi Palæstinorum, Rebeccam sororem suam esse, vidissetque Abimelech prospiciens per fenestram, ipsum Isaac iocantem cum vxore sua, eum ad se accersiri iussit & reprehendit modeste, dicens esse quidem perspicuum eam vxorem suam esse, & propterea non debebat dicere esse sororem. Vide quam modeste reprehendat hic gentilis, tum etiam quomodo abominaretur scelus inter fratrem & sororem, & quomodo cognosceret huiusmodi iocos & tactus solum modo esse debere inter virum & vxorem, tum etiam non dixit esse concubinam siue amicam eius, sed vxorem. Non ita modeste reprehendimus nos neque ita sine passione iudicamus, sed potius temere & inconsiderate. Quamobrem longe aliter nos geramus, & famæ proximi cõsulamus, neque eã traducamus & suggillemus. Sane sartor ne pannum ipsum perdat, prius delineat & notat quod sibi præscindendum est, & tamen tu famam proximi scindis & laceras absque vlla mensura & delectu Item nodus aliquis facile fit in filo, at vero non perinde soluitur, cum facilitate implicas & obscuras famam proximi tui, at vero non perinde facile eam recuperas & restituis. Insuper etiam facile littura inducitur in papyro, at non perinde facile eluitur, imo & si eluatur, macula aliqua semper remãet: sic ergo fama proximi facile coinquinatur, at non perinde facile mundatur, & pristinum recuperat splendorem. Ac proinde iubet Christus vt corripias proximum inter te & ipsum solum.

*Exod. 13.* *Genes. 26.* *Res ipsi in meliorẽ partẽ interpretemur.* *Simile.* *Fama proximi consulamus.* *Simile.* *Simile.*

Margin letters: F, G, H

## APPENDIX.

*Correctio qualis esse debeat.* *Si peccauerit in te* Non ait si suspicatus fueris aut somniaueris eum peccasse, sed si peccauerit. In te. Idest quod tu solus scias quod que secretum sit. Corripe eum. Non ait, infama eum, sicut

multi

A multi faciunt hoc tempore, qui peccantem non corripiunt, sed infamant apud omnes. Aduerte etiam quomodo Christus tanquam optimus Chirurgus docet, quod si ad curandum sufficit vnguentum, non necesse habeas vti lanceola, aut cauterio: & si sufficit digitum abscindere, non debes abscindere manum. Sic Medicus qui saccharo rosaceo curare potest, nō propinat amaras pilulas. Sic ergo tu si solus potes proximum curare, non est quod adhibeas testes: quod si non potes, eos tunc adhibebis, cum melius sit vt aliquid detrimenti fama patiatur, quam si anima pereat, non enim est verus honos cum perit anima. Cæterū qui malus est, diligenter se emendet, ne ab altero audire possit Medice cura te ipsum: sane cum Deus voluit mittere Moysen ad educendum populum de seruitute Pharaonis, prius dixit illi vt in sinum suum mitteret manum: sic ergo tu cum alterum paras corrigere, inspice prius sinum tuum, & qualis sit vita tua. Item nolebat Deus vt Dauid sibi templum ædificaret, quia vir sanguinum erat: sic ergo tu qui vis corrigere, prius diligenter explora te ipsum, cum velis præparare & ædificare templum domino.

*Simile.* (margin)

B (margin)

*Correctio quomodo sit facièda* (margin)

*Exod. 4.* (margin)

*1. Par. 17.* (margin)

C

## FERIA TERTIA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

### CONCIO TERTIA.

*Facile labimur in mala.*

SI peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum.* Matt. 18. Cum nouisset dominus quam fragiles simus, & ad malum propensi, inter alia opportuna remedia quæ nobis prouidit, fuit hoc correctionis fraternæ. Satis enim manifesta est nostra propensio ad malum in eo quod si bonum aliquod opus aggredimur, statim ab eo desistimus, & ad pristina vitia redimus, sicut pulli quos perdix falsa mater educauerat, statim ad matrem suam redeunt. Vnde Hierem. ait, perdix fouet quæ non peperit. Quin & Deus agnoscens hanc tantam fragilitatem nostram, nos interdum excusare videtur. Sic enim in Genes. habetur, nequaquā vltra maledicā terræ propter homines, sensus enim & cogitatio humani cordis, in malum proua sunt. Sic etiam visus est excusasse discipulos cum ait: spiritus quidē prōptus est, caro autē infirma, quę verba etiā

D (margin)

*Correctio fraterna quanti sit momenti.* (margin)

*Simile.* (margin)

*Hier. 17.* (margin)

poterãt deipsis intelligi. Sic etiã regius psaltes ait, misert' est dominus timẽtibus se, quoniã ipse cognouit figmẽtũ nostrũ. Cum etiã multas abominationes dixisset de Hebræis Oseas, tandẽ ait, spirit' enim fornicationis decepit eos, Annõ vides quomodo excusare eos quodã modo videtur? Tales etiã sunt boni qui excusant defect' proximorum: sic enim Daniel visus est excusasse senẽ qui exarserat in Susannã, cũ ait: species decepit te, & cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. Postquã etiã Petrus dixerat ciuib Hierusalẽ, vos sanctũ & iustũ negastis, & petijstis virũ homicidã donari vobis, autorẽ vero vitę interfecistis, extenuauit peccatũ eorũ addens; & nũc fratres scio quia per ignorãtiã fecistis, sicut & principes vestri. Talia igitur exẽpla imitemur, in defectib tractãdis proximorũ, & nõ eorũ exẽpla qui fratres suos traducũt, & passim increpant, & accusant: nã certe inter alia dæmonis attributa, illud recẽsetur, quod sit accusator fratrũ. Porro quod propensi sim' ad malũ, facile ex eo cognoscit, quod cũ de reb' ad virtutem pertinẽtib agere & tractare deberem', poti' de vitijs agim', & ea exequimur, quod quidẽ quasi monstruosum videt, vt ex subiecta ratiocinatione facile colligi potest, siquidẽ quãuis dicimus cor quidẽ esse in medio corporis, magis tamẽ videtur ad dexterã declinare, vnde fit vt dextera man' & pes videãtur accõmodatiora ad actiones obeũdas, & ita etiã videm' quod ex mille hominibus pauci admodũ euadũt sinistri, sed potius dextri, imo illud monstri simile fere iudicatur. Sic igitur quãuis voluntas hominis tãquã cor videatur ad sinistrã deflecti partẽ, idest ad res mundanas, potius quã ad dexterã, hoc est ad virtutẽ, intelligam' tamẽ quod id quasi mõstruosum est, siquidẽ non ita fuit ab initio, in statu naturę integræ, inquo potius ad virtutem erat inclinatio, sic ergo nos duci sinimus cum peccamus, ab inclinatione procedente ex natura corrupta.

*Matt. 26.* *Psal. 102.* *Osea. 4.* *Acto. 3.* *Apo. 12.* *Cor magis in dexterã videtur propẽdere.* *Ioan. 10.* *Simile.*

E F G H

Cognoscitur præterea nostra fragilitas & imbecillitas, ex eo quod vocemur oues, siquidẽ ouis per se solã viuere nõ potest, sic homo nõ potest sine pastore suo Christo viuere. Itẽ ouis nescit redire ad gregẽ vbi semel errauit, neq; arma habet quib' se defendat. Eodẽ modo vbi homo in peccatũ lapsus est miserabilis est: nã neq; potest neq; nouit redire, nisi à deo quęratur, & in gratiæ statum reducatur. Itaq; peccatũ labyrinthi imaginẽ refert, inquo semel immersus, exitũ homo per se nõ inuenit, sed miserabiliter perit nisi speciali Dei iuuetur auxilio. Vnde Da. dixit, erraui sicut ouis quę perijt, quære seruum tuũ domine. Nostra etiã ad malũ propensio in oue relucet, siquidem si vna ex ipsis se pręcipitet, etiam

*Simile.* *Simile.*

A etiam reliquę subsequũtur: sic etiã praua exẽpla aliorũ imitamur & ita perimus. Vnde Isa. ait, omnes nos quasi oues errauimus. Item miseriã nostram significauit Ezechiel, vbi dicitur, & dices terrę Israel, hæc dicit dominus Deus, ecce ego adte, & eijciã gladium meum de vagina sua &c. Cum ergo tam fragiles & miserabiles simus, iustũ est vt correctiones patiẽter audiamus, nec solũ eas quę in cõmuni fiunt, sed etiã eas quę in particulari nobis ipsis diriguntur, quę quidẽ magis nos mouent. Etenim Dauid quãuis prudentissimus, nõ tamẽ ex correctione illa velata ipsius prophetę Nathã mouebatur perinde, atq; cum ipsi dixit, tibi dico. B O si prędicatores cum norunt quod in cõmuni non proficiunt peccatores exhortatione, ad ipsos irent, & sigillatim eos cõmouerent! ita enim fecit Nathã cum Dauid, & Ioãnes cum Herode, certe magis proficerẽt. Si Christus qui peccare nõ poterat, vocat in iudiciũ opera sua, dicẽs; Quis ex vobis arguet me de peccato? cur nos tãta efferimur superbia, vt dedignemur audire arguẽtes nos, & iuste corrigẽtes, cum sint opa nostra tãquã pãn' mẽstruatę?

*Isa. 118.*

*Exẽplum prauũ quã tũ noceat.*

*Isa. 53.*

*Ezech. 21.*

*2. Reg. 12.*

*Mar. 16.*

*Ioan. 8.*

Sumus equidem tã fragiles & miserabiles, vt opus habuerimus multis correctoribus. Vnde Eccl. ait, & mandauit illis Deus, vnicuiq; de proximo suo. Vnde intelligamus quam vere dixerit C sapiens, Qui autẽ increpationes relinquit, errat. Item, auris quę audit increpationes vitę, in medio sapientium cõmorabitur: qui abijcit disciplinam, despicit animam suam; qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Quare benigne nos inuicẽ corrigamus, non vicissim conuicia conuicijs repellentes, neq; ignominiã, vel cõtumeliam contumelia, sed potius maxima cum patientia & clementia satisfacere debemus, nemini iniuriam aut incõmoda propterea infligentes. Omnes quidem debitores sumus Deo, secundum illud, si dixerimus quia peccatum nõ habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Alij autem D plus, alij autẽ minus debemus pro ratione delictorũ nostrorum.

*Isa. 94.*

*Eccl. 17.*

*Prou. 10.*

*Prou. 15.*

*1. Ioan. 1.*

*Fraterna Correctio qualis esse debeat.*

*Corripe eum inter te & ipsum solum.* Antequã peccantẽ fratrem corripiamus, ait Cyril. & postea quam corripuerimus, ad intima nostri cordis intrare debemus, & attẽtius ibidẽ inuestigare, an simili vitio quod in alio corripimus an fortasse grauiore laborem'. Quod si deprẽhẽderim', id humiliter in nobis primo castigare debem', & tũc demũ cũ mãsuetudine, ꝓximũ corripere. Nõ enim recte aliena reprehẽdim' peccata, si eisdẽ aut maiorib' grauemur cũ de talibus dicat Pau. in quo alterũ iudicas, teipsum cõdemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Qui prædicas non furandum

*Cyril. in Ioan. li. 3. cap. 16.*

*Rom. 2.*

dum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Quod si districte prius nostra in nobis mala persequimur, iustum quoque est vt etiam contra aliena mala vtiliter erigamur, & ea quæ in nobis punimus, etiam in alijs redarguendo superemus. Sed hanc correctioné mali nesciunt, quia se relinquunt, & bonos impetunt: sibi se intra conscientiam suam mollitie blandæ adulationis inclinant, & contra bonorum vitam districtione asperitatis eriguntur. Qui enim semetipsum prius nõ iudicat, quid in alio rectum iudicet ignorat. Hinc est enim quod insidiantibus quibusdam, & puniendam adulteram deducentibus, dicitur. Qui sine peccato est vestrum, primus in illã lapidem mittat. Hinc est quod cũ tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel vlcisci iniquitatem voluit, sed tamen semel et iterũ in belli certamine ipse prostratus est. Consulto autem domino si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est: Qui iuxta diuinæ vocis imperiũ perrexit, & semel & secundo perdidit, & tunc demũ peccatricem tribum valde feriens, pene funditus extinxit. Quid est quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriuntur? Vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

*Indicant mali alios & se non intuentur.* *Ioan. 8.* *Iudic. 28.* F *Nostros prius defectus iudicemus quã alienos.* G

Explicans Chrys. verba illa, quomodo potes dicere fratri tuo frater sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabé nõ videns? ait: cũ qua facie arguis peccatũ fratris tui, ipse in eodé, aut in majori peccato existens? nõ times ne audias ex aduerso, medice, cura te ipsum? Si medico opprobriũ est, qui nec alterius sanitaté habet in potestate, nec suam, si alios velit curare, & ipse debilis sit, quasi testimoniũ imperitię suę portat incorpore suo propriã passioné: quomodo non sit opprobriũ velle alios eruere à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dũ possit ampli⁹ se ipsum eruere à peccato quã alios? Aut ita, quomodo fratri tuo dicis, idest quo proposito? putas excharitate cordis dicis, vt salues proximũ tuũ? nõ, sed vt te simules iustũ. Si auté vere ex charitate cordis argueres proximũ tuũ vt saluares, te ipsum ante saluares. Nunquid possibile est, vt beneuolentior sis alijs quam tibi? vt quid cum teipsum nolis saluare, alterum velis? Hoc ergo dicit, vis libere & fiducialiter reprehendere proximum, & eijcere de oculo mentis eius peccatum? prius tuam ipsius mentem purga ab omni malo, vt cum argueris proximum pro peccatis, & ille non habeat vnde redarguat te pro peccato tuo, nam incipiet timere in se, cũ non inuenerit quod cõdemnet in te.

*Chrys. in non abso. homi. 17. Tomo. 2.* *Luc. 6.* *Luc. 4.* *Simile.* H *Correctio fiat ex charitate.*

A in te. Et alibi ait idem Chrysostom. si alterius curam gerere cupis, temetipsum ante curato: non enim debet aliquis condemnare alterum, cum ipse sit reus. Et quid miraris si dominus posuit hanc legem, quæ etiam à latrone seruata est, qui in Cruce dicebat ad socium suum, neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? protulit enim vocem, Christi omnino sententię consonantem. Tu vero quidem tuam trabem non modo non eijcis, sed ne sentis quidem, fratris vero non modo vides, sed & iudicas, & eijcere conaris. Veluti aliquis sæuissima hydropisi, B vel quolibet immedicabili languore constrictus, hunc quidem etiam negligat, eum vero etiam culpet, qui exiguum in aliqua corporis sui parte non curet tumorem.

*Chrys. in Mat. ho. 24 to. 4.*

*Luc. 23.*

*Luc. 6.*

*Simile.*

Temperate sane & dulciter se gessit Christus in reprehensionibus. Nam vt corrigeret Samaritanam, noluit vt pręsentes essent discipuli. Item vt discipulos reprehenderet de modica fide in nauicula, solus cum ipsis esse voluit. Vt inde discamus quam modeste & vrbane corrigere debeamus alios, & eos pręsertim qui qui sunt in dignitate constituti. Cum aliquando Antisthenes rogaretur quorsum mansuete principes reprehenderet, & viros in C dignitate constitutos? respondit quod essent veluti apes quę aculeo suo pungerent, ac propterea magna cum prudentia & consideratione tractandos. Quemadmodum pilulę vt commode recipiantur, consueuerunt auro tegi, vel cum dulci aliqua re permisceri: adeũdẽ modũ correctiones ipsæ mãsuetudine & prudẽtia contemperandæ sunt. Atque ita quidem quamuis quodãmodo asperæ videantur, quia scilicet reprehensiones sunt, nihilo minus tamen sicut apes quæ aculeo pungunt, dulcissimũ tamen pariunt mel in alueario: sic tales correctiones maximam adferũt salutem ei qui reprehenditur & emendatur.

*Ioan. 4.*

*Luc. 4.*

*Antis.*

*Simile.*

*Correctio qualis esse debeat.*

*Simile.*

D Hic incidit quæstio, ait D. Tho. Vtrum iudex in peccato existens peccet ferendo contra alium sententiã, qui in eodem peccato existit. Et licet manifestum sit quod iudex si publice in peccato existens, sententiam ferat, peccat scandalizando, nihilominus tamen hoc ipsum videtur si sit in peccato occulto. Nam Apost. dicit in quo alterum iudicas, teipsum condemnas: constat autem quod nullus condemnat se nisi peccando, ergo videtur quod iudicando alium peccet. Respondeo dicendum quod in hoc vti oportet duplici distinctione: aut enim iudex perseuerat in proposito peccandi, aut pęnitet se pecasse: item aut punit vt legis minister, aut motu proprio. Et siquidem pænitet se pecasse, iam peccatum non est in eo, & sic absque peccato sententiam

*D. Tho. in Ioan. 8. lec. 1.*

*Rom. 2.*

*Quest.*

*Resp.*

*Iudex an possit condemnare aliquē de delicto in quo ipse versatur.* posset ferre. Si autem est in proposito peccandi, aut profert sententiam vt legis minister, & sic non peccat ex hoc quod talia facit quibus dignus est cōtra se similem sententiam recipere. Si autem proprio motu, dico quod ferendo sententiam peccat, cum non moueatur ad hæc amore iustitiæ, sed ex aliqua mala radice, alias in seprimo puniret quod animaduertit in alio. Quia *Pro. 18.* Pro. dicitur, iustus prior accusator est sui. Et alibi quærit idem sanctus Doctor, vtrum qui in peccato mortali est, possit alium corrigere? & respondet quod aut aliquando fuit in peccato, aut non. si nunquam fuit in peccato debet timere ne cadat, ideo mite debet corrigere. *Thom. in Matt. 7.* Si aliquando in peccato fuit, cum mansuetudine corripere debet, & ideo forte Dominus permisit Petrum cadere, quia debebat esse pastor Ecclesiæ, vt mitius se haberet cum peccatoribus. *Matt. 20.* De Christo inquit Pau. non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tētatū autem per omnia, in similitudine absque peccato. *Heb. 4.* Si autem subiacet peccato, aut est publicum, aut occultum: si occultum, aut ex infirmitate, quia displicet ei quod peccauit, & sic corripere potest, quia quod corripit in alio, corripit in seipso. *Iudex quomodo se gerat in condēnando.* Si autem publicum, non debet arguere cum seueritate, sed mansuete seipsum coniungere illi. Vnde contra peccatores nō est obiurgandum cum asperitate.

*Correctionem perpauci libenter admittunt.*

*Chry. in Joan. lib. 6. c. 21.* SI autem te non audierit. Solet maiorum consuetudo à minoribus aliquid discere dedignari, quod nimirum ex latente morbo superbiæ proficiscitur, vt ait Chry. quo sibi animus falsam scientiæ opinionem ascribit, & erubescit ab eis qui inferiori gradu vitæ, aut dignitate sunt, quidpiam percipere, ne ignorasse videatur idipsum, aut minor illo in doctrina appareat, à quo discit, cum cupit omnibus supereminere. *Superbi est respuere correctionem.* Sed si animus quidem noster vera esset humilitate munitus, non erubesceret etiam à puerulo quidquam quod ignoraret addiscere. A quocunque enim percipi potest veritas, amplectenda est, & capessenda. Exemplo est nobis Dominus noster, vberrimus sapientiæ fons qui, 12. annos natus, vt Luc. scribit, inuentus est in templo inter legis peritos & doctores, interrogans & audiens eos. *Luc. 2.* O qua vi oculos claudit amor proprius, ait Chrysolo. *Chrysolo. ser. 131.* audire non potest, quod semel statuit odisse. Malis bonitas exosa, iustitia iniustis inimica. Hinc est quod homines

A mines mendaces cognoscere nequeunt veritatem: inuenire verum non possunt internuntia falsitatum: quod vult, non quod est, audit semper qui decreuit errare. Et quemadmodum flagitiosi homines cum in tenebris fędum aliquid operantur, maxime iniuriæ loco ducunt, siquis eo tempore lucernam adhibeat, quæ eorum facinus prodat: ita plane improbi omnes veritatis eius prædicationem molestissime ferunt, quæ velut accensa quædam facula, eorum turpitudinem atque fœditatem detegit. Quid etiam in causa est, quod oculis ægris odiosa sit lux, quæ puris B est amabilis, vt ait August? non alia plane, nisi quod quemadmodum ægris pedibus ingredi, ita ægris oculis videre molestum est. Quod enim pedibus ambulare, hoc ipsum oculis cernere est: nec minus ægri oculi videndo, quam infirmi pedes ambulando fatigantur. Vnde fit vt quo tempore oculi ægrotant, lucem oderint, quoniam lux eos videre facit, quod illis per id tẽporis ingratius est. Cum igitur peruersi homines ita animo ægrotent, vt nec ipsi quidem scelera sua videre, nec ab alijs videri velint, grauiter & iniquo animo ferunt, siquis veritatem mores eorum accusantem proferat, quæ vt iam diximus, lux quædam est, quę C latentem in tenebris fœditatem, & autori suo, & reliquis conspicuam facit. Graue quidem est & miserabile vt ex correctionibus & reprehensionibus non solum non emendemur, sed etiam eos qui nos benigne corripiunt, cõtumelijs & iniurijs persequamur. Et certe quemadmodum cultellus aliquis non bonus esse arguitur, si quo magis mundatur, rubigine magis, magisque obducitur: ita alicuius animus prauus & iniquus esse deprænditur, si quo benignius corrigitur, eo deterior efficitur.

*Mali non admittunt correctionem.* *Simile.* *mali a correctionib° abhorrent.* *D. Aug.* *Simile.* *Veritatem nolunt audire mali.* *Mali correctionib° deteriores redduntur.* *Simile.*

Odit quidem Dei seruos mundus, propterea quod eius scelera arguunt atque reprehendunt. Paucos enim reperias qui nõ D statim vbi reprehenduntur, in conuicia, contumelias, iniuriasque prorumpant. Et certe mirabile illud est quod si de indecenti ornatu moneãtur, si de sordido pileo, si de pallio fœdato, & alijs huiusmodi nullius ponderis rebus, gratias statim agant, & habeant amplissimas: sin vero de vitę emendatione, quæ res est omnium vtilissima, despiciant, ludibrio habeant atque contemnant: ac si tunc quidem cessent à conuicijs, iracundiam in aliud sibi reseruent tempus, atque iniuriam. Quæ contra mala plerique declinare cupientes atque impiorum odium effugere volentes, à reprehensione omni desistunt, cum tamen ipsi propterea scelus incurrant, cum debeant potius eos commode increpare & opportune, operibusque

*Autor.* *Dissimile.* *Mali correctiones respuũt.*

Boni etiã vita sua corrigunt malos. busque præclaris, erratorũ suorũ admonere miseriæque in qua E versantur. Est siquidem viri boni vita, reprehensio quædam tacita malorum hominum & deprauatorum: nam eius eleemosynæ, improborum auaritiam incusant: morum compositio dissolutionem: charitas inuidiam: modestia inuerecundiam: temperantia voracitatem: virtutum denique cumulus, vitiorum aceruum

Sap. 2. atque sentinam, vt latius continetur in lib. Sap. Porro nemo quidẽ fraternam correctionem respuere debet: nam etsi primo intuitu videatur paulo asperior, tamen maximam in se dulcedinem & salutem continet. Sicut enim Pharmacum aliquod & me F

Simile. Correctio est salubris, tametsi aspera videtur dicina vlceri adhibita, principio quidem molestiam exhibere videtur, at vero tandem salutem parit: ita correctio quæ fit alicui, initio grauis apparet, quę tamen postmodum maximam in se continere salutem aperte iudicatur. Vnde Chrysostom. nos monet dicens: fratres vestros nolite negligere, neque solum spectate quæ attinent, sed vnicuique cura sit quomodo proximũ suum

Chryso. in Gen. hom. 41. to. 1. è diaboli faucibus eripiat, & ab impijs illis spectaculis ad Ecclesiã adducat, monstrando ei multa lenitate & mansuetudine, tũ damni seruitutem quam illic fert, tum bonorum quæ hic conceduntur magnitudinem. Et non solum semel atque iterum hoc G

Correctio continuanda. facite, sed semper. Nam etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit: & si neque secundo, nec tertio tibi obtemperabit, te tamen videns vrgentem, forte erubescet, reuerebiturque tuam curã, ab his quæ offendunt desistet: & nunquam dic, quia semel & iterum, ac tertio dixi, sæpius, nil perfeci, nequiescas dicere: nam quanto magis tu perseueraueris, tanto ma

Simile. gis & merces tibi crescet. Non vides quanta, omnium Dominus, nos longanimitate tolerat, & quantũ quotidie negligamus obtemperare eius mãdato? Et nec sic cessat à cura nostra, sed omnia

Mat. 5. sua suppeditat, solem oriri facit, pluuiam concedit, atque omnia. Similiter ergo nos erga fratres nostros bene affecti, magnã H

Correctio fraterna quam sit Deo grata. faciamus diligentiam, & obluctemur maligno illi dęmoni, vt irritos eius faciamus conatus. Nam si singuli qui adsunt, vnum lucri facere possent, cogita quantam nobis lætitiam Ecclesia, multitudine filiorum suorum ostenderet; & diabolus confunderetur videns in cassum & frustra extendi retia sua. Nil enim ita gratum est Deo vt animarum salus, sicut clamat Paul. dicens,

1. Tim. 2. qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Talem igitur, ait idem Chry. alibi, habentes dominum,

Chry. in Gen. ho. 3. tam misericordem, tam benignum, tam mansuetum, tum nostrę tum fratrum nostrorum salutis curam geramus. Nam & hoc salutis

A lutis nostræ argumentum erit & occasio, si non solum pro nobis ipsis soliciti, sed et proximo vtiles fuerimus, ipsum ad viam veritatis reducentes & manuducentes. Et vt scias quantum bonum sit cum salute nostra & alios lucrari, audi Prophetam ex persona domini dicentem: qui educit pretiosum à vili, quasi os meum erit. Quid hoc est? Qui ab errore ad veritatem ait, manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit, me imitatur. Etenim ipse cum Deus sit propter nil aliud nostram induit carnem & alia omnia humana sustinuit, & crucem quoque suscepit, nisi vt nos peccato obnoxios, à maledicto liberaret. *Hie.15.* *Gal. 3.*

B Ipse igitur qui Deus est ineffabilis essentiæ, ob misericordiam ineffabilem, hæc omnia propter nos & salutem nostrã suscepit, cur non & nos erga fratres iusti sumus, agnoscentesque eos vt membra nostra, & eripientes ex diaboli faucibus; ad viam virtutis ducimus? Nam vt anima nostra corpore melior est, ita maioribus præmijs digni sunt hi qui admonendo & in docendo, in viam rectam supinos & desides inducunt, monstrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum fætorem. *Corrigemus beni gne fratres nostros.*

## APPENDIX.

C *Corripe eum.* Quemadmodum cum alicuius infirmi appetitus languet, ei parare solemus egregiè conditos cibos vt ita appetitus ipse qui languescebat excitetur: sic etiam correctio accõmodata præparanda est languido animo fratris tui, vt eam cupidius & auidius cõplectatur. Quis quæso infirmior, improbo viro? de quo ait Psal. omnem escam abominata est anima eius. Quod si magna cautio adhibenda est, cum spinam educis de digito alicuius, vel festucam de eius oculo: quanto quæso maior cautio adhibenda erit, vt peccatum educas ex anima fratris tui? Sane quando Elisæus Propheta puerum illum mortuum exsuscitauit; *Simile.* *Correctio qualis esse debeat.* *Psal.106.* *Simile.*

D incubuit supra ipsum, atque hoc modo ipsum calefecit: sic ergo tu magna cum humilitate & patientia te debes inclinare, vt proximum corrigas, considerans quod homo etiam fragilis sis sicut ipse, & ita eundem obsecrabis, vt vicissim te corrigat si vspiam erraueris. *4.Reg.4.*


*Si peccauerit in te.* Si debemus corrigere proximum nostrum secrete, quare ergo Ioseph accusauit fratres suos decrimine pessimo, nulla præcedente admonitione? Respondet D. Tho. quod credendũ est quod fratres suos quandoque admonuerit, licet nõ sit scriptum: vel potest dici quod peccatum publicum erat inter fratres: vnde dicit pluraliter, accusauit fratres suos. *Gen.37.* *D. Tho. 22. q. 33.*

Feria 3.

FERIA TERTIA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE. E

## CONCIO QVARTA.

*Sacerdotis dignitas quanta sit.*



*Sacerdotes reuereamur.* I *peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te, & ipsum solum.* Matt. 18. Certe maximam esse constat sacerdotis dignitatem, qui peccatores absol uit, & cui dictum est, quodcunque solueris super

*D. Gre.* terrã, erit solutũ & in cęlo. Et quidem in omni secu F
lo & ętate maximo semper in pretio sacerdotes habiti sunt, tam apud reges, quam apud reliquos, dicebant enim quod cum ad

*11. q. 1. c. sacerdotibus.* Deum, proprius accederent, idcirco eis magna erat reuerentia exhibenda. D. quidem Greg. hoc modo conuicit Mauricium Imperatorem, qui parum reuerebatur sacerdotes quamuis Chri

*Theodo.* stianus esset, vt habetur 11. q. 1. c. sacerdotibus, & refert Theo-

*Con. Ma. 2.* do. lib. in Gene. c. 106. & Con. Matischo. 2. dicit, statuimus quod siquis alicui sacerdoti obuius fuerit vsque ad humiliorem venerationis gradum sese illi humiliet: siquidem talis sacerdos, tam venerabilem in Christiana religione dignitatem promeritus G

*D. Anto. Exemplũ mirabile.* est. Itẽ præcipitur ibi vt laicus equitãs descendat & se humiliet sacerdoti. Insuper refert, D. Anto. quod cum D. Martinus cum Imperatore Maximo pranderet, iusserat Imperator vt illi prius potum propinarent quam Imperatori, & sacerdoti quem secum

*Leui. 21.* adferebat, vt inde intelligas quanti faceret sacerdotem: sed nunc

*Exo. 22.* multi non satis vt decet eum honorant. In Leui. Porro iusserat dñs vt sacerdotis filia quæ in fornicatione deprehensa esset, com

*Leui. 21.* bureretur. Et in Exo. habebatur, quod aliorum filię ita inuentę cum aliquo, ille talis teneretur eas dotare. Nonne vides dispar supplicium in simili delicto? sed rationem subiungit textus, quia H illa inhonorauit patrem suum sacerdotem maxime, vt inde intelligas quanti sit facienda hæc dignitas. Si enim illis sacerdotibus tanta exhibenda erat reuerentia, annon multo maior nostris sacerdotibus exhibenda erit, qui illos lõgissimo superant interuallo? Sane in tanta olim inter Hebræos, Græcos, & Romanos, habebantur sacerdotes veneratione, vt si quẽ honorifico titulo appellare vellent, eum sacerdotem appellarent; & ita aliqua scri

*2. Reg. 8.* pturæ loca intelligenda sunt. Legitur enim 2. Reg. 8. filij autẽ

*1. Par. 18.* Dauid sacerdotes erant, qui locus nõ est intelligẽdus quod reue ra essent sacerdotes, cũ esset tali tribui prohibitũ, vt cõstat Heb. 7. Sed

A 7. sed sunt verba intelligenda per quandã similitudinem, sicut solemus dicere aliquẽ esse Leonem vel alium esse Alexandrũ, & ita textus intelligẽdus est de magna reputatione in qua habebãtur, & existimatione. Hinc etiã colligere debẽt sacerdotes, quod cũ tantopere cæteris incũbat ipsos honorare, sic etiã ipsis incumbit, virtuti & religioni operam dare, sicut eorum vestes satis indicant: amictus enim denotat verecundiam qua ornari debent: alba vero, conscientiæ puritatem qua præditi esse debent: cingulum significat castitatem, stola obedientiam, manipulus tẽperantiã, casulla charitatẽ. Sane cũ in Comœdia aliquis regẽ agit, curat vt omnia quæ agit & dicit, regẽ deceant: & qui pastorẽ agit, pariter pastorili modo se gerit, aliter enim monstruosum quidpiam facerent: sic ergo cum sacerdos talibus ornetur vestibus tales virtutes designantibus, debet etiam se se illis virtutibus decorare, & attendere quod repræsentet Christum dominũ. Percontatur quidem Dauid dicens; domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. & respondet, qui iurat proximo suo, & non decipit: debet ergo qui sacerdotem repræsentat, non decipere alios moribus prophanis.

*Sacerdotes virtuti incumbãt.*

*Simile.*

*Vestes sacerdotales quid denotant.*

B

*Psal. 14.*

C In Leui. quidẽ habetur, dixisse Dñm ad Moysen, loquere ad Aaron, homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo: vide igitur quã perfectionẽ requireret in sacerdote. Parũ certe nouerat munus suum sacerdos ille Heli, qui temere statim iudicauit Annã ebriã esse, quæ tamẽ in oratione versabatur, & parũ ipse in mẽtali oratione exercitat' esse debebat, qui ita iudicaret. Vtinã hoc tẽpore nõ sint multi sicut Heli, qui cũ docti sint, nihilomin' tamẽ sunt parũ in deuotione & oratione exercitati, caueãt ergo ne id eis cõtingat quod cõtigit ipsi Heli. Sacerdotes, inquit Galfri. Sãcti esse debẽt, corã Deo quidẽ vt illi placeant, corã hominibus vero, vt præclara ab eis populus perdiscat exempla. Et nõ solum caste, sed etiam caute viuere debẽt, ac tales denique esse, vt merito populus admirans, possit de eis dicere, qui sunt isti qui vt nubes volant? Quam eleuati sunt ad contemplationem cælestium, quamque mortui mundo & terrenis voluptatibus? Nam quemadmodũ medicus potionẽ dat ipsi nutrici, vt hac ratione curetur infãs optimo nutricis lacte, sic plane Deus suis, cælestes potiones & mysteria cõmunicat, sacerdotibus, vt curetur populus. Et sicut medicus statim inquirit ab infirmo de ipso stomacho quomodo se habeat, vt possit pharmacũ diligẽter applicare: ita cũ sacerdotes sint tãquã stomachus veluti r. populi, eis primũ medicina adhibẽda est. Et sicut struthio vehementi

*Leui. 21.*

*1. Reg. 1.*

*Galfri.*

D

*Isa. 60.*

*Simile.*

*Simile.*

*Simile.*

menti calore suo ferrum etiam digerit & cõsumit ita sacerdotes E
*4. Reg. 4.* peccata populi digerere debent, & veniam pro eis à Domino
impetrare. Nam quemadmodum olim filij Prophetarum cum
inuenissent amaritudinem in olla, statim accesserunt ad Elisæum,
vt ipse medicinam adhiberet, dicentes: mors in olla, vir Dei:
ita profecto siquid asperum & acerbum populo acciderit, statim
ad ipsos sacerdotes accedunt, medicinam petituri, & remedia
*Hec. pin.* impetraturi.
*in Eze. 3.* In lege veteri sacerdotes ex victimis sibi animalis, pectus &
*Leui. 9.* dextrum brachium sumebãt, vt in pectore scientiam & bonam F
cogitationem, in brachijs vero opera significarẽt. Sed quoniam
*Figura.* non opera impia & sinistra, sed recta & dextra debẽt esse in sa-
cerdotis cõscientia copulata, ideo nõ brachiũ sinistrum assume-
*Six. se. li.* bat sed dextrum, vt quod pie & sapienter mente conceperat, exẽ
*6. bi. san.* plo vitæ probaret: eratque brachium illud separatum, ad innuen
*an. 202.* dum debere esse in sacerdote tantum virtutis fastigiũ, vt sint eius
*Con. Tri.* opera à cunctis hominibus separata, eorumque operibus multo
*sess. 14. c.* selectiora. Iustum enim est vt talis sit in terra, qui tantũ potest
*5. & 6.* in cælo, nostri enim sacerdotes ius habent soluendi atque ligan
di, vereque etiam peccata remittunt, non tanquam pręcipui au- G
tores huius remissionis, solus enim Deus, qui solus creator
est iustificantis gratiæ, hoc modo delicta condonat, sed tanquam
ministri & dispensatores diuinę indulgentiæ.

*Confessorẽ bene eligamus.*

*Absolutionem dat Sacerdos post discussionem peccatorum.*

PLurimum quidẽ cõsiderare debet qui confessorem sibi eligit,
vt recte eligat: nam in omnibus rebus optimos nobis artifi-
ces deligere debemus, & multo magis id facere oportet in con-
*Mat. 27.* fessione, cũ propter huiusce rei incuriam multa videmus incur H
ri incommoda. Peccauit quidem Iudas, & cum confiteretur pec-
*Sacerdotes nõ debẽt sine cõsolatione peccatores a se dimittere.* catum suum, malos inuenit sacerdotes, qui ipsi responderunt,
quid ad nos? tu videris. Quæ sane responsio ita Iudam contrista
uit, vt proiectis argenteis recesserit, & abiens laqueo se suspen-
derit. Aliam sane consolationem inuenerant in beato Petro,
viri illi quibus prædicabat, nam cum ad ipsum accessissent do-
lentes quod Christum crucifixissent, & dicerent: quid faciemus
viri fratres? respondit Petrus, pænitentiam agite. Item alibi di-
*Acto. 2.* xit, scio quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri,
*Acto. 2.* pęnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Vide
*Simile.* ergo quantum conducat bonos eligere confessores. Et certe si
captiuus

A captiuus noster & seruus ægrotet, optimum quærimus medicum qui ipsum sanet, & tamē animæ salutē negligimus? Imo quod peius est, sunt aliqui qui de industria indoctos quærunt cōfessores, cū tamē ipsi varijs cōtractibus & negotiationibus sint inuoluti, & propterea indigerent doctissimis confessoribus: ipsi tamen id faciunt, vt ita possint in suis sceleribus perseuerare. Quod quidē querebatur Deus per Hie. dicens, Ah, Ah, Ah, Dn̄e Deus, Prophetę dicunt eis, non videbitis gladiū, & fames nō erit in vobis, sed pacē verā dabit in loco isto. Et dixit Dn̄s ad me, falso *Queram' cōfessores qui nobis celi viam cōmōstrēt* *Hie. 14.*

B Prophetæ vaticinantur in nomine meo. Non debes igitur blādū tibi quærere confessorē, & qui tibi placentia loquatur, sed qui dicat quod verū est, & qui terreat. Vnde Apost. ait, Apparuit gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos vt abnegantes impietatē, & secularia desideria, sobrie, & iuste & pie viuam' in seculo, expectantes beatā spē &c. Non debes eos quærere cōfessores qui tibi placentia tantum loquantur, siquidem duro lapide prostrauit Dauid gigantem; & ictu lapidis de monte cadentis, destructa fuit vasta illa statua. Quęramus igitur cōfessores qui probe norint vlcera nostra, & non eos qui omnia dissimulent, sicut Michas habebat sacerdotem & dicebat: nunc scio quod benefa- *Tit. 2.* *1. Reg. 17.* *Dan 2.* *Iudi. 17.*

C ciet mihi Deus, habenti Leuitici generis sacerdotem. De talibus conqueritur Deus per Eze. dicens, erit manus mea super Prophetas qui vident vana, & dicunt pax, pax, & nō erat pax. Debet igitur ita se gerere confessor cum pęnitente, vt eum semper quantum potest ab omni vitiorum vsu penitus abstrahat, ne iterum redeat ad pristina vitia, iuxta illud Oseæ, Ephraim vitula edocta diligere trituram. Per viscera igitur misericordiæ domini nostri Iesu Christi, diligenter curent suo muneri respondere patres confessores: non enim existimo tot esse regnatura *Eze. 13.* *Osea. 10.* *Cōfessores suūmunus diligenter exequātur*

D vitia, si diligenter suum munus omnes exequerentur: nihilominus tamen fateor esse aliquos pænitentes tam duros, vt de eis dici possit illud Ezech. multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.

Puniuit Deus grauiter sacerdotem Heli, de quo dicitur quod oculi eius caligauerunt, & videre non poterat: & in præcedenti cap. comminatus fuerat iam ei Deus huiusmodi plagam & alias maiores, eo quod filios suos non corrigeret. Quod fuit figura comminationum factarum confessoribus, qui filios suos pænitentes non recte erudiunt, sed potius delicate nutriunt, neque audent pęnitentiam grauem eis imponere. Vnde & Heli dicebat ad Samuelem; Reuertere. & dormi, cum ta- *Eze. 24.* *1. Reg. 4.* *1. Reg. 3.*

*1 Reg. 3.* men esset ei dicturus vt se prosterneret ante diuinam maiestatem, E
quæ eum vocabat. Sic ergo aliqui confessores ita segerunt cum
penitentibus molliter, vt quodammodo videantur indulgere vt
*Cōfessores nō sint remissi & nimis indulgentes.* iterum ad pristina redeant peccata. Videas etiam aliquos docentes ipsos pænitentes, quod in hoc vel illo casu sint contrariæ
opiniones, & ita pænitens vacillare solet, & in partem in clinat
facilius quæ suo palato satisfaciat, cum tamen potius si aliam te
neret sententiam, non perinde in peccato adhuc versaretur.
Non debet ergo confessor reddere pænitētem doctorem, sed ea
*Confessor sit prudēs in instruēdo pœnitente.* suggerere quibus magis indigere videtur, vt se à peccato seruet F
immunem. Et in hoc omnes conuenire debent confessores.
Vnde Apost. ait, obsecro vos fratres per nomen Domini nostri
Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.
*1. Cor. 1.*

*D. Hie. li. 3. in Mat. 16.* *Quæcumque solueris super terram.* Istum locum multi non
intelligentes ait Hieronym. aliquid sibi de Pharisæorum super
cilio assumunt, vt vel damnent innocentes, vel soluere noxios
arbitrētur, cum apud Deum reorum vita quæritur. Legimus in G
*Leui. 14.* Leui. de leprosis, vbi habetur vt ostenderent se sacerdotibus,
& si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant; & ita
habeant notitiam leprosi & non leprosi, vt possint discernere
qui mundus, qui ve immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosos
sacerdos discernit prius, sic & hic facere debet sacerdos, diligen
*D. Greg. in Euāg. homi. 26.* ter scilicet prius discernere peccata. Vnde Greg. ait, durū quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitę suæ, iudex fiat vitæ
alienæ: & plerumque contingit, vt hic iudicij locū teneat, cui
ad locum vita minime concordāt; ac proinde sæpe agitur vt vel
damnet immeritos, vel alios ipse ligatus soluat. Sæpe in soluen
dis ac ligandis subditis, suæ voluntatis motus, non autem cau- H
sarum merita sequitur. Vnde fit vt ipse hac ligandi & soluendi
potestate se priuet, qui hanc pro suis volūtatibus, & nō pro sub-
*Ezech. 1.* iectorum moribus exercet. Vnde recte per Prophetam dicitur,
*Confessor sit prudēs.* mortificabant animas, quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuunt. Non morientem quippe mortificat, qui
iustum damnat, & non victurum viuificare nititur, qui reum à
supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tūc
ligandi atque soluendi potestas exercenda. Tunc enim vera est
absolutio præsidentis, cum æterni arbitrium sequitur iudicis.
*Con. Tol. 4 c. 24.* Solicite quidē curare debet qui soluit & ligat, vt nouerit qua ratione soluere & ligare debeat quemadmodū monetur in 4. Con.
Tole.

A Tole. tēpore honorij primi celebrato, vbi dicitur: ignorantia cunctorum errorum mater, maxime in sacerdotibus Dei euitanda, qui docendi officium in populo Dei susceperūt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter, admonet Pau. dicens: attende lectioni & exhortationi. Sciant ergo sacerdotes scripturas sanctas, & Canones meditentur, omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina consistat, atque ædificet cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Aduertere etiā cōfessores debent, ne ante pænitentem reprehendant & exacerbent, — *1. Tim. 4.*
B quam ipsum pænitentem audiuerint attēte, ne conturbetur & timore afficiatur inutili, propter quem desistat à legitima & integra peccatorum suorum confessione. Vt enim piscator qui piscium copiam comprehendere vult, non conturbat Pisces cum ingrediuntur rete, neque venator abigit aues conuolantes ad aucupium, donec multitudinem maximam concluserit, quia aliter neque venatio succederet ex voto; ita plane non debet cōfessor exacerbare pænitētem donec ipse integre peccata sua enarrauerit. Neque etiam absoluat eum, in quo videt quod à peccato non vult desistere, nam vt ait regius vates: nunquid narrabit — *Simile.* — *Confessor quomodo cū pænitente se gerere debeat.*
C aliquis in sepulchro misericordiam tuam? Dimittat ergo pænitens concubinam, restituat, & dimittat vindictam, atque ita absolutionis beneficium sibi impertietur.

*Confessio quam sit vtilis.*

*QVacumque solueritis super terram &c.* Si tantum emolumentū ex absolutione sequitur, & hæc non datur nisi in ipsa cōfessione, apertum sane est quam sit vtilis ipsa cōfessio. Vult quidem Deus, vt ait Doctor quidā, animorum ægritudinibus mederi, & in peccatores conferre salutem, sed in ea conferenda, sa- — *Hec pin. in Eze. 46.*
D cerdotis vtitur ministerio, vt ille velut spiritualis medic⁹ adhibeat medicinā, sed oportet ægrū ei vulnus ostēdere qui est à Christo medic⁹ cōstitutus. Qui enim fieri potest vt medic⁹ vulneri medeatur, quod ægrot⁹ ostēdere erubescit, & indicare nō vult? In mūdanis quidē atq; forēsibus iudicijs, post accusationē & criminū confessionē restat mors, & apud diuinū tribunal post vtrūque corona. Si tu teipsū inutilem dixeris, ego te vt vtilem coronabo, ait Chry. Et quemadmodum qui habent intus inclusam indigestam escam, aut humores vel phlegmata stomacho grauiter & moleste imminentia, si vomuerint releuantur, ita etiam si qui peccauerunt, siquidem occultent & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodū suffocātur — *Simile.* — *Chry. ho. de Ozia.* — *Simile.*

à phlegmate vel humore peccati: ſi autem peccator ſui accuſ[illegible] E
*Orig. ho.* ſnat du[illegible] [illegible]uſator
[illegible] accuſat ſemetipſum & conteritur, ſimul euomit delictũ,
*2. in Pſal.* atque omnem morbi digerit cauſam, vt ait Orige.
*37.* Mirũ ſane eſt quod videamus aliquos in ciuili confabulatione tã diſertos & facundos,& tamen iſti tales ad pedes cõfeſſoris loqui neſciant, & ſe accuſare, quę ſane ſępe eſt dęmonis aſtutia:
*Cõfeſſionẽ nititur dæmon impedire.* curẽt igitur tales,vt ſe totos Deo cõmẽdẽt,nã in hoc, vt ait Ioã. apparuit fili' Dei,vt diſſoluat opera diaboli. Et ſicut qui folijs luſorijs ludit,aut latrũculorũ ludo, odit plurimũ quod aliquis ad latus ſui aduerſarij poſitus, ad aurẽ ei aliquid inſuſurret & immurmuret, timet enim ne in cauſa ſit vt ipſe ſponſiones perdat: F
ſic etiam nil magis odit dęmon quã quod tu loquaris ad aurẽ ſa-
*1. Ioan. 3.* cerdotis,& confitearis ſcelera tua,cũ videat quod ſibi bolũ ẽ fau-
*Simile.* cibus eripitur. Et ſicut cuſtos carceris nõ curat quod reus inãbulet per ipſum carcerẽ,modo oſtiũ nõ pateat:ſic etiã dęmõ iã ſinit vt ad tẽplũ eas, & eleemoſynas des,atque ad peregrinationẽ vadas, modo oſtiũ ad confeſsionẽ nõ pateat,nã ita euadit ſibi re'.
Vnde ſit vt maxime conetur nobis cõfeſsionẽ impedire, atq; vt
*Simile.* eã non faciamus vt debemus. Vnde Iſa. ait,ſolue vincula colli G
tui captiua filia Sion:dicit quidẽ colli, quãdoquidẽ nulla magis
*Iſa. 52.* vincula cõprimũt reũ,quã hæc colli:à vinculis enim pedũ & manuũ multi ſe liberare ſolent,ſed nõ perinde à vinculis colli. Sic igitur dęmon conatur talibus te vinculis opprimere, ne confiteraris. Hinc Dauid dicebat,non me demergat tempeſtas aquę,
*Pſal. 98.* quaſi diceret, permitte obſecro vt reſpirare poſsim, & peccata mea confiteri.
*Aug. li. 2. de viſi. infir.* Exiſtimare debes,ait Auguſt. quod cum confiteris, ad pedes alicuius Angeli poſitus ſis, quem tibi miſit Deus, vt vulneribus his medeatur: noli igitur erubeſcere, ſed fideliter proſequere confeſsionem tuam. Vnde Iob ait, ſi abſcondi quaſi homo H
*Iob 31.* peccatum meum; ideſt non abſcondi: ſicut cum ait Dauid, ſi
*Pſal. 49.* introibunt in requiem meam, ideſt non introibunt: Item
*Gregor. 2.* cum ait quaſi homo, ideſt quaſi debilis, vt interpretatur Gre-
*Mor. c. 13. & 14.* gor. Omnes quidem nos templum ſumus Dei vt ait Apoſtol. Sed eſt diſcrimen inter nos ſicut & inter templa: nam ſunt ali-
*1. Cor. 3. & 2. Cor. 6.* qua templa quæ ſunt Cathedrales Eccleſię, alia quæ ſunt parochiales, aliaq; eremitoria, in quibus videas magnam differen-
*Simile.* tiam tum in officijs celebrandis, tum in cymbalis perſonandis,
*Cõſciẽtiã ornemus virtutib'.* tum in ornamẽtis,in luminaribus,in altaribus,& alijs id gen':ſic ergo ſunt aliqui Chriſtiani qui etſi ſint tẽpla, ſunt inſtar eremitorij cuiuſdã ſacelli,quod ſępe eſt ędificiũ ruinoſum,& vndique

expoſitum

A expositum pluuię, atque telis potius aranearum ornatum, & vix semel in anno ibi lumen accenditur, imo & interdum pastores ibi retrahunt oues, nec scopis mundatur, nisi infesto die illius loci: sic & aliqui fideles non se ornant virtutibus, nec confitentur nisi dumtaxat semel in anno. Alij vero sunt sicut Ecclesiæ parrochiales, nempe diligentiores aliquantulum, & qui sæpius confitentur. Alij denique sunt vt Ecclesiæ Cathedrales, in quibus vix peccatum etiam minimum resedit, cum statim illud cōfitētur: habēt isti varia & pretiosa virtutū ornamēta: pręclaras B imagines, id est deuotissimi sunt Christi & matris eius, atq; aliorum sanctorum. Quamobrem hos imitemur, & sæpissime cōscientiam nostram mundemus per confessionem, & pænitentias iniūctas statim impleamus, nam ex hac negligentia sæpe non fiunt restitutiones quę fieri deberent, vnde & multi dicere solent, nescio quis illum confiteatur, qui nunquam vult restituere quæ debet: & certe interdum absolutionem dilatare debemus vt hæc compleantur, ne tam facile iterum pęnitens relabatur in peccatum. Vide quam cito restitueret Zachæus qui dicebat, do pauperibus, non dixit dabo, nec reddam. Vide etiam quam C cito rex Abimelech agnoscens peccatum suum, restituit Sarram, & dixit Abrahæ, quid fecisti nobis &c. neque diem expectauit, sed statim restituit.

*Confessionem frequētemus.* *penitētias iniunctas adimpleamus.* *Luc. 19.* *Gen. 20.*

Quādoquidem tā infensos habemus accusatores ait Chry. nos ipsos accusemus, & mundemur, ne eis locus vllus accusandi relinquatur, iuxta illud Isa. dic tu prior iniquitates tuas vt iustificeris. Et alibi ait, vos autē hortor dilectissimi vt etsi opera nostra nemo videat, tamē singuli cōscientiā suā ingrediātur & iudicem sibi rationem constituant, errata sua in medium adducant, nisi velint in die illa horrenda vniuerso orbi ea manifestari. Sanētur D iam vulnera, sumatur pænitentis audientia. Instat iam, instat inquam tempus exigendæ rationis, ideo Pau. ait, dominus prope est, nil soliciti sitis: non enim longe à fine absumus, sed etiam mundus properat. Hoc bella, hoc afflictiones, hoc terræmotus, hoc extincta charitas significat. Quemadmodū enim corpus iam aduētante morte innumeris malis afficitur, & dom' prope casum in rimas fatiscit: ita orbis terrarum ad finem properans, tantis vndique malis conteritur. Nam si Pauli temporibus Dominus prope erat, nunc profecto propius. Si ante trecētos annos finem temporum Paulus esse dixit, ait Chry. quid nūc dicendum? Vnde Lau. Iusti. ait, confessionis sacramentum velut sinus paccatissimus est, in quo hominum conscientiæ reli-

*Chry. ser. de Leui. to. 1.* *Chry. in Ioan ho. 33. to. 3.* *Phil 4.* *Simile.* *Simile.* *Lau. Iust. de dis. & perfec. mo. c. 19.*

gantur, ne à procellis absorbeantur delictorum. Deiecta erigun- E
tur, amissa reparantur, & quidquid immunditiæ inundantibus tentationum procellis, aut pariete quidem ipsa malitia, in nauem ipsius conscientię nostræ perfusum est, reijcitur, & procul quidem pellitur atque purgatur.

## *FERIA QVARTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

### CONCIO PRIMA. F

*Lud. Gra.*



*VARE discipuli tui trãsgrediũtur traditiones seniorum?* Matth. 15. Mar. 7. ô scelus execrandum! ô detestandum flagitium! putabam vos aliquod magnum crimen intendere, cum tamen rem irridẽdam, nõ exaggerãdam obijciatis. Parturiunt mõtes nascetur ridicul mus Animaduertite hic fratres, quid ambitio, quid superstitio, qd vanitatis ostẽtatio pariat, & in quas nenias mens hominis, sacris etiam literis, & religionis nomine insignita, incidat. Quid enim dementius, aut magis etiam ridiculum, quam religionem in ablutione manuum aut crimen in sordibus earum collocare? At hoc velut ingens crimen, diuinæ legis interpretes, & religionis nomine insignes, discipulis Dñi affingebant. Mirus religionis ardor, mira neglecti officij cura, interiora illorum ambitione, auaritia, liuore, rapina, & odio in Christum dominum plena erant, & ad hæc vitiorum monstra, quæ intra se gestabant, cernenda, vel ipsis talpis cæciores erant: ad aliorum vero vel leuissima errata plusquam Lyncęos oculos habebant. Contra hos autem dominus in Euangelio, quid inquit, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, frater sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse trabem in oculo tuo non considerans?

*Ambitio excæcat plerũque etiã doctos viros.* G

*Simile.*

*Matt. 7.* H

*Non enim lauant manus.* Hęc erat Pharisæorum ambitiosa religio, leuissima delicta quę oculis hominum cõspicua sunt, grauissima existimare, ea vero quę diuinum numẽ grauissime offendunt, prorsus negligere. Hoc enim crimen illis dominus alibi impingit, cum ait, illos culicẽ quidẽ colare, & camelum deglutire. Quis enim illam sacerdotum & seniorum religionem non rideat, qui dominicæ passionis tẽpore nefas esse putabãt palatij prętoriũ introire, ne hoc ingressu contaminarentur, qui tamẽ nihili faciebant innocentissimum autorem vitæ odio & inuidia ad indi-

*Ambitiosorum cõditio.*

*Matt. 23.*

*Ioan. 18.*

A indignissimã & crudelissimã necẽ postulare? quid illud etiã quod propter diei festi religionẽ, ne eodẽ die crucifixorum corpora manerent appensa, à Pilato petierunt vt frangerentur corũ crura, & tollerentur? Hoc est, vt atrocissimo mortis genere damnatis, aliud suppliciũ atrocius infigeretur. Est ne hoc fraternę charitatis opus, vt immanissime proximos torqueri postules, quo diei festo solemnitatem adijcias? Vnde hæc inhumanitatis lex in vestros mores inuecta est, vt minima quidem diligentissime curetis, quæ vero maxima sunt, prorsus negligatis? statua illa B quam vidit Nabuchodonosor, habebat caput aureum, brachia argẽtea, & deniq; ex metallis multis reliqua erãt fabricata, præterea pedes quos luteos habebat, & in eos cecidit lapis: ita mali non caput aureum proximi, non brachia argentea, non ventrẽ æreum, per quæ virtutes, gratię, & alia dona significantur pertingũt, sed potius ad debilia quæ putant & abiecta, oculos cõijciũt. *Ioan. 19.* *Dan. 2.* *Simile.*

*Non enim lauant manus.* Quoniam sæpius, ait Chry illotis manibus, nulla obseruatione comederant, vt quando in deserto, & quando spicas incidebant, idipsum pro crimine illi obijciebant, quia grandia semper negligentes maxima de friuolis cura solicitabantur. C Nullum est opus adeo bonum, cui mali & improbi aliquem defectum non imponant. Nam si humilis es, dicunt te abiectum: si patiens pusillanimẽ iudicant: si studiosus, virtutique & religioni deditus, hypocritã agere censent: si abstinens es, auarũ appellant: si tacitus, insipientẽ nominant: si loqueris, garrulus nuncuparis. Olim quidẽ cum Dauid misisset nuntios vt consolaretur Hannon, impij illud opus bonum, ex sua malitia arguentes, dixerunt ex ambitione procedere. Cæterũ pij & recti homines, quando opus excusare nõ possunt, saltẽ intentionẽ iudicãt fuisse rectã. Quod enim op⁹ fuit vnquã deterius, quã interfi D cere innocẽtem dñm? Et tamẽ beatus Petr᷑ id excusans, ait factũ fuisse ex ignorãtia, sic sãctissimus Ioseph op⁹ illud crudele, quod fratres aduersus eum cõmiserãt, excusans, inquit opus esse Dei. *Chry. in Matt. ho. 52. to. 2.* *Mar. 8.* *Matt. 12.* *2. Reg. 10.* *Mali iudicãt bonum malum.* *Acto. 3.* *Gen. 45.*

*Non enim lauant manus.* Nemo cũ hæc audit, ait Chrysolo. existimet discipulos dñi sub specie cõtẽptus, incultis & lutulẽtis manibus edere, nec mensæ dñi, nec cõuiuij seruare & colere honestatem, quando istud neque natura patitur, neque hospitalitatis admittit affectio. Sed Pharisæi non diligentiam corporis in discipulis Domini, sed superstitionis suæ baptismata perquirebãt, nescientes vnum baptisma, quod Dominus non lauandis solum, sed innouandis animabus & corporibus inuenisset: quod non corpus ad cultum vitæ, sed conscientiam dilueret ad salutem. *Chrysolo. ser. 171.* *Ioan. 3.*

*Quare & vos*. Falsam calumniam vera responsione confutat, E
*D. Hie. in Matt. 15. li. 2. 10. 9.* ait Hie. cum inquit, vos propter traditionem hominum, præcepta domini negligentes, quare discipulos meos arguendo, putatis quod seniorum iussa parui pendant, vt Dei scita custodiant? Impudentissime Pharisæorum quæstioni, ait alius autor, Dominus altera iustissima quæstione respondit, quæstionem quæstione quasi clauum clauo retundens. *Lud. Gra* Cum enim Deus parentes honorare, hoc est non solum reuereri, sed illis etiã subuenire præceperit, vos contra liberos ab huius obseruatione pręcepti reuocatis, cum subsidia parentibus debita, in templi munera commutare docetis. *Parentes honore prosequamur* Pium quidem & religiosum est cum facultas suppetit, templi cultum honestare muneribus, sed cum parentes egẽt, & vtrũque homo præstare non potest, parentibus potius subueniendum est: hoc enim præcipitur, illud consulitur. F *Præcepta preferẽda consiliis.* Hic autẽ canon fidelibus ante omnia propositus esse debet, vt cum diuina consilia & præcepta se mutuo impediunt, neque vtraque simul impleri possunt, præcepta semper consilijs anteferenda sunt. *Vide dæmonis astutiam.* Circa quod astutus dæmon multos sæpe ad peccandum sub virtutis quadam specie incitat, videas enim multos qui ieiunia quæ sibi indixerunt ipsi, inuiolata seruant. Alios itẽ videbitis hoc sacro tempore dies aliquot pane & aqua victitare, qui tamen alijs diebus ieiunium soluunt, ad quod ex Ecclesiæ præcepto tenebãtur. G *Ieiunia Ecclesiæ obseruemus.* Annon ergo satius fuisset communibus cibis vesci, & Ecclesiæ obtemperare, quam his violatis, noua abstinentię genera excogitare? Rursum videre est alios liberales in pauperes, qui tamẽ vix adduci possunt, vt vel famulis stipendia sua exigentibus, vel creditoribus debita soluant. *Debita exoluamus* Hic est communis humanæ naturæ morbus, vt propensior semper ad officia voluntaria, quam ad necessaria sit: multoque libentius voluntati suæ vel in ardua tẽdenti, quam alienę, leuia præcipienti pareat, cum constet tamẽ verissimam esse illustrem illã Samuelis sententiam, qua meliorem esse obedientiam victimis definiuit. *1. Reg. 15.* H

*Quare & vos*. Magna emphasis latet in pronomine illo vos; vos inquit qui estis puluis, vermes infelices, miseri, spurcissimi, sceleratissimi, audetis contra Deum ipsum leges aliquas cõstituere, & eius delere mandata atque præcepta? *Heroz. in decla. Quadr.* Ceterum quare & vos, dicit quotidie Christianis, scilicet redẽpti sanguine meo, & quibus tam multa præstiti beneficia, audebitis præcepta mea negligere & transgredi? *Obediam' Deo.* obtemperat mihi cælum, mare, elementa, & cæteræ creaturæ, & vos soli negligitis & contemnitis admonitiones meas? Accommodate quidem de vobis dici poterit illud

A illud Isa. filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Porro sicut fulgura, vt ait Chrysolo. cum saxa, montes, arbores ipsa domorum culmina terribili collisione dissoluunt, sensus hominum, mentesque corripiunt. Ita dominus quoties in pharisęos intonat, suos timore salutari corripit & emendat: sicut hodie Euangelicus sermo perdocuit, cum pharisæos & scribas ait vituperasse aliquos discipulorum domini, eo quod non lotis manibus manducarent. *Simile.* *Chrysolo. ser.171.*

*Quare & vos.* Vide obsecro quomodo respondeat pro discipulis, vt nos doceat quomodo debeamus pro proximis no- *Num. 12.* *Rom. 12.*
B stris respondere, cum videmus iniuste ledi. Cum ergo de te murmurauerint, accede ad diuinum pręsidium. Videmus quomodo Deus responderit pro Moyse. Vnde Apost. ait non vos defendentes charissimi &c. Non respondent discipuli pro se, sed Christo relinquunt responsionem. Sic tu facito, cōmenda Deo causam tuam, & ipse prote satisfaciet. Videas enim aliquos homines vsque adeo animosos, vt si quis infragilitatem aliquam inciderit, & se illis commiserit, statim eum liberant ab omni incommodo: multo igitur hoc magis poterit Deus prestare, si tu ex toto corde ad ipsum conuertaris. In huius rei figuram Ra- *Simile.* *Figura.*
C chel quę se deo commendauerat, fuit liberata à furore Laban, cui Deos suos & idola suffurata fuerat. *Genes. 31.*

*Quare & vos.* Non successit istis pharisæis vt opinabantur, siquidem de rebus longe grauioribus fuerunt à domino accusati. His sane quadrat quod ait Dauid, ecce parturit iniustitiam, concepit iniquitatem: lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Hoc etiam hoc tempore multis congruit qui occupantur in alienis defectibus carpendis, & ita ab alijs vicissim reprehenduntur. *Psalm. 7.*

*Nam Deus dixit, honora patrem tuum.* Honor in scripturis,
D ait Hier. non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosynis & munerum oblatione sentitur. Honora Apost. viduas, quę vere viduę sunt, hic honor demum intelligitur. Et in alio loco, presbyteri duplici honore honorandi, maxime qui laborant in verbo & doctrina Dei. Sicut prima scientiarum principia nullo duce dignoscuntur, solo enim naturalis intellectus lumine peruidentur, ita quoque parentes esse honorādos natura didicimus. Quod quidem àdeo euidēter cōstat, vt Aris. dicat non minus stultum aut superuacaneum esse, de honore parentibus tribuendo, quam de candore niuis disputare. Vtrumque enim iuxta euidens & notum esse confirmat. *D. Hier. in Matt. 15. li. 2. to. 9.* *1. Tim. 5.* *Simile.*

Quam vim etiam bruta quoque animantia, immanes que feræ non ignorant, quę parentes suos cognoscunt, diligunt, & quocunque perrexerunt sequuntur. Cui rei argumento sunt vituli & vaccæ illæ quę arcam domini ex regione Philisthinorum in terram Israel deferebant. Mutuus enim filiorum, matrumque mugitus, huius amoris vim facile declarabant. Sed celeberrimum est & vulgatissimum ciconiarum exemplum, à D. Ambrosio insigniter amplificatum, quę parentes suos in senectute ita alunt, vt ipsę à parentibus dum pullissent, enutritæ & altę fuerunt. Parētes enim senio confectos, & ad volandum impotentes, conquisito cibo in nido alunt, & implumes effectos, plumis suis cōtegūt vt à frigore defendant, quodque magis mirandum est, si aliquo migrare oporteat, subiectis vtrinque humeris, parentes, quo migrandum est, per aera deferunt. Qua in re nescio quid prius mirari debeam, an istarum auium erga parentes pietatem, an diuinę prouidentię curam, quę senectuti atque imbecillitati hac ratione prospexit, an disciplinę magisterij huius efficaciam & nouitatem qua naturæ conditor exemplo auium voluit homines ad parentum honorem inducere, nec inducere modo, sed ignominia etiam afficere, si rationalis creatura parentibus non pręstaret quod ipsę quoque ferę natura docente illis pręstant. Ad quod nos etiam Eccle. inuitat his verbis, fili suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in omni vita tua, & si defecerit sensus, veniam da. Intelligit plane sanctus vir senum incommoda atque labores, quos non modo corporis vires, sed etiam sensus & ratio ipsa, quę hominis propria est, destituere quodam modo solet. Comitantur autem eos, imbecillitas, inopia, morbi, variaque incommoda, adeo vt ad prioris ętatis infirmitatem & ignorantiam redisse videantur. Quo spectaculo filij ad infantię suę memoriam reuocari debent, quam patres tanto studio fouerunt, vt exemplo saltem ciconiarum beneficium beneficio pensent. Quid enim patres propter filiorum salutem non tulerunt? Quæ in matre grauida pericula ac fastidia? Qui in partu gemitus atque dolores? Quæ in infantia alenda atque sustentanda studia atque labores? Quot vigiles noctes dum pueros lactant, abluunt, vestiunt, nudant, & lugentibus diu noctu que applaudunt? Hinc sanctus ille Tobias ad filium, omnibus inquit diebus vitę tuę, honorem habebis matri tuæ, memor enim esse debes, quę & quāta passa est pro te in vtero suo.

*1. Re. 6.* *Amb. in Exame.* *Ciconia non est ingrata parentibus.* *Eccl. 3.* *Parentes senes benigne tractemus.* *Filij plurimum debent parētibus suis.* *Tob. 4.*

Parentes nostros honorare atque diligere debemus, ait Chrys. ad extremū vsquę vitę nostræ anhelitum. Id quod Christus exemplo

A plo etiam suo mirifice cõmendauit, cum in Cruce pendens disci- *Chrys. in Ioann. ho. 84. to. 2.*
pulo matrẽ cõmendauit. Cõsidera quæso perattente quantũ honorarunt, quãque obedientes extiterunt Rechabitę genitori suo Ionadab, quia nunquã ipsi, nec vxores eorũ, nec filij vinũ biberũt nec domos ædificauerunt, nec agros seminauerunt, neque vineas *Ioan. 19.*
plãtauerũt, propterea dũtaxat quia pater eorũ ita eis præceperat. Attende quantã habuerit curã parentum suoru m Dauid, cum in *Hier. 35.*
periculis maximis atque discrimine versabatur: quãdoquidẽ eos perstudiose cõmendauit regi Moab, quousque res suæ in portu *1. Rom. 22.*
B collocarentur. Quãquã Senecharib adeo malus, superbus, blasphemus, & denique idololatra esset, profugisset que summo cum *2. Par. 32.*
dedecore atque incõmodo exercitus sui, nihilominus tamẽ quia *Exempl.*
ipsum filij eius licet idolis immolãtẽ interemerunt, non permisit *Val. Max. lib. 4.*
Deus vt impuniti remanerẽt. Filius Imperatoris Decij, vt ait Val. Max nolebat viuente patre, regni diadema accipere, dicens quod sic obliuisceretur obediẽtiã chari genitoris sui, & quod malebat bonus esse filius, quã impius Imperator. Nulla quidẽ vi verborũ nullaque ingenij facultate, ait Sen. exprimi potest, quã laudabile *Sen. lib. 3. de ben. cap. 38.*
sit & omni immortalitate dignum, posse merito dicere, parentib' meis semper parui, eorũ cessi imperio, iussa illorũ sine mora im-
C pleui. Idẽ etiã alibi ait, patris beneficia vinci certe à filij beneficijs *Cap. 35.*
nunquã possunt. Et quare? quia vitã accepit filius à patre, quã nisi accepisset, nulla dare beneficia ei posset. Vnde & Plato ait, putare quisque debet, omnia que possidet, eorũ esse qui genuerũt, ita vt etiã hęc omnia illis pro virili ministrare debeat. Nã & externa bo- *Pla. 4. dialo. de legi.*
na, & corporis bona, & cætera omnia ab illis accepit quodã modo: & ideo hęc tãquã mutuo data repẽdere debet filius, & reddere parẽtibus, si indigẽtia premãtur. Et alibi ait, cuius pater & mater vel horũ parentes senio cõfecti, quasi thesaurus quidã domi iacẽt is putet nunquã aliud sibi tale simulachrũ magis que efficax domi *11. Dialo. de legi.*
D suę affuturum, si recte vt decet ab eo colatur. Et addit, existimãdũ est nulli apud deos magis honorãdum simulachrum habere nos posse, quam patres & auos senio confectos, matres que similiter, quibus honoratis Deus gaudet, parentes quidem negligere, nec Deus, nec homo mentis cõpos, alicui vnquã consulet. Et Xeno- *Xeno. li. 4 dic. & fac socra.*
phon ait, lex quidem inprimis apud omnes homines vna est, vt Deum colas, & vt parentes item honores vbique iubet lex.

Quia Ciconia àdeo pia est in parentes senio confectos, id circo Romani antiqui Ciconiã veluti Deũ adorauerũt, asserẽtes ei inesse scintillã quãdam diuinitatis. Ex quo facile colligas quãta parẽtes suos Romani veneratione colerẽt, quãdo quidẽ filios verbis paren-

parentum audientes, tāquam deos venerabantur. VndeCassianus E
ait, cuinamfidelis eris, si tuorum es proditor? Qualis futurus es
cum extraneis, si cum patre fueris crudelis? Quidam ex antiquis,
*Val. Ma.* vt refert Val. Max. tantopere soliciti fuerunt de honore paren-
*lib.1.* tum, vt dicerent, fere horum contumelias ęquādas esse his quę in
*Sen. epist.* Deum cōmitterentur. Debes surdas præparare aures ait Seneca
cum à patre conuicijs & contumelijs afficeris: quamuis enim as-
pera pater habeat verba, habet tamen desideria salutaria inte pro
pensa, si vis ergo felix esse, quo grauioribus verbis te insectabi-
tur eo magis deos precabere, vt pro eius optatis, & secundum F
eius desiderium tibi omnia contingant. Non debet filius præcep
*Glo. incog.* ta discutere patris, ait Glo. Incog. sed semper credere, quod
*ver. 2024.* pater filio solum salutaria mandat. Vnde si filius mandata discu-
tiat, videtur an ille sit pater discutere. Hinc Isaac patris gladium
*Gene. 22.* cum videret, vnde dolere poterat, est gauisus. Hinc etiam Iephte
*Iudi. 11.* filia, patris vota sua morte tota gratulatione persoluit.

*Vos autem dicitis, Quicumque dixerit.* Prouidentissimā Dei le-
*Hier. in* gem, ait Hiero. de honorandis parentibus, & necessarijs vitæ mi-
*Matt. 15.* nistrandis, volentes scribę & pharisæi subuertere, vt impietatem G
*li. 2. to. 9.* sub nomine pietatis inducerent docuerunt pessimos filios, vt si-
quis eaquę parentibus offerenda sunt, Deo vouere voluerit qui
verus est pater, oblatio domini præponatur parētum muneribus
*Matt. 4.* vel certe ipsi parentes, quę Deo consecrata cernebant, ne sacri-
*Exod. 4.* legij crimē incurrerēt, declinantes, egestate conficiebantur. Atq;
ita fiebat vt oblatio liberorum sub occasione templi Dei, in sa-
cerdotum lucra cederet. potest & hunc breuiter habere sensum:
eruditis inquit filios, vt dicant parentibus, quodcūque donum
eram daturus Deo, in tuos consumo cibos, tibi que prodest ò
pater & mater, vt illi timentes accipere quod Deo mancipatum
videant, inopem potius velint ducere vitam, quam comedere de H
*Lud. Gra.* consecratis. *Munus quodcunque.* Hoc est, vt ait alius autor, patiē-
ter opem domini expecta pater, munus quod tibi subtraho, &
Deo offero, illi quidē gratum, tibi vero salutare erit, & ob illius
gratiam, tibi is auxilium de cœlo demittet. Hac peruersa ratione
filios ab honore parentum abducebant. Honor quippe hoc in
*D. Aug.* loco pro subsidio & inopię remedio accipiendus est. Est fateor
pręstātius, dare ad missarū sacrificia; & ad diuini cultus religionē
quam parentibus, siue amicis dona tribuere. at siue parentes, vel
etiam pauperes, graui inopia constringantur, si dura fames, vel
pestis irruat, pauperes anteferendi sunt, quibus ex charitatis lege
subuenire tenemur. Hinc D. Agust. vasa dominica ad paupe-

rum

A rum inopiam subleuãdam conflari iubebat,& inter eos distribui. Si religio pietati comparetur, ait Cardi. Caieta. constat religionẽ esse anteponendam pietati, quanto honor diuinus pręferendus est cuicunque debito humano: & in hoc fundamento non errabant pharisæi, imo hoc Iesus frequenter docuit, dum patrem & matrem relinquendos propter Deum prædicauit. Si vero ad vsum materiæ in articulo necessariæ pietatis spectetur, inuenitur oppositum, scilicet quod materia necessaria pietatis, non solum B pietati potius quam religioni applicari debet, sed etiam si voto dedicata sit Deo, debet in materiam pietatis transferri. Et hoc consurgit exparte materiæ, quę in tali casu est effecta materia debita pietati.

*Caiet. in Matt.* 15.

*Matt.* 19.

*Simile.*

*Populus hic labijs me honorat.* Multi sunt qui cum preces ante Deum fundunt, non tam precari, quam labiorum rugitu& vocis murmure perstrepere videntur, vt non tam humano, quam auiũ more cum Deo loqui videantur. Non enim id agunt vt illud August. impleant, psalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore, sed sine vlla mentis atten C tione, sine vllo deuotionis affectu, preces suas ita decurrunt, vt nil aliud magis quam laboris huius finem affectare videantur. Quibus timendum est, ne ad eos illa execratio prophetæ pertineat oratio eius fiat in peccatum. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem.* Sensus est, omnem peccatorum deformitatem manare à corde, quę si desit, externum opus innoxium est. Nemo tamen fratres, ex his domini verbis occasionem arripiat, prohibitos ab Ecclesia cibos, libenter edendi, quamuis enim tales nos cibi ex sua natura non inquinent, vt pote quos vrgente morbo edere possimus, rebellio tamen & inobedientia, qua Ecclesię le- D ges vel contẽnimus, vel violamus, internum cordis malum est, à quo externa ingluuies atque intemperantia proficiscitur. *Omnis plantatio.* Hoc est omnia praua dogmata, quę á diuinis decretis & legibus abhorrent, euellenda, & anathẽmate damnanda sunt. Hoc autem munus ad me potissimum pertinet, qui in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Quemadmodum agricola terram prius spinis, sentibus que repurgat, quam sementem iaciat: ita diuini verbi sator, errorum atque prauorum dogmatum sentes, à mentibus hominum prius euellere debet, quã pura diuini verbi semina, salutarem que doctrinam in eorum cordibus serat Vnde dominus Hieremię prophetę committit vt prius euellat, destruat, atque disperdat, deinde vero ędificet, & plantet.

*August. in Reg.*

*Psal.* 108.

*Lud. Gra.*

*Con. Cõst.* 6. *Ca.* 56.

*Ecclesia obediamus*

*Ioan.* 18.

*Simile.*

*Hier.* 1.

De corde

Prou. 18. *De corde exeunt cogitationes malæ.* Ex superioribus verbis aperte intelligimus, quod quemadmodum Salomon mortem & vitam in manibus linguę sitam esse dixit: ita sane, & multo etiam magis mors & vita in corde nostro posita sunt, ex quo & in linguã ipsam, & in omnia opera nostra, mors & vita deriuantur. Nemo igitur fratres, solam externi operis sui faciem attendat, nemo sanctitatis specie fallatur, ad fontem recurrat, intentionem scrutetur finem operis sui diligenter examinet, & in intimos animę suę recessus, oculos immittat, solerter inquirens quod pręcipue in illo opere quęrat, quid captet, cui placere cupiat, quod ex eo lucrum reportare intendat, nec quouis examine contentus, omnes latebras, & sinus pectoris sui prudenter excutiat. Sæpissime enim pro spiritu caro, pro voluntate Dei propria voluntas, pro Dei gloria, proq; amore Dei, occultissimus amor sui delitescit. Hinc D. Grego. mens inquit, sæpe sibi mẽtitur, & fingit de bono opere amare quod non amat, de mundi autem gloria nõ amare quod amat. Discamus igitur obsecro, ait Chrys. quę nam ea sint quibus homines turpiter fædantur. Discamus oro, & fugiamus, in non nullis enim iam Ecclesijs hunc morem corroboratum videmus, vt diligenter multi studeant quomodo manibus lotis, candidis induti vestimentis, in Ecclesiam ingrediantur, quomodo autem animam atq; mentem suam puram atq; defęcatam offerant Deo, nullam prorsus habent curam. His verbis dominus & puritatis & impuritatis, & iustitiæ & iniustitiæ fontem cor hominis esse aperte declarat. Tales enim aquarum sunt riuuli, qualis fons est vnde scaturiũt. Nec enim idẽ fons vt ait Iaco. Apost. sallsam & dulcẽ potest facere aquã. Quo fit vt ex affectione quidẽ, atq; etiã qualitate cordis ipsius, operaquę ex eo manãt & profluũt, atq; scaturiunt, dijudicanda certe sint, & ponderanda.

*Cor nostrũ diligenter custodiamus.*

*Consideremus intentionem nostram.*

*D. Grego.*

*Chrys. in Matt. ho. 52. tomo. 2*


*Simile. Iaco. 3.*

E F G H

*FERIA QVARTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

CONCIO SECVNDA.

*Alienos defectus indicamus potius quam nostros.*



*ACCESSERVNT ad Iesum scribæ & pharisæi &c.* Matt. 15. Incuria sane quam isti habebant emendandæ vitæ propriæ, in causa erat vt tantopere alienam vitam roderent: & cum sua interiora non scrutarentur, inde fiebat vt aliorum defectus inuestigarent. Multos sane hoc

*Alienos defectus non exploremus.*

A hoc tempore his similes inuenias, qui suos obliuiscentes defectus, alienos inquirunt. Sane cum magister est in sua aula, omnes discipuli tacent, at vero si inde recesserit, statim omnes dissoluti redduntur. Sic etiam cum homo se intus considerat, omnes moderatur passiones, at vero cum aliorum vitam curiose lustrat, statim dissoluitur & conturbatur. Et sicut flumen cum extra inundat, omnes vastat agros, & cęnosos eos reddit, ac sordibus plenos sic etiam alios contaminat & traducit, qui intra sinum suum non se continet. Boni vero & virtutis studiosi, sicut animalia illa quę vidit Ezechiel, gradiuntur, ait enim quod vnumquodque ante B faciem suam gradiebatur: boni enim semper vitam suam coram se statuunt, vt possint amputare quę praua sunt: mali vero post tergũ peccata sua proijciunt, vnde per dauidẽ dicitur. existi masti inique, quod ero tui similis? arguam te, & statuam contra te faciem tuam. Quasi dicat, non sum sicut tu, qui existimas quod ideo debeam obliuisci scelera tua, quia illa post tergum proiecisti, videbis quomodo in iudicio omnia apparebunt: satius multo foret, vt ea ante te constitueres, vt hoc modo emendares quæ essent emendanda, & non iudicares alienam vitam. Vtinam sicut videmur odio prosequi alios cum peccant, nos C etiam ipsos quodam modo odio haberemus. Sane vita nostra hoc pacto quotidie emendaretur: atque vtinam nos Deus cum peccamus non perinde nos odio habeat, sicut nos fratres nostros odimus. Nam certe hæc esset maxima miseria nostra. At vero quia tam caro nos redemit, idcirco nobiscum quodammodo dissimulare videtur, quod tamen nos cum fratribus nostris non perinde facimus. Sane cum infans aliquis apud aliquem extraneum vagit, statim demanu in manum traditur, donec ad matrem suam deueniat, quę quidem maximo cum amore infantem suum complectitur, & delicatissime eum D tractat, dicens satis quidem constare quod te illi non genuerint fili mi, sicut ego, neq; tot pro te labores pertulerint. Sic ergo quos tu odio prosequeris, Deus complectitur & paterne tractat, dicens eis, nolite obsecro flere filioli, quamuis iste vos infamet, non enim tantos pro vobis labores pertulit, quantos ego. Refert quidem Dionysius, quod insignis quidam hæreticus fecit aliquando apostatare multos Catholicos, & eos ad suam pestilentissimam sectam attraxit, orauit autem Dionysius dominum, vt statim ipsum hæreticum in infernum detruderet, & ecce vidit patens inferni os, & exeuntes inde dæmones multos, vt illius hæretici animam secum deferrent: cumque sanctus vir magnis

*Simile.* *Simile.* *Ezech. 1.* *Psal. 49.* *Nobis con sulamus.* *Simile.* *Simile.* *Exemp. Diony.* *Quam parum amemus proximos.*

magnis vocibus clamaret, vt statim ipsum hæreticum arriperent E
Christus dominus apparuit dicens: satis constat Dionysi quod sanguinem tuum non fuderis pro illa anima, sicut ego feci. Si igitur nos hanc considerationem perattente iniremus, non essemus vtique tam seueri exploratores & accusatores defectuũ fratrum nostrorum, cum simus filij talis patris, qui per Isa. ait, ego sum qui deleo iniquitates tuas. Item Luc. 1. dicitur, suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suę. O nos miserabiles qui tam lynceos habeamus oculos ad alienos defectus explorandos, cum interim ad nostros cæcutiamus! Contra tamen petebat Dauid dicens, obscurentur oculi eorum ne videant, scilicet defectus alienos; & dorsum eorum semper incurua, idest vt seipsos contueantur. Et certe si dona Dei diligenter contemplaremur, longe aliter nos gereremus, quam modo faciamus: nã mirabile est videre quomodo diuino quodam beneficio alij splẽdeant in vna virtute, & alij in alia. Sicut videmus terram aliquam producere vinum, aliam oleum, aliam frumentum, aliam abundare pecore, aliam auro & argento, vt ita sit cõmercium inter homines, & vna prouincia non possit spernere aliam: sic ergo sunt istę differentię inter homines, ne se mutuo contemnant, sed hic recognoscat quod ille aliquã habet excellentiam quam ipse non habet, licet vicissim in alijs iste superet illum. Vnde Apost. ait superiores inuicẽ arbitrãtes in humilitate. Humiliat enim se vir bonus videns quod ab alijs in quibusdam excedatur. Sic se humiliabat Apost. cum diceret, non sum dignus vocari Apostolus: considerans enim anteactos defectus, ait: quoniam sum persecutus Ecclesiam Dei. Item Petrus quamuis caput Ecclesiæ videtur quodammodo in ipsa facundia concedere Paulo. Non ita nos facimus, sed potius alienos defectus explorãtes, nostros obliuiscimur, & contendimus cum proximis nostris vter sit maior, vnde eueniũt murmurationes & detractiones de ꝓximis vt nos bonos esse, omnibus probemus, nec tamẽ defectus nostros emẽdamus. Considera obsecro quod quamuis nouacula eximia sit, nihilominus tamẽ interdum coticula acuenda est: sic ergo & si mẽte perspicaci dotatus sis, excęcari aliqua passione potes; & quamuis virtute præditus sis, nihilominus tamen semper tibi aliqua accessio fieri potest, & ita semper proficies, & ex proximis tuis semper aliquid disces, cum Deus vnicuique mandauerit de proximo suo; non ergo tu debes eius defectus traducere, sed mutuo vos iuuate. In cuius rei figuram duo illi fratres Ioab & Abisai cum essent præliaturi, dixerunt inuicem, si præliauerint aduersum me Syri,

Isa. 45. Luc. 1. Psal. 68. Dona diuidit Deus prout vult. F G Phili. 2. 1. Cor. 15. 2. Pe. 3. H Simile. 2. Re. 10. Matt. 22.

A eris mihi in adiutorium: si autem filij Amnon præliauerint aduersum te, auxiliabor tibi: esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri, sic que vterque victor euasit. Omnes quidem fratres sumus vt ait Christus apud D. Mat. & dęmones sunt aduersarij nostri, iuxta illud Apos. non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem &c. Quare oportet nisi succumbere velimus in tanto conflictu, vt nobis mutuo auxiliemur. Sic enim Apos. ait, alter alterius onera portate: non autem debemus nos inuicem mordere, tanquam canes. *Gal. 6.*

*Mali tales existimant reliquos, quales ipsi sunt.*

NON *enim lauant manus.* Cum isti essent superstitiosi & inutilibus ceręmonijs se occuparēt, ita etiam existimabant discipulos fore ipsorum similes: fere enim fit vt mali cæteros iudicent malos, vt dicitur in prouerbio. Sane qui in tempestate versantur in mari, montes & arbores, existimant & omnia de suo loco moueri, cum tamen ipsi soli sint qui mouentur: sic igitur accidit ma*Iudicia temeraria fugiamus.*
C lis, vt reliquos iudicent malos, quod non facerent si charitatem haberent, nam vt ait Pau. Charitas non cogitat malum. Vnde quisque cogitat & loquitur, qualis est ipse: alius est sonus auri, alius argenti, alus plumbi: item alio modo sonat vas vacuum, & alio modo plenum. De dæmone quidem ait Iob quod de ore eius procedūt lampades: talis es tu cum detrahis fratri tuo, & tibi quadrat quod ait propheta, lingua eorū gladius acutus. Alia quidem animalia non sine occasione sibi data, armis sibi à natura datis offendunt, homo vero sine occasione aliqua detrahit huic vel illi. Quamuis pretiosum esset Magdalenæ vnguentum & maxime *Simile.* *Iob. 41.* *Psal. 59.*
D odoriferum, adeo vt diceret Ioannes quod domus impleta est ex odore vnguenti, nihilominus tamen male olebat ipsi Iudę qui ait, vt quid perditio hęc vnguenti? bonus quidem omnia benigne interpretatur, malus vero in malam partem. Vnde Eccl. ait, cor sapientis in dextera eius, cor stulti in sinistra illius. Maximus sane est labor, viuere in tali mundo, vbi sunt tot calumniatores. Sic etiam Dauid sentiebat cum diceret, redime me á calumnijs hominum. Liberet nos Deus ab hominibus, qui non solū in deteriorem partem omnia iudicant, sed etiam volunt interpretari cogitationes Sane oues & alia huiusmodi animalia contenta sunt, quod herbam depascant in prato, at vero sues terram effodiunt, & omnia radicitus consumunt atque deuastant. Sic ergo boni contenti sunt quod videant exterius bona proximorum *Ioann. 12.* *Eccle. 10.* *Psal. 118.* *Simile.*

suorum, at vero mali omnia penetrant, deuastant, atque infamant, inuestigando etiam intentiones & cogitationes suorum, E
Iob. 1. cum enim non possint ea quæ bona sunt obscurare, conantur de ipsa intentione eorum operum male sentire. Sic videmus quod cum Deus diceret dæmoni, Nunquid considerasti seruum meum Iob? Cum non posset dæmon negare ipsa bona opera, conatus fuit detrahere ipsi intentioni, dicens: nunquid Iob frustra timet Deum? Quasi diceret, non est quod tantopere eum
2. Re. 10. prædices, si enim ipsum vel tantisper tetigeris, statim videbis quid in pectore habeat. Sic filij Amnon in malam partem interpretati sunt legationem Dauidis. Non ita faciunt boni, quin F
Luc. 23. potius omnia benigne interpretantur. Quid enim peius esse po-
Genes. 37 terat, quam crucifigere Christum? & tamen dixit Christus, nes-
Gene. 45. ciunt quid faciunt. Graue etiam scelus fratrum Ioseph, & tamē ipse dixit, pro salute enim vestra misit me dominus ante vos in Aegyptum. Non sic impij non sic.

Certe Hoc vitium temere iudicandi sæpius incurrunt mali, iuxta illud Ecclesi. in via stultus ambulans, cum ipse insipiens
Eccl. 10. sit, omnes stultos existimat. Cum enim malus vix se possit continere à suis sceleribus, inde est quod cæteros etiam tales iudicet. Sic Vagao cubicularius Holophernis existimabat quod G
Iudith. 14. Holophernes abuteretur ipsa Iudith. De malo viro dicit Iob
Iob. 15. cum pax sit, ille insidias suspicatur. Videtur enim sibi quod fieri non possit vt aliquis ex tenebris ad lucē educatur, nec considerat illud quod Ecclesi. ait, nempe facile esse in oculis domini
Eccl. 11. subito honestare pauperem. Et alibi ait, à mane vsque ad vespe-
Eccl. 18. ram mutabitur tempus. Et ita fit vt improbi viri temere alios iudicent. Vnde in Exod. legimus quod cum Pharao dixisset ad Moysen & Aaron vt pro ipso rogarent & orarent dominum ipse enim dimitteret populum, statim ipsi egressi sunt, & crediderunt quod ita facturus esset Pharao, neque cogitarunt quod H
Exod. 8. fallaciter loqueretur. Sed mali semper suspicantur malum & insidias. Sane quod improbi non bene de rebus sentiant & iudicent, inde prouenit, quod alijs negotijs se implicent valde huius seculi: sicut accidit ijs qui se ingyrum conuoluunt sæpe, his enim omnia etiam ingyrum moueri videntur. Hoc autem infortunium suum sentiunt, quando iam non potest reparari. Vnde in libro Sapientiæ dicunt, nos insensati vitam illorum
Simile. æstimabamus insaniam &c. Quis obsecro non iudicasset, longe aliter quam res se habebat, cum Elias cucurrit ante regem Achab? iudicasset vtique vir improbus eum stultum esse, & tamen

A tamen spiritu domini agebatur: Non ergo simus præcipites ad aliorum facta & dicta temere iudicanda. Impij enim solent murmurare contra bonos, sic Simon contra Oniam murmurabat. Principes item detraxerunt Dauidi apud Achis. Item æmuli ædificantium templum, illis detrahebant apud Regem. Principes etiam populi detraxerunt Hieremiæ apud Sedechiam regem, viri Chaldæi inuidia moti acusauerunt Iudæos, & detrahebant eis coram rege. Satrapæ item Darij inuidentes felicitati Danielis, detraxerunt ei coram Dario. Deus in detractores animaduertit. Vide enim quo pacto tractauerit Mariam, quia Moysi detraxerat. filij item illi Israel qui detraxerant terræ pro-B missionis, puniti sunt. Debet quisque proprias virtutes perpendere & pro qualitate virtutũ curam aliorum suscipere, ne dum delectatur loco gloriæ, fiat subditis autor ruinæ, & qui grauatur pondere suarum, velit fieri iudex alienarum culparum. Durum enim est, vt qui nescit tenere moderamina vitę suæ, iudex fiat alienæ.

*Simile.* *Sap.* 5. 3. *Reg.* 18. 2. *Mat.* 4. 1. *Reg.* 29. 1. *Esd.* 4. *Hie.* 38. *Dan.* 3. *Dan.* 6. *Num.* 13. *Gre super illud* *Eccl.* 7. *Noli cupere fieri iudex &c.*

### *Mundanæ consuetudines interdum homines perdunt.*

C QVARE & *vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?* Sæpe quidem in mundo contingere videas vt plerique propter mundanam aliquam consuetudinem Dei mandatum transgrediantur: & certe mundus in hoc passim errare solet. Interrogatus Plato, an aliquando esset fugienda ciuitas? Qui respondit, quod quando maiores sunt expensæ lucris, & in ea mali sunt plures bonis, ac domini terrę sunt mendaces, & illa est quærenda ciuitas, inqua omnia sunt opposita. Quæ sane omnia modo in mundo videmus contingere, cum videamus viros impios occupatos semper in peruersis inuentis &
D consuetudinibus, sicut boni occupantur in bonis Filij Cain ad inanem voluptatem suam musicam inuenerunt, sicut & arma ad vltionem, & internecionem, item contractus ad fallendum: & in fine eiusdem Cap. dicitur, sed & seth natus est filius, quem vocauit Enos, iste cœpit inuocare nomen domini. Vide ergo discrimen inter inuentiones bonorum & malorum, nam hi, omnia ad malũ dirigunt, illi vero ad bonũ, & ad cęlestẽ beatitudinẽ. Vnde Christus propterea tã salutarẽ & præclarã nobis dedit doctrinam, vt nos ad cælum duceret, iuxta illud Apos. Iaco. voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Et Paulus ait, in Chris-

*Genes.* 4. *Boni bona inueniunt.* *Iacob.* 1. 1. *Cor.* 1.

to Iesu, qui factus est nobis sapientia, & iustitia,& santificatio, E
& redemptio. Mali contra leges stabiliunt malas, & contra Dei legem pugnantes,atque prauas consuetudines,sicut constat ex his pharisæis. De malis quidem ait Isa. væqui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: funiculis enim peccatorum suorum colligantur mali, & suis prauis consuetudinibus mundanis, quæ iam longe, lateque patent. Videas enim agricolam & hominem plebeij status velle se exæquare mercatoribus & equitibus: tam in vestitu quam in victu: quod si eum interroges, quorsum id faciat, respondebit esse iam talem mundi consuetudinem. Item pauper eques iam vult viuere sicut vicecomes aut F
comes, & si interrogetur quorsum id faciat, dicit se idcirco ita viuere, ne à suis famulis traducatur. Denique vt seruent isti mundanas traditiones, se mille implicant laqueis & miserijs, propter fumum quēdam inanis gloriæ: & ita plus laborant circa has nænias & vanitates, quam circa solida & vera cōmoda atque lucra. Sicut Iacob plus laborauit pro Rachel, quam pro lia, & tamen illa fuit sibi infæcunda. Sic ergo multi plus laborant pro rebus mundanis inutilibus, quam pro felicitate sempiterna obtinenda. Nam res mundanas caro emunt,& pro ijs laborant G
non solum. 14. annos,sed per totum vitæ suæ tempus: quos tamen assidue vocat Christus dicens, venite adme omnes qui laboratis &c. & tamen nolunt ipsum audire. Quis prætcrea enumerare valeat quanta nascantur incōmoda ex inordinato vestitus appetitu? nam certe videas mulieres præsertim bona omnia viri sui destruere, & patrimonium exhaurire,propter super fluitatem vestium, imo & vicinis mulieribus pessimum exhibent exemplum, & eas pelliciunt ad tale aliquid præstandum, Nec vident miseræ quod hoc pacto in causa sunt vt ab omnibus iudicentur, atque expendant & exquirant earum genus, & H
mariti etiam, vsque ad tritauos & atauos. Audiant quid dicat de talibus Isa. ambulauerunt erecto collo &c.Et considerent quod non sit hæc sufficiens ratio quod ita sit in vsu mundano, nam etiam est in vsu vt interficiantur homines, & suspendantur, & verberibus cædantur, & tamen ipsæ nollent huius modi vsum obseruare. Sed quorsum igitur id faciunt? Annon existimant, quod homines non sunt vsque àdeo cæci, quin cogitent quid nam lateat sub huius modi vestibus & ornamētis?Nā vt ait Lucanus,sicut statua quæ exterius vestibus sericis exornatur,interius pannosa est, & vilibus suffarcinata segmentis: sic vtique & si mulier exterius se exornet, interius tamen plena est

*Ambitio mundana quo deuenerit.*

*Genes. 21.*

*Mundus iniquus retributor.*

*Matth. 11.*

*Vestitus profani quantum incōmodet.*

*Isa. 3.*

*Luca. Simile.*

A est immunditia, & fœtore. Nec vero solum huiusmodi vanitas in plebeijs reperitur, sed etiam in quibusdam patricijs & senatoribus, ne videantur de suo statu cadere; vt intelligamus verum esse quod vulgo dicitur, non esse aurum quidquid lucet. Sed potius vnusquisque crucem suam portat. Quorsum enim arbitramini, regum, iam diademata ita effingi, vt in summitate pyramides quasdam habere videātur quæ tamen nō se contingant, sed inter stitia quædam ibi vacua reperiuntur? sane vt intelligamus etiam principes suam gestare Crucem, nec letitiam lætitiæ & gaudium gaudio copulari, sed interuenire aliqua tristia interipsa gaudia. *Ambitio quam late serpat.* *Simile.*

B Sed vt ad inuentiones mundanas reuertamur: intelligere sane debemus, quod sicut inuentores bonorum, maxima reportāt merita apud Deum, & sicut Apost. ait, fide primum hostiam Abel quam Cain obtulit deo &c. Quasi dicat, præclarum dedisse exemplum ipsum Abel toti mundo, innocentiæ, patientiæ, & religionis: & Hiero. ait, quod in Petro incæpit confessio fidei verbi incarnati, & inde in vniuersum orbem fuit deriuata. Sic etiam inuentores malorum & vitiorum, maiorem quam alij sustinent culpam, sicut Cain qui fuit inuentor homicidij, & Adam inobedientiæ. *Simile.* *Hebr. 2.* *D. Hier.*

C Sed quid de odoribus & suffumigationibus dicam? Optime olet ait Hiero. qui non olet. Sane gentiles cum aliquē ita olere sentirent, eius faciem conspuebant. Et de Vespasiano Imperatore legimus, quod cum beneficium aliquod cuidam concessisset, illud ipsi denegauit quod vnguenta oleret. Item Plato lib. 7. de leg. ait, nullam maiorem alicui regno pestem aduenire posse, quam in eo nouas vestium rationes inusitatos que ludorum modos introduci, quod vt euitaret, iussit, nequid extraneum non necessarium, in vrbem suam posset introduci. Idem etiam Plato & Herodotus affirmant, scythas quamuis barbaros, omnes alienigenarum mores introducentes, occidere consueuisse. Romani quoque blasphemabant, quod ex Asia sibi odores, aliæque luxuriosæ res aduenissent, quibus Reipub. suę rigor, relaxatus; deprauatus que fuit. Videamus igitur nos, ne circa hæc, hoc nostro tempore peccemus. *Hier. ad Demet. de Virg. ser.* *Psal. li. 7. Leg.* *Pla. li. 8. Leg.* *Hero. in Melpe.*

D

## APPENDIX.

*Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis.* Mirabile est quod pro re tam friuola, tam multi & tam insignes ab Hierosolymis pergerent ad Iesum, & ad partes Tyri & sidonis, tam longe distantes ad quod iter conficiendum opus erat septem vel octo diebus. Quomodo dicerent Populi per quos trāsibant, quonam tendunt *Invidi quā tamen ... incomoda.*

 isti

isti satrapę Hierusalem? aliquid magni momenti esse debet. Sed sane inuidia & liuor eos ducebat, sui officij & dignitatis oblitos Quis enim tantos labores exantlare ausus esset, pro re tã nullius momenti?& vt quęreret, Quare discipuli tui &c. Ipsi procul dubio ambitione & inuidia excęcati, existimabant se aliquam adinuenisse intricatam & perplexam quæstionem, cui respondere nõ sufficeret. Sed vide quomodo res longe aliter acciderit, quã ipsi opinarẽtur. Certe isti nec in Christum credere volebant, nec etiã vt alij crederent cupiebant. Tales sunt hodie multi, qui non solum ipsi mali esse volunt, sed etiam alios ad malum inducunt, vt quod aliquis non fiat monachus, vel aliqua non fiat monialis, quod non visitent hospitalia & infirmos, quod non condonent iniurias. Isti sunt instar illius magni draconis, qui deuorare volebat, quod mulier peperisset, vt habetur in Apo. sic enim isti perdere nituntur sancta proposita proximorum suorum. Quare istos homines contẽnamus, & dicamus eis cum Dauide, declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. E F

*Ambitio quam multos excæcare soleat.*

*Deprauata consilia suggerunt mali.*

*Simile.*

*Apo. 12.*

*Psal. 118.*

*Quare discipuli tui* Hanc sane differentiam inter alias, esse comperio inter diuites & pauperes mercatores, quod pauperes statim omnes suas merces, quas paucas habent, omnibus pro foribus suis manifestent: diuites vero quædam exigui pretij pro foribus ostentant, & quæ pretiosiora sunt, intus recondita habent. Sic ergo hypocrite, illam exteriorem apparentiam quam habent, omnibus ostentant, cum intus pauperes sint & nudi virtutibus: serui tamen Dei exterius solidum & verum de se exemplum exhibent, & intus pretiosissimas opes suas reconditas habent & patentes soli Deo, & interdum ad ædificationem ipsorum quibusdam familiaribus: vnde & dicere solent, videtis vos hunc virum, qui oculis hominum nullius momenti esse videtur? multis & magnis ornatus est virtutibus. Sic ergo isti pharisæi, se tantum exterius ostentabant, cum interius virtutes nullas haberent at vero discipuli domini qui vanas non quęrebant ostentationes interius se virtutibus exornabant. G H

*Hypocritarum conditiones.*

*Nostra bona operanõ ostẽtemus.*

*Hypocritæ tantum externa curant.*

*Quare & vos.* Sic nobis dici potest, quare vos Christiani propter quos tanta operatus est Christus, & quibus gaudia præparauit sempiterna, qui tot exemplaria sanctorum habetis, qui tot sacramẽtis decorati estis, qui cinis & puluis estis, diuinã offenditis maiestatem? vos inquam, quos possum statim in nihilum redigere, & quibus dedi Solem & Lunam, atque stellas, vt vos illuminarent, & Angelos qui vos ducerent atque reducerent, & denique omnia subieci pedibus vestris, oues & boues &c.

*Varijs nominibus Christo obligamur.*

*Honora*

A *Honora patrem tuum.* Sed dices tu, cur dicit Deus quod si honoremus parentes, erimus longęui super terram, cum tamen videamus plerosque qui parentes suos maximo prosequuntur honore, & tamen mortem obeunt immaturam? sed respondere possumus quod præcipue intelligatur de duratione meritorum magnorum quę sibi comparant qui parentibus obediunt & eos honorant, apud Deum & apud homines. Vide enim quantas omnes homines dent benedictiones filijs obedientibus, quomodo B eos laudent, & plurimi faciant. Pluris quidem faciendus est vel vnicus dumtaxat annus, quem in Dei obsequio degas, quam centum vitę anni, quos in vitijs consumpseris. Vnde Sap. 4. Dicitur, consummatus in breui, expleuit tēpora multa. Et Psal. ait, Melior est dies vna in atrijs tuis, super millia.

*Quæst.*
*Respon.*
*Sap. 4.*
*Psal. 83.*

*FERIA QVARTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO TERTIA.

*Parentes & liberi quomodo vicissim se habere debeant.*

QVARE *Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* Matt. 15. Sane ex illis verbis huius Euangelij, honora patrem tuum & matrem tuam, satis colligitur non solum quod liberi debeant parentes suos honore prosequi, sed etiam quam diligenter teneantur parētes optime educare, & instruere filios suos, vt postea sint ipsis parentibus obedientes. Virga enim atque correctio tribuit sapientiam, vt ait Salomō, puer autem qui dimittitur vo-D luntati suę pudefacit matrem suam. Et rursus inquit, instrue filium, & refrigerabit te, & dabit delicias animę tuæ. Et Eccl. ait, lacta filium tuum, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te: instrue puerum iuxta viam bonam, & cum senuerit, non recedet ab ea. Porro parentes plurimum se abstinere debent à maledicendis filijs: siquidem eo quod Noe maledictionem dedit filio suo Cham, idcirco tota eius posteritas infamis fuit. Vnde ait, radix tua & generatio tua de terra Chanaam. Vide præterea quantum nocuerit maledictio illa quam dedit Iacob ipsi Rubē. Caueant igitur sibi parētes ne similes pronuntiēt maledictiones, tum etiā filij diligenter aduertant, ne in causa sint vt parentes id faciant: cum videamus tātas plagas & incōmoda inde oriri. Vnde Eccl. 4. Dicitur, maledicentes enim tibi in amaritudine animæ

*Exod. 20.*
*Leui. 5.*
*Pro. 29.*
*Eccl. 30.*
*Genes. 9.*
*Eze. 26.*
*Parentes non maledicāt filios*
*Genes. 4.*

Eccl. 4. meę, exauditur deprecatio illius. Curent etiam parentes vt fami E
liam suā bene instructā habeant priusquā moriantur, & vt doceāt
Genes. 24. filios suos si ætatem habeant aliquē honestum viuendi modum.
Porro vt vxorē duceret, quidē 40. annos nat⁹ erat Isaac priusquā
id faceret & erga parētes habebāt āorē filij, magis quā modo habēt
nā etiā post tres annos ab obitu matris suę, cā lugebat Iacob, dōec
tandem vxorem duxit, & ita luctum moderatus est propter tantū
amorē, quo suā coniugē cōplectebatur. Vnde colligas quā obediens
esset viuenti matri, qui mortuā tantopere defleret, si igitur
in lege naturę tantopere filij parentes honorabant, quanto magis
in legę gratiæ honorare debent? sed tamen hoc nostro tempore F
vix multi filij diligunt parentes suos. Porro in Codi. est quædam
lex quam Imperator sanxit exhæredans quosdam filios, quorum
pater cum in quodam ludo interfectus esset, ab ipsis neglectus est
nec fuerunt accusati ab ipsis occisores, imo & ipsum insepultum
dimiserunt.

*Quā immatura fiant hoc tēpore coniugia.*

*Genes. 41.*

*L. 1. C. de his &c.*

Genes. 12.
Genes. 15.
Solet interdum etiam Deus intemporalibus punire filios propter
peccata parentum, & interdum propter ipsorum peccata, hoc
quidem patuit in filijs Abrahæ, qui propter scelera sua amiserunt
terram quam Abrahæ promiserat Deus: hoc vero patuit in Roboam, G
dequo nō videtur inueniri quod propter eius scelera, sibi
fuissent ereptæ decem tribus, & ita existimant plerią; quod propter
peccata patris sui fortasse eas amisit, quę fuerunt manifestissima.
fuit itaq; vt cumq; sit diuina prouisione ita factum sicut
3. Re. 12. Propheta quidam ipsi significauit, cum venit adimpediendū prælium
quoddam contra Hieroboam, dicens: non ascendetis,
neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel, reuertatur
vir in domum suam: àme enim factum est verbum hoc. Alios
etiā punit propter ipsa eorum scelera, vt satis constat. Vide etiam
quod regnum fuerit ablatum ipsi Saul, & tamen neque Ionathas
2. Re. 2. quamuis bonus filius, illud obtinuit. Vnde Dauid monebat filiū H
suum dicens, obserua vt custodias mandata domini, vt confirmet
dominus sermones suos. Videas certe hoc tempore, quod pueri
& adolescentes vitiose agendo, omnibus manifestant, quales in
posterum sint futuri, suis fallacijs, lasciuijs, imposturis, &
vitijs. O infelicem ætatulam! O annos paruos, sed prauos! O
parentum eorum improbitatem, qui tam impuram liberis
relinquunt hæreditatem & doctrinam? Qui autem adolescentes
moderati, Vrbani, studiosi que sunt, & inquibus
est iam senilis animus, & Consilium sub iuuenili corpore,
hi certe maxima laude dignissimi sunt. Quare cum vir
deo

*Parētes optime informent liberos.*

A deo, non possum non & Deum factorem laudare, & pleno ore dicere: felices, quibus tales patres contigerunt! Solicitudo nobis inesse non debet, ait Chrysost. tam vt ipsos liberos vel posteros & successores diuitijs onustos relinquamus, quam vt eos virtutibus locupletes efficiamus, & Deum timere doceamus. Quod cum parentes non curant, inde fit vt filij si pater eorum fuerit aliquantulum senex, cũ quodammodo odio habeant, & mori desiderent, & si cito mortuus non fuerit, contemnunt eum quasi delyrum. Videas etiam aliquos parẽtes, qui

B curãt interdũ à sancto religionis proposito filios auocare. Contra quos non grauabor ex D. Ber. aliquid adferre in mediũ, ex quadam Epist. eius ex persona Eliç monachi ad parentes suos, ipsum ex religione educere volentes; ait enim. Si me vere vt boni, & vt pij parẽtes diligitis: si veram, quidẽ erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium Deo placere satagentem, inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere attẽtatis? vere nunc cognosco, quia inimici hominis domestici eius. In hoc vobis obedire non debeo, in hoc vos non agnosco parentes, sed hostes, si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem meum, atque vestrum, imo vniuersorum patrem:

C alioqui quid mihi, & vobis? Quid à vobis habeo, nisi peccatum & miseriã? Hoc solum quod mecum gesto corruptibile corpus, de vestro me habere fateor & agnosco. Nõ sufficit vobis, quod me in hanc seculi miseriam induxistis? Quod in peccato vestro, & peccatores peccatorem genuistis? Quod in peccato natum de peccato nutristis, nisi etiam inuidendo mihi misericordiã quam consecutus sum ab eo qui non vult mortem peccatoris, filium insuper gehennç faciatis? O durum patrem, ò sæuam matrem, ò parentes crudeles! imo non parentes, sed peremptores, qui me

D malunt perire cum eis quam regnare sine eis. Qui me rursus ad naufragium, exquo tandem nudus euasi, rursus ad latrones à quibus semiuiuus relictus sum, sed miserãte Samaritano iã aliquantulum conualui, reuocare conantur, & militẽ Christi prope iam capto cælo triumphantem, ab ipso iam introitu gloriæ, tanquam canem ad vomitum suum, tanquam suẽ ad lutum reducere moliuntur ad sæculum. Mira abusio! domus ardet, ignis quidem domui ipsi instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, euadenti suadetur regredi. Proh furor! si vos contẽnitis mortem vestram, cur etiam appetitis meam? si inquam negligitis salutem vestram, quid iuuat etiam persequi meam? Quare vos non potius sequimini me fugientem, vt nõ ardeatis? an hoc est

*Chry. ad po hom. 5. Parẽtes vt incũdã ducãt vitã, bene erudiãt liberos.*

*D. Ber. epi. 111.*

*Mich. 7.*

*Filii non debẽt in peccatis obedire parentibus.*

*Ezech 18.*

*Parentes grauiter errẽt cũ a religione auocant filios.*

*Pro. 28.*

*Parentes non debent praua dare filiis cõsilia.*

vestri cruciatus leuamen, si me etiam perimatis? & hoc solum E
*Luc. 16.* timetis, ne soli pereatis? ardens ardentibus quod solatium pręstare poterit? non hoc mihi persuadet diues ille, qui in tormentis desperatus de sui liberatione, rogabat nũciari fratribus suis, ne ipsi venirẽt in locũ eundẽ tormẽtorũ, timẽs proculdubio ex
*Gal. 1.* suorũ cruciatu augeri suũ. Nõ ergo vestro satisfaciã appetitui,
*Matth. 8.* sed potius vt ait Apos. nõ acquiescẽs carni & sanguini, vocẽ audiã dñi iube..is, dimitte mortuos sepelire mortuos suos, desini-
*Psal. 131.* te ergo patres mei, desinite vos frustra plorãdo affligere, & megratis reuocando inquietare, ne si adieceritis nuntios vltra mit- F
tere pro me, plus me elongare cogatis. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniã elegi eã. Hic pro meis, & pro ve
*Religiosi status perfectionis.* stris peccatis iugiter orabo. Hic precibus assiduis, quod & vos cupitis, impetrabo si potero vt qui eius amore hoc medio tẽpore ab inuicẽ separamur, in alio seculo simul felici & insolubili charitate & societate, in eius amore viuamus.

*Quam multi sint adulatores.*

G

POpulus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Qui veritatem hoc tempore annuntiare volunt, sibi diligẽter
*Threno 3.* prospicere debent, quia vt inquit Hieremi. formido & la-
*Gen. 6.* queus facta est nobis vaticinatio. Annon varias iniurias passus est Noe cum fabricaret Arcam, & hominibus veritatem
*Vix vllus audet fratrẽ suum corrigere.* nunciaret? Cum ergo mundus ita repenset eorum labores qui veritatem prædicant; inde fieri arbitror, vt tanta sit copia adulatorum, ita vt homines in suis vitijs pereant, nec sit qui audeat eis veritatem annuntiare, imo sunt multi, qui quasi lapidem collo appendunt, vt ita citius suffocentur & submergantur, dicunt enim quod talis sit humana fragilitas, & H
ideo non est mirum si peccent: alijs dicunt quod non debent mirari & si pænitentiam non agant. Atque ita miserabilis peccator sensim obdormiscit in suis vitijs & peccatis, iuxta illud Prouer. 18. impius cum in profundum venerit peccato-
*Pro. 18.* rum contemnit. Talibus adulatoribus potest dici illud Hiere-
*Hie. 20.* miæ. maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens, natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eum. Sic enim adulatores cum opus aliquod prauum quis commiserit, dicunt, quod opus quoddam heroicum ipse fecerit. Porro quamuis omnes fere expositi esse videantur adulatoribus, in primis tamen magnates, quib' vix reperitur qui veritatẽ dicere audeat.

Et ita

A Et ita aliquando permittit Deus vt parietes loquantur cum illis, cum quibus homines loqui non audent, ficut accidit regi Balthasar, qui cum in conuiuio & compotatione versaretur, atque templi vasis abuteretur, legit in pariete condemnationem suam. Demosthenes quidem dicere solitus erat, adulatorē longe crudeliorem esse ipso coruo, siquidem coruus tantum mortuo animali eruebat oculos, at vero adulator viuo homini. Vnde propterea Christus non solum in hoc Euangelio reprehēdit seuere adulatores, sed etiam alibi passim, vt intelligamus quan- *Mali quod malum est laudant.* *Multi adulatores* *Dan. 5.*

B tum ipsos fugere debeamus, propter tanta in cōmoda quæ nobis inuectant. Aduertant tamen adulantes quod lethaliter delinquāt si aliquem laudant propter mortale scelus quod commiserit: & quod alij gladio faciunt, hoc adulator ore committit. Vnde narrat Philoponus quod cum aliquando in bello milites buccinantem quendam & in prę̨lijs tuba clangentem comprehendissent, & cum occidere vellent, dixit ipse, quorsum me interficere vultis, qui nullum occidi? responderunt, quamuis manu non interfeceris, ore tamen interfecisti, incitans alios ad interficiendum. Seneca etiam narrat quod cum Xenophon tuba insonaret, statim Alexander Magnus illam sentiens, gladium *Demos.* *Simile.* *Adulatores quantū nocent.* *D. Tho. 22 q. 115. a. 2.* *Philo.* *Seneca.* *Xeno.*

C suum euaginabat, quasi præliaturus. Et certe qui tripudijs deditus est, vbi primum coraules audit, statim pedibus gestit. Sic ergo adulator lingua sua, quasi modulatur, cumque nos tā procliues ad malum simus, statim facile decipimur: quamobrem fugiamus semper eorum societatem. De quibus etiam Ose. ait, in malitia sua lętificauerunt regem. Sane quando Hieroboam vitulos conflauit, non defuerunt qui non solum non vituperarent, sed etiam laudarent. Vnde idem Propheta ait, cœperunt principes furere à vino, idest gaudere, propterea quod huius- *Alex.* *Ose. 7.* *Simile.*

D modi factum laudabant. Certe vt ait Pli. cum lasciuiunt belluæ & coitum mutuo expetunt, portentum quoddam est imminentis tempestatis: sic ergo cum mali sibi inuicem plaudunt tam adulatores quam adulati, indicium sane est alicuius imminentis tempestatis animę ipsorum. Non ergo huiusmodi plausus securos arbitremur, sed potius caueamus ne sint instar concentus Cygni, qui suauiter canit morti vicinus. Nos ergo extricemus ab huiusmodi hominibus, & eos acerbe carpamus. *Pli. li. 18. c. vlti.* *Simile.*

Vix iam inuenias aliquē qui te corrigat male agentē: imo potius te laudant. Vnde Dauid dicebat, laudatur peccator in desiderijs animæ suę. Sane cum Nabuchodonosor proposuit suis pri..ci-

principibus, illud iniquum factum suū de subijciendis sibi pro- E
uincijs, non solum non fuit reprehensus, verum etiā laudatus. *Psal. 9.*
Sic etiam cum rex Babyloniæ fecit adorare statuam, tātum abest *Iudith. 2.*
vt ab aliquo reprehenderetur, quin potius omnes propemodū
assistebant ei. Magi etiam Pharaonis quāuis intelligere viderē- *Dan. 3.*
tur Moysen à Deo mitti, vnde & dicebant, digitus Dei est hic,
nihilominus tamen Pharaonem non obiurgarunt, nec ei cōtra- *Exo. 8.*
dicere ausi sunt. Vnde Dauid ait, si videbas furem, currebas
cum eo. Certe quando videmus aliquem propinquum alicui cor
poris in fortunio, ipsum sedulo monemus vt sibi diligenter ca- *Psal. 26.* F
ueat: & tamen in tantis animæ periculis nullum fere inuenias,
qui te moneat. Sunt quidem adulatores instar Scorpionum cau- *Simile.*
da quidem adulātium, sed tamen ore mordentium. Instar quo-
rūdam etiam canum qui blandiuntur cauda, deinceps vero cum *Simile.*
accesserint, acerbissime mordēt homines. Instar etiam Syrenum
quæ suauiter canentes, dormitare faciunt nauigantes, atque ita *Simile.*
eos deuorant. Quemadmodum splendet Luna sine feruore, ait
Ber. modo plena, modo exigua, & modo nulla videtur: mutua *Simile.*
tum siquidem lumen, nunquam in perpetuo statu per manet, sed *D. Ber.*
crescit, extenuatur, & penitus non comparet. Sic qui conscien *ser. de nati. 5. Io. Bap.* G
tias suas in alienis labijs posuerunt, modo magni, modo parui
sunt, modo nulli, secundum quod adulātium linguis vel uitupe-
rare, vel laudare placuerit: at vero iustus permanet vt Sol. *Simile.*
Item indicæ testudines meridiano tempore blandiente, vt ait *Simile.*
Pli. gaudent toto dorso per tranquilla fluitare, donec oblitis *Pli. li. 9. c. 10.*
sui Solis vapore siccetur cortex vt mergi nequeant, iamque su-
pernatent, opportunę venientium prædæ: ita quidam spe ma- *Adulatores quātū noceant.*
gnarum rerum allecti, & vanis laudibus delibuti, cum in sui cō-
siderationem deuenire volunt, se quodammodo inhabiles inue-
niunt, atque ita à dæmonibus tanquam astutis venatoribus cō- H
prehenduntur. ferunt fabulatores vulpem in coruum incidisse,
qui caseum gestabat in ore; cuius vocem subdola vulpes collau- *Simile.*
dans, ad canendum inuitauit, & coruus amens hac laude delini- *Adulatores sunt instar vulpis.*
tus canere incipiens, caseum ab ore dimisit, quem vulpecula ra-
piens, delusumque cātorem relinquens, cum caseo aufugit: qua
fabella sapientes viri adulatorum venena melle lita significare, &
incautis prospicere voluerunt.

*Ori quomodo sit custodia adhibenda*

Q*Vod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Magna certe in
commoda & damna ab ore hominis incauti procedunt, &
propterea

A propterea magna cuſtodia debes os tuum conſeruare, & modeſtus ſemper eſſe, & ſi cum paupere etiam loqueris viro, nam etſi perſona illius tibi contemptibilis videatur, ait Chry. tamen dignitas Chriſtianitatis illius contemptibilis non eſt. Et ſi illum aſpicere non vis, tamen Chriſtum qui in eo eſt, aſpicere debes. Et ſi ille aliquid vanum audire meretur, te tamen dicere vanum aliquid non oportet, cum ſcriptum ſit, amen dico vobis, pro omni verbo otioſo quodcūque locuti fueritis, dabitis rationem. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat ait A-

*Chry. in non abs. ho. 11. to. 2*
*Matt. 12.*
*Ephe. 4.*
*Simile.*

B poſt. Et non dicit, ſiquis bonus tantūmodo, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei. Si ergo nec bonum verbum ſine cauſa dicere debemus, niſi fuerit pro occaſione ædificationis, ne ipſum verbum bonum dum ſine cauſa dicitur, inueniatur eſſe otioſum, & fiat malum, quanto magis illud verbum dicere non debemus, quod à ſemetipſo naturaliter malum eſt, & ad iniuriam pertinet audientis? deinde nunquid membrum oris noſtri quod ad ædificationem aliorum creatum eſt aut ad vſum corporis, aut ad gloriam Dei, trahimus illud ad vſum vanitatis? omnis enim ſermo vanus qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur. Va-

*Verba otioſa cauemus.*
*Pro. 30.*
*Simile.*
*Dan. 5.*

C num ergo ſermonem dicentes, non tantum ideo peccamus quia per illum ſermonem aliquem lædimus, ſed quia damus locum in nobis immundis ſpiritibus, agendi quod volunt. Hoc ſentiēs Salomon dicebat ad dominum, duo poſtulo à te ne auferas gratiam tuam à me priuſquam moriar, & vanum verbum ne exeat de ore meo. Si enim vaſa ſanctificata, ad priuatos vſus transferre peccatum eſt & periculum, ſicut docet nos Balthaſar, qui bibens in calicibus ſacratis, de regno depoſitus eſt, & de vita: ſi ergo hæc vaſa quæ ſunt ſanctificata, ad priuatos vſus transferre ſic periculum eſt, quanto magis vaſa corporis noſtri quæ

D ſibi Deus ad habitaculum præparauit non debemus locum dare diabolo agendi in eis quod vult?

*Ephe. 4.*

Noli ergo verbo aliquo contumelioſo moleſtiam fratri tuo exhibere: an forte neſcis, ait Chryſoſ. quia plurima pars culparum atque pænarum, à ſermonibus ſumat exordium? Nam & blaſphemia per verba, & Dei negatio per verba, inde & maledicta, & iniuriæ, atque periuria, & falſa teſtimonia, & ipſa frequēter homicidia. Noli igitur aſpicere quod vnus hic ſermo ſit, ſed quantum periculi habeat expende. An ignoras inimicitiarū tempore incandeſcere ira, etiam minimum aliquod magnum videri? Tunc quippe & quod non valde iniurioſum eſt, intus tamen putatur oneroſum. Nam ipſa paruula, & homicidia ſæpe pepererunt,

*Chry. in Matt. ho. 16.*
*Lingua quanta adportet dāna.*
*Simile.*

pepererunt, & vrbes crebro integras subruerunt. Sicut enim manente amicitia, etiam quæ molesta sunt, leuia dicuntur: sic inimicitijs obortis, leuia quæque pro grauissimis audiuntur. Nam etsi simpliciter aliqua dicantur, de malo tamen animo prolata creduntur. Quandoquidem ait Augustin. linguam habemus tam lubricam atque effrenatam, postulare debemus à Deo vt nobis auxilium suum præstare dignetur, quo eam frænare & cohibere possimus, ne se immoderate effundat. percontatur D. Basil. nunquid rectum sit in vniuersum vbique silentium seruare? Respondetque silentium seruandum esse debito loco & tempore. Amos 5. prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Et Dauid ait, posui ori meo custodiam. Cęterum necessarium est perpetuum silentium, quousque & à vitio petulantię in dicendo sanemur, & in otio discere possimus quã do & quid, & quomodo loqui oporteat. E F

*Aug. de ver. do. ser 4. Bas. libr. Reg. bre. inter. 280 Amos. 5. Psal. 37.*

Duplici gubernaculo seu fręno lingua nostra moderanda est, vt & de se quisque modeste loquatur, & de alio nil mali proferat. Simonides quidem quemadmodum prodidit Plutarc. dicere solitus erat, tacuisse nunquam me pænituit, locutum vero fuisse sępe. In lib. de institutione & educatione principum, ait Plutar. silentium bene ordinatum, magnam esse sapientiã. Discipulorum etiam pythagoræ vt refert Aulus Gel. Quidam seruabant silentium per biennium, alij vero per quinquennium. vsque adeo laudabilis est moderatio in loquendo, & honesta ac seria quædam verborum compositio, vt in Con. Cartha. diceretur, clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum: si cui essent varia animalia conclusa, vt equi, tauri & similia, eaque inde soluta libere emitteret, annon, quęso ad illa reducenda & reuocanda maximo quodam labore vteretur? At vero si ea ex suis repagulis & stabulis abire non sineret, per facilis sibi etiam variorum animalium esset custodia: ita plane si lingua soluatur per blasphemias, murmurationes, periuria & similia mala, per difficilis quidem est eius custodia: sin autem silentij vigilanti custodia sepiatur, & eius fræno cohibeatur, tunc certe facile custoditur, & ab innumeris incommodis tuta seruatur, ac veluti passerculus aliquis intra auiarium vndique obseptus custoditur. Sane tanti momẽti est silentium, vt Christus tacere voluerit per 30. annos prius quam prædicaret. Item Ioãnes tam eximius fuit predicator, quia tantum obseruarat silentium. Sunt tamen non nulli qui si ioco, conuiciove ab aliquo læsi fuerint, vt ait Chry. vel in aduersam valetu- G H

*Simil. Plu. Au. Gel. lib. 1. noc. Atti. Con. Car. 4. c. 60. Simile. Silentium quanta ad portet bona. Silentium Christi per 30. annos.*

A valetudinem inciderint, veluti podagram, aut capitis dolorē, aut alium huius generis morbum, illico blaſphemias effundūt, ac moleſtiam quidem morbi ſuſtinent, cęterum fructu priuantur. Quid facis ô homo in beneficum, in prouiſorem, in tui curam agentem, in ſeruatorem cōuicia iaciens? nec teſentis in præcipitium abripi, teque ipſum ad extremi exitij barathrum deijcere. Num ſi blaſphemiam proferas, leuiorem reddis morbum? exacerbas potius illum ac moleſtiorem reddis cruciatum. Propter hoc enim diabolus innumeras impingit moleſtias, vt in tantum barathrum te præcipitet: & ſi quidem viderit te blaſphemias
B proferentem, protinus auget dolorem, quo ſtimulatus rurſus indigne feras. Quod ſi viderit te fortiter perferre, quoq; morbus fuerit acrior, hoc magis Deo agentem gratias, deſiſtit, vt qui in caſſum, fruſtraque pergat imminere: Et quēadmodum canis aſsiſtens menſæ, ſi viderit hominem veſcentem, ſubinde aliquid eorum quæ in menſa ſunt, ipſi proijcientem, manet aſsidue: quodſi ſemel atque iterum ſic aſtitit, vt diſceſſerit nil adeptus, protinus abſtinet, vt pote qui iam fruſtra & in caſſum aſſiſtat: itidem & diabolus iugiter inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ceu cani proijciamus: hoc accepto rurſus aggreditur:
C quodſi perſeuerauerit gratias agere, iugulauerit eum fames, celeriterque abegeris, & aufugere feceris.

*Chry. in Luc. c. Laza. cō. 3. to. 2.*

*Blaſphemi quātū offendant Deum.*

*Patientiā in laboribus habeamus.*

*Simile.*

*Patientia pellit dæmonem.*

## *APPENDIX.*

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur.* Apertos quidem habent mali oculos ad alienos luſtrādos defectus. Vnde ſcriptura ait, quod poſtquam peccarunt primi parentes, aperti ſunt oculi eorum. Et Pro. 12. dicitur, viſcera impiorum crudelia. Sic Dauid in pec-
D cato manens iudicauit ſtatim dignum eſſe morte illum qui vnicā abſtulerat ouem, dicens, reus eſt mortis vir ille. Itē Iudas filius Iacob dixit de Thamar nuru ſua, producite eam vt cōburatur Gen. 38. cum tamen ipſe delictum admiſiſſet, ſic ergo iſti Phariſęi ſegerunt, & ſuos defectus obliuiſcuntur. Vide etiam quomodo tractauerit Chriſtus illos qui adulteram accuſabant.

*Gen. 3.* *Pro. 12.* *2. Reg. 12.* *Gen. 38.* *Ioan. 8.*

*Honora patrem tuum.* Magnum ſane delictum hoc eſſe debet non honorandi parentes, cū hoc tantū in medium adferre voluerit. Cum ſuaderet Iudas patri ſuo Iacob vt ipſis Beniamin relinqueret, vt cum eo in Ægyptum proficiſcerentur, & ipſe ſenex id facere recuſaret, ait Iudas, mitte puerum mecum,

*Graue ſcelus non honorare parentes.* *Gen. 43.*

*maledictio parentum quã sit gra uis. Fer.*

nisi reduxero & reddidero eũ tibi, reus ero peccati in omni tẽpore: quasi diceret, referam maledictionem tuam tanquam ino bediens patri. Quod cum senex audisset, quod scilicet tam graue scel' supra se imponeret, annuit vt secum Beniamin adferret. Vnde facile colligas quãtũ scelus esse ducerent patriarchę non obedire parentibus suis. Vix sane reperias aliquod scelus quod excusatione aliqua non videatur posse velari & obtendi, hoc tamen excusationem nullam habet. E

## *FERIA QVARTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.* F

## CONCIO QVARTA.

*Solitudo & silẽtium custodiunt cor nostrum.*

*Cogitationes nostra honeste sint.*



*VARE discipuli tui transgrediuntur &c. Matt. 15.* Sane si ori nostro custodiam adhibere debemus, multo etiam magis cordi nostro custodia adhibenda est, nam vt ait Christus in hodierno Euãgelio, *de corde exeunt cogitationes malæ.* Conducit autem plurimũ ad custodiendum cor nostrum, solitudo & silentium: & cum videamus sanctos viros amicissimos fuisse harum rerum, vt Ioannẽ Baptistã, multo sane diligentiores harum rerum obseruatores nos esse debemus, cum inde procedat vita, vt ait Sapiens. Et Dauid dicit, vacate, & videte quoniam suauis est Dominus. Et Eccl. ait, sapientiam scribe in tempore vacuitatis. Tantum quidẽ amat De' quietem, vt quamuis dies omnes creauerit, tamẽ septimo benedixit, quoniam in eo requieuit ab vniuerso opere quod patrauerat. Item sponsus monet ne suscitent sponsam contemplationi vacantem in quiete, cum ait: adiuro vos filię Hierusalem per capreas, ceruosque camporũ, ne suscitetis, neque euigilare faciatis sponsam, donec ipsa velit. Sed quam quæso quietem potest habere homo, qui tantis se implicat negotijs secularibus, tantæque cupiditati & auaritię? Et certe solemus ex periculo accedere ad locum tutum, à tempestate ad portum, ab hostili pugna ad præsidium, & tamen non confugimus ad solitudinem & quietẽ, cum cor nostrum videmus varijs concussum angustijs & pressuris rerum temporalium, atque rerum cęlestium oblitum. Hebręi quidem perpetuo ignem in altari conseruabant, vt constat ex Leui. G H

*Pro. 4.*
*Psal. 48.*
*Eccle. 38.*

*Gen. 2.*
*Con. 2.*

*Occupationes mũdanæ nos plurimum distrahunt.*

A Leuit. cumque in captiuitatem ducerētur, eum absconderunt sub terram, & in aquam quodammodo versus est, cum vero reuersi essent, & sacrificio adhiberent eum, etiam ad Solem ardebat, itaque in Hierusalem erat ignis, & extra Hierusalem aqua. Vt intelligamus quod in quiete & contemplatione diuina homines ardent sicut ignis, qui tamen negotijs mundanis captiui, refrigescunt tanquam gelu.

*Figura. Leui.6. 2. Mac.1. Quies quātum cō ducat.*

Porro varios quidem homines subeunt labores negotijs mundanis implicati, & non inde secedentes in quietem, neque fugiētes B inconuenientia multa quæ inde consequuntur. Existimabat certe Dina filia Iacob quod in Sichem tantum essent mulieres, vnde textus ait, egressa est autem Dina, vt videret mulieres regionis illius, sed tamen homines etiam inuenit, & quid ipsi acciderit considera: quæ tamen incommoda non incurrisset, si Dina in quiete se continuisset. Quod si talia succedunt his qui non habent deprauatam intentionem, quid quæso accidet illis qui deprauato animo accedunt? Dixit olim Deus Hebręis, cauete ne ascendatis in montem, neque tangatis fines illius: Mirum certe est quod solum attactum digiti prohiberet cum mortis comminatione. Sed tamen nouerat Deus quam ex leui occa C sione nos soleamus in malum præcipitare, & idcirco simplicem digiti prohibuit contactum: Si enim eum permisisset, statim manu voluissemus contingere, & ex inde brachio atque exinde pede, atque ita nimiam nobis licentiam vsurparemus, atque idcirco prohibuit parua, ne in magna laberemur Itaque occasiones fugiamus malorum & in solitudinem atque quietem secedamus. Poterat quidem Deus per aliam viam Hebręos ducere, vt non transirent mare rubrum, at vero eos voluit hac via ducere, ne occasionem haberent reuertendi in Ægyptum. Qui ad Ludos videndos pergit, statim solet affectum suum Ludo intendere: & D qui lasciuiarum spectator est, etiam ipsis facile adhærere solet.

*Occupationes mūdanæ periculosæ. Gen.34. Exo.19. Ex leuib' occasionibus statim Deum offendimus. occasiones noxias declinemus.*

Cæterum quantum fugere debemus occasiones, quæ nos in Dei offensam perducunt, quāuis minimas, facile ex subiecto exēplo cōspiciemus. Habetur quidē in Gen. quod cū vidisset Sarra filiū Agar Ægyptię ludentē cū Iaac filio suo, dixit ad Abrahā, eijce ancillā hanc, & filium eius: videbatur sane Abrahæ ipsi res hæc exigui ponderis propter quam id facere deberet, vnde & textus ait, dure accepit Abraham hoc pro filio suo. Sed tamen optime monebat Sarra, cum ludum luderet pessimum Ismael, faciens fictilia idola, atque adigens ipsum Isaac, vt ea adoraret, sicut in Ægypto fieri viderat. Sed dices tu, quorsum

*Gen.21. Qui parua negligit, magna sæpe incurrit.*

eijciebat etiam Agar, cum sufficeret solum eijcere ipsum Ismaelem? ad quod respondeo, quod si mater ibi remansisset, venisset aliquando ad eam visitandam filius suus Ismael, & facile consimili ludo lusisset cum Isaac, atque idcirco voluit prudentissima Sarra occasiones omnes extirpare. Sic ergo non sufficit tibi vt non pecces, sed debes omnes peccãdi occasiones conuellere penitus, nec solum propinquas, sed etiam remotas quantum potes. Nam ligna quidem non statim atque soli exponuntur, desiccantur, sed paulatim adcomburendum disponuntur. Sic ergo Isa. ait, concipietis ardorem & parietis stipulam. Istæ autẽ omnes occasiones solitudine amputantur. O felicem illum qui quamuis in frequentia versetur, tamen solitarius est! Vnde animæ deuotæ dicit Psalmographus, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Vbi aduerte quod non ait, obliuiscere inhonesta, sed etiam obliuiscere aliqua quæ etiam videntur licita. Amicus quidem est Deus quietarum animarum, & contemplationi vacantium, non autem earum quæ plus volunt sapere, & videre, atque audire, quam oporteat. Vnde Eccles. ait, non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Sane plurimũ confert vt cælestia videamus, oculos habere clausos & cæcos ad mundana. Non reliquisset tam bonum sibi hæredem Isaac, nisi cæcus efficeretur, volebat enim Esau hæredem relinquere, & tamen cum cęcus efficeretur & caligaret, reliquit Iacob. Vt bona de cęlestibus sentiamus, modicam habere debemus notitiam rerum mundanarum. Sic erco Isaac, bene olebant vestes filij sui Iacob. Cum Christus etiam in cęlum vellet ascendere, dixit discipulis suis, sedete hic in ciuitate, donec induamini virtute ex alto: vbi non tam sessionem ipsam commendauit, quantum quietem ipsam & studium contemplationis, cui intendere debebant, vt spiritum Sanctum acciperent. Apes quietæ mellificant. Et Isa. ait, super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Item Arist. etiam ait, quod anima sedendo & quiescendo fit sapiens. Magna certe in solitudine accipit à Deo beneficia anima. Vnde per Oseam ait, lactabo eam, & ducã eam in solitudinem. Hinc etiam Dauid dicebat, quis dabit mihi pennas sicut columbæ? scilicet vt in solitudine possim fugere peccata. Vnde & post ait, ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine: & narrans quid ibi faceret, ait, expectabã eũ qui saluum me fecit. Et certe quamuis omnes adornet laudabilis solitudo, præsertim tamen viros religiosos decorat magnopere: est enim magnus religiosi honor neminem cognoscere, & à nemine cognosci.

*Occasiones nocituras iã eminus fugiamus.*

*Simile.* *Isa. 33.* *Psal. 44.*

*Solitudo & quies quãtum cõducant.*

*Eccl. 1.* *Gen. 27.* *Gen. 27.* *Luc. 24.* *Simile.* *Isa. 66.* *Arist. 7. Phy. tex. 20.* *Osea 2.* *Psal. 54.*

*Solitudo laudabilis omnib⁹ conducit.*

E F G H

A gnosci. Vnde Eusebius ait, Monachi gloria est à nemine cognosci. Quin & puellas quidē plurimū exornat ipsa solitudo: vnde Deus præcipiebat in lege, vt ter in anno præsertim omne masculinum appareret in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel; vbi non legitur quod id præciperetur mulieribus, ne distraherentur à sua solitudine & quiete. Hoc igitur sibi persuadeat puella, publicandam magis fore suam virtutem & pulchritudinem, si intra domum se contineat, quam si huc & illuc discurrat: sicut qui in torneamenta prodit eques, tunc multo magis B omnium oculos & animos in se conuertit, & omnibus admirationem generat, cum se valde occultat, quam si se omnibus manifestet. Non ergo sunt virgines instar vestium, quas necesse est auræ exponere, ne à tinea lædantur, imo potius ex discursibus magna solent puellæ incurrere incommoda. Debet igitur virgo esse instar literę. O, quæ vndique clausa est, ita vt omnes dicere possint. O modesta virgo, ô quam honesta, ô quam obediens, ô quam solitaria, quanta virtute prędita! debent igitur omnes solitudinem amare, nisi velint ea incurrere incommoda quæ Christus narrat in hodierno hoc Euāgelio, C propter minimam cordis sui custodiam, quæ quidem videtur magis periclitari in frequentia, quam in solitudine. In cuius rei figuram exploratores terrę promissionis dixerūt ad Rhaab, qui ostium domus tuæ fuerit egressus, sanguis ipsius erit in caput eius.

*Eusebius.* *Exo. 34.* *Mulieres solitariæ sint.* *Simile.* *Dissimile* *Puellæ in solitudine domestica versentur* *Iosue. 2.*

### *Adulteria, & reliqua carnis vitia, quam sint detestabilia.*

D INter alia quidem mala quæ de corde exeunt, inquit Christus esse adulteria. Quod quidem peccatum grauissimum esse debet, cum in veteri lege, lapidationis morte puniretur. Magna certe incommoda secum hoc scelus adportare solet, magnam cæcitatem, & distractionem adfert vitium carnis, adeo vt viri carnales nihil aliud secum cogitent diu, noctuque, & propterea non est mirum si grauiter puniātur. Vnde dixit Deus regi Abimelech, redde viro suo vxorem, si autem nolueris, scito quod morte morieris tu, & omnia quę tua sunt. Vnde colligas obiter, quod propter peccatū regum interdū puniūtur subditi: quod etiam sentire visus est Abimelech cum ait, induxisti super me & super regnū meū peccatū grande.

*Leui. 20.* *Adulterium grauissimum scelus.* *Gen. 20.*

Si ergo Deus totum regnum vastare decreuerat propterea quod vir Ethnicus alienam rapuisset vxorem, cur quæso audet vir Christianus tantum perpetrare facinus? Aduerte preterea quomodo dixerit rex ipsi Sarre, memento te deprehensam, quasi diceret, caue ne iterum dissimules te connubio iunctam. Chrysost. quidem ita declarat, quocumque perrexeris verũ dic, idest dicito verum te à me minime fuisse tactam, & tuum ac meum honorem tuere. Vnde colligas quantam hic Barbarus rex curam haberet de bono nomine, propter malum exemplum, quod ex huiusmodi facto, si illud admisisset, oriri poterat. Sed iam hoc tempore tantum abest vt multi conentur à se falsam hanc ignominiam depellere, vt potius glorientur etiam se fecisse adulterium, cum non fecerint. Tanta autem est fæditas huius vitij carnalis, vt nollet Deus eos qui Sodoma fugiebant, retro aspicere, ne etiam compaterentur illorum calamitati. Vnde Bonifacius Martyr Archiepis. Moguntinus scribens regi Anglorum, ait; si in tuo regno sunt aliqui viri carnis vitio dediti, eos castiga, quamuis tibi familiares: nec timeas propterea quod videantur tibi ad bellum necessarij, nam ex huiusmodi hominibus maledictis, quæ virtus; aut quæ victoria poterit sperari? sicut, in Hispanis hominibus compertũ est: quia inhonestissimi enim fuerunt, ideo iratus est Deus in eos, vt in pœnam peccatorum suorum, Mauros & Turcas ad illos miserit, qui illorum terras vsurparent, illisque mortem inferrent. Vide quomodo hic sanctus vir tribuat Hispaniæ deuastationem huiusmodi peccatis: quod ex eo constat quia hæc epistola scripta fuit anno 755 & deuastatio Hispanię fuit anno 714. Adde quod August. dicit lib. 3. de Ciui. Dei cap. 10. quod tot carnales delicias inuenerunt iam homines, vt etiam dæmones videantur auertere oculos ne eas videant.

*Punit interdum Deus subditos propter peccata superiorum.*

*Chrysost.*

*Bonũ nomen conseruemus.*

*D. Boni. in c. si gẽs Anglorũ dis. 56.*

*Simile.*

*Hispania vastata olim propter Hispanorum scelera.*

*D. Aug.*

Cęterum inter hæc carnis vitia, graue admodum est ipsum adulterium, contra quod seuerissimam quandam legem sanxit Deus, vt habetur Num. 5. scribit quidem Aulus Gel. quod cum Alexander Magnus iactaret se filium esse Iouis, eius mater Olimpias plurimum indignata est, & scribens ei conquesta est quod ipsam adulteram faceret, vt inde intelligas quãtopere gentiles etiam huiusmodi adulterij vitiũ odio prosequerentur, cũ neq; quos tanquã Deos colerent, vellent sibi in adulterio copulari ipsę mulieres. Tũ etiã hoc ipsum ex sacris literis colligitur, siquidem Abraham dixit Sarræ coniugi suæ, dic obsecro quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima

*Num. 5.*

*Au. Gel. li. 13. c. 4.*

*Adulteriũ etiam gentiles oderant*

*Gen. 12.*

A anima mea ob gratiam tui. Quasi diceret, nisi ita dixeris, interficient me, vt possint te abuti. Et Lyra etiam ait, quod probe nouerat Abraham quam graue scelus esse ducerent Ægyptij ipsum adulterium, adeo vt minus inconueniens ipsis esse videretur interficere maritum, vt possent libere abuti eius cõiuge, quã viuente marito adulterium committere. Vnde & Abimelech huc alludere visus est, cũ ait ipsi Abrahę, quid fecisti nobis? Quasi diceret, magno sane periculo nos exposuisti, vt scilicet coniuge tua abuteremur, & ita adulterium cõmitteremus, quod apud nos

*Glos. Ly. in Gen.*

*Gen. 20.*

B grauissimum est scelus. Tale quiddam visus est dicere rex Palęstinæ ipsi Isaac dicens, quare imposuisti nobis? Poterat quispiam de populo cum vxore tua coire, & induxeras super nos grande peccatum. Quæ igitur tanta est ignominia nostra, vt tam graue scelus etiam apud gentiles detestabile, leue esse ducamus? Si etiã gentiles illos reges propter huiusmodi scelus tam grauiter De⁹ punire decreuerat, quantum putas supplicium paratũ esse Christianis, qui huiusmodi crimen incurrere non erubescunt? Ipsa quidem naturali ratione ait grauis, quidam Doctor, & iustitia, hoc facinus omnibus hominibus inhibetur, & leges præterea

*Gen. 26.*

*Adulteriũ quã se uere puniat Deus*

*Simon. de Ca. li 3. c. 2.*

C Persarum Medorum, Gręcorum, & Romanorum hoc suis decretis cauerunt, nempe ne quis alterius vxorem inuadat: & ipsa ratio aperte suadet etiam, quod homines tantum scelus fugere debeant. Porro non debet etiam dumtaxat vxor id cauere ne adulterium committat contra virum suum, neque vir contra vxorem, sed adhibere etiam debent maximam diligentiam, vt occasionem omnem amputent, quæ aliquid commercij cum adulterio habere videatur, vel ex qua male vterq; possit suspicari, vt ita bonum nomen atque famæ integritatem vterque conseruet. Ad quam quidem famam conseruandam & posteritati propagan-

*Autor.*

*Occasiones male suspicandi de nobis fugiamus.*

D dam, nos etiam Philosophi cohortantur. Siquidem Pythagoras dixit, quę nefas est facere, ne suspectus habearis quasi faciens. Æschines etiam dixit, vitam adeo puram ducito, vt ne in suspicionem quidem criminis incurras. Isocrates, conare monumenta virtutis post te, magis quam corporis imaginem relinquere. Et alibi idem ait, non committe vt natura tua simul vniuersa intereat, sed cum corpus mortale tibi contigerit, animus vero immortalis, conare immortalem animæ tuæ memoriã omni posteritati propagare. Sane quod mulieres ipsę sint adulteræ, fit postmodum vt homicidæ etiam sint liberorum suorum, siue in vtero, siue susceptis liberis post vterum. Quod grauissimum crimen vide quãtopere detestetur Con. Ancyranum siue

*Pytha.*

*Aeschi.*

*Isoc.*

*Bono nomini inten̄damus cõseruando.*

*Con Anc. Gratia.* Anchyritanum vt dicitur à Gratia. nam ita habet, de mulieri bus quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum vt vtero conceptus excutiātur, antiqua diffinitio est, vsque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia remoueri: humanius autem nunc diffinimus, vt eis decem annorum tempus tribuatur. Item in Con. Constant. 6. sub tribus Pontificibus celebrato, aduersus Sergium & alios hęreticos, dicitur, quod quæ pharmaca procurant aborsus facientia, & quæ venena suscipiūt partus perimentia, pœna occisoris accusentur. E

*Aborsus volūtari' quā graue sit scelus.* *Con. Cōs. 6. Can. 91.*

F

### *Falsa testimonia quam sint detestabilia.*

DE corde exeunt falsa testimonia. Inter alia etiam mala quæ de corde proficiscuntur, sunt ipsa falsa testimonia, in quę multi turpissime labuntur. Vide enim obsecro quam perfricta fronte de castissima Susanna falsum perhiberent testimonium, impudentissimi illi senes, dicentes: cum deambularemus in pomario soli, ingressa est Susanna cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas, venitque ad eam adolescens qui erat absconditus & cōcubuit cum ea. Porro nos cū essemus in angulo pomarij videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri: & illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiliuit: hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Annon vides quam impudens testimonium contra innocentem Susannam promulgarunt, quæ apud omnes castissima habebatur? adeo quidem vt textus dicat, quod post quam senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer, quia nunquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. Sed nihilominus morti tradita esset, nisi Deus suscitasset spiritum Danielis, qui sua sapientia omnes dolos senum manifestauit, & puritatem Susannæ declarauit. Quid dicam etiam de falso illo testimonio quod Siba perhibuit ante Dauidem de domino suo Myphiboseth? nam cum ipsi Sibæ fuisset commissa cura familiæ Myphiboseth filij Iona. ipse aliquando in fraude & dolo accessit ad Dauidem cum fugeret ab Absalone, cumque interrogaretur à Dauide quid faceret Myphiboseth? possetque vere respondere quod doleret maxime propter Dauidis calamitates, & quod libenter ipsum sequeretur nisi à paralysi sua impediretur nihilominus tamen proditorie locutus est contra

*Dan. 13.* G

*Vide quāti lateant in mundo doli.*

*Testes falsi quantū nocęant.* H

*2. Reg. 6. Sæpe falsa testimonia a plerisq; dicuntur propter res temporales.*

A est contra Dominum suum Myphiboseth dicens : remansit in Hierusalem dicens , hodie restituet mihi Dominus Israel , regnum patris mei . Considera obsecro quam proditorium esset hoc falsum testimonium , quamque alienum ab intentione ipsius Myphiboseth . Siquidem textus ait , quod postquam Dauid obtinuit victoriam , Myphiboseth filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus , & intonsa barba , vestesque suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex , vsque ad diem reuersionis eius B in pace . Sed quidem nihilominus tamen vt intelligas quantum noceat pestilens lingua , quamuis Myphiboseth se diligentissime purgaret apud Dauidem de huiusmodi infamia, dimidiam bonorum suorum partem propter falsum illud testimonium amisit . Vide præterea quantum nocuerint ipsi Naboth falsa illa testimonia quæ produxit Iezabel contra ipsum : dixerunt enim hoc testimonium de eo ante populum , benedixit , idest maledixit Naboth Deum & regem . Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem , & lapidibus interfecerunt . Fuit tamen huiusmodi mors vl- C ta à Deo , vt sacer textus narrat . Sed quis præterea satis explicare queat falsissimum illud testimonium quod scribæ & Pharisæi tractarunt cum ijs qui sepulchrum custodiebant ? nam vt ait Matth. congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes : dicite quia discipuli eius nocte venerunt , & furati sunt eum nobis dormientibus : at illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti : & vt ait Matth. diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem . Vide etiam quid fecerint falsi testes contra Stepha- D num , & contra Christum.

*2. Reg. 19.*

*Pestilens lingua quantum noceat.*

*3. Reg. 21.*

*Mat vlti.*

*Vide quã facile inueniãtur falsi testes*

*Matt. 26. Acto. 6.*

Adeo sane mundus delinquit circa falsa testimonia, vt iam publica sit vox, quod vel vno tantum argenteo nummo tibi statim parabis falsum testem , qui mille proferat mendacia , imitando dæmonem patrem suum qui etiam mendacium primis parentibus protulit dicens , nequaquam quidem moriemini. Vbi tamen obiter aduerte quod dæmon vt mendacium proferret , voluit etiam se serpentis forma induere, quasi non audere videretur sub propria forma mendacium proferre : & tamen hoc tempore iam multi nil verentur palam falsa testimonia proferre in magnum præiudicium & incommodum proximi . Si os

*Gen. 3.*

*Mentiri infame est.*

quod mentitur, occidit animam, vt dicitur in libr. Sapi. quanto magis si mentiatur in tam notabile detrimẽtum bonorũ & famæ proximi sui? Perpetuo igitur veritatis amator esse debet testis, & quamuis interdum liceat eam obtegere, nunquam tamen licitum est mentiri. Qua quidem cautela Sedechias quamuis malus vti voluit cũ Hieremia, cũ ait illi, si autẽ audierint principes quia locutus sũ tecũ & venerint ad te, & dixerint tibi, indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes, & non te interficiemus, & quid locutus est tecum rex, dices adeos, prostraui ego preces coram rege ne me reduci iuberet in domum Ionatham, & ibi morerer: & certe hoc petierat Hiere. à rege quamuis sub alijs verbis: atque hoc pacto celauit secretum regis. Legatus fidelis, sanitas, vt ait Sapiens, & lingua tertia multos commouit. Tunc est autem lingua tertia, quando non solum recitatur quod prius fuerat auditum, sed etiam aliquid de proprio additur quod est contra eos qui loquaces admodum sunt, & delectantur noua nuncia primi ad alios deferre, antequam etiam interrogentur addunt etiam de suo multa. Iam hoc malum vniuersum orbem occupauit. Vnicum quidem fratrem suum tantum interfecerat Absalon, nempe Amnon, dicit tamen textus quod fama peruenit ad regem Dauid dicens, percussit Absalon, omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Mirum autem quod cũ hoc vitium tam antiquum sit & vetus, tam pauca tamen contra illud nonnulli scripserint.

*Sap. 1.* *Hiere. 38.* *Pro. 13.* *Eccl. 28.* *Autor.* *2. Reg. 13.* *Noua nũtia quomodo amplificentur.*

E F G

## APPENDIX.


*Et irritum fecistis* Non verebantur frangere Dei præceptum de honore parentum, & tamen plurimum detestabantur quod discipuli non lauarent manus sicut ipsi faciebant. Sic etiam in libro Iudicum habetur quod cum Michas quandã pecuniæ summam matri suę abstulisset, & postea resciuisset quod ipsa vellet eam pecuniam ad idolum conflandum, statim eam restituit, quod sibi videretur impedire Dei cultum: & habebat scrupulum sic generabat de pecunia quã matri suæ abstulerat, quam ad tale opus conflandum restituere non debebat. Tales ergo erant hi Pharisæi. Et certe cum longe abesset à cordibus eorum Christus, propterea nil boni producebant: & sicut vbi abest Sol, non producuntur pretiosæ plantæ: ita etiam cum longe ab eis abesset Sol iustitiæ Christus, propterea virtus in eis non generabatur, sed iniquitas, fraus, dolus, & murmuratio.

*Iudi. 17.* *Multi de re maxima nullũ habẽt scrupulum, & tamen de minima habent.* *Simile.*

H

A FERIA QVINTA POST TERTIAM DOMI NICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO PRIMA.



VRGENS *Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis*. Luc. 4. Matt. 8. Mar. 1. Synagogam, ait Inno. propter perfidiam reprobauit, & Ecclesiam propter obedientiam præelegit. Hodierna lectione ait Chrysolo. didicit attentus auditor, quare cœli dominus, restaurator vniuersorum, terrenas quidem intrauerit mansiones. Sed nil mirum si ad infirmam dignanter accessit, qui clementer venerat omnibus subuenire. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus*. Videtis quę res ad domum Petri inuitauerit Christum, vtique non discumbendi voluptas, sed iacentis infirmitas: non prandendi necessitas, sed salutis occasio: diuinæ virtutis opus, non humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, sed lachrymę fundebantur: turbabat ibi familiam non cura cõuiuij, sed cura languentis. Febris ibi, nõ edacitas æstuabat. Vnde illuc Christus non epulas percepturus, sed vitam redditurus intrauit, iuxta illud quod ait Ioan. 10. Ego veni vt vitã habeant & abundantius habeãt. Deus querit homines, non humana: cælestia dare cupit, non concupiscit inuenire terrena. Christus ergo recepturus nos, nõ nostra quæ siturus aduenit. Ingressus igitur domum Petri ad quod venerat vidit: non aspexit qualitatem domus, non occurrentium turbas, non salutantium pompam, non familiæ concursum, certe non ipsum præparationis ornatũ sed inspexit gemitum languentis, febrientis attendit incendium vidit periculum desperatæ, & statim manus ad opes suæ deitatis extendit, nec ante ad humana discubuit Christus, quam mulier quæ iacebãt consurgeret ad diuina. Præclare quidem & per humane socrum suam tractabat Petrus, & socrus Petrum, contra quam faciant multi hoc tempore, qui cum sint generi, odio prosequuntur socrus suas & soceros, & socrus ipsæ ac soceri, generos, imitantes impietatem illius Ptolomęi contra Alexandrum, de quo habetur 1. lib. Mac.

*Inno. 3. in hac ser.* — *Chrysolo. ser. 18.* — *Ioan. 10.* — *Christus. Afflictionibus nostris condolet* — *Autor.* — *Socrus suas multi odio habẽt* — *1. Ma. 11.*

*Tenebatur magnis febribus*. Peccator ait Inno. non vno tantũ vitio, sed pluribus atque magnis irretitur. Cæterum interpollata febre laborat, qui quandoque pænitet de peccato, sed ad illud tamen reuertitur tanquam canis ad vomitum, & talis quandoq; tertiana, quandoq; quartana febre laborat secundum quod facile

*Simile. Inno. 3. in hac ser.*

vel facilius, vel etiam facillime pœnitens relabitur in peccatum. Nemo tamen desperare debet, quia cum rogauissent illum pro ea imperauit dominus febri, ipsa vero febris statim eam dereliquit. E
Deo liben ... ernia
Sic enim nobis eueniet, si patronos quęsierimus qui pronobis intercedãt, vt scilicet varias à nobis propellat infirmitates. Sunt siquidem non minus varię atque multiplices spirituales infirmitates, quam corporeę. *Et rogauerunt illum pro ea*. Obserua quod beatus Petrus, non auertebat Christum à prædicatione vt domũ
Exod. 32.
suam veniret ad sanandam infirmam socrum. Hæc enim sanctorum perfectio est, vt propria obliti, nullam habeant rationẽ nisi alienorum bonorum. Sic Moyses, cui dominus maiora promittebat, hæc omnia oblitus, tantum de populi vtilitate curabat, dicebat que domino, parce populo tuo, aut delemede libro tuo. F
2. Cor. 12.
Paulus etiam Corinthijs ait, ego autem libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris, licet vos plus diligens, minus diligar. Et Christus cum captus fuit in horto,
Joan. 18.
dixit: sime quæritis, sinite hos abire. Et ad filias Hierusalem, no-
Luc. 23.
lite flere super me, sed super vos ipsas. Nos vero longe absimiles sumus, qui nostrorum magnam habentes curam, de alienis commodis minus soliciti sumus.

Chrysolo. Ser. 18.
*Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam.* Videtis quomodo, ait Chrysolo. dimittit febris quem tenuerit Christus ibi nõ stat infirmitas, vbi autor salutis existit: accessus illuc mortis nullus est, vbi viuificatoris in gressus est. *Continuo surgens, ministrabat illis.* Natura hominum istius modi est, ait Hie. vt post febrem magis lacescant corpora, & incipiente sanitate, ægrotatio- G
D. Hie. in Mat. 8.
nis mala sentiant. Verum sanitas quæ confertur à domino, tota simul redit. *Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos*
lib. 1. to. 9.
Non certe àdeo se difficilem ad exaudiendas horum preces Christus exibebat, ac nos solemus cum quid à nobis postulatur. Quis
Sen. lib. 1. de bene. Cap. 1.
enim nostrum, ait Sene. contentus fuit leuiter rogari, aut semel? Quis non cum aliquid à se peti suspicatus est, frontem obduxit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis verborum ambagibus, & de industria finem nunquam inuenientibus, occasionem omnem petendi abstulit, varijs que artibus vrgentem etiam necessitatem delusit? In angulis vero comprehensus aut timide negauit, aut promisit quidem, sed vix, vi & magna etiam difficultate, sæpe adductis & contractis supercilijs, sæpe etiã vix expres- H
Simile.
sis verbis? Ecquis quæso gratus in eum esse poterit, qui aut beneficium quasi per violentiam quandam & contorsionem dedit, aut quasi fatigatus longis precibus proiecit, aut denique superbe ex

A be exprobrauit? Errat quidem siquis credit grato animo eum responsurum esse, quem aut delassaueris tua procrastinatione, aut etiam deluseris longa expectatione. Eodem plane animo debetur beneficium quo illud datum fuit, & minus quisquā id debere videtur, quod quasi à nolente acceperit.

*Bona opera libiter præstemus.*

*Exibant autem dæmonia à multis.* Vide quæso quanta facilitate dæmonia expelleret ab obsessis corporibus, quamque minimis interpositis precibus, oblatis solum dæmoniacis ipsis ante se. B Non certe nos ita facile inclinamur, vel ad longissimas & diuturnas preces quæ nobis fiunt ad aliquid impetrandum, sed facilius multo est de potentis Herculis manu clauam extorquere, quam à nobis beneficium ipsum, quod quidem longe aliter á nobis præstandum esse monuit Sene. cum dixit. Tunc certe in alterum beneficium ipsum laudabiliter conferimus, cum eo animo, damus, & ea facilitate, qua vellemus ab alio accipere: vellemus autem omni tarditate excussa, omni fracta mora, incredibili deniq; C celeritate adhibita, atque hilari vultu. Id ingratitudinem promereri videtur beneficium, quod diu inter manus hæserit. Gratissima sunt illa beneficia, in quibus nulla fuit mora, sed sola accipiendi verecundia. Optimum quidem est anticipare desiderium petentis, proximum vero sequi: quia cum ingenuus quisque pudore suffundatur eximia rogandi assiduitate, is profecto qui ad primam petitionem beneficium ipsum contulit, maxime quidem cumulatum illud tradidisse iudicandus est. Non enim tulit gratis, qui rogitando accepit, neque quicquam carius constat, quam quod precibus D emptum est.

*Liberaliter beneficia conferamus.*

*Sen. lib. 2. de ben. ad Ebutium liberalem. Cap. 2.*

*Beneficiū emero videtur qui nimium rogare debet*

*Et increpans non sinebat ea loqui.* Dicebant interdum Christo dæmonia; quod esset filius Dei, & ipse præcipiebat vt tacerent, vt inde discamus quantum fugere debeamus adulatores, & eos qui ante os nos laudant. Nam vt ait Gregor. qui sæpe vanis laudibus homines auditum præbent, hinc fit vt sibi persuadeant iure quodam sibi honores deberi & dignitates, qua in re necessum est vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram fama laudabilis non eleuet, sed fatiget. Cum enim humanæ linguæ attentatione laudamur, occulta pulsatione requirimur quid de nobis ipsis sentiamus, vt in hoc humiles permaneamus. Superba enim mens, etiam cum de se falsa bona dicuntur, exultat, quia non apud Dem qualiter viuat, sed apud homines qualiter innotescat, excogitat. Iudicium enim de se omnipotentis Dei despiciens, & solum modo

*Gre. li. 22. Mora. c. 9*

*Superbi capiut ab hominibus laudari.*

*Humiles nō affectāt laudari ab hominibus.* hominum quærens, inter auditas laudes extollitur, & quæ hoc solum quęsierat, quasi debrauio operis lætatur. At contra si cor veraciter humile est, bonaquę habet, aut minime recognoscit, & quia falsa dicuntur metuit, aut certe si adesse ea sibi veraciter scit, eo ipso formidat, ne ab æterna Dei retributione sint perdita, quo hæc considerat hominibus diuulgata, pauetque vehementer, ne spes futuri muneris, in mercedem transmutetur transitorij fauoris. E

*Gr.* In mille quidem incidimus errores popter arrogantiam nostram & ambitionē, qua fit vt nō his qui nobis vera dicunt, aures *Ado.141.* patefaciamus, sed potius adulatoribus & mendacibus viris titillantibus aures nostras vanis quibusdam laudibus & adulatorijs cum tamē laudem & honorem verum Deo attribuere debeamus. Sic enim fecisse legimus Paulum & Barnabam lystris. Angelus *Apo.2.* etiam in Apo. prohibuit ne adoraretur. Item Petrus, ne adora- *Acto 10.* retur à Cornelio: at vero quia Angelus primus, & primus etiam *Isa.14.* homo voluerunt sibi vsurpare honorem sibi non debitum, prop *Genes. 3.* terea turpissime lapsi sunt. Quod si illi idolatræ appellantur, *Similitud.* qui spōtanea volūtate thurificant idolis ipsis, quid dicendū erit *1.Tim.1.* de illis qui honorē Deo debitū, sibi ipsis vsurpant? non ne sicut thurificatio Deo cōuenit ita honor & gloria in secula seculorū? *Simile.* Cæterum quemadmodum ligna ipsa augentia ignem, seipsa consumunt, ita adulatores alijs adulando, seipsos miserabiliter per- *Simile.* dunt. Et sicut aqua recipit suum malum saporem à terra per quā fluit; ita homines in suis malis operibus cum mouentur ab adulatoribus sua sequentes placita & arbitria, contaminantur & inficiuntur. Vnde dixit Phocylides, ne populo fidas, variorum est bellua morū, nō magis quā ignis poterit, aut vnda teneri. Cęcus *Simile.* bene audit quod ei dicitur, sed non videt quid mali ei inferatur: sic ille qui ab adulatore decipitur, adulationem audit, sed nō videt quantum mali hinc ei proueniat. In pænam namq; multorū peccatorum sæpe permittit Deus quod scelera non solum non arguantur, sed etiam laudentur. Et enim mundus eius est naturę & conditionis, vt sui similes diligat & laudet. Idem vero est tur- *Gre. lib.1. in hom.11.* piter laudari à turpibus, quā laudari ob turpia. Adulatio ait Gre. si vel ad modicum tempus patienter suscipiatur, augetur in animo, furtimq; ita sese insinuat, vt sępe animum de rectitudine sua inflectat, & quasi dulcedine quadam eum permulcens, deturbet. Quare ne vires possit assumere, statim est ex animo exterminanda. F G H

Adulatores displicent quidem sapientibus, quibus se placere crede-

A credebant per suas blanditias & verborum lenocinia: nam ado- 2.Reg.1.
lescens ille qui narrabat Dauidi mortem saulis inimici sui, ei se-
placere putans, occisus est. Item illi qui occiderunt Isboseth, & 2. Reg. 4.
attulerunt caput eius ad Dauidem, captantes hoc modo eius be-
neuolentiam, interfecti sunt. Qui alios enecare veneno student,
ait Cyrillus, illud melle circumlitum & temperatum porrigunt, Cyril.in
vt lurida veneni lues mellis permista dulcedini, lateat magis, faci Ioan. li.5
liusq́; ingrediatur ignota, & maiorē inferat perniciem, non præ Cap. 15.
uisa: sic adulatores sub quadam verborum dulcedine venenum
contegunt. Vide quantopere Seneca etiam suadeat nos debere Simile.
fugere laudes inanes hominum, ait enim: si te inuisuri aliqui ve-
B nerint, nō sinas vt de te ante os loquantur & prædicent, satius est
vt qui tecum fuerit locutus, abscedat dicens, ego istum beatum
hominē putabam & eruditum, arrexeram aures, destitutus sum. Simile.
nil vidi, nil audiui, quod concupiscerem: sicut qui audierunt
Symphoniam, ait idem Sene. ferunt secum in auribus modula- Lib. 22.
tionem illam ac dulcedinem: sic adulatorum sermo ante hæret Epist.epi.
quam auditur, nec facile est animo dulcem illum sonum excute- 224.
re, prosequitur, & durat: ideo claudendæ sunt aures malis voci-
bus, & quidem primis. Vsque àdeo odiosa & execrabilis est adu-
latio, vt in Con. Cartha. 4. diceretur, clericus qui adulationi & Con.Ca.4
C proditionibus vacare deprehenditur ab officio degradetur. Ser- Cap. 90.
uus quidem Dei non solet adulari, sed veritatem dicere vt corri-
gantur vitia: non igitur mores adulatorum imitatur, quorū ple-
nus est mundus, qui vt ventri consulant, & gulæ satisfaciant, ad
placitum loquūtur magnatibus. & sicut canes vlcera, sic ipsi lin- Simile.
gua adulatoria lambunt vitia eorum. Quamuis Benadab rex Sy-
riæ miserit ad Elisęum Prophetam. 40. Camelos omnium bono 4.Reg. 8.
rum Damasci oneratos, per manum Azael, vt habetur 4. Reg. 8.
Non tamen tacuit veritatem vir sanctus, sed ostendit quid futu-
rum esset. Seruus quidem Dei, ait Greg. cauta consideratione Greg.li.22
D trepidat, ne aut de his in quibus laudatur, & nō sunt, magis qui Mor.c.9.
dem iudicium inueniat, aut de his inquibus laudatur, & sunt,
competens pręmium perdat. Vnde fit plerumque vt sicut iniu-
stus ex laude sua polluitur, ita vir iustus audita sua laude purge-
tur. Nam dum bona quę agit, ab hominibus proferri cognoscit Adulatio-
subtiliter contra se extremi iudicij examen metuit, ac trepidus ad nes nolunt
conscientiam recurrit, & quidquid illic inest reprehensibile cor audire ser
rigit: dum enim bona sua innotuisse formidat, subtilitatem secu ui Dei.
turi examinis pertimescens, si qua in se mala occulta sunt ampu-
tat. Pauet namque si saltem talis Deo non ostenditur, qualis ab
homi-

hominibus putatur, & neque cōtentus est, vt in quo potuit inno tescere, in hoc debeat remanere. Iam enim de bonis suis quasi retributionē sibi factā æstimat, nisi eis & alia quę ab hominibus nesciuntur adiungat. Vnde bene per Salo. dicitur, sicut probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur, si probum vero; igne declaratur: sic nimirū est sensus operantis. Nam qualis sit, in eo quod laudatur ostenditur. Si enim se auditis suis laudibus extollat, quid iste aliud quā aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet fornax linguę consumpsit? Si autē fauores suos audiens, ad superni iudicij considerationem redit, ac ne de his apud occultum arbitrū grauetur, metuit, quasi expurgationis igne ad magnitudinē claritatis excrescit, & vnde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget. Adulator similis est vmbræ, quę quidem si sedeas, simili modo est, sin autē stes, idem præstat. Si ambulas, vna ambulat. Si quiescas, etiā quiescit, ita enim adulatores quale tuū viderint ingenium, quale palatum, quales mores, ad eosdem se totos componunt atque effingunt. Si loqueris, dicta collaudant si taces, etiam silentium commendant: si lætus fueris, hilarem præbent aspectum: si tristis, tristitiam simulant. Quemadmodum quamuis vmbra pro varietate situs alicuius dilatetur, aut cōtrahatur, nil tamen ei addere solet aut detrahere: ita plane & adulantium vocibus, & eorum hominum qui ad aurium voluptatem, non ad rei veritatem loquuntur, nil sibi laudis, solidæq; gloriæ accrescit & accumulatur. Sicut apes quidem ore flores, melque ipsum gestant, at vero aculeus in earum cauda latet: ita adulatores homines qui interius ceu Nerones quidam sunt, foris vero Catones se simulant, ore ipso dulcia præseferunt verba, at vero in corde eorum venenum latet, cum sint ex omni fallacia, dolo, fraudibusque concreti.

[Margin notes: E; Pro. 27.; Simile.; F; Adulationes fugiūt serui Dei.; Simile.; G; Simile.; Simile.; H]

*Facta autem die egressus ibat in desertum locum.* Valde quidem desertum locum & solitudinem frequentabat Christus, & quid ibi faceret declarat Luc. cum ait, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei; vt inde discamus quantum occupationes terrenæ & frequentia popularis, nos distrahāt, quominus in diuinorum & cælestium contemplatione versemur. Videns quidem pharao quantum hæbræorum populus multiplicaretur, metuens ne aliquando forte prætanta multitudine sibi rebellarent; curauit vt ipsi occuparentur in operibus ædificandis, & alijs id genus. Vbi obseruat Orige. quod eadē inuētione vtatur dæmon.

[Margin notes: . 9.; Exod. 1.; Orige.]

A dæmon contra nos, cum enim videt nos in virtutibus multiplicari & crescere, timens ne contra ipsum rebellemus & eundem prostremus, conatur nos occupare varijs seculi negotijs & distractionibus, vt alij hortos, alij vineas, alij domos, alij contractus, potius quam cœlestia tractemus: imo etiam conatur quantum in se est, vt homines contra Deum factorem suum varias cõmittant offensas, quibus multo magis distrahantur & inquieti reddãtur. Nam commode nullus potest & terrenis simul implicari, & cœlestia contemplari: item experiẽtia ipsa docet, quod siquis relin-

*Multiplicatiorem virtutum curat dæmon impedire.*

B quat spiritualia exercitia, & postea se negotijs secularibus implicet, cum vult ad illa redire, inueniat se inhabilem redditum & ineptum: sicut qui Pulsandi organa artẽ nouit, si huiusmodi exercitationem per aliquod tempus intermiserit, se inhabilem, seu minus promptum & agilem inuenit. Sic videmus quod Apost. Thomas distractus a cætu Apostolorum, qui orationi & contẽplationi vacabãt, postea adeo inhabilis redditus visus est vt vix rusticus etiã & idiota dixisset quod ipse dixit, nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittã digitum meũ in latus eius non credam. Quid quæso aliud dixisset is qui nunquã cum Chri-

*Nos in rebus vtilibus exerceamus.*

*Simile.*

*Ioan. 20.*

C sto cõuersatus esset, nec miracula aliqua facta ab eo vidisset? Hinc ergo facile colligas, quantum nos secularia negotia distrahãt ab ipsa oratione, deuotione, & meditatione. Vnde Baruch nos monet dicens, disce vbi sit prudentia, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit lumen oculorum & pax. Et addit quinam sint hi qui non inueniunt eam, & ex his ait esse filios Agar, qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores terræ. Docet ergo quod qui nimium terrenis implicantur, nõ sunt ad cœlestem apti contemplationem.

*Baruch. 3.*

Cæterum quantum solitudo ipsa cõducat vt cœlestibus vace-

D mus, aperte constat in sancto Baptista, qui per. 25. annos in deserto & solitudine mãsit, atq; tã habilis in negotiatione cœlesti eua sit, vt quãuis miraculũ nullũ faceret, tamen sanctitate sua, omnibus esset admirationi singulari, adeo vt Messię dignitatem ei offerrent: tam efficax etiam erat in verbis, vt omnes ad eum accederent, petituri quid sibi faciendum esset, vt salui essent. Verumtamen aliquos reperias quibus cœlestia fastidiant, tanquam si bruta quædam viderentur ad solum pastum abiecta. Non ita fecerunt viri boni & timentes Deum, quin potius in solitudine & silentio, suauissimis illis delectationibus spiritualibus fruuntur, atque cum Deo colloquuntur & tractant summa cũ animi sui quiete & tranquillitate. Atq; inde discũt ali-

*Solitudo quantum conducat.*

*Ioan. 1.*

*Luc. 3.*

*Simile.*

qui

qui cognitionem, quę sane est excellens Philosophia, cum inde E
nascatur humilitas, quę est tanquam basis quædam virtutum omnium. Humiliatur enim maxime homo se ipsum cognoscẽs. Vnde colligas quantum errent illi qui dicunt quod propterea nolunt sæpe tractare cum Deo, quod inde contemptus quidam generetur ex nimia conuersatione. Inter homines quidem id verũ habet, quod nimia familiaritas contemptum pariat, siquidẽ quo magis cum aliquo conuersaris eo etiam magis quotidie aliquas eius imperfectiones vides & fragilitates, & propterea eum contẽnis: at vero quanto magis cum Deo tractas, tanto maiora discis, & præstantiora reportas, & ita vberiores Deo gratias agis. F
Quod sane vel in ipso Abraham manifestũ esse poterit, cui cum Deus sæpissime apparuisset, in senectute etiam cum nonagenarius esset post multas apparitiones alias, se prostrauit & ipsum adorauit, quod antea non legitur ipsum fecisse, vt inde intelligas quod quanto magis cum Deo conuersabatur, tãto etiam magis eum reuerebatur.

*Solitudo quam sit vtilis.*

*Genes. 17.*

*Oratio nobis Dei excellentiam ostendit.*

*Can. 5.* Serui quidem Dei in solitudine & contemplatione, altissimas habent Dei reuelationes. Vnde sponsa dicebat, ego dormio, & cor meum vigilat. Vtinam vel horam dumtaxat vnam indulgeremus huic salutari somno, certe amplissimos inde referremus G
fructus. Vnde sponsus nolebat vt in hoc somno posita spõsa, ab aliquo inquietaretur, dicens: ne suscitetis, neque euigilare faciatis sponsam, donec ipsa velit. Et sane quemadmodum qui dormire non possunt, indigesti sunt, macilenti & luridi: sic etiam qui huic salutari cõtemplationis somno non indulgent, infirmi sunt in anima, & salutem suam conturbatam habent, neque optimum exterius referunt colorem, idest bonum & præclarum virtutis exẽplum. Sed quid obsecro tibi prodest quod literijs varijs ornatus sis, & quod Theologiæ scientiam percalleas, & vtrumque H
ius tam ciuile quam canonicum noueris, tum etiam Astrologiã, & reliquas mathematicas disciplinas, ita vt terram omnẽ & cœlum palmo metiaris, si in cœlesti conuersatione imperitus es, rudis, hebes, & durus? neque minimum tibi vnquam accipis tempus vt possis saluti animæ tuæ vacare, & diligenter considerare quo tandem redigendus sis, & ante quod tribunal tam tremendũ post hanc vitam sistendus sis. Non temere quidem dixit Aposto. scriptum esse, perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo: quod sane de his intelligitur, qui non dirigunt ad Deum scientiam suam, sed potius illa inaniter inflantur, & vitam omnem traducunt absque vllo tempore considerationis.

*Can. 8.*

*Simile.*

*Literæ sine virtute parum conducunt.*

*1. Cor. 1.*

A tionis & meditationis cœlestis. Qui obsecro fieri potest, vt virtutem conserues, sine vllo deuotionis humore? nunquid virere potest ait Iob, scirpus absque humore? Non potest sane aliquis perseuerare in viriditate & amœnitate virtutum, absque humore deuotionis. Nam quemadmodum corallium quidem ipsum intra mare est instar viridium radicum, si tamen inde educatur, durescit vt lapis: sic etiam qui in contemplatione & deuotione versantur, quasi virescunt, inde vero educti marcescunt, & quasi concrescunt vt lapis si nimis rebus secularibus implicentur. Vnde Iob ait, non ditabitur, neque perseuerabit substantia eius *Iob. 8.* *Simile.* *Iob. 15.*

B nec mittet in terrã radicem suam, non recedet de tenebris. Sunt isti instar quarundam vinearum emittentiũ teneros palmites, & accedens aquilo exiccat ipsos, & ita intereunt: sic ergo isti statim marcescunt deficiente prosperitate orationis & deuotionis. Sic etiam plerosque videas ad pedes confessoris prouolutos, qui crebra emittunt suspiria, & lacrimas fundũt, at vero inde egressi, vel ex ipsa interdum concione vbi lachrymas etiam effundebant, cum non perseuerent in conseruatione illius deuotionis redeunt ad pristinam siccitatem & sterilitatem. Sic etiam Pharao erratum quidem suum agnoscebat, & culpam fatebatur, at vero *Simile.* *Orationis vacuitas quantum noceat.*

C cum humorem deuotionis non conseruaret, statim reuertebatur ad pristinam duritiam. Herodes etiam audito Ioanne multa faciebat, sed inde egressus, statim ad iniquitatem suam reuertebatur. Vtinam nos non fiamus his similes, & dicamus cum Pharaone, ipsi prædicatori & confessori bene nobis consulenti, Recede à me, & caue ne videas faciem meam. *Exod. 9.* *Mar. 6.*

## *FERIA QVINTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

D

## CONCIO SECVNDA.

*Pauperes infirmos non obliuiscamur.*

SVRGENS *Iesus de Synagoga, intrauit in domum Simonis, socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus.* Luc. 4. Postquam Christus prædicasset, intrauit in domum Simonis, tum vt curaret infirmam, tum etiam vt caperet refectionem aliquam corporis, vnde discamus quomodo debeamus tum pauperes, tum infirmos visitare & consolari, cum tanta nobis inde bona proueniant. Contempserunt quidẽ Amalechitæ pauperem adolescentulum infirmum, & eum ibi *Pauperta tem amemus.*

*1. Reg. 30.* humi iacentem dereliquerũt, quem Dauid apud se accepit, & benigne tractari iussit, atq; inde huius infirmi beneficio, magna sibi bona comparauit. Magna sane hoc tempore regnat negligentia & crudelitas erga pauperes infirmos, omnes enim ipsos remittunt ad Dei portã, dicentes, Christus tibi benefaciat, Christus tibi eleemosynã det, qui similes vtiq; vidẽtur his qui furtiuos infantes educare nolunt, sed eos potius hospitalis portę exponunt de quibus visus est dicere Psal. tibi de relictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Christus igitur vt nos erudiat, ingreditur ad pauperes infirmos visitandos. Nã certe videmur cæci iam & surdi, qui in propria vicinia, & ante oculos videmus pauperes infirmos, & tamen eis non benefacimus, nec compatimur. O tenebras nostræ mentis, densiores multo & perniciosiores tenebris illis Aegyptiacis, in quibus pertriduum vix fratrẽ suum quisquã videbat etiam accensa face. Siquidem non sufficiunt nobis faces Euangelicæ doctrinæ, nec salutaria consilia, vt visitemus pauperes infirmos, & eis subueniamus. Sed vide quomodo Deus huiusmodi cæcitatẽ nostram soleat punire, ait enim per Amos, væ qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis &c. Item nihil patiebantur, inquit, super contritionem Ioseph, idest super pauperes infirmos. Magnum certe est donum, beneficentia erga pauperes. Vnde Eccl. 4. dicitur, fili, oculos tuos ne trãsuertas à paupere. O quam facile statim solemus oculos nostros de paupere auertere: audiamus ergo, quam asperam pronuntiet sententiam, ait enim, rogationem contribulati ne abijcias, neq; auertas faciem tuam ab egeno: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum. Dic obsecro si vicini tui domus ardere inciperet, & propterea quod nolles de puteo tuo aquæ hydriam dare, tota domus incendio conflagraret Annon iuste hic talis apud Deum contra te iustitiam flagitaret? anputas quod àdeo non audiretur & te grauissime puniret? Sic ergo cum tu negligas pauperem infirmum, multo grauius àdeo punieris.

*Simile.* *Psal. 9.* *Exod. 10.* *Amos. 6.* *Eccl. 4.* *Simile.* *Pauperũ clamores audit Deus.*

E F G H

Facile quidẽ solemus diuites spectare, & eorum diuitias admirari, nõ autẽ per inde libenter pauperes contemplamur: cũ tamẽ contra facere deberemus. Noli ergo diuitem ipsum qui ad tãtas ascendit diuitias ad mirari, cum sit instar pusillę alicuius mulieris ad alta sandalia & subereos soccos erectę. Quorsum enim putas ipsum Nabuchodonosor nõ fecisse se adorari, sed statuã suã aureã, nisi vt inde discamus, quod iã mũdus nõ veneratur ipsos diuites propter eorũ merita, sed popter diuitias? sane Eliseus propheta

*Simile.* *Dan. 3.*

A pheta noluit exire obuiam ipsi Naamã potẽti viro & locupletissi mo,& tamẽ iuit ad pauperẽ sunamitidem vt eius filiũ suscitaret, vt inde discam' quod merita personarũ spectare debeamus,non opes atq; facultates. Sed iã hoc nõ est positũ in vsu mundanorũ hominũ quin potius si pauper aliquis litigat cũ diuite,nec procuratorẽ,nec aduocatũ,nec tabellionẽ,nec testes potest inuenire,& vix etiã iudicẽ,qui iustam pro eo sententiã audeat promulgare. Itẽ si pauper infirmatur, vix potest inuenire medicum qui ipsum consoletur. Nõ equidẽ ita Iaco. suadet,cũ ait,fratres mei nolite in personarũ acceptione fidẽ habere. Si introierit incon- *4. Reg. 5.* *4. Reg 4.* *Iaco. 2.*

B uentũ vestrũ vir annulũ aureũ habens in veste cãdida,introierit autẽ & pauper in sordido habitu,& intẽdatis in eũ qui indut' est veste præclara,&dixeritis ei,tu sede hic bene,pauperi autẽ dicetis tu sta illic,aut sede sub scabello pedum meorum,nõ ne iudicatis apud vos metipsos, & facti estis iudices cogitationum? Audite fratres mei dilectissimi non ne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & heredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Et Eccl. ait,congregationi pauperum amabilem te facito. Siquidem si aliquis malus est quamuis diues sit,parui fit à deo, iuxta illud prophetæ, ad nihilum deductus est in cons- *Diuites. mundus honorat.* *Eccle. 4.* *Psal. 14.*

C pectu eius malignus,timẽtes autem dominum glorificat. Quod quidem aperte constitit,quãdo Abdias domesticus regis Achab ingrediens ad Eliam,quamuis eum inueniret pauperem,& pauperrime vestitum, nihilominus tamen ante eius pedes se prouoluit, & eum dominum appellauit, atque se tanquam seruum ei obtulit. *3. Reg. 18.*

Non debet nos pudere quod ingrediamur pauperis domum, & quod pauperes simus, siquidem Christus & eius mater voluit pauper esse: tum etiã Paulus Apostolus àdeo fuit paupertatis amicus, vt etiam manibus suis laboraret,& interdum famẽ *1. Cor. 11.*

D & sitim pateretur, vt ipse scribit,dicens:in fame & siti,in frigore & nuditate. Nunc vero homines àdeo diuitijs inhiant,vt cæca quadam cupiditate ad eas comparandas ferantur, & inde in vitia multa præcipitentur, nam vt Apostolus ait, radix omnium malorum est cupiditas. Vnde Dauid dicebat, inclina cor meum Deus in testimonia tua, & non in auaritiam. Siquis cum velles fluuium transire, diceret tibi, heus bone vir, noli hunc fluuium pertransire, siquidem modo hic submersus est quidam, num auderes ipsum tranare? sic ergo cum noueris in auaritię vastum gurgitem tam multos demersos perisse, vtpote diuitem illum auarum, Nabal Carmelum, & illum *1. Tim. 6.* *Psal. 118.* *Simile.* *Luc. 16.* *1. Reg. 25.* *Luc. 12.*

qui dicebat, destruam horrea mea,& ea maiora faciam , atq; alia E
quamplurima , quorsum obsecro vis ita auaritiæ incumbere,&
Matt. 7. diuitias ad mirari,atq; pauperes contemnere? Mirum sane est
Acto. 3. quod cũ Christus àdeo pauper extiterit,vt nummũ nõ haberet, cuius imaginem posset contueri,cum sibi de tributo per soluendo quæstio oblata est, sed potius petierit dicens,ostendite mihi numisma census:tum etiam Petrus dicebat, argentum & aurum non est mihi:nihilominus tamen paupertas ipsa sit àdeo odiosa, & diuitiæ in tanta admiratione. Non igitur nos sequamur mundum in hoc, sed potius paupertatis studiosi simus, quæ frænum F quoddam est multarum inquitatum:siquidem si diues in malum propensus est,varias diuitijs suis comittere potest inquitates,à
Diuitiarũ abusus quãtũ noceat. quibus pauper alienus erit. Quod si diuitias nobis Deus dederit,eis bene vtamur,& nos quasi pauperes reputemus & impotes ad mala facienda. Vnde Dauid dicebat, ego autẽ mendicus sum, & pauper, dominus solicitus est mei,quasi diceret, ad malũ operandum,nec nummũ quidẽ vnum insumam,quamuis diues sim.

### Infirmos non contemnamus.

2. Reg. 9. TEnebatur magnis febribus. Omnes sane qui huic cõuiuio inter fuerunt,pro infirma soliciti erant & dominum deprecabantur : vnde facile constat quantã curã & diligentiã circa infirmos G
Hie. ad Eusto. de cu. vi. to. 1 adhibere debeamus. Vide obsecro de illo Miphiboseth paralitico quantã Dauid gereret curã , & quomodo eũ etiã mensæ suæ discumbere faceret. Ad hoc etiam nos beatus Hie. maxime hortatur,& monet vt ipsis infirmis compatiamur ad imitationem sanctorum illorum patrum qui in eremo viuebant; hi enim quãuis dum sani erant,se aspere tractarẽt,in infirmitate tamen,quæ erãt necessaria infirmis liberalissime cõcedebãtur. Non debes ergo sa
2. Ma. 9. stidire infirmos & calamitosos. Vide enim quomodo Christus H
Acto. 12. postquam fessus erat ex prædicatione, priusquam discumberet, voluit hanc visitare infirmam & curare. Si enim fastidieris & cõtempseris eiuscemodi miseros & afflictos,tu forte incides in similia mala,quamuis tibi nunc videaris bellissime valere. Siquidem egregie triumphabant Antiochus,& Herodes,sed vide quo deuenerint,& in quantam redacti fuerint infelicitatẽ.
Xerxes. Iustinus Liv. 2. Cræsus. Xerxes quidẽ cum potentissimo exercitu prodierat ad pugnandum contra hostes suos,cũ tamẽ inde redijt,misere& ignominiose venit,vastato exercitu atq; consumpto,vt prodidit Iusti. Cræsus præterea,qui ad tam altissimum fortunæ & dignitatis gradum euectus fuerat,à Cyro , vt scribit Plutarchus debellatus gradu spoliatus,

A & in voracissimam flammam coniectus, vt nemo ei compateretur, nemo que ad eum quidem accederet, nisi aut ligna admoueret flãmę, aut vt eum subsannaret;& ideo tibi diligẽter cauendum est, ne in similia incidas pericula atque discrimina, si pauperibus infirmis non compatiaris, fretus tua prospera valetudine & robore, ac prosperitate. Cæterum ad maius meritum & Petri & socrus eius, dedit ei Deus huiusmodi infirmitatem, vt sæpe solet ita visitare seruos suos. Vnde turpissime errabãt multi antiqui, putantes ad felicitatem hominis pertinere, non longo B morbo hic teneri.

*Non est firmitas in rebus mundi.*

Nam D. Hie. & D. Chrys. aiunt quod Massagetę & derbitæ miserrimos eos putabant qui ęgrotatione moriuntur: vnde parentes suos cognatos & propinquos, cum ad senectam perueniebant, iugulabãt. Porro etiam dare solet interdum Deus infirmitates seruis suis ne in maiora incidant discrimina. Quemadmodum enim siquis certo cognosceret me in quadam nauigatione C deuenturum esse in potestatem Turcarum, atque sub inde miserrimam seruitutem portaturum, cum omnium bonorum meorũ amissione: aut sciret me quandã ingressurum viam, in latronum manus debere incidere, qui homines in primis spoliatos & nudos, postea crudeliter interimunt. & is ista considerans, ac præcauere desiderans, coniectum in vincula me detineret, quousque tales essent occasiones prorsus ablatę, certe talem iuste non iudicarem crudelem, sed clementem potius & misericordẽ, imo toto vitę curriculo, me illi maxime deuinctũ esse debere, apertum est, cum mihi tantum contulerit bonum, & à tanto damno liberarit. D Sic nos considerare debemus quod si Deus videret nos in sanitate sibi perfectius seruituros quam morbis affectos, non est vlla ratione credendum, sanitatem nobis auferendam, ab eo. Sed tamen cum ipse cui omnia ante secula patẽt pręuiderit nos per sanitatem ipsum offensuros magnis, grauibusque peccatis, atque proinde venturos esse in manus Pyratarum tartareorum, id circo sua bonitate & clementia prouidit, vt carcere infirmitatis alicuius astricti teneremur, vt ait Hieronymus ne in tot damna & scelera prolaberemur.

*Hie. li. 2. contra. Ioui.*
*Chrys. ser. 1. de pænit. tomo. 1.*
*Simile.*
*Appl. sim.*

Si ad maximam redactus esses pauperiem, atque huc illuc vagareris incertus, quęrens quo pacto domui tuę necessaria subministrares, & filias tuas nuptui traderes, ac denique familiæ toti prouideres, & nullam ad id posses vnquam commoditatem inuenire, sed valde afflictus tandem quęrendo rapereris à quodã homine, qui te in domum suam violenter intrusum, catenis & alijs

*Hugo de. S. Vic. lib. 1. de ani.*
*Similitud.*

vinculis obstringeret, atque vt contunderes spartum te ipsum coge- E
ret, aut vt aliud laboriosum officium exerceres, teque hoc etiam tempore fame & siti frequenter affligeret: post duos tamen menses tibi ille homo duo millia ducatorum donans, liberum te dimitteret in domum tuā redire, non ne præcedentem laborē & molestiam feliciter euenisse diceres? atque tibi huiusmodi violētiam illatam fuisse gauderes? Deum immortalem, quot homines sunt, qui habent animæ salutem vitijs multis infirmā, & sui prorsus oblitam, sine vllo penitus timore, ac si illis nulla futura sit mors, nec iudicium, nec infernus, nec gloria, quorum consciētia & anima cum sit virtutis fame & sterilitate consumpta, in ea pec- F
catis maxime deformata ac pene deleta est diuinę Trinitatis imago: tu tamen clemētissime Deus rapis illos & proijcis in lectulū grauium morborum vinculis obstrictos, vbi inedia, siti, amarisque potionibus diu torquentur ac doloribus cruciantur: præcipuū tamē institutū nō est morbū inducere, sed potius quæris tua misericordia ita vnius cuiusq; decumbentis cor tangi, vt cū primum ab ipsa infirmitate conualescat euadatq; de manibus tuis, adeo mutatus, conuersus, & spiritualibus locupletatus diuitijs existat, vt interiorē cordis domum ingressus, se quā ditissimū in- G
ueniat, per beatūq; reputet, quod in talē inciderit morbum, quādo quidē ex ipso tantopere ditatus euasit. Tibi quidem O homo persuadere debes quod quemadmodum vinum ipsum quod in aliquo dolio acescit, debet in aliud trāsfundi, & triticum ne gurgulione consumatur debet hinc inde agitari, & vestes item ne à tinea lędantur, cōcuti virga debent; feruens olla ne arescat commoueri etiā debet: ita necesse est vt hinc morbis, illinc alijs calamitatibus premamur, ne aliter animus torpeat, sordescat que in vitijs & corrūpatur. Nec debes cadere animo cum te videris morbis oppressum, ait Seneca: nam & tolerabilis est morbi patientia, si absit omnis opinio & imaginatio eiusdem. Noli mala tua gra- H
uiora facere querelis tuis & impatientia. Leuis dolor est, si nil ei adiecerit opinio: amputanda duo sunt, & futuri timoris, & veteris incommodi memoria. Hoc enim ad me iam non equidem pertinet, illud vero nondum. Quin & in medijs positus malis dicere debes, forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Idem etiā ait in oratione quadam in modum dialogi inter sensum & rationē: ægroto inquit, venit ergo tempus; quo experientiam de me ipso caperem, non enim in mari tantum aut in prælio, vir fortis apparet, verum etiam in lectulo virtus ostenditur. Cum morbo mihi res est, nitar igitur vt viriliter me geram, & pugnem cum ipso.

*Appli. simi.* — *Simile.* — *Sene. li. 11. Epist. in Epist. 79.* — *Sen. in qua dam ora. ad Galio. de reme. for. circa medium.* — *Simile.*

Inter

A Intercessiones Sanctorum plurimum possunt.

*ET rogauerunt illum pro ea.* Hinc colligi potest quantum possit iustorum intercessio apud Deum. Debemus ergo sanctos nobis deprecatores adsciscere, & interim facere quod possumus pro virili. Sic enim videmus quod quamuis Moyses oraret pro populo, tamen populus etiam præliabatur. Quod siqueras unde habuerunt arma, cum exijssent inermes de Aegypto: respōderi potest quod assumpserint arma demersorum Aegyptiorum quę inundarūt, quibus pręliabātur vltra orationes Moysi. Quod B enim nos etiam aliquid de nostra diligentia adhibere debeamus figuratū habemus in Gene. cum enim Agar fleret pro filio, etiam ipse puer flebat, vnde & textus ait, exaudiuit autem Deus vocem pueri: sic ergo nos quamuis Ecclesia mater nostra pro nobis intercedat, faciamus semper quod in nobis est. Plurimū quidē prodest deprecatio iustorū apud Deū In signū videmus quod Moyses diceret, dimitte eis hāc noxā, aut dele me de libro vitæ, quasi diceret, si huic populo non parcis, ex quo humanam carnem assumere debes, quid mihi proderit esse de prædestinatorum numero siquidem non fies homo, nec me redimes. potentes ergo & magnates in repub. debent pro pauperibus intercedere etiā. C

*Exod. 17.* *Exod. 13.* *Genes. 21.* *Exod. 23.* *Simile.* *Exod. 2.*

Porro quāuis Paulus tātis esset virtutibus præditus, nihilominus tamē dicebat, obsecro vos per misericordiā Dei, & per charitatē sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris. Vnde & amicis Iob dicebat domin⁹, Iob autē seru⁹ me⁹ orabit pro vobis. Multū quidē interest habere patronos optimos, iuxta illud Iob, voca ergo si est qui tibi respōdeat. Itē. Luc. 13. domine dimitte illā & hoc &c. Nā queadmodū per cœlestes orbes De⁹ terrena ista fæcūdat: ita per angelos & felices animas res nostras nobis sępe dispensat. Abrahā quidē pro rege Abimelech Deū deprecat⁹, D veniam illi obtinuit: Moyses populo veniā impetrauit de vitulo conflato. Centurio qui puerum habebat paraliticū, seniores Iudæorum misit ad Christum deprecatores. Et Sthephanus pro inimicis orat dominū, & discipuli Pro Chananęa propter certe Dauid seruū suū, nō abstulit De⁹ regnū à Salomone iā eius gratia destituto. Nō solū igitur seruos suos dominus propter propria opera præmio afficit, sed etiā erga filios nequā benignus est propter fideles patres. Quod si de patrocinio sanctorū maxime cōfidere debemus, quāto magis de patrocinio Christi apud patrē? Cæterum cum Christum oras, magnam impetrandi concipe fiduciam, si decenter oras: siquidem illi & paternæ obedientiæ exequendę & immensę bonitatis suę exercendæ es occasionem ex-

*Rom. 15.* *Iob. 42.* *Iob 5.* *Luc. 13.* *Simile.* *Genes. 20.* *Exod. 32.* *Luc. 7.* *Acto. 7.* *Matt. 15.* *Simile.*

*Simile.* hibens. Si enim artifices gaudent cum exercendi officij sui materiam illis præbeas, quanto magis seruator noster gaudeat, cum nos fusis ad eum protuenda salute precibus, exercendi officij sui occasionem damus? plane sicut monachorum ordines Cardinalem aliquem in Romana Curia protectorem habent, qui eorum causam apud pontificem summum agit: ita cœlestis pater vnicum filium suum hominibus in protectionem dedit, vt salutis humanæ solicitam perpetuo curam gerat: inde adeo fit, vt preces quas in eius nomine ad patrem fundimus, ipse illas fauore suo prosequatur. Et certe quia peccatorum nostrorum grauitatem ignoramus, idcirco fit vt remedia non quæramus, neque nobis patronos & intercessores apud Deum, nimirum sanctos, solicite procuremus, vt Deus erga nos clementia sua vtatur. Maiorem quidem diligētiā, & studiū, inquit Chry. adhibere consueuimus morbis corporalibus curandis: quod vtique non fieret si intelligeremus quanto grauiores sint animi morbi. Profecto quando cuipiam homini grauem aliquā iniuriam intulisti, cum que times ne se vlciscatur & pænas de te sumat, conaris quantum in te est, vt amicos compares & deprecatores ad illius animū mitigandum polliceris que te satisfacturum esse pro eius libito, modo illius animus mitigetur, eius domum cum amicis frequentas, rē ipsam vigilanter & solicite tractas, & omnia denique interponis media ad veniam inpetrandam. Cum autem Deum nostris peccatis offensum habemus, nil magis obliuiscimur, nil magis negligimus, quam veniæ ipsius consecutionē, perinde que in vtramque aurē dormimus, ac si nil esset Deum offendere, eundem que habere inimicum. *Et rogauerunt illum pro ea.* Magnus dominus, ait Amb. qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum alios probat, quidem alijs relaxat errata: cur apud te homo collega non valeat, cū apud Deum seruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Si grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Ecclesiam quę pro te precetur, cuius cōtemplatione, quod tibi dominus negare posset, ignoscit.

*Depreca-toribus in digemus.* *Chrys. ad pop. Hom. 46.* *Dissimile.* *D. Ambr. lib. 5. in Luc. 5.* *Condonemus iniurias proximo.*

E F G H

APPENDIX.

*Egressus Iesus de Synagoga.* Dicit Albertus quod hic significatur egressus Dei ab impijs, & ingressus in piorum animum. Quis quæso poterit satis declarare miseriam illius animę à qua Deus egreditur? vnde Isa. ait, relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea. Sane quando vinea vuas habet, à custode diligenter custoditur, at vero remotis vuis, omnibus bestijs patet ibi accessus: sic ergo se habet anima à qua Deus

*Albertus Mag.* *Isa. 1.* *Simile.*

A Deus recedit, cum ingrediantur in eam vitia omnia: cum vero anima virtutem custodit, ibi reperitur Deus, neque audent accedere dæmones. *Simile.*

*Tenebatur magnis febribus.* Sicut in corpore reperiuntur interdum acutæ, interdum Lentæ febres sic etiam anima & leuia habet & grauia peccata: neque illa parua contēnere debemus & negligere, cum videamus quod interdum ex exigua scintilla excitetur ingens flamma. Sæpe enim fieri videmus vt in aliqua confabulatione à minimis verbis otiosis, assurgant homines ad magnas contumelias, & ex minima consuetudine, maximam efficiāt rixam. Sane quod Dauid otiose ambularet, & aspiceret, in adulterium incidit. Fateor quidem interdum euenire vt minima quędam lis & concertatio parui momenti statim extinguatur: sicut & in cœlo ait Ioan. quod factum est prælium Sed tamen monet Pau. dicens, Sol non occidat super iracundiam vestram: statim ergo debemus lites & contentiones componere & placare. *Iaco. 3.* *principiis obstandū est.* B *Mala consuetudo plurimum nocet.* *Apo. 12.* *Ephe. 4.*

*Et rogauerunt illum pro ea.* Sed dices tu, quare non dicit quod Petrus rogauit pro ea? Quia scilicet vrbanitatem quandam seruare voluit, ne videretur molestus quod statim hospitem suū ad laborandum videretur adigere, & quasi cibum cogeret soluere: vel possumus etiam dicere, quod probe nouerat ipsi exploratam esse infirmitatem socrus suæ, & propterea noluit videri oblitus suæ infinitæ Sapientiæ atque etiam bonitatis: quin & serui Dei cum altiora spectent, non sunt admodum soliciti de infirmitatibus corporis. *Quæs.* *Respon.* C

*Rogauerunt illum pro ea.* Vult Deus vt ipsum rogemus, & alij etiam pro nobis rogent, vt nos humiliemus. Elisæus quidem veniebat gloriosus duplici ornatus spiritu Elię, & existimabat quod statim aqua Iordanis esset ei ad libitum cessura, tamen cum videret se opinione sua frustratum, Eliam inuocauit. Porro interdum quidem postulamus quæ nobis non conceduntur, propterea quod sint incommoda, aliquando vero concedit nobis Deus iratus contra scelera nostra, ea quę ante negauerat. Petierunt quidem Hebræi regem à Samuele, cumque ipsi existimarent quod ipse Samuel nollet eum à Domino impetrare, eum instanter petierunt, & tandē obtinuerunt, sed in ipsorum detrimentum. Item propter bonum nostrum mittit sæpe Deus calamitates, iuxta Apostol. dicentem, dum iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur: Item Psalm. 17. disciplina tua correxit me. *Alii pro aliis intercedamus.* *4. Reg. 2.* D *1. Reg. 8.* *2. Cor. 11.* *Psal. 17.*

*Et stans super illam.* Accubuit siue resedit super lectum, nam

amicus paupertatis Petrus, non habebat varias sellas & scamna E
sicut hoc tempore fieri solet, atque ad infirmam se inclinauerit,
ostendens quanto eam amore diligeret, & quam ex animo eam
curaret, atque ita imperauit febri, & dimisit eam. Cumque se sanam
vidisset, statim in eius obsequio se occupauit: noli igitur
tu mirari, si quamuis pro salute ores obtinenda, & missas celebrare
facias, atque reliquias adhibeas: Non tamen fias voti cõpos,
siquidem nouit Deus quod salutem non impendes in eius
obsequio.

*Paupertatem amemus. Salutē in diuinis obsequiis expendamus.*

*Et surgens ministrabat illis.* Dic obsecro, siquis mergeretur, F
& tu ei manum porrigeres atque inde extraheres, ille vero ex tãto
eductus periculo, tibi statim gladio euaginato vulnus inferret,
quam patientiam haberes? Et tamen adeo clementissimus est
Dominus, vt quamuis nouerit quod eum sis offensurus, tibi tamen
in calamitatibus & laboribus opituletur & subueniat.

*Simile. Iniurias condonemus.*

*Cum autem sol occubuisset.* Vide obsecro quam sero sanaret hos
infirmos, vt inde intelligas te non debere desperare quamuis nõ
statim cureris: sic videmus quod latro vsque ad vltimũ anhelitũ
in Domino confidit. Sed tamen non debes curationem animæ
tuæ vsque ad mortem differre, nam dæmon hoc tibi suadere solet. G
Vnde dicebant dęmones Christo, venisti ante tempus perdere
nos. Post quinque millia annorum adhuc dicebant quod ante
tempus venisset: operemur ergo dum lucem habemus. Et Hier.
6. dicitur, vę vobis, quia declinauit dies. Semper videtur nobis
quod adhuc in meridie versemur, cum tamen sero sit.


*Veniã semper a Domino postulemus.*

*Mar. 1. Hie. 6.*

## *FERIA QVINTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

### CONCIO TERTIA. H

*Conuiuia nostra qualia esse debeant*



S*VRGENS Iesus de Synagoga &c. Luc.* 4. Postquam
prædicauerat Christus, inuitauit eum Petrus,
& ad eum accessit, vt intelligamus cõuiuia quidem
moderata ei placere, non autem prodiga. Etenim
graue scelus patrimonium suũ profundere inijs
ipsis immoderatis, cum præsertim sint tot pauperes qui fame
pereunt. Sunt enim isti instar fluminum, quæ quidem cum in mare
tendant, nihilominus tamen plerasque steriles terras circa
quas fluunt, non irrigant. Vnde Ecl. nos monet dicens, fili
eleemo

*Conuiuia prodiga displicẽt Deo. Simile. Eccl. 4.*

A eleemosynam pauperis ne defraudes, & statim esurientem ne despicias. Sunt quidem aliqui adeo helluones, vt statim se cibis ingurgitent, etiam absque benedictione, quæ extam longo tempore in maxima viget obseruantia laudabili. Sane olim cum Saul asinas quæreret, accedens ad quasdam hebræas quæ aquam haurire volebant, percontatus est ab eis, num hic est videns? quæ responderunt non esse quidem ibi, at vero statim esse venturum, cum populus eum expectaret vt mensæ benediceret, aliter enim non comederent. Non ita hoc tempore faciunt multi, sed absque vlla benedictione se cibis ingurgitãt. Sane rex Balthasar cũ in conuiuio inhoneste versaretur, & templi vasis abuteretur, vidit manum illam condemnationem suam exarantem. Vnusquisque igitur curet vt modeste comedat, & cum gratiarum actione, & mensæ benedictione, recognoscens sibi escas illas à Dei manu prouenire. Porro beatus Chry. instruens nos quomodo in conuiuijs nos gerere debeamus, ait: epulis vestris intersit Christus, in facie prandeatur autoris, honestate conuiuarum natura ipsaque quæ nos produxit honoretur: lætitia mensæ vestræ pertingat ad pauperes Christi: absit ebrietas, luxus absistat, vt præsens

C gaudium vestrum ad lætitiam veniat sempiternam. Et alibi ait idem doctor, videant isti qui conuiuijs nimium indulgent, quid dicat Amos Propheta, væ qui bibitis vinum colatum, & vnguento pretioso vngimini. Vides qualiter hic delicatam vitam reprehendit? & tu tamen immoderate deuoras, cum Christus esuriat. Sed etsi orbi parentum adolescentuli tutelas haberes, quo famescente, tu rebus illius lautissime viueres, & mille homines haberes accusatores, & à legibus statuta supplicia non euaderes, cum autem Christi diuitias acceperis, non putas frustra illas cõsumendo, pœnas te aliquando daturum? Hęc non de his dico qui

D scorta nutriunt, non enim ad illos magis mihi sermo est, quam ad canes, nec de auaris atque rapacibus: nec de his qui tam suo quam aliorum ventri diligentissime student: nil enim mihi commune cum ipsis est, sicut neque cum porcis, aut cum Lupis. Sed de his dico qui abunde rebus suis potiuntur, nil alijs prabentes, de his qui paterna bona otiose consumunt, qui omnes grauiter accusandi sunt. Cur enim iure non accusaberis cum ad venationes tibi canes pleno ventre assistant, Christus vero indignus qui tibi adsit videatur? Cum histrio ad risum te mouẽdo abũdet, delicate cibum abs te sumat, Christus vero cęlorũ regnũ offerendo, nec minimam eius partem accipiet? suscipe loco ipsorum Christũ, his ale, hac mẽsa tibi cõmunicaueris, mitis erit cũ te iudicet.

*Voracitas detestabilis.*

*1. Reg. 9.*

*Benedictio mensæ laudabilis.*

*Danie. 5.*

*Conuiuia nostra sint moderata.*

*Chry. ex va. in Matt. lo. ho. 16.*

*Chry. in Matt. ho. 49.*

*Amos. 5.*

*Simile.*

*Diuites bona pauperibus impartiant.*

*Prodigi & auari seuere punientur.*

Tempe-

Temperantia quidem, vt recte à Prospero scriptum est, inordinatos motus coercet, affectus frænat, desideria sancta excitat, vitia comprimit. Cicero quidem in lib. defin. inquit, quod hæc appetitum frænare solet cum se immoderate effundit, & veluti contra sessorem recalcitrat. Democritus item dicere solitus erat, temperantiam esse quę sensus ipsos redderet concordes, & animi partes maxima cum suauitate contemperatas. Et sicut in Cythara vt suauissimū edatur melos, neque chordę ipsæ nimium distenduntur, neque etiam deprimuntur, sed potius quadam contemperatione continentur: ita in vita sua vnusquisque non debet aut nimia voracitate, aut nimia etiam parcitate vti, sed quadam temperantia actiones suas omnes permiscere. Item in Christi conuiuijs non permittebantur vini immoderatæ cōpotationes, vt discamus quam sobria esse debeant conuiuia nostra, & quam parce nobis vino vtendum sit, neque ei nimium indulgendum. Pingebaant siquidem antiqui Philosophi, vt Abricus ait, Bacchū ipsum cum cornu vtique Taurino, vt inde significarent vini ardorem atque ferias, nisi illo modice quis vtatur. De Alex. Mag. refert Quin. Cur. quod cum cornu illo Bacchi feriebatur, desæuiret atque debaccharetur maxime in amicos etiam atque intimos. Porro contra immoderata conuiuia ex quibus mala sæpe innumera atque incommoda oboriuntur, Vide Decre. Cælesf. 1. c. 28. & dis. 34. Presbyter. In Decreto præterea Euthychiniani Pa. ita dicitur, Magnum malum ebrietatis, vnde vitia omnia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus: qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum decernimus, ad congruam emendationem. Item; Episcopi & Dei ministri non debent commessationibus & vinolentijs incumbere, considerantes sententiam Domini dicentis, attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Moderate enim cibum & necessarium sumptum sumant, & sobrij sint & parati ad seruitium Dei sicut Apos. commendat. Nimius quidem vini vsus memoriam adeo debilitat siue obruit, vt eos obliuiosos reddat atq; immemores. Vnde antiqui Baccho tribuere solebāt ipsam obliuionem, vt scribit Plutar. Tum præterea vix secretum contineri solet, vbi vinum viget. Vnde etiam antiqui eundem Bacchū depingebant nudis pedibus, vt scribit Albricus. Flanius quidem vopiscus de quodam duce bonosio commemorat, quod si quando accederēt ad ei legati aliqui, statim eos conuiuio quodam lautissimo exciperet, & varietate ac copia ita ebrueret, vt adigeret eos ad sibi manifestanda secreta & detegenda.

Prosper. Cicero. Temperātia laudatur. Democri. Simile. Tēperātia in victu quam sit vtilis. Abricus. Quin. Cur. Celes. Pa. Euthy. Pa. Ebrietas damnatur. Luc. 21. 1. Thes. 5. Plutar. Albri. li. de imag. Deo. flauius. vo.

E F G H

Cæterum

A Cæterum & nimia potatio solet facile venerem cōmouere. Vnde Aristophanes vinum nutrimentum veneris appellauit: & antiquo prouerbio dicebatur, ne vineam plantaris cum vinum est in virgine, vt significaretur quam facile vino æstuans venter, in libidinem soleat despumare. Gula sane & intemperantia, multa nobis adportant incommoda. Vnde Ezech. ait, hęc fuit iniquitas Sodomæ saturitas panis &c. Item gula incitat ad multiloquium, in quo non deerit peccatum vt ait Sap. Videas enim quod murmurationes passim proferantur in conuiuijs, quod sane indignū est viris probis. Vnde Eccle. nos monet dicens, sepi aures tuas B spinis, & linguam nequam noli audire. De cete quidem scribit Plinius quod piscem quendam habeat sibi aduersantem, atque ita vt cum cete pugnet, solet ex se maximum quendam emittere fætorem, & contra cete vt se defendat, emittit suauissimum odorē, atque ita fætorem illū pellit: sic ergo cū aliquis ante te effuderit prauum odorem de vita proximi, tu contra, eius facta laudabilia profer, vel moderate corrige detractorem, vt post hac emēdetur: sic etiam cum quis tibi detrahit, tu contra bene de ipso dicito, atque ita vinces. Sic enim Apost. faciebat cum diceret, maledicimur & benedicimus; blasphemamur, & obsecramus. Itē signa C inquit Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia.

*Aristoph.* *Prouerbiū* *Ezech. 16.* *Pro. 10.* *Eccl. 28.* *Simile.* *Quomodo cū murmuratoribus nos gerere debeamus* *1. Cor. 4.* *2. Cor. 12.*

### *Ad Deum confugiamus in nostris necessitatibus*

E*t rogauerunt illum pro illa* Ad Deum quidem in necessitatibus nostris confugere debemus, sic enim faciebat Dauid cum diceret, tu es refugium meum à tribulatione quę circundedit me. Sic fecit Ionas in ventre ceti, Daniel in lacu, Ioseph in puteo, Hieremias in lacu, Susanna inter falsos testes & multi alij. Vnde Hier. ait, non sis tu mihi formidini spes mea in die afflictionis. D Iuuat quidem Deus suos, qui etiam ipsi faciunt quod in se est. Tam diligenter nobis Deus fauet & cumulate, vt dicat apud Ioānem, omnia traham ad meipsum, id est hominem qui est quodammodo omnia, nam habet esse cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum brutis, & intelligere cum Angelis. Porro multi desiderant Christum sequi, & petunt ab eo gratiam, sed tamen nolunt ire per viam Christi. Multi cælum petunt, sed opera non præstant: non igitur securos se existimare debent: faciunt enim vt Balaam, qui dicebat, moriatur anima mea morte iustorum, & tamen erat deditus auaritię & idololatriæ. De talibus ait Bern. non curant quærere, quem tamen desiderant inuenire, cupiētes consequi

*Psal. 31.* *Ionæ 2.* *Hie 14.* *Fauet nobis Deus in maioribus periculis.* *Ioan. 14.* *Homo dicitur mūdus paruus.* *Num 22.* *D. Ber.*

consequi, & non sequi. Dicamus ergo Christo cum sponsa, E
Can 1. trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Et
Psal. 118. Dauid ait, viam mandatorum tuorum cucurri. Item Apostol.
Phili. 4. hoc fauore fretus dicebat, omnia possum in eo qui me confortat.
Isa. 40. Et Isa. ait, qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat, deficient pueri & laborabunt, qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem suam. Vt ergo hæc præstemus, iuuemus inuicem proximos nostros, sicut hodie discipuli iuuant socrum Petri, & pro ea intercedunt, item pro Chananæa intercesserunt. Vnde D. August. vocat Eccles. multitudinem ceruorum, de quibus dicitur quod quando longum aliquod iter conficiunt per montes & valles, cũ tam onusta & ponderosa habeant capita cornigera, alij aliorum capita sustentant, cumque defessus est qui præcedit, fit vltimus, & reclinat caput suum, atque omnes commode iter suum conficiunt. Si ergo se bruta ita mutuo iuuant, quid ni homines hoc ipsum facient? præsertim cũ dicat Apos. alter alterius onera portate. Atque ita intercedendo mutuo pro proximis nostris, Deus alleuabit infirmitates nostras, & eas procul pellet à nobis.

*D. Aug.* F

*Faueamus nobis inuicem.*

*Gal. 6. Nos inuicem iuuemus.*

Cum tam multos habeamus aduersarios, diuinam opem imploremus, & precatores nobis paremus. Vnde Iosue 6. dicitur, vociferamini, tradet enim vobis dominus ciuitatem. Intelligebat siquidem sanctus Iosue quam conferret plurimum oratio: item Deus inquit tradet vobis ciuitatem, idest subijciet vobis indomitos appetitus. Vnde etiam Christus ait, quia si duo ex vobis cõsenserint, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Si ergo tantum possunt duo, quanto plus poterunt plures & omnes simul iuncti? dicentes quidem cũ Daniele, neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare domine, attende, & fac, memor eris propter temetipsum. Dicamus etiam cum Iosaphat, in nobis quidem nõ est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere quæ irruit super nos, sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te, atq; ita cantores præcedere fecerunt dicentes, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, atque ita prelium inceptum est, & aduersarij vsque adeo exterriti fuerunt, vt terga dederint, relictis ibi omnibus quæ habebant, atq; ita accessit Iosaphat cum populo vt acciperent spolia, quæ quidẽ tanta fuerũt, vt per triduum vix potuerint omnia secum deferre. Vnde

G *Iosue 6. Orationes multorum plurimum possunt. Matt. 18. Dan. 9.*

*Oratio fiat cũ humilitate.* H *2. Par. 20*

*Cõfidamus in Deo & diuino auxilio. Victoriam dat Dominus.*

A Vnde & Balaac rex Moabitarum accedens vt præliaretur contra Israel, memor huius victoriæ, præmisit nuntios ad Balaam vt verbis & orationibus imprecatorijs posset hostes superare, vt ait Orige. Qui etiam dicit quod voluerit hic rex Ethnicus imitari Iudæos qui orationibus vincebant, & ita cum hoc audisset, voluit ipsos imitari, hoc autem consilium dedit ei, vt ait Orige. Iudęus quidam qui postea factus est Christianus; dixitque rex Moab senioribus Madian, nunc ablinget Sinagoga hæc, omnes qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus herbam campi. Cur ait, tali vsus est exemplo? propter hoc absque dubio, quoniam B vitulus herbam campi ore conterit & euellit, lingua vero tāquā falce, omnem quā inuenit secat: ita populus hic labijs & lingua contra hostes præliatur, & pro armis verbis vtitur. Hæc Orige. sed nihilominus vult De' vt pro nostra virili faciamus quod in nobis est. Sic enim fecit rex Ezechias quamuis diuinitus abundaret multis fauoribus, cū ab Asyrijs impugnaretur, vnde & ait; viriliter agite, & consortamini, nolite timere, nec paucatis regē Assyriorum & vniuersam multitudinem quę est cum eo, multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo: cum illo enim est C brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster. Sic etiam Iudas Machabæus suis dicebat, non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est, & simul etiam viriliter præliabatur, nam vt inquit textus, insiluit in eos subito, & contritus est Seron & exercitus eius. Curramus ergo horum exemplo ad Dominum in nostris periculis & necessitatibus, hoc enim fecit Iacob cum timeret Esau fratrem suum; Sic fecit etiam Judith, cū liberauit populum, & caput Holophernis amputauit. Adeo enim liberalis est Deus erga nos, vt non solum cum eius opem implo ramus, eam concedat, sed etiā cum non imploramus, nos tuea D tur atque defendat. Isa. 65. ante quam clament, ego exaudiam. Et alibi ait, si vere conuerteris, tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Quis quæso est pater, qui tam prompte filium suum audiat atque Deus? Solus Deus auxiliatur in tribulatione Psal. da nobis auxilium de tribulatione. Et Isa. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus.

*Num. 22. Orige. Victoriæ orationib' parantur. Simile. Oratio quantum possit. 2. Par. 32. In domino cōfidamus in laborib' 1. Mac. 3. Gen. 32. Iudith. 10 12. 13. Isa. 65. Isa. 58. Simile. Psal. 59. Isa. 10.*

*Charitas & pietas quanta sint excellentia.*

E*T rogauerunt illum pro ea.* Vide obsecro quantam charitatem & pietatē didicissent discipuli à magistro suo Christo, siquidē priusquā mensæ accuberent, rogauerūt pro curanda febricitāte.

*Compatiamur afflictis.*

Has

Has quidem pretiosissimas virtutes legat nobis Deus optimus Maximus, vt eis vtamur cum opus fuerit, atque hoc pacto beatitudinem consequamur. Si enim solum in eleemosynis largiendis felicitatem collocasset, quid quæso fecissent pauperes? si in peregrinando & orbem peragrando, quid fecissent claudi? Si in ieiunijs & disciplinis, quid fecissent infirmi? Quamobrē voluit Deus id ab hominibus exigere, quod facile præstare possunt, videlicet amorem & charitatem. Quis quæso poterit se excusare, quod nō possit amare? olim quidē præcepit Deus Moysi, vt tributū quoddam populo imponeret ad ædificationem tabernaculi, quod non excederet dimidium siclum, pauperes etiam possent contribuere: mandabat etiam vt neque diues neque pauper ad plus tenerētur: vt inde discamus, quod huiusmodi tributum amoris & charitatis, tam pauper quam diues possint facile persoluere. Vide igitur quomodo discipuli Christi voluerunt statim ingredientes domum Simonis, hoc charitatis tributum persoluere; est enim tā misericors & propitius Dominus, vt etiam bona desideria nostra & proposita exaudiat: & vt intelligamus quantum gaudeat de charitate nostra erga proximos, propterea voluit vt petitiones ipsę orationis dominicæ communes essent.

*Beneficissimꝰ in pauperes.* E F

*Exo. 30. Num. 1.*

*Omnes si volumus, possumus charitatē exercere.* G

Maxime quidem in charitate nos exercere debemus, si volumꝰ tandem in ea habiles euadere & progressus amplissimos reportare. Sic enim in scientijs fieri videmus, vt habiles non euadamus, nisi ex assiduo studio, & iugi meditatione atque exercitatione: quanto magis igitur æquum est vt virtutes ipsas & præsertim charitatem exerceamus, vt possimus in ipsa insignes euadere? Nam certe maxima obseruatione dignum est, quod statim atque dixit Isa. discite benefacere, illico subiungit oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam &c. quæ sunt opera charitatis. Optime quidem in hac virtute exercitatus erat Iob qui dicebat, ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Sane cum operibus subuenire non possunt viri misericordes & pij, saltem verbis fauent, sicut hodie fecisse videmus discipulos Domini. Elisæus Propheta cum nō posset pecunia persoluere hospitium Sunamitidis, dixit ei, nunquid habes negotiū, & vis vt loquar regi siue principi militiæ? quam multi sunt hoc tempore, qui etiam verbo fauere possent maxime afflictis & miserabilibus personis, & tamen id non faciunt! possumus etiam orationibus iuuare afflictos, sicut fecerunt etiam hodie discipuli: quod etiam insinuauit Pau. cum ait, sicut egentes, multos autem locupletantes. Si egentes sunt, quomodo possunt alios locupletare?

*Simile.*

*In virtute nos plurimū exerceamus.* H

*Isa. 1.*

*Iob 31.*

*Compatiamur afflictis.*

A tare? sane postulantes, deprecantes, atque intercedentes pro illis, quod sane opus plurimi habetur apud Deum.

Cæterum quamuis multæ sint viæ eundi ad cælum, nihilominus tamen omnes ingredi debent per portam vnam charitatis. In cuius rei figuram cum Hebręus populus exiret de Ægypto, mare diuisum est in multas partes, vt iter suum facerent, iuxta illud Psalm. diuisit mare rubrum in diuisiones, at vero cum ingressi sunt terram promissionis, vna tantum parte se se aperuit Iordanis, & ita aditus ipsis patuit. Sic omnia peccata fugere debemus, at vero tota lex & Prophetæ continentur in præcepto charitatis. Vnde Apostol. ait, Qui enim diligit proximum, legem impleuit, nam non adulterabis, non occides &c. in hoc verbo instauratur, diliges proximum sicut teipsum, plenitudo ergo legis est dilectio. Quod præceptum diligenter obseruans Apost. dicebat, optabam ego ipse Anathema esse à Christo pro fratribus meis. Quę quidem verba varie possunt explicari, primum quidem de separatione temporali id est à spirituali conuersatione, quam cum Christo in contemplatione habebam, aliquamdiu separari desiderabam, vt fratribus meis seruirem: secundo possunt intelligi, de separatione à bonis æternis, quasi diceret, nolo Domine cæli tui gloriam, nisi eam meis quoque fratribus largiaris, sicut mater dicere solet se nolle ad diem festum accedere, nisi debeat etiam illuc filios suos adferre: qui videtur excessus quidam, cum amor nesciat habere modum. Alia etiam explicatio colligi potest ex Budęo, qui ait quod Anathema Græce idem est quod homo sacer, idest qui pro Repub. in sacrificium offerebatur vel deuouebatur. Cum enim magna aliqua calamitate affligebatur Respub. totus populus congregabatur, & vnus in ipsa communitate dicebat, hæc quidem calamitas pro peccatis populi euenit: quamobrem ego omnium peccata supra me imponam, & in sacrificium me offeram, vt totus populus expietur: cum ergo iste huiusmodi onus supra se imposuisset, ducebatur ad sacrificandũ religiosis indutus illorum vestibus, cumque transiret per vicos, omnes dicebant, mea peccata supra te reijcio & impono, atque ita vel in mare proijciebatur, vel de monte precipitabatur, vel in ignem conijciebatur, vel denique aliam huiusmodi mortem subibat, & iste talis dicebatur Anathema. Vnde Apostol. cum ait, optabam Anathema esse &c. idem est acsi diceret, ego libenter moriar dummodo saluentur fratres mei.

*Charitas est cæli porta.*

*Psal. 135.*

*Iosue 3.*

*Rom. 13.*

*Rom. 9.*

*Maxime diligere debemus proximos nostros.*

*Budæus in Pandec.*

*Calamitates sæpe eueniunt pro peccatis populi.*

*Anathema quid significat.*

*Rom. 9.*

*APPENDIX.* E

*Psal. 118.*
*Peccatum in quantã miseriam pertrahat hominem.*
*Principiis obstãdum est.*
*Laudes inanes fugiamus.*
*Ioel. 1.*

*Tenebatur magnis.* Talia ergo sunt peccata, quibus ipsi tenemur & ligamur, potius quam dicamur ea nos tenere, sicut febricitans tenetur à febri potius quam ipsam teneat. Vnde Psalm. ait, funes peccatorum circumplexi sunt me. Et certe sæpe morimur ex infirmitatibus quas negligebamus, siquidem cum eas negligamus, non curamus ipsis mederi, atque idcirco cum volumus medicari, iam non possumus. Sic etiam homines negligentes interdum minima peccata, in maxima prolabuntur. Cæterum obseruandum est quomodo Christus post miraculum non valde ibi commoratus est, sed Paulo post illico recessit, vt nos doceat fugere adulationes hominum & inanes laudes. Sane arbor cui cortex educitur, pulchra apparet & candida, at vero periculum est ne exiccetur: sic etiam homo qui laudem non fugit inanem, periclitatur ne propter eam amittat fructum bonorum operum. Quod lugens Ioel dicebat, decorticauit ficum meam, nudans spoliauit eam, albi facti sunt rami eius. Non debemus ergo bona opera nostra decorticare & reuelare, ne exiccentur & arescant, atque fructum omnem ipsorum amittamus. F

G

## *FERIA QVINTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO QVARTA.

*Lethale peccatum est acutissima quadam animæ febris.*

*Simile.*
D. *Amb. libr. 4. in Luc. c. 4.*
*Carnales homines quam sint caci.*



*SVRGENS Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Luc 4. Magna quidem & acuta animæ febris est peccatum mortale: & sicut febris corporis varijs ex causis procedit, sic etiam febris animæ. Peccatum certe est febris, eo quod ignitæ sunt cupiditates, quæ ignem in ossibus animæ & corporis implicant, mentem, animumque pertentant. Vehementior quidem est animæ quam corporis febris, & ideo pro animi voluntate, corporis salus plerumque contemnitur, nec à periculis abstinetur. Sed aliqui contra faciunt, qui pro corporea voluptate sæpe animæ salutem destruunt imo & corporis etiam aliquando, sicut Ambr. narrat de quodam, cui cum Medici dicerẽt H

quod

A quod si carnis cōcupiscentiæ satisfaceret, cæcitatē incurreret, id facere non erubuit, dicens, vale amicum lumen. Sed vbi quis resipuerit à furore, tunc conscientiæ interioris visus aperitur. Sane qui in peccato positus est, merito illi dicitur persimilis qui febre laborat. Nam sicut hic modo frigore riget, & modo calore exæstuat; ita etiam peccator modo terrore nimio concutitur, modo vero nimia confidentia impellitur, & peccatum peccato accumulat, cum tamen contradicat Sap. cum ait, ne adijcias peccatum super peccatum. Multæ porro sunt febrium species, *Simile.* *Malorum extrema.* *Ecclesi.5.*

B alia enim est febris tertiana, alia quartana, alia quotidiana, & ita in cæteris: sic etiam variæ sunt peccatorum species, quibus peccator ipse implicatur, sensimque minimis sceleribus ad maxima delabitur. Veluti tandem ex multis arenę granis conglobatis & coniunctis, ponderosa quędam fit sarcina, & multę aquę guttę nauem ipsam vehementer onerant. Præterea qui satisfacere nolunt & restituere quæ iniuste acquisita habent, hi videntur laborare febri tertiana: nam cum aliquando vir quidam sanctus interrogaret quendam dæmonio correptum, quo nomine appellaretur, respondit, tres sumus nos, *Variæ peccatorũ species.* *Simile.* *Restitua[m] aliena.*

C & tria etiam nomina habemus: vnus vocatur claudens cor, & alius claudens os, & alius claudēs crumenam: quare si nil efficiunt primus & secundus, accedit tertius laborans quasi febre tertiana, vel eam in ægrotum inducens, atque ita efficit vt ipse non restituat quæ debet, & quæ male acquisita habet: si primus non potest prętare vt infirmus ipse non habeat contritionem in corde, neque etiam secundus efficit vt non habeat confessionem in ore. Illi præterea continua febre laborant, qui semper in peccato perseuerant, semper vsuras exercent, vel semper secum concubinam habent & cum ea versantur. *Confessio quam sit vtilis.*

D Cum ergo Christus Dominus tantum esse videret peccati pondus & sarcinam, propterea venit ipse in mundum, vt peccata hominum tolleret & conuelleret, ne videlicet homo tanto oneri succumberet & in sempiternum periret. Cum vidit sacerdos venientem ad se Dauidem tam famelicum & siti cōfectum, atque defatigatione laceratum, intellexit magnum aliquod & vrgens negotium esse propter quod ipse veniret: ita etiam quod Christus Dominus veneri: tanta cum defatigatione, tanta fame & siti, ad liberandum hominem de febre peccati, negotium plane aliquod imminebat arduum & magni ponderis, propter quod ipse veniret, tale autem fuit vt hominem à miserrimo seruitutis peccati iugo liberaret. *Perseuerare in peccato quã sit detestabile* *1. Reg. 21.* *Peccatum maxima animæ miseria.*

Sane quemadmodum acutissima febris interdum hominē ad delyramenta proferenda adigit: sic etiam cum anima acutissima phrenesi peccati laborat: in mille incurrit incommoda. Quamdiu homo in gratia Dei perseuerat, residet quidem in eo Deus tanquam in Throno & sede sibi gratissima: at vero cum in lethale peccatum se pręcipitat, non modo Dei gratia se priuat, verum etiam cęcitatem maximam incurrit, & suæ animæ hospitio dæmonem ipsum recipit & includit. Sic enim videmus regi Saul accidisse, cum enim Dei gratia spoliatus esset, statim spiritus malus eum inuasit, qui non modo eius corpus cruciabat, verum etiam eum induxit vt 85. sacerdotes domini sacris vestibus indutos interficeret: nec hac ferali & sacrilega immanitate contentus fuit, sed etiam Nobe ciuitatem sacerdotum ferro & igne crudelissime vastauit, senem & iuuenem, puerum atque lactentem, oues quoque & boues, camelos & asinos crudelissime deleuit, vt iam videas quo tandem perueniat animus diuina luce atque præsentia orbatus, atque peccati febre correptus. Pręterea quis quæso Dauide suo tempore aut sanctitate & innocentia, aut Prophetiæ Spiritu, aut cęlestibus donis præstantior? Nihilominus tamen vbi semel adulterium commisit, tanta cæcitate percussus est, vt in cædem fidelissimi serui sui Vrię etiam conspirauerit, & eum interfici iusserit: nec adhuc oculos aperiebat, donec ad eum accessit Nathan Propheta, qui grauitatem delictorum suorum eidem aperuit. Quid ergo agis ô bone rex? nonne tu ille es qui pepercisti aduersario tuo Saul cum tamen eum sæpissime posses occidere? nunc ergò cur tantopere debaccharis in seruum tuum supplicem & benignum? intelligite quæso fratres vel hoc vno argumento qualis sit illius animæ status, quā diuinus spiritus & cælestis gratia dereliquit. Vt enim ardenti lampade in obscuro loco accensa, omnia quę ibidem latent, conspicua fiunt, extincta vero, corpora etiam ingentia minime videntur: ita quamdiu diuinæ gratiæ lux animæ nostræ pręlucet, minutissima etiam delicta & cernimus & dolemus: at vbi hæc lux per peccatum extincta est, grauissima etiam & execranda scelera nec videmus, nec alicuius momenti esse putamus. Hæc igitur tanta malorum vis ex pestilenti radice peccati deriuatur, quod quamuis fidem & spem non adimat, cæteris tamen donis cælestibus & diuina gratia priuat, qua sublata præceps homo in quæuis flagitia cæco impetu rapitur. Porro diuersitates quidem febrium peccati, similes sunt materiæ quæ igne consumitur, quam ædificari

Paulus

*Marginalia (left):* *Simile.* — *Quantum noceat peruersa conscientia.* — 1. *Reg.* 15. — 1. *Reg.* 22. — *Iratusquā ta incurrat incommoda.* — *Peccatum quantum conturbet mentem.* — 2. *Reg.* 11. & 12. — 1. *Reg.* 24. — 1. *Reg.* 26. — *Simile.* — *Gratia quantum illustret animam.* — *Peccatum hominem excæcat.* — *Simile.*

*Marginalia (right):* E — F — G — H

A Paulus Apostol. peccatoribus dicit, qui supra fundamentum Christi ædificant ligna, fęnum, & stipulam: in quo manifeste ostenditur, vt ait Cyril. esse quædam peccata ita leuia vt stipulę comparentur, cui vtique ignis illatus, Diu non potest immorari: alia vero fæno esse similia, quæ & ipsa non difficulter ignis absumat, verum aliquando tardius quam stipulis immoretur: in quibus pro qualitate criminum, diutinum & grande pabulum ignis inuenias: ita vnum quodque peccatum pro qualitate vel quantitate sui, pœnarum iusta persoluit. Verumtamē quid B opus est fidelibus & his qui cognouerunt Deum, de pęnarū qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna, quid fænum, quid stipulam ipsam ad fundamentum Christi supponere? Cur non magis aurum, vel argentum, vel pretiosos lapides, vt ait Pau. pretioso supponimus fundamento, quo cum accesserit ignis, nil inueniat quod absumat?

*1. Cor. 3. Cyril. lib. 14. in Leui.*

*Peccata etiam leuia fugiamus.*

*1. Cor 3.*

Porro homo in peccati mortalis febre constitutus, non solum infirmus dicitur, sed mortuus. Homo inquit Sacrascriptura, occidit animam suam per malitiam Exquo colligas, vt ait grauis quidam autor, impium hominem esse sui ipsius homi C cidam, vt dicitur Iaco. 1. Et Ezech. 18. dicitur, anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et capite. 8. dicitur, vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco Sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Hoc est horribile quoddam mōstrum, esse animam mortuam in corpore viuo. Qui fieri potest vt viui sint, qui sunt in vitiorum tumulo sepulti? Isti plane sunt de quibus dicitur, ossa arida audite verbum Domini. Cęterum quando Deus præcepit ne quis hominem mortuum attingeret, volebat in primis prohibere ne quis impijs hominibus familiariter vteretur. D Qui enim sunt flagitijs inquinati, mortui vocantur: existimamus enim nos sępe in homines respicere, cum homines non sint, sed hominum sepulchra, in hominibus non homines videmus, sed cadauera: intuemur quædam ossa arida in campo, hoc est in mundo constituta. Sed beati qui audiunt verbum Dei, vt à vitijs resurgant. Venit hora inquit Ioan. & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. quemadmodum fulmen ensem attingens, vaginam foris integram relinquit, ferrum autem intus ferit: sic peccati Lethalis febris, corpus viuum foris relinquit, animam autem intus occidit, separans ab illa gratiam, quæ est animæ vita, atque pretiosissimum & incomparabile ornamentum.

*Sap. 16.*

*Hec. pin. in Eze. 37 in illa verba, ingressus est in ea spiritus*

*Iaco 1.*

*Ezech. 18.*

*Eze. 8.*

*Eze. 37.*

*Num. 19.*

*Ezech. 37*

*Ioan 5.*

*Simile.*

*Gratitudine ornati esse debemus.* E

*Ingrati nõ simus.* ET *continuo surgens ministrabat illis*. Vide quam gratam se exhibuerit hæc simonis socrus, quæ statim atque curata est, ministrabat illis. Sic ergo nos huius exemplo non debemus esse ingrati tot tantisque beneficijs diuinitus acceptis, sed quam gratissimi simus, tanquam si vniuersalia beneficia fuissent nobis dumtaxat exhibita: sic enim Apostol. faciebat cum diceret, dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Satis quidem Apostol.
*Gal. 2.* nouerat quod pro omnibus passus esset Christus, cum Corinthijs scribens, dixerit, pro omnibus mortuus est Christus, vt F
*2. Cor. 5.* qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit: sed nihilominus hæc omnibus exhibita beneficia, tanquam sibi dumtaxat præstita, arbitratur Apostol. cum ait, tradidit semetipsum pro me. Nam quemadmodum si Sol
*Gal. 2.* esset capax gratiarum actionum, ex æquo singuli illi gratias a-
*Simile.* gere deberent, cum ipse omnes æqualiter illuminet: sic igitur
*Vide quantum Deo debeamus* cum redemptionis beneficiũ omnibus fuerit æqualiter exhibitũ, omnes tenentur sigillatim pro eo gratias agere, acsi singulis eorum fuisset dumtaxat exhibitum, quamuis non omnes sciant G
ex ipso proficere. Nam certe quemadmodum in diuersorio vel Symbolo, qui socialem habent mensam, quamuis non æ-
*Simile.* qualiter ipsi comederint singuli, nihilominus tamen omnes æqualiter per soluunt: sic etiam cum omnibus sit exposita & pro omnibus facta hæc vniuersalis redemptio, omnes tenentur pro ea grati esse, quamuis propter ipsorum culpam, non omnes
*Omnes tenemur grati esse Deo.* sciuerint ex ipsa proficere. Quod si propter vniuersalia beneficia tam grati esse debemus, quanto quæso gratiores nos esse conuenit pro particularibus beneficijs vnicuique nostrum exhibitis? Hæc quidem præclarè considerauit Simonis Socrus, ac H
propterea, continuo surgens, ministrabat illis, vt gratam se ostenderet. Vult quidem Deus nos gratos esse erga ipsum.
*Gen. 35.* Sic enim videmus quod Patriarchæ Iacob dixerit, surge, & ascende Bethel, & habita ibi, fac altare Deo qui apparuit tibi
*Gen 13.* quando fugiebas Esau fratrem tuum. Sic etiam Abrahæ præcepit dicens: surge, & perambula terram in longitudine & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam: iubet autem vt terram
*Beneficiis Dei, gratissimus.* perambulet, vt hoc pacto cognoscat quantum sit Dei beneficium, & gratias ipsi agat. Longe quidem maiora beneficia nobis Deus exhibuit, si ea diligenter considerare velimus: atque ita optans Apost. vt ea diligenter contueremur, ait: non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis

A voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambulatis digne Deo per omnia placentes cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in sortis partem sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum &c. Vide igitur quomodo Paulus Apostolus doceat nos plura quidē beneficia atque etiam maiora fuisse consecutos atque etiam adeptos. *Gratitudo quantum conducat.*

Sephora cum circuncidisset filiū, tetigissetque pedes viri sui, ait, sponsus sanguinum tu mihi es; quasi diceret, Deus tibi vitam hodie eripuisset, nisi hunc filij sanguinem pro te effu- *Exo. 4.* *Vide quantum deceamus Christo propter mortis sua beneficiū.*
B dissem: atque ideo co intelligas quod magno te affecerim beneficio. Si ergo hęc mulier tanti facit hoc beneficium, & hanc minimam effusionem sanguinis filij sui: quanto quæso magis facere debemus nostræ redemptionis beneficiū, & pretiosissimam effusionē sanguinis domini nostri Iesu Christi agni immaculati, qua erepti sumus non quidem à temporali morte tātum vt Moyses, sed potius à morte sempiterna? Quare non faciamus more porcorum, qui quidem glandibus vescentes sub quercu, nō considerant quod ab ipso subulco sibi decutiantur & propinentur, sed potius simul atque destiterit & descenderit, videntur quodā- *Dissimile* *Ingratorū cōditiones* *Diuina beneficia nō obliuiscamur.*
C modo contra ipsum grunnire, quod plures adhuc non suppeditet. Sic enim faciunt mali & improbi, qui tantum abest vt gratias Deo agant pro acceptis beneficijs, vt potius contra Deū obmurmurent, & blasphement: tum etiam contra proximos suos insurgant, & eorum prædari bona conentur magna cum contentione & fraudibus, terrena potius, quam cælestia bona contuentes, de quibus ait Psal. oculos suos statuerunt declinare in terram: semper enim terrena quærunt, & murmurant contra Deum nisi ipsos bonis terrenis exaturet tanquam sues: iusti vero contra faciunt, oculos suos ad Deum factorem suum ex- *Contentiones fugiamus.* *Psal. 16.* *Gratissimi erga Deū semper.*
D tollentes, atque pro acceptis beneficijs gratias iugiter agentes, & aduersa patientissime tolerantes. Vide enim obsecro quomodo etiam Deus oculos suos defigat in considerandis & minutatim expendendis obsequijs, quæ ipsi à seruis suis offeruntur, vt patet in obsequio Magdalenæ apud Simonem leprosum, item in sacrificio filij Abrahæ cum dixit, per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicā tibi &c. Vide quomodo minutatim circūstātias oēs expēdat, videlicet in filio primogenito, in eius dilectione, & in cæteris. Sic ergo imitemur hunc Dei morē in expendendis beneficijs quæ ab ipsius liberalissima manu nobis conferuntur, *Vide quomodo expēdat Deus obsequia seruorum suorum.* *Luc. 7.* *Gen. 22.*

vt ita copiosiores & cumulatiores agamus gratias. Sic enim fecit E
Deut, 8. Moyses cum proposuit populo amœnitatem & fertilitatem terrę promissionis, vt inde concluderet quantum pro tam singulari beneficio Deo obligaretur, & quantas agere gratias deberet. O miserabilis homo, quid quæso habes, ait Pau quod non accepi-
1. Cor. 4. sti? Quantum quæso dares si oculos quos habes, emere deberes, si solem, si aerem? Si quoties peccas, tibi oculi eruerentur, quid faceres? nonne diceres cum Tobia, quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & Lumen cæli non video? Quoties igitur peccas, & eos tibi non adimit, toties gratias agere debes, F
acsi denuo tibi oculos concessisset. Sic etiam cum lingua offen-
Tob. 5. dis, cum manibus, & alijs corporis partibus. Si ergo pro tan-
*Vide quantum Deo debeamus* tis beneficijs fueris ingratus, magnas tuæ ingratitudinis lues pœnas. Quamobrem nos monet Pau. dicens, beneficentiæ eius nolite obliuisci. Sic igitur voluit Socrus Simonis se gratam Chri-
Hebr. 13. sto exhibere pro tanto beneficio.

*Quantum conducat gustare cælestia, vt terrena fastidiamus.*

CVm autem Sol occidisset. Vide obsecro quantum isti Christum G admirarentur, & eius diuinam prædicationem gustarent, siquidem cum Sol occidisset ad ipsum cateruatim ruunt, & eius opem implorant, tum etiam, vt narrat Lucas, detinebant illum ne discederet ab eis. Et certe quemadmodum res Aromaticæ & odoriferæ tunc maxime odorem suum effundunt & emittunt cũ confricantur; sic etiam res cælestes cum mente sæpe voluuntur, & considerantur, magnã ingerunt suauitatem & consolationẽ. Et sicut sericum gausapinum, aut textum Attalicum, non in
*Simile.* hunc vsum ab hominibus comparantur, vt ollæ & sartagines ip-
*Consideremus Dei beneficia.* sis detergantur & mundentur: sic etiam hominis mens nõ ideo H fabricata est, vt eam occupemus in his rebus infimis & terrenis, sed potius in cælestibus, & vt meditemur diligenter quanta diui-
*Simile.* nitus accepimus beneficia, quãta sit etiam Dei nostri maiestas
*Occupemus mẽtem in cælestibus.* quam offendimus, quanta rerum excellentia quas speramus: atq; hoc pacto terrena hæc contemnemus. Si enim cælestia gustaremus, vtique hæc nobis caduca & terrena vilescerent. Vnde
*Psal. 33.* Psalm. nos hortatur dicens, gustate, & videte quam suauis
*Ezech. 3.* est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Gustauerat sane cęlestem dulcedinem Ezechiel cum diceret, spiritus eleuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione spiritus mei, manus enim Domini erat mecum confortans. In quo si-
gnificauit

A gnificauit propheta, quod postquam cœlestia gustauerat, hęc terrena visa sunt ipsi amara. Postquam Moyses matris suæ lac degustauerat, noluit aliud gustare lac alterius mulieris. De sulmone etiam pisce legimus quod quamuis in mari nutriatur, nihilominus tamen si semel in flumen aquæ dulcis inciderit, non velit inde amplius egredi. Vtinam nos cœlestia gustaremus, vilescerent sane nobis hæc omnia terrena. Sic enim pau. recensens, quomodo multa quę lucra antea esse arbitrabatur, contempserit ait, sed quę mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Chri- *Simile.* *Philip. 3.*
B stum detrimenta, per quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam. Sane qui gustare incipiunt cœlestia, & Dei magnalia, facile contemnunt hæc caduca & fragilia huius seculi bona. Vnde Pau. dicit de Moyse quod grandis factus negauit se esse filium filię Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Conijciebat oculos in æterna, atq; ita spernebat temporalia. Sic etiam nos facere debemus, in spe gloriæ filiorũ Dei, vt ait Apo. vide enim isti in hoc Euangelio quantam sentirent dulcedinem prædicationis & miraculorum Christi, àdeo vt proprias domos *Hebr. 11.* *Rom. 5.*
C & familiam obliuiscerentur, & Christum sequerentur per loca deserta & inculta. Sic etiam Christus dixit paralitico, tolle lectũ tuum, & ambula. Sed quorsum id ais bone Christe, non ne ipse satis hoc sua sponte fecisset? veruntamen tanta erat lętitia quam animo ceperat ex tanto miraculo, vt fortasse lectum ibi oblitus fuisset, sicut oblita est Samaritana vrceum in puteo. Adam etiam àdeo deditus erat contemplationi in illo statu innocentiæ, vt Deus illi memoriã cibi refricare deberet. Faciunt enim contemplationes rerum diuinarum, vt hæc terrena, etiam quæ necessaria videntur, obliuiscamur. Vnde Apost. dicebat, conuersatio no- *Mar. 2.* *Ioan. 5.* *Phil. 2.*
D stra in cœlis est. Sane cum sol oculos nostros ferit, vmbra post tergum apparet; & cum sol tergum verberat, tunc vmbra ante oculos ponitur. Sic ergo si Deum ante oculos habemus, terrena tanquam vmbram post tergum habemus & obliuiscimur, at vero si vmbram ante oculos habeamus id est admirationem horum terrenorum & amorem eorum, Deum obliuiscemur. Vtinam igitur vere dicere possimus cum propheta, prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Sane cum aliquis nimium adhæreſcit rebus huius seculi, neque Christum sequitur, neq; ex hac vita iucunde migrat sed cum summa molestia: talis vtiq; erat diues ille, cui dictum est, stulte hac nocte repetent à te animam tuam: veruntamen viri iusti cũ mag- *Psal. 5.* *Simile.* *Psal. 15.*

no desiderio ex hac vita discedunt, vnde Apost. dicebat, cupio dissolui & esse cum Christo. Nam certe quemadmodum accipiter qui prædam comprehenderat, postquam accessit ad eum venator, & prædam eripuit, adhuc non quiescit, sed vult adhuc inuadere prædam, & excutere a se capitis operculum quo à venatore tegitur: sic cum Paulus raptus fuisset vsq; ad tertium cœlum & tam suauia arcana gustasset, cum postmodum ad hæc terrena deiectus est, & corporeo quasi operculo se colligatum vidit, rursus dissolui cupiebat & esse cum Christo. Sed non perinde mirũ videtur de Paulo, qui ita prædam inuaserat, atque de Tobia felicissimo illo sene, qui quidem suauissime dicebat, præcipe in pace recipi spiritum meum. Tum etiam sancti Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Sane quanto magis aliquis cælestiũ mysteriorum & mirabilium suauitatem atq; etiam dulcedinem degustauerit, tanto etiam magis cælestia desiderat & exoptat. Vnde Psalmographus ait Psal. 33. accedite ad eum, & illuminamini. Sic ergo turba hæc quę sequebatur Christum, & dulcedinem prædicationis eius gustare incæperat, atque miraculorum suauitatem, non poterat non etiam in occasu solis ad Christum concurrere & eius opem implorare.

*Phili. 1.* *Simile.* *Gustare diuina quam sit suaue.* *2. Cor. 12.* *Phili. 1.* *Tob. 3.* *Acto. 5.* *Psal. 33.* *Psal. 33.*

E F G

## FERIA SEXTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

### CONCIO PRIMA.



ENIT *Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar &c.* Ioan. 4. puteus quidem erat, vt ait August. fons iste de quo dicitur in hodierno Euãgelio, sed omnis fons puteus, nõ omnis puteus fons. *Fatigatus ex itinere.* Tibi fatigatus ab itinere Iesus est: inuenimus virtutem Iesum & inuenimus infirmum Iesum. fortem & infirmum: fortem, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vis videre quam iste filius Dei fortis sit? omnia per ipsum facta sunt. Infirmum vis nosse; verbum caro factũ est. Fortitudo Christi te creauit. Fortitudo Christi fecit vt quod non erat esset: infirmitas Christi fecit vt quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quæ siuit nos infirmitate sua. *Iuxta prædium* idest iuxta agrum quem dedit Iacob filio suo.

*D. Aug. in Ioan. Trac. 15. tomo. 9.* *D. Tho. in Ioan. 4. Lec. 4.*

H

A suo. *Erat autem ibi fons Iacob.* Dicitur fons Iacob, ait D. Tho. quia ipse puteum illum foderat in terra illa propter defectum aquæ, vt habetur in Genes. *Fatigatus ex itinere.* Christus volens ostendere veritatem humanę naturæ, permittebat eam agere & pati quę sunt propria hominis: volens etiã ostendere in se veritatem diuinę naturæ faciebat & operabatur propria Dei. *Sedebat sic.* Quid autem per hoc verbum sic intelligitur? ait Chrys. non in sella, non in loco honoratiori, sed in terra, vt contingit. *Sedebat sic.* Ait alius autor, sic se let Christus dominus cum vnoque nostrum, accommodans suam conuersationem, sua colloquia & inspirationes, admirabili sua benignitate, iuxta mensuram & capacitatem singulorum, officium, conditionem & statum. Pastori quidem sese accommodat, eumque in suum amorem allicit, proponens ei quonam pacto ouis agniculum suum diligat, ex quo amore eum eleuat ad diuinum. Declarat etiã sic fere expiari per sacramenta, extergi que peccata, quemadmodum ipse iuniperino suo oleo mundat scabiem infectarum ouium. Agricolæ item insinuat qua ratione renouare possit & emendare vitam suam atque mores, exemplo arboris quam ipse purgat ab inutilibus ramis, quamque magna vtilitate inserit alteri arbori. Item prouectioribus ac peritioribus altiora inspirat atque infundit. Quod etiam se præstare Apost. testificabatur, cum dicebat, omibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.

*Gene*s. 24. *Chrys. in Ioã. ho.* 30. *Autor.* B *Simile.* *Simile.* *Simile.* C 1. *Cor.* 9.

*Erat autem ibi fons Iacob.* Huiusmodi fontem siue puteum dederat Iacob in benedictionem & quasi hæreditatem quandam suo filio Ioseph, siquidem tunc mos erat dare filio meliori bonam aliquam partem, & is maior etiam dici solebat sicut malus dicebatur minor. Vnde Genes. 9. Dicitur, cum didicisset Noe quæ fecerat ei filius suus minor: aduerte quod non erat Cham filius minor omnino sed Iaphet: at vero dicitur minor per quendam contemptum, quod pessimus esset. Sed nostro tempore videmus iam quod vitiosus omnia possideat, dum modo sit natu maior, & virtutis studiosi remanent nudi & spoliati.

*Vide qualis esset olim consuetudo.* D *Genes.* 9.

*Venit mulier de Samaria haurire aquam.* Considera quæso hoc in loco, ait Chrysostomus nil ferentes discipulos, nec à principio dici vllam victus curam habentes, sed quo tempore omnes prandent, cibos emptum proficiscuntur: non vt nos, qui cum primum mane exurgimus, ante omnia de parandis epulis & mensa diligenter verba facimus, inde

*Chrys. in Ioã. ho.* 30. *tomo.* 3.

inde alijs operam damus diuinis preponentes. Et quid mirum E
dixerit fortasse quisquam, humiles erant piscatores & tentorio-
*Ostentatio* rum opifices? Erant sane, verum ad ipsum cælum repente euola-
*nes mũda* runt, & cunctis regibus clariores euaserunt. Illud præterea non
*nas fugia-* ignoratis, quod quanto quis humiliori gradu ad dignitates assu-
*mus.* mitur, facilius in superbię insaniam effertur. Ideo Christus suo
exemplo remanens cum Samaritana absq; discipulis, eos docuit
quomodo pompas & comitatus fugerent, & ab omnibus se abs
tinerent, neque ministris indigerent. Dum quærit aquã mulier
Samaritana, ait alius autor, vitam quam non quærebat inuenit.
O admiranda Dei opera atq; iudicia Quam vere ab Apost. dictũ F
*Rom 9.* est, non est volentis, neq; currentis sed Dei miserentis. Hæc
enim mulier nec quærebat, nec currebat, nec volebat, & tamen mi
sericordiam consecuta est. Mulier enim hæc Samaritana idolorũ
*Deus non* cultrix erat, pecatrix erat, quinq; viros habuerat, modo pro viro
*est persona* lenonem habebat. Itaq; quacumq; parte illam spectaueris, siue
*rum accep* genus, siue vitam, siue mores, siue naturam, siue quiduis aliud cõ-
*tator.* sideres, nil non vilissimum, nil non abiectum, & cælestibus do-
nis indignum offendes. Quæ quidem his omnibus maculis de-
*Fauet De'* formata, ad fontem illum veniebat, nil minus quam gratiam aut
*quibusdã* salutem animæ suæ cogitans. Quam tamen diuina pietas ita res- G
*absque eo* pexit, ita extulit, & nobilitauit, vt ex infideli & infami peccatrice
*quod ipsũ* Apostolam quodam modo fecerit & Euangelistam. Quoquidẽ
*innocent.* opere, diuinę gratiæ libertas, simul & liberalitas immensa aperte
*Clemẽtissi* declaratur, quę sese quoquo voluerit, citra etiã vlla antecedentia
*mus & li-* merita, liberalissime effundit, deniq; nobis ipsis gratulemur qui
*beralissi-* tam beneficum & clementem habemus dominum: qui si talis est
*mus est* in non querentes, qualis erit in querentes, & toto illum corde
*Deus Ly-* diligentes? *Venit de Samaria.* Samaria hic vt ait Lyranus, nõ est
*ra in Io.4* nomen ciuitatis, sed gentis vel regionis, quia illa mulier fuit de
ciuitate Sichem, quę tunc erat Metropolis Samaritanorum, vt H
*Iose. li.11.* dicit Iosephus. Samaria enim erat destructa & reędificata, tamen
*antiqui.* nomine mutato eius, quia tunc Sebaste dicebatur, vt ait Iose.
alibi.

*Lib 13. an* *Da mihi bibere.* Paululum petit aquæ, ait grauis quidam autor
*tiqui.* vt multa tribuat dona. Sic Elias postulauit à paupere illa vidua
*Horoz. in* bucellam panis & potum aquę, pro quibus fontem olei ac fari-
*decla.* næ copiam largitus est Deus. Petijt olim Deus ab Abrahamo,
*Quad.* vt dilectum suum Isaac immolaret, promittens se pro ea immo-
*3. Reg. 17* latione filium suum esse daturum. Quod tamen cum Abraham
*Genes 22.* exequi vellet, & maxima quidem hilaritate, attendens quantum
bonum.

A bonum recepturus esset, non permisit Deus, sed quasi ita dicens, nolo quidem tam caro filium meum dare, arietem ad immolandum indicauit. *Quomodo tu Iudæus cũ sis, bibere a me poscis &c.* Propter peccata populi Israel, vt habetur 4. Reg. scilicet decem tribuum quæ colebant idola, ducti sunt in captiuitatem à rege Assyriorum in Babyloniam, ait D. Tho. & ne Samaria absque habitatoribus remaneret, fecit ibi gentes ex diuersis locis ductas habitare: & cum ibi essent, volens dominus ostendere, quod non propter imbecillitatem suæ virtutis, sed propter Iudæorũ malitiã tradidit eos, immisit ipsis gentibus leones & sęuas bestias, quæ eos lædebant quæ vbi nunciata sunt regi Assyriorum, habito consilio, quod hoc ideo eis contingeret, quia non seruabãt legitima Dei terræ, misit ad eos sacerdotem quendam ex Iudæis, traditurum eis Dei legem secundum legem Moysi. Vnde & isti licet non essent ex populo Iudæorum, seruabant tamen legem Moysi, sed cum Deo vero colebant idola, nec Prophetis attendebant, & vocabant se Samaritanos à ciuitate Samariæ, quæ erat sita in monte Somer. Reuertentibus ergo Iudæis ex captiuitate in Hierusalem, semper infesti fuere & contrarij, & sicut dicitur in Esdra, impediebant eos ædificare templum & ciuitatem,

*Magnus munerator Deus.* *4. Reg 18* *D. Tho. in Ioan. 4. Lec. 1.* *Atrocia peccata quomodo puniat Deus.* *3. Re. 16.* *1. Esdr. 4.*

B

C Et licet Iudæi vitarent omnes alias nationes, specialiter tamen vitabant istos, nec in aliquo coutebantur eis, & hoc est quod dicit, *non coutuntur Iudæi Samaritanis*: non dicit quod Samaritani non coutuntur Iudæis, quia libenter voluissent adiungi & conti Iudæis, sed Iudæi eos repellebant secundum illud Deut. nõ inibis cum eis fœdus.

*occasiones noxias declinemus.* *Deu. 7.*

*Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.* Mirũ negotium, vtraque pars suo fungitur officio; Dominus cum aquam petit, occasionem captat, qua pietatis opus exerceat: mulier vero ipsa, ea prohibitione quæ non ad se, sed ad Iudæos pertinebat, violandæ pietatis occasionem arripiebat, ne videlicet sitienti domino potum daret. Quaquidem tergiuersatione, eorum imaginem referre videtũ, qui leuissimis de causis ab officio & pietate recedũt, quemadmodum illi qui ad nuptiale conuiuiũ à rege inuitati, alius vt iuga boũ probaret, alius vt villam quã emerat inuiseret, alius quod vxorem duxisset, ire detrectarunt: sic reperire multos licet, qui cum ad cæleste conuiuium & ad nuptias agni à Domino vocentur, vt eius gloriæ participes efficiantur, leuissimis de causis insignem hanc domini gratiam repudient. Alij rumusculos mundi, & quid vulgus hominum dicturus sit si vitæ rationem cõmutauerint, extimescũt. Alij ne vel chartarũ ludũ, vel ami-

D

*Excusationes quærimus vt bona non faciamus.* *Luc. 14.* *Leuibus de causis statim a virtute recedimus.*

vel amicos & contubernales, scelerumque suorum socios, aut cõ suetas voluptates, deserãt, vocanti domino & æterna præmia pro mittenti, parere recusant. Vide ergo quã leuibus de causis soleãt homines cælum repellere. E

*Exo. 34. Num. 16. Deut. 12. Diosco.*

*Non coutuntur Iudæi Samaritanis.* Diligenter quidem Deus Iudæis præcipiebat, ne se miscerent cum alienis gentibus, vt patet Exo. 34. Num. 16. & Num. 12. Quemadmodum enim taxus sola vmbra necat dormiẽtes, vt Dioscorides ait: ita impius familiaritate & contagione inficit & perdit incautos.

*D. Aug. trac. 15. in Ioan. Eleemosyna quãtũ cõducat.*

*Si scires donum Dei &c.* Eget quasi accepturus, ait Aug. & F affluit tanquam satiaturus: donum Dei est spiritus sanctus *Si sci res quis est qui dicit tibi da mihi bibere.* Hoc plane in huius seculi diuites maxime quadrat, qui pauperes à se vel cibũ, vel potũ, vel lacerã vestẽ, suppliciter petẽtes cõtẽnunt. Qui tamẽ si probe nossẽt quis sit ille qui in paupere latẽs, cibũ aut vestẽ petit, illi sta tim ab eo pro tẽporali cibo, æternitatis alimoniã peterẽt. His verbis Christ videtur innuere & significare, vt ait Orige. maximũ

*Orige. in Ioã. to. 13.*

desideriũ quo tenebatur vt mulier hęc à se aquã gratię postularet. Vult siquidẽ Deꝰ vt se rogemꝰ atq; oremꝰ pro suis muneribꝰ nobis impartiẽdis, iuxta illud Psal. postula à me, & dabo tibi Vi- G de obsecro quã sãcta & honestissima essẽt colloquia ista varia in

*Psal. 2. Autor.*

ter Christũ & Samaritanã: vnde colligas quales esse debeãt cõfabulationes nostrę atq; colloquia. Qua de re Philosophi etiã aliqui nos instruxerũt. Nam Athenodorus dixit, ita cum hominibus

*Atheno. Isocr.*

omni tẽpore consuetudinem habeto, acsi Deus autor omnis boni, & mali vltor, præsens actiones nostras contueretur. Et Isocr. ait, vrbanus esse stude & grauis, quorum hoc principatũ decet, illud congressibus est aptum, quamuis difficillimum quidem factu sit. Item meditare depreclaris actionibus loqui, vt assuescas his similia sentire quæ dictitas.

*Chry. in Ioã. ho. 31. Nos Deus inuitat ad gratiam suam.*

*Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum* Tu autẽ quęso Dei H sapientiã considera, ait Chry. quã leuiter mulierculam allicit, non à principio dixit, si scires quis est qui tibi dicit, da mihi bibere, sed postquam occasionem illi prębuit, vt ipsum Iudęum appellaret & criminaretur, hoc propulsans inquit, si scires quis est qui tibi dicit, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, quibus verbis iam ad maiora impulit, vt Patriarchę meminerit: inde cũ

*Iactantiã fugiamus.*

illa diceret, nũquid tu maior es patre nostro Iacob? non se maiorem dixit, visus enim esset se tantum iactare nondũ cognitus, sed latenter id significat: non enim simpliciter dixit, dabo tibi aquã, sed priꝰ Iacob aqua neglecta, suã laudat à munerũ natura, & dantium

A dantiū volēs differētiā oſtēdere, & quātū ipſe Patriarchā excelleret: nam ſi admiraris inquit Patriarchā, quod hāc aquā dederit, inde ego lōge meliorē tibi dedero, ea accepta, me quā Iacob maiorē confitearis neceſſe eſt. Si cū dicas, nūquid maior eſt Iacob, quoniā hanc aquā dederit? Si illā meliorē à me accipis, profecto maiorem dixeris. Audiuit aquam viuam mulier, ſed primū non intellexit: nam cum aqua viua ſit etiam quæ ſemper ſcaturit, huiuſmodi aquam Chriſtum dixiſſe arbitrata eſt, ideo aptius ex vtriuſque comparatione, Ieſus ſuę pręſtantiam declarat, dicens, aqua quam ego dabo &c.. Addit autem Dominus hanc aquam ſalire in vitam æternam, nā cū natura comparatū ſit, vt parē aqua aſcenſum habeat atque deſcenſum, cōſequens eſt vt quoniā hæc ſpiritualis aqua ex cœlo deſcendit in terram, poſsit etiā terrenos homines attollere in cælum. Hoc autē facit nō modo quia opera noſtra in cælum eleuat, dū illis ęternę vitę meritū tribuit, ſed etiā quia mentes eorū quos plene poſsidet, ita cæleſtis patriæ amore incendit, vt omnes curas & cogitationes ſuas, omnia vitæ ſtudia & quidquid denique cogitant, loquuntur & moliuntur, ad illam dirigant, ad illam referant, ſeq; in hoc præcipue natos & in lucem editos credant, vt ad illam comparandā totius vitæ curſum dirigant. Itaq; ſicut oleū inter liquores oēs hoc habet ſingulare, vt omnibus ijs ſupernatet, ſummūque ſemper locū ſibi vendicet: ita hæc regni cæleſtis cura, hic amor, hoc deſideriū, omnia alia ſeponit, ſibique ſeruire facit, nec alijs inquam dignitatis ſuæ loco cedit. Quod ſi cui hoc incredibile videtur, acum illam nautarū cernat, quę magnetis tactu mirabilem hanc virtutē percipit, vt motu ſuo recta in ſolum mundi polum tēdat, in eoq; ſolo fixa & immota maneat. Cumque innumera in cœlo & ſydera & loca ſint, ijs omnibus relictis, ſolum mundi recta petit axem. D Si ergo mirabilem hanc vim lapis ille ferro tribuit, quid mirum cæleſtem gratiā hunc in cœlū motum humanę menti largiri, vt quæ terrenis rebus inhiabat, ad ſola nunc ſe ſe cæleſtia atque diuina attollat? ſic ſancti oēs hac cæleſti virtute donati, in hac peregrinatiōe ſolo corpore detenti, cogitatione & auiditate, in illa ęterna patria cōuerſabātur. Sic Pau. noſtra inquit cōuerſatio in cęlis eſt. Cęterū qui hac aqua deſtituti ſunt, peccatorū onere, & mortalitatis ſuę pōdere grauati, de terrena cogitāt atq; loquuntur. Tales autē per animalia reptātia, quę toto corpore humi depreſſa, in ſublime ſeſe attollere nequeunt, appoſitiſsime in lege adumbrantur, quæ ab ipſa lege inter immunda computantur.

*Vide quomodo Christus ſenſum alliciat Samaritanā.*

*Gratiæ effectus.*

*Simile.*

*Gratia valorem dat operibus noſtris.*

*Amor diuinus quātum poſſit*

*Simile.*

*Simile.*

*Vide quā mirabilis res, ſit nauigationis acus.*

*Sancti quomodo in terris verſarentur [illegible]*

*Phil. 3.*

*Simile.*

*Leui. 22.*

Omnis

*Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum* Si quis in sublimi E
aliqua specula constitutus, vnde totam mundi faciem oculis
collustrare posset, cunctorum hominum studia cõtemplaretur,
*Vitia secta ri quã sit turpe.* eos omnes ingenti cuidam exercitui in arido & deserto loco
errãti, in quo nullæ dulces aquæ, sed lacunæ aliquot lutulentæ,
salsis aquis refertę essent, quam simillimos iudicaret; inde namq;
cerneret alios per vastam illam solitudinem ad quærendas aquas
errantes, alios terram fodientes, sicubi forte venam aliquam dul
cioris aquæ reperirent: alios siti enectos Lacunis illis incuban-
tes, seseque inuicem alij alios comprimentes, atque rixantes, vt
aquis illis sitim sedare possent. Eos vero qui illam bibissent, par F
tim putore aquæ grauiter offendi, partim eius salsedine æstuare,
& maiore siti cruciari. In hoc ergo errore atque miseria, vniuer
*Appli. simi.* sum genus hominum versatur fratres, qui fælicitatis humanæ
siti, flagranti desiderio incensi, illam inter putidas & salsas ter-
renarũ opum Lacunas quærunt, è quibus bibentes, non tam-
aquam, quam sitim bibunt, atque eo magis sitim acuunt. Hoc est
*Vitia non satiant vitiosos.* enim quod Dominus in præsenti lectione sub elementaris hui9
aquæ imagine insinuauit: nemo terrenis bonis haustis, bene si-
tim sedauit: nemo vnquam veram animi quietem & felicitatem
per illa consecutus est. Hunc ergo humani generis errorẽ Chri G
stus Dominus miseratus, fontem nobis hodie aperit, cuius a-
qua hanc cordis humani sitim sedare potest. Subdit enim, *Qui autem biberit ex aqua &c.* Magna quidem & miranda promis-
sio, talique sponsore digna. Quid enim maius aut amplius ho-
*Gratia animam exatiat.* mini contingere in vita potest, quam hanc à natura nobis insi-
tam sitim extinguere, & à tam multis laboribus, quibus eam
sedare nitimur, liberari? Qua quidem promissione fratres, al-
lecti, dignum est vt cum muliere Samaritana dicamus, domine
da mihi hanc aquam:

*Quæst.* *Non sitiet iterum.* Sed contra hoc videtur illud Ecclesi. Qui H
*Eccl. 24.* bibunt me, adhuc sitient, vbi loquitur de aqua sapientiæ. Ad
*Lyra. in Ioan. 4.* hoc igitur respondet Lyranus, quod sitis vno modo accipitur
pro desiderio alterius rei non habitæ, & sic omnis res tempora-
lis adepta, magis generat sitim quam tollat, quia cupiditatẽ aug
mentat: similiter aqua corporalis quia non habet effectum nisi
*Temporales delectationes non satiant animam.* ad tempus, oportet iterum quod alia aqua numero sumatur ad
sedãdam sitim, & sic fit interruptio. Alio modo sumitur sitis pro
desiderio eiusdem rei habitę, ad habendum eam perfectius, &
sic habentes Deum per gratiam, sitiunt habere eum per gloriam,
& hoc modo loquitur authoritas Ecclesi. præallegata: Tertio
modo,

A modo accipitur sitis pro exclusione fastidij à delectatione habita & sic beati dicũtur Deũ sitire. Primo ergo dicitur hic modo, nõ sitiet, quia habens gratiam Dei, habet Deum, & ideo non desiderat aliquid quod non habeat, sed desiderat Deum quem habet, habere perfectius, & ideo sequitur, *Salientis in vitam æternam*, Quia per gratiam spiritus Sanctus in habitat mentem, qui est origo gratiæ, facientis hominem salire in vitam æternam. Naturale est enim quod aqua tantum ascendere potest, quantum descendit, & ideo sicut aqua gratiæ, in nos deriuatur à Deo, ita per ipsã anima ad Deum eleuatur, quia per ipsam consors diuinę naturæ efficitur vt dicit Petrus, Magna & pretiosa dona nobis donauit, vt per hoc efficiamini consortes diuinę naturę. *Deus nos redundanter extat & cãplet.* *Simile.* B *2.pe. 1.*

*Domine da mihi hanc aquam.* Hæc quidẽ mulier quamuis mala esset, nihilominus tamẽ se in oratione videbatur exercere cum tantopere interrogaret Christum circa locum orandi, tũ etiam in alijs operibus bonis se debebat exercere, atque ita meruit à Christo illuminari, sic cum Cornelio, sic cum Cẽturione egit, vt inde discas quamuis malus sis, nũquam desistere à bonis operib', sunt enim velut semita quędã, per quã ad Deũ reducimur. *Act. 10.* *Luc. 7.*

*Voca virum tuum, & veni huc.* Idest vt ait August. adhibe intellectum, per quem docearis, & quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu, tanquam fœminam, intellectum autem habere tanquam virum. Sed iste vir non bene regit fœminam suam, nisi cum à superiore regitur, caput enim mulieris vir, caput autem viri Christus, ait Apostol. loquebatur caput viri cum fœmina, & non erat vir & tanquam diceret Dominus, adhibe caput tuũ, vt illud suscipiat caput suum, ergo voca virum tuum, & veni huc, idest adesto, præsens esto, sed noli sola, cum viro tuo adesto. Et adhuc illa nondum aduocato illo viro, non intelligit, adhuc carnem sapit, absens enim est vir. Vnde ait, *non habeo virum.* Sed quorsum attinebat, ad diuinæ gratię aquã conferendam, virum vocari? Quid sibi hæc tã dissimilis rerum contẽtio vult? Certe vt aqua illa de qua Dominus locutus est, mystica fuit, ita hic vir qui ad eam percipiendam vocari præcipitur, mystice intelligendus est. Vir ergo hic virilis animus intelligẽd' est, quo dissipatis diuina ope diaboli vinculis, homo à peccatis surgẽs, ad percipiẽdã diuinæ gratiæ aquã idone' fiat. *Aug. trac 15. in Ioã. to. 9.* C *1. Cor. 11.* *Ratiõe ducidebem'.* *Autor.* D *Firmiter virtuti adhæreamus*

*Domine video quia Propheta es tu.* Tunc cępit venire vir ait August. nondum plene venit: Prophetam Dominum putabat, erat quidem Propheta, nam de se ipso ait, non est Propheta sine honore nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moysen, Pro- *D. Aug. Io an. 4* *Luc. 4.* *Deut. 18.*

phetam eis suscitabo de fratribus eorum, similem scilicet in forma carnis, non ad eminentiã maiestatis: ergo inuenimus dñm Iesum dictũ Prophetã: proinde iã nõ multũ errat mulier ista, *vi[d]eo inquit quia propheta es tu*: incipit vocare virum, & adulterum excludere. E

*Et vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.* Pudeat tandem nos & erubescamus, ait Chry. quinque virorũ mulierem & Samaritanam, tantam adhibere diligentiam in discẽdo, vt neque diei tempore, neque alijs occupationibus, à Iesu doctrina abduceretur; nos vero non modo nil à diuinarum rerum eruditione inquirimus, sed in omnibus secure & eodẽ modo afficimur, propterea omnia negligimus. Quis nostrum quæso repetita domo, aliquid Christiano dignum opus aggreditur? Quis scripturarum sẽsus perscrutatur? Nemo sane, sed alueolos & talos frequenter inueniemus, libros quam rarissimos: quos si qui habent, acsi non haberent, clausos inscrinijs seruãt, vel omne suum studium in membranarum tenuitate, in literarum caracteribus, consumunt, non vt legant, non vt vsum inde aliquem consequantur, sed vt diuitias, vt ambitionem ostentent, in his student. F G

*Chry. in Ioã. ho. 31.*

*Negligẽtes sumꝰ salutis nostræ. Curiositatibus inutilibus occupamur.*

*Scio quia Messias venit, ille nobis annunciabit omnia.* Quod mulier Samaritana tantam adhibet diligentiã, vt aliquid vtilitatis consequatur, neque à Christo discedit, quamuis adhuc eum ignoret, quã nos veniam consequemur, ait Chry. qui eũ non ad fontem, non in deserto, non in meridie, neque in solis æstu ardentissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto, ad vmbrã intuemur, non tamen quidquã audire patimur, sed desidemus? *Ego sum qui loquor tecum.* Non rudibus, neque cõtẽtiosis, ait Cyril. sed illis solet se Dñs reuelare hominibus, qui ad discendum propensiores, & credendi radices simplici sermone parturientes, ad perfectionem illuminati, facilius cogitatione ascendunt, qualis & Samaritana fuisse videtur, quæ quamuis agrestius atque rudius altiora consideraret, nõ tamen bona voluntas ei defuit, nec ab intelligendo procul omnino erat remota. Mysterium illud quod ab initio seculorum absconditum erat in Deo, vt ait Paulus, ab iectissimę mulierculę apertissime & sine vllis verborũ inuolucris declarat. Vt intelligas quãtũ possit humilitas: vnde Apos. ait, infirma mundi elegit Deꝰ, vt cõfundat fortia, vt nõ glorietur oĩs caro in conspectu eius. Et Isa. ait, educã cæcos in viã quã nesciũt. *Mirabantur discipuli.* Non sunt male suspicati, quẽadmodũ faciũt si tales collocutiones videant mali & peruersi homines. H

*Chry. in Ioã. ho. 30*

*Cyril. in Ioan. li. 2. c. 91.*

*Psal. 3.*

*1 Cor. 1.*

*Isa. 42.*

Feria Sexta

A FERIA SEXTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA.

*Negligentes sumus circa res ad salutem pertinentes.*

VENIT *Iesus in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur Sichar.* Ioan. 4. Satis quidẽ constat ex hoc Euang. quam diligenter Christus salutem nostram operaretur, tum etiam quam negligentes nos sumus circa ea quæ ad a- *Indigem⁹*
B nimæ salutem pertinent, quod quidẽ ex eo fit, quia salutares co *sanis con-*
gitationes nõ nouim⁹. Si enim tremẽdũ iudiciũ ante oculos no- *sideratio-*
stros statueremus, & strictã illã rationẽ quã tunc reddituri sum⁹, *nibus.*
nõ vtiq; tã secordes essem⁹, neq; quasi sine lege viueremus: atque idcirco qui sine lege peccauerũt, vt ait Pau. sine lege peribunt. *Rom. 2.*
Et certe his quadrare uidetur quod alibi ait Apos. ego autẽ sine lege viuebã, ac si non esset Deus qui huiusmodi scelera puniret. *Rom. 7.*
Caueamus ergo ne hostis noster dæmon decipiat nos: sic enim Ecclesi. nos mõet dicens, non credas inimico tuo in æternum: *D. Ambr.*
sicut enim æramentũ, æruginat nequitia illius. Item addit, & in *Ecclesi. 12*
C nouissimo agnoscas verba mea, & in sermonib⁹ meis stimuleris. Sane si diligenter consideraremus quam perfecte fecerit Christ⁹ quæ ad nostram instructionem pertinebant, non vtique tam ne- *Negligen*
gligentes essemus: sic enim videmus quod quando voluit pro no *tes viuim⁹.*
bis ieiunare, perfecte ieiunauit: humilitate cæteros excessit, paupertate omnes superauit. Non ita curant homines quæ ad virtu *Ad perfe-*
tem pertinẽt cum tanta diligentia, sed potius quæ ad vitia spe- *ctionem tẽ*
ctant sedulo faciunt & accurate; vt cum de vindicta agitur, a- *damus.*
pud se meditantur num baculo an ense feriant, & vtrum harundine, aut alio instrumento: cum vero de virtute agitur, vix vnum *Non debe*
D aut alterum op⁹ faciunt laudabile, & illud quidem interdum vi- *mus nos vl*
detur vi expressum. Si missam audituri sumus, id tantum *cisci.*
præstamus festis diebus, atque etiam hora vndecima: si confiteri debeamus, semel in anno id facimus, & interdum Sabba tho Sancto: si restituere debeamus, vsque ad testamentum id *Tardi ad*
differimus: si eleemosynam facimus, illa fere est de re inutili ipsi *modum su*
pauperi: si ieiunamus, in ipsa commessatione prolixiores sumus. *mus ad vir*
Et denique hæc virtutis opera parce admodum propter Christũ *tutem exer*
facim⁹. Cum tamẽ ipse de se dicat apud Luc. quod mẽsurã bonã, *cendam.*
& confertam, & coagitatam, & super effluentem daturus est no

bis. Vide etiam quantopere laboret in prædicatione, pro nobis, E vt constat ex hodierno Euang. vbi dicitur quod defessus esset, quod æstuet calore delassatus. Laudent te Angeli bone Christe, qui tantos pro salute nostra sustines labores! & tamen parcissimi sumus in tuis obsequijs, quod quidem ex eo prouenit, quod nos nimium amemus, & nimis nobis indulgeamus.

*Vide quãtã pro nostra salute adhibuerit Christ° diligentiã*

Sane impij in reb° inutilib° ad salutẽ magnam diligentiam adhibere solent, & in his quæ parũ ad beatitudinẽ cõducũt, quoniam carnales sunt & instar brutorum. Vnde Apos. ait, qui enim secundum carnẽ sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Sed viri probi lõgealiter se gerunt, vnde Pro. 31 dicitur, gustauit, & vidit, quia F bona est negotiatio eius. Magna sane est impiorum dementia quod nolint vocem Dei audire, cũ tamẽ animalia bruta cognoscant vocem parentum suorũ. Vnde & cõqueritur Deus per Isa. dicẽs, filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. O miserabiles, qui miremur quod Esau propter edulium lentis primogeniturã vendiderit, & tamen nos adhuc minoris Deũ vẽdamus & perdamus! Certe contra huiusmodi cæcitatem orabat regius psaltes cum diceret, illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte. De bono quidẽ dicitur, quod manũ suã misit adfortia, & digiti eius apprehẽderũt fusum. Sed dices tu, an hoc G obsecro tanti momenti est? veruntamen considera diligẽter quãta sit huiusmodi laus, nam qui net, in sinistra colum habet, & dextera apprehendit fusum, atque ita tandem quod erat in sinistra, transfert ad dexteram: sic ergo vir probus ex sinistra vitiorũ manu, se recipit ad dexteram virtutis manum. Item per duas manus designatur hæc vita præsens, & vita gloriæ: felix ergo est ille qui omnia quæ sunt in sinistra manu huius vitæ, transfert ad dexteram gloriæ, vt honorem, diuitias famam, & alia huiusmodi: sic enim videmus quod Christus nos suo exemplo docebat, vt scilicet in hac vita labores sustineremus, vt H postea possimus sempiterna felicitate frui. Et certe magna est cæcitas nostra quod scilicet cum dicat Iob hominem nasci ad laborem, nos intelligamus huiusmodi laborem dũtaxat esse insumendum in rebus temporalibus, & non potius ad salutem animæ. Vide obsecro quomodo dixit Iacob ad Laban, iustum esse vt pro se iam laboraret, cum satis iam seruierit ipsi Laban. Sic ergo nos dicamus quod satis iam mundo seruiuimus, & propterea seruiendum esse Deo: cumque satis animose mundana tractauerimus, modo etiam non minus animose spiritualibus seruiamus, semota omni secordia & segnitie. Nam

*Rom. 8.* *Isa. 1.* *Hebr. 12.* *Psalm. 12.* *Pro. 13.*

*Vitia negligamus, & virtutẽ sequamur*

*Delicias mundi contẽnamus.* *Iob 5.* *Gen. 30* *Deo potiꝰ quam mũdo seruiamus.*

A Nam certe sumus sicut illi formidolosi qui terræ promissionis detrahebant, detrectantes laborem, cum tamen tantopere ab ipso Deo, & à Moyse, & Iosue animarentur: itẽ adseruiendũ Pharaoni robusti sumus, & tamen ad virtutem capessendam ignaui; cum tamen videamus peccatum rectæ rationi aduersari, tum etiã in vitiorum via tenenda, maiores sumi labores, nihilominus tamen eos subimus, potius quam virtuti operam demus: & tamen videmus aperte non minus esse id monstruosum, quã si quis biceps nascatur, vel simile portentum incurrat. Parui quidem facimus animæ salutem, & nos totos applicamus rebus tẽporalibus, *Num. 13.* *Exo. 1.* *Peccatũ quam contrariũ sit rationi, & quam sit monstruosum.*

B & his que videntur nostræ professioni obsistere: Perinde sane acsi auditores Theologiæ, sua derelicta aula, ad medicam facultatem audiendam omnes confugerent. Mirum sane est quod tantum indulgeamus varijs confabulationibus quæ nihil ad institutum nostrum faciunt, vt de bello nauali, de regibus, de Cardinalibus, de monachis, de monialibus, & alijs huiusmodi, cum interim negligamus quæ ad salutem animæ nostræ spectant. Caueamus obsecro ne incurramus illam Isa. in dignationem, cum ait: mittet te quasi pilam in terram latam & spatiosam, ibi morieris. Hoc enim merẽtur qui curiose inquirũt aliena facta. Audiamus *Simile.* *Missa faciamus quæ ad nos non pertinent.* *Isa. 22.*

C ergo quid nos moneat Ecclesi. cum ait: in sensu sit tibi omnis cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi. *Eccl 9*

### *Delicias mundanas contemnamus.*

F*Atigatus ex itinere.* Vide obsecro quam amentes sint homines, quod scilicet videant Iesum fatigatum ex labore, & ipsi interim se totos tradant mundanis delicijs & inerti otio. Sane cũ Dauid diceret Vriæ vt domum pergeret, ibique cœnaret, placide *2. Reg. 11* *Delicijs mundanis non incumbamus.*

D que dormiret, & se refocillaret, id facere renuit, sed potius respondit Dauidi dicens: arca Dei Israel habitat in papilionibus, ego ingrediar domum meam vt comedam & bibam? per salutem tuam non faciam hanc rem. Vtinam nos ita diceremus: Christus fatigatus ex itinere in ipso meridie, expectat aquæ potum, & ego delicijs mundanis me ingurgitabo? per salutẽ meam non faciam hanc rem. Mirum sane est quod Christus propter te noluerit subterfugere labores, sed quamuis ab instanti conceptionis beatitudine eius anima frueretur, nihilominus tamen portionem ipsam inferiorem subiecit fami, siti, delassationi, & alijs huiusmodi miserijs, & tamen tu delicate viuere vis, qui *Vide quanta pro nobis Christ. passus sit.*

indignus es etiam aquę calice, & sustentatione ipsius terræ? Sane remedium quo vsus est Ioseph vt sibi adduceretur Bēiamin, illud fuit, quod scilicet incarcerem coniecit fratrem natu maiorē. Sic ergo scire debes quod caro & spiritus sunt tanquam duo fratres, & caro quæ ante fuit concepta quam anima creata infusa potest dici in nobis frater maior, & ita videmus quod secundum vsum mundanorum, propterea tanquā in hæredem & antiquiorem omnia faciunt homines & referunt opera sua in carnem, omnes delicias & delectationes, quod tamen contra fieri debet: & propterea fratrem istum natu maiorem in carcerem cōijciamus, & compedibus vinciamus, ac ieiunijs maceremus, vt liberum habeamus spiritum tanquam Beniamin. Sic enim Apost. nos monet dicens: mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Nos tamen potius gulæ deseruimus, adeo vt in offi. Textoris Par. 2. dicatur quod Vedius polius vt maiorē gustum ex piscibus caperet, iuberet homines viuos demergi in stagnum, vt essent esca piscium. Quæ tamen delitiæ carnis nobis plurimum nocere solent. Vnde & Salomō dicebat, cogitaui abstrahere à vino carnē meam, & animum meum transferam ad sapientiam. Et apud Danie. pueri solum legumina & aquam postulabant ad sustentandū corpus, & ita dedit eis Deus scientiam & disciplinam, in omni libro & sapientia. Et certe indulgere assiduis compotationibus & conuiuijs, pestilentissimum est & maxime noxium: siquidem Vrsi & Leones placantur à pascente ipsos, at vero caro nostra potius contra nos insurgit, quanto delicatius eam tractamus. Quemadmodum igitur fera animalia duriter tractares, si contra te insurgerēt, sic etiam cum asperitate carnem tuam tractare & domare debes. Sane qui salutem corporis desiderat obtinere, tametsi sitiat, non tamen bibere sæpe audet, sed potius apud se proponit quod cum conualuerit, ad suauissimum aliquem perget fontem, vt ibi possit refectionem aliquam corpori dare: sic ergo serui Dei quamuis tententur à mundi delicijs, non tamen audent, ijs se immiscere & exatiare, sed potius suspirant semper ad cælestem fontem beatitudinis, sicut ceruus desiderat fontes aquarum. Vnde etiam Dauid dicebat, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Quare quemadmodum pastor qui procul tendit cum ouibus suis, non sinit eas pascere herbam, nisi obiter, & non ex instituto: sic etiam Christus Dominus qui seruos suos ad cælestem patriam ducit, non sinit seruos suos hic ex professo ingurgitari his terrenis & caducis, sed tantum sumere quæ necessaria sunt ad iter conficiendum: vnde & ipsis dicit, beati qui nunc

*Marginalia (left):* Gen. 42. — Simile. — Col. 3. — Delitiæ nocēt mūdanis. — Vedius po. in offi. Tex. 2. p. — Ecclesi. 2. — Dan. 1. — Tēperātia quā sit vtilis. — Dissimile — Simile. — Simile. — Delectationibus cælestibus potius gaudeamus. — Psal. 45. — Simile. — Delicias nobis Deus in gloria reseruat.

*Marginalia (right):* E — F — G — H

A nunc esuritis, quia saturabimini. Quasi dicat, nolite oues meæ mœstæ esse quamuis hic opipare non pascamini: siquidem vt dixi per Ezechi. in pascuis vberrimis pascam oues meas. In hoc etiam serui mei distincti erunt ab his ouibus terrenis, quoniam hæ non pascuntur in meridie: at vero de seruis meis ait Dauid, vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam. Atque hanc quidem continuationem & iugem perseuerantiam in diuinis obsequijs nobis commendat Apost. cum ait, fratres mei dilecti stabiles estote, B & immobiles in omni opere Domini. Est quidem Deus instar serici gausapini, quod quidem in altera parte dulcedinem, in altera asperitatē præsefert: sic etiam Deus in hoc mundo seruis suis asperitatem ostendit, vt postea dulcedinem gloriæ ipsis cōcedat. Vnde Dauid dicebat, exquisiuit te facies mea, quasi diceret, ego faciem tuam quærebam, tu vero dorsum ostendis: quare ostende mihi faciem tuam, & faciem tuam requiram. Gaudeamus igitur in laboribus huius vitæ, & contemnamus mundi delicias, ne dicatur nobis sicut auaro illi diuiti: fili recordare, quia recepisti bona in vita tua: iam faciem vidisti, siue dulcedinē gu- C stasti, modo dorsum videre debes & asperitatem: serui igitur Dei nunc labores patienter sustinent, at vero in futura vita eis dicitur, gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nam certe sicut qui in mundo sunt, corruptioni exponuntur, cum constent ex contrarijs: sic etiam mundana gaudia, mille luctibus permixta sunt atque doloribus. Vnde Sap. ait, risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Item Iob ait, gaudium hypocritæ ad instar puncti.

*Luc. 6.* *Ezech. 34* *Psal. 54.* *1. Cor. 15.* *Simile.* *Psal. 26.* *Delicias mūdanas spernamus.* *Luc. 16.* *Ioan. 16.* *Simile* *Pro. 14.* *Iob. 20.*

Persoluit quidē dæmō his qui pro ipso laborāt falsa quædā gaudia & parū duratura in hac vita, at vero in futura vita luctū tri- D buit sempiternū. Sūt ergo qui seruiūt dæmoni instar eorū qui ad vsurā pecuniā accipiunt, qui quidē magnis vsuris se illaqueāt, & postea cum soluēdo nō sint, in carcerē cōijciunt; sic ergo dæmō eos quib. quadris argēteis hic seruit, interdū in inferno catenis ferreis & sempiternis religare solet. O miserabiles hōes, cur nō cōsideratis ꝙ apud Luc. dicit? Væ vobis qui saturati estis quia esurietis. Lōge igit aliter psoluit De⁹, cū Isa. dicat, ꝙ nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quod præparauit De⁹ diligentib. se. Nūc quidē in dextera prosperitatis videntur collocati, & boni in sinistra aduersitatis: at vero in iudicio cācellatis manib. dabit benedictio sicut fecit Iacob cū duob⁹ filijs Ioseph: atq; ita qui nūc florēt, tūc marcescēt & condemnabuntur

*Iniquus retribuitor dæmon.* *Simile.* *Luc. 6.* *1. Cor. 2.* *Gen. 48.*

ſane medici dicũt quod dulcia nos facile oppilare ſoleant, prop E
*Simile.* terea quod ſtomacus propter illam dulcedinem nimium ſe his ingurgitet: & ita fit vt nobis amara dent catapotia. Item Tobias
*Tobia. 6.* felle piſcis amaro ſanatus eſt. Et Deus non iubebat in ſacrificijs apponi mel, ſed ſalem: vt ex his intelligamus quod nõ debemus
*Leui. 2.* incumbere delicijs huius vitæ, ſed potius labores patienter propter Chriſtum tolerare. Et quemadmodum ſi terra non irrigetur, modicos aut nullos dat fructus: ſic caro non inſoleſcet, ſi
*Simile.* mundanis delectationibus eam non demulſeris. Quin & Plato
*Pla. li. de leg. & Rep* etiam dixit, quod carnem non debemus delicate tractare. Et F Apoſt. nos monet dicẽs: obſecro vos fratres per miſericordiã
*Rom. 12.* Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem &c.

## *Paupertatem complectamur.*

D*Iſcipuli autem eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.* Vide obſecro quanta cum pauperie viuerent, ſiquidem vſq;
*Quin. Cur. Exemplũ* ad meridiẽ nondum cibum parauerunt: & proculdubio quidem aliquid inſigne habet ipſa paupertas, cum Chriſtus eam tantopere complexus ſit: refert quidem Quin. Cur. de Alex. Mag. quod G cum Indiam debellare vellet, vt vehementius milites ſui prælia rentur, omnes eorum diuitias comburi iuſſerit: ſic etiam noſtro
*Hiſto. Indiarum. Exẽplum* ſeculo feciſſe viſus eſt ille inſignis Marchio Artheſius, perdens & perforãs ipſa nauigia, vt hac ratione Hiſpani potius excitarentur ad viriliter pugnandũ, nec ignaui redderentur opibus freti.
*Amor terrenorum quantum noceat.* Atque eum quem ſibi propoſuerat finem adeptus fuit. Sic igitur nos facere debemus ad cæli Indiam comparandam, vt ſcilicet omnium terrenorum iacturam faciamus. Magna ſane obſeruatione dignum eſt quod cum Chriſtus videretur in maiori paupertate conſtitutus, tunc rex appellaretur, videlicet in Cruce: H vt inde certe intelligamus paupertatem ipſam viam eſſe compendioſam, qua poſsimus tandem in cælo regnare, & tamen nec
*Mar. 15. Luc. 23.* in ingreſſu Hieruſalem, nec in operatione miraculorum paſſus eſt ſe appellari regem. Nec vero ſolum paupertas ipſa eſt via cõpẽdioſa ad cælum, verum etiam per paupertatem videtur aliquis
*Cypri. li. 2. epi. epiſ 2.* valde accedere ad ſimilitudinem Dei. Cyprianus enim dicit, ſententiam eſſe Socratis, quod quanto paucioribus quis contentus fuerit, tanto ſimilior eſt Deo, qui ſe ſolo contentus viuit.
*Socrates.* O magnam confuſionem noſtram, qui ab hoc Philoſopho gentili nos ſuperari patiamur! Et certe natura ipſa nobis ſemper clamat quod paucis quidem ſit cõtẽta, & quod varijs rebus ipſã non obruamus

A non obruamus: quamuis enim sex habeas in equili tuo equos, vni dumtaxat potes insidere: & quamuis varias habeas in arca vestes, vna tamen te induis: & quamuis varij tibi cibi in mēsa apponātur, vnus tamen cibus tibi sufficiens esse potest. Vnde Pau. ait, est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia: nihil quidē in hunc mundum intulimus, ac propterea habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Qui enim cras moriturus est, exiguis contentus esse debet. Quin & Hieronymi est sententia, quod omnis diues aut iniquus est, aut iniqui hæres. Vnde de Thrympandida lacedæmonio refert Ælianus, quod cum ex diu- B turna quadam peregrinatione domum suam reuerteretur, & reperiret filium suum diuitias auxisse, eum reprehendit dicens: impossibile est quin Deum offenderis & amicos, atque eos qui domum meam venerunt, læseris. Cæterum multos pauperes reperias qui nesciunt paupertate bene vti, sed potius sunt instar Ægyptiorū, quibus cum segetes grandine periissent, ipsi prçterea etiam mobilia sua bona Hebræis accommodarunt, atque ita omnia perdiderunt tandem bona, & corpora eorum demersa sunt in mare, & animæ in infernum. In prima quidem cōcione Christus veram & solidam paupertatem mirifice laudauit, dicens: C beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Merito ergo inter has beatitudines paupertas voluntaria numeratur, quæ nos à tot corporis & animæ malis eripit, & in portu felicissimæ quietis & tranquillitatis nos constituit. Quod quidē Dominus innuisse videtur, cum primæ huius beatitudinis præmium, præsentis temporis verbo significauit, cum in cæteris, postrema tantum excepta, futuri temporis verba subijciat: quod videlicet in hac vita incipit esse beatus, qui adhunc terrenarum rerum contemptum potuit peruenire. Paupertas quidem vt ait D. Bona. fundamentum est Euangelicæ perfectionis, sicut fun- D damentum ciuitatis Babylonis est auaritia, iuxta illud Apostol. radix omnium malorum est cupiditas. Item superbia, iuxta illud Eccle. 10. initium omnis peccati est superbia. Sic ergo paupertas spiritus, que includit oppositum vtriusque, scilicet paupertatem & humilitatem, radix est omnium bonorum.

*Natura paucis est contenta.*

*1. Tim. 6.*

*Hie. in Aba. 3. & in Psal. 83.*

*Aeli. lib. 14. de varijs.*

*Exo. 11.*

*Exo. 14.*

*Matt. 5.*

*paupertas voluntaria quanta sit excellētia.*

*D. Bon. in Luc. 7.*

*1. Tim. 6.*

*Eccles. 10*

## *APPENDIX.*

*Quæ dicitur Sichar.* Nota admirabilem Dei prouidentiam, quæ facit vt ciuitas quæ propter mulierem, videlicet Dinam, perierat, per mulierem etiam quodammodo instauretur, & cele-

*Prouidentia Dei ineffabilis.*

*Gen. 34.*

britatem obtineat: sicut etiam mundum perditum per Euam, recuperauit, per Mariam. *Fatigatus ex itinere* Christus fatigatur vt salutem nostram recuperet, & nos fatigamur vt salutem nostram perdamus. Sap. 5 lassati sumus in via iniquitatis. E

*Sap. 5.*

*Sedebat sic.* Vide quam differenter hic sederet Christus, atque Ionas sub hedera, nam Ionas expectabat subuersionem Niniue, & Christus expectabat conuersionem Samaritanæ, & multorum Sichimitarum. Vide ergo quam diuersum haberet intentum. Vnde bene ait apud Mat. ecce plusquam Ionas hic.

*Iona 4.* *Mat. 12.*

*Quomodo tu Iudæus cum sis.* Vide qualem haberet scrupulum, & tamen de suis atrocibus sceleribus, nullum habebat scrupulum, cum haberet lenonem: sic Iudæi scrupulum sibi faciebant ingrediendi domum Pilati, & tamen scrupulum nullum sibi inijciebant condemnandi immaculatum agnum. F

*Vide quales habeant aliqui scrupulos* *Ioan 18*

*Qui biberit ex hac aqua.* Nota duplices diuitias, nempe terrenas & cælestes: illę animam non satiant, istæ vero satiant: Atque hæ quidem duplices aquæ & diuitię figuratæ videntur in Gen. vbi dicitur diuidantur aquæ quæ sub firmamento sunt &c.

*Diuitiæ temporales nō satiant hominem.* *Gen. 1.*

## FERIA SEXTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE. G

## CONCIO TERTIA.

*Occasiones offendendi Deum amputemus.*



VENIT Iesus in ciuitatē Samariæ quæ dicitur Sichar. Ioan. 4. Occasionem quidem quam habuit Christus huius itineris, recenset Ioan. cum ait, vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes, quāquam Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abijt iterū in Galileam: vt ergo fugeret inuidiam eorum, quāquam ipse causam non dicat, nihilominus ad exemplum nostrum, venit in ciuitatem Samariæ. Et ne etiam calumniarentur quod eum Samaritanis tractaret, dicit Euangelista quod oportebat eum transire per mediam Samariam. Atque ita quidem omnes doctores explicant hunc locum. Vnde colligas quantū occasiones fugere debeamus offendendi Deum, cum Christus fugiat etiam eas quas isti accipiebant inuidendi Christo, cum tamen ipse eis occasionem nullā daret. Nam vt ait August. non est dāda detrahendi occasio, non susurrandi. H

*Aug. tra. 15. in Ioā. Chry. hom 30. in Ioā. Cyr. lib. 2. in Ioan. c. 76. D. Tho. in Ioan. 4 lec 1. Alb. Mag. in Ioan. 5. Aug libr.*

A susurrandi suspicio, sed si ad sunt quæ corrigantur, manifestanda, aut certe si desunt, humili protectione neganda, quia Apos. admonet nullã occasionem diabolo dare maledicti gratia. Quod si tantum fugere debemus occasiones ne alij offendant Deũ, quãto magis eas fugere debemus quibus nos ipsi Deũ offendimus? vult Christus Dominus à minimis etiam incommodis nos tutos esse, ne inde paulatim ad maxima dilabamur: vt enim ex fõte quopiam exiguo, si tandẽ in ipso fluxu immisceantur eidem varij riuuli, copiosum tandem conflatur flumen: ita plane ex minimis B sæpe incommodis, nisi eis diligenter prouideatur, maxima sæpe ex suscitari solent mala, incommoda & pericula. Hinc fit, vt ait Cassia. quod peritus medicus accedit ad initia morbi persanãda, ne vlterius crescat & vires assumat, & olitor prouidus noxias herbas radicitus extirpat atque conuellit: non sufficit à peccatis egredi, nisi & occasiones derelinquas peccatorum. Nam vt ait Eccl. si qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicat superbo, induet superbiã. Porro non solũ occasiones oẽs peccandi fugere debemus, sed etiam in primis occasionem peccatorum carnis: multos enim vidimus qui cum atrocissima bella C deuicissent & victoriam reportassent, nihilominus tamen in manibus mulierum perierunt. Sic enim ille fortissimus Sisara per manus mulieris perijt. Debes ergo in carnis vitio statim principijs resistere vehemẽtissime, sicut fecit Ioseph, qui palliũ suum in manu impudicę dominę suæ reliquit, & aufugit. Quia Herodes nõ fugit occasiones, ideo perijt, siquidem sub occasione illa quod Herodias erat vxor fratris sui, ille ibat ad visitandam illã, & inde tanta subsecuta fuerunt incommoda. Vnde Hiere. nos monet dicens, vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Initio quidem facile poteris D his incommodis resistere, at vero postquam semel radices egerunt, difficulter id præstari potest. In manu quidẽ nostra est nõ ingredi bellum, aut mare; at vero postquam ingressi sumus, & victoria est incerta & tempestas.

*de cõstic. viii c. 11. tom. 9.*
*1. Tim. 5.*
*Simile.*
*Cas. li. 8. c. 13.*
*Simile.*
*Eccl 13*
*Iudi. 4.*
*Gen. 39.*
*Matt. 14.*
*Mar. 6.*
*Hie. 9.*
*Simile.*

Neq; vero dũtaxat ab ipso peccato, sed etiã à mali specie nos abstinere debem', vt ait Apo & pręcipue circa carnis cupiditates immũdas vigilandũ nobis est, vt eas circũcidamus, quę quãto nobis familiariores videt, profecto tãto sũt etiã periculosiores. Sicut enim vt ait Hie. qui ignem tetigerit, statim aduritur, ita viri tact & fęminę sentit naturã suã & diuersitatem sexus intelligit. Propterea hospitiolũ tuũ nũquã mulierũ pedes terãt. Vide etiã ne sub eodẽ tecto cũ ipsis mãsites, nec in pterita castitate cõfidas, quia

*1. Tn. 5.*
*Hie. in regu. mo. de casti. inter me ii. & finẽ to. 4.*

quia nec Dauide sanctior, nec Salomone es sapientior. Si tamen E
vidua à te visitatur aut virgo, numquam domum solus cum sola
introeas, & absque arbitro vel teste non sedeas. Tantaque con-
fabulandi fiducia sit, vt intrante alio non paueas nec erubescas.
Speculum enim mentis facies est, & taciti oculi, cordis fatentur
arcana. Tales quoque habeto socios, quorum contubernio non
*1. Cor. 5.* infameris, corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Ca-
ueto omnes suspiciones, & quidquid probabiliter fingi potest,
ne fingatur, ante deuita. Crebra etiam munuscula & sudariola,
*occasiones* & fasciolas, & vestes ori applicitas, & oblatos ac degustatos ci-
*noxias fu-* bos, blandasque & dulces literulas, Sanctus amor non habet. Si F
*giamus.* scandalizat te pes, oculus, manus tua, proijce ea: nulli parcas,
vt soli parcas animæ tuæ. Ille continens vere est, qui vniuersa
*Matt. 18.* membrorum officia à malis affectibus subtrahit, & cogitatum à
vitij nequitia compescit. Nam & ego cum essem iuuenis, & so-
*Exemplũ* litudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum, ardoremque
naturæ ferre non poteram, quem cum crebris ieiunijs frangerẽ,
mens cogitationibus æstuabat; ad quã domãdam, cuidam me fra
tri qui ex Hebręis crediderat in disciplinã tradidi, vt post Quin-
tiliani acumina, grauitatem frontonis, Ciceronisque fluuios, G
*Occupatio* & lenitatem Plinij, Alphabetum discerem, stridentiaque & anhe-
*nes honestæ* lantia verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quotiesq;
*faciũt vt* cessauerim, & contentione discendi rursus incæperim, testis est
*mala mul* conscientia tam mea qui passus sum, quam eorum qui mecum du
*ta euitem.* xerunt vitam. Et gratias ago domino, quod de amaro semine,
dulces fructus capio. Cæterum licet coram Deo recte ambu-
les, tamen coram hominibus etiam bona prouidẽda sunt. Cum
*Rom. 15.* ergo hoc genus à te non amputatur, das reprehendentibus te lo
cum, cum ipse te detrahentium morsibus dedisti: nam inter ille-
*Tẽtationes* cebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat. Narrant H
*carnisquã* quidem Gentilium fabulæ, cantibus syrenum, nautas in saxa
*sint pericu* esse præcipites, & ad Orphæi cytharam arbores, bestias ac silicum
*losa.* dura fuisse emollita. Difficile quoque inter epulas seruatur pu-
*volupta-* dicitia, & nitens cutis sordidum ostendit animũ, licet quidam
*tes quam* putent maioris esse virtutis præsentem cõtemnere voluptatem,
*sint pericu* tamen ego securioris arbitror continentię, nescire quid quærat.
*losa.* Facile quidem qui ex carne natus est, carnalia quærit, & incendi-
*Saltatio-* tur concupiscentia atque in ardescit. Dæmon præterea tẽtat nos,
*nes pericu* atque vrget vel ipso visu, vel contactu; vel etiam verbis, quemad
*losa & tri* modum mulicbres chorę & saltationes nobis argumento esse
*pudia.* possunt, in quibus videmus multas dissolutiones atq; lasciuias.

Tametsi.

A Tametsi ergo te fortem esse arbitreris, tametsi etiam castum atq. sanctum, non debes tamen incaute viuere, sed ab huiusmodi te hostibus infensissimis quantũ potes liberare. Fortissimũ quidem est ferrum, igne tamen mollescit atq. ad nostros effingitur vsus, sic ferreas mẽtes libido domat, ait Hiero. Non debes etiã tametsi castissimum te esse scias, animum tuum auocare a tolerantia & constantia, in laboribus & afflictionibus: siquidem videmus quod durus lapis si altero tundatur lapide, ignem excutit. Quid quæso frigidius et iniucundius homine graui morbo labo-
B rante? Et tamen vt ait Grego. Erat quidam vicinus morti, ad quẽ cum etiam tunc accessisset mulier tentatura an aliquis adhuc in eo superesset halitus, & faciem cum facie adiecisset, infirmus dixisse fertur, amolire te iam hinc mulier, nã sẽsualitas ad huc viuit. *Caue & vitamus.* *Simile.* *Simile.* *Grego. in Dialo.* *Exemplũ*

*Negligentes sumus in his quæ ad animæ salutem pertinent.*

*Solicitus fuit Christus circa salutem nostram.*

F*Atigatus ex itinere, sedebat sic supra fontẽ.* Vide obsecro quam diligenter semper salutem nostram procuraret Christus: vnde & matri suę dicebat, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt
C oportet me esse? Nos vero nil magis obliuiscimur quam salutem nostram, & terrenis congregandis semper inhiamus, cum tamẽ Deus nos in mundo collocarit, vt simus in laudem gloriæ eius, vt ait Pau. An non confunderis miserabilis homo quod videas Christum fatigatum in procuratione salutis tuæ, & tamen tu torpeas, & desideas? Magna certe est confusio tua, quod monitoribus indigeas, qui te submoneant te mortalem esse, & quod non debeas tantopere corpori indulgere, sed potius animæ saluti cõsulere: neq. iactantia te efferre videaris etiam post mortem in nimis sumptuoso sepulchro, insignibus tuis ornato. Audi enim quid de talibus dicat Hieremi. In tempore illo eijcient ossa regis
D & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Hierusalem de sepulchris suis, & expandent ea ad solem & lunam, & omnem militiam cęli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quę quæsierunt & adorauerunt, & non sepelientur. &c. Quanto igitur satius est vt saluti animæ consulamus, potius quam inani ostentationi? Vbi obsecro est mens nostra? vbi ratio et consideratio? Nam certe vsq. adeo vanitati incumbimus, vt videamur non solum nobis ipsis bellum indicere, sed etiam ipsi Deo. Vnde Iob dicebat, Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis? Non solum Deo, sed etiã nobis bellũ denu- *Luc. 2.* *Obliuiscimur salutẽ nostram* *Ephe. 1.* *Parũ prospicimus animæ saluti.* *Multi nimis sumptuosa parant sepulchra.* *Hie. 8.* *Ostentatio nes mũdanæ nos perdunt.* *Negligentes sumus circa animam.*

tiamus

*Vitiosus homo tum sibi, tum deo bellū indicit.* tiamus, & animam simul & corpus perdimus, cum negligamus animæ nostræ salutē, pro qua tamen videmus quod Christus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Quare igitur, ait Cry. tam negligentes salutis nostræ, ita cōsultamus de anima nostra? non audis Christum dicentem, quam dabit homo commutationem pro anima sua? Et iterum, quam vtilitatem accipit homo, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Num habes quod pro hac re pendatur digne? Etiamsi totum orbem dixeris, nihil dices, quæ enim vtilitas, totummundū lucrifacere, animam autem detrimētum pati, qua nihil nobis magis familiare? verūtamen eam quę tam pretiosa est, cuius tantam curam agere debemus, vt nil illi præferri debeat, sic despicimus, vt quotidie discerpatur vitijs, & interdum auaritia expugnetur, interdum luxuria vincatur, nonnunquam ira superetur, & denique nullam animæ nostræ curamgerimus. Quis ergo post hac dignabitur venia, aut imminenti pæna eripietur? Nam certe quanto excellentior est anima ipso corpore, tanto perniciosior est eius casus quam corporis. Considerans autem Diuus Bernardus excellentiam ipsius animæ, ita ait, nobilem hospitem habes ô caro, nobilem valde, tota salus tua pendet, de eius salute: da honorem tanto hospiti. Tu quidem habitas in regione tua anima vero peregrina & exul est in regione tua hospitata. Quæso te, quis rusticus, si forte nobilis & præpotens quispiam apud eum voluerit diuersari, non libenter in angulo domus suæ accubabit, cedens hospiti suo locum, sicut dignum est, potiorem? & tu igitur fac similiter, nec reputaueris, hoc esse tibi iniuriam. Honor quidem est; vt pro tanto hospite, te etiam sine honore reddas. Ac ne forte parui pendas hospitem tuum pro eo quod tibi peregrinus videtur & aduena, diligenter attende quid hospitis huius tibi pręsentia largiatur: ipse enim est qui prębuit tibi oculis visum, auditum auribus præstat: ipse est qui linguæ vocem, palato gustum, motum membris omnibus subministrat. Si quid vitæ, si quid sensus, si quid in te decoris est, huius hospitis beneficium recognosce deniq. discessus eius probat, quid præsentia conferebat. protinus enim anima discedente, lingua silebit, oculi nihil videbunt, obsurdescent aures, corpus omne rigebit, facies expallescet, in breui quoque totum cadauer putidum, simul & putridum fiet, & decor omnis in saniem cōuertetur. Vt quid ergo pro temporali qualibet delectatione contristas & fœdas hospitem istum, quam nec sentire quidem poteras, nisi per ipsū? Ad hæc si tantum tibi confert exul, & inimicitiarum causa à facie

Marginal notes: *Cry. in Gen. h. 31 to. 1.* — *Mat. 16.* — *Mat. 8.* — *Luc. 6.* — *Negligentiā habemus maximam.* — *Ber. de aduen. ser. 6.* — *Simile.* — *Anima nobilitas.* — *Anima quantū nobilitet ipsum corp'* — *Simile.*

Margin letters: E, F, G, H

A facie dñi sui eiectus, quãtum tibi præſtabit reconciliatus? Noli ó corpus, noli impedire reconciliationem iſtam, quoniam grandis tibi exinde gloria paratur: patienter, imo & libenter temetipſum expone ad omnia, nil diſsimules, quod huic videatur reconciliationi poſſe prodeſſe. Dic hoſpiti tuo, quia recordabitur dominus tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, & tu memento mei. Omnino enim memor erit tui in bonũ, dum bene ſerui eris illi, & cum peruenerit ad dominum ſuum, ſuggeret illi de te, & loquetur bonum pro bono hoſpitio, dicens: cum in vltionem culpæ ſuæ exularet ſeruus tuus, pauper quidam apud quem hoſpitatus ſum, fecit mecum miſericordiam, & vtinam retribuat pro

B me dominus meus.

*ingrati ſumus erga animã.*
*Gen. 40.*
*Anima grata futura eſt erga nos.*

Magna quidem eſt dignitas & excellentia ipſius animę, & ideò multo magis in eius curam incumbẽdum nobis eſt, quam in corporis curam. Quæ enim obſecro inſania eſſet, cum morituri corporis gratia multa facias, nil interim propter immortalem animam pati? Quanta vero inter vtramq. partem nobilitatis diſtantia eſt? Altera quidem cæli, altera terræ portio eſt: altera mortalis: altera diuinæ pulchritudinis, altera belluarum imaginem refert, ex limo, hoc eſt viliſsimæ terræ parte formata: altera afflatu

C diuini pectoris in corpus infuſa. Altera nobis cum brutis, altera cum angelis communis eſt. Poſtremo quidquid in corpore pulchritudinis, vitæ et gratiæ eſt, ab animæ virtute proficiſcitur. Cur igitur nobiliſsima noſtri parte neglecta, tanto ſtudio viliſsimam curamus? Si domus tua, aut ſtabulum ex æquo ſimul periclitarentur, vtri potius ſuccurrendum putares, domi ne, an ſtabulo? ſi arca quidem vna poculis aureis plena, altera vero æneis repleta, à latronibus ſuffoderetur, vtri earum potius ſubueniendum exiſtimares? annõ extremæ eſſet dementię his rebus pretioſis relictis, viliſsimis ſubuenire? cum ergo tam multis

D partibus anima corpori præſtet, quæ tandem inſania eſt, omnem curam & ſtudium in tuẽda corporis ſalute ponere, neglecta prorſus animæ cura? felicianus dicit, rogo vos fratres, quid tam male de nobis meruit anima noſtra ad imaginem Dei facta, quod vel tantam cuſtodiam ei nolimus impendere, quantam veſtibus noſtris adhibemus? Quo enim ſtudio cum nouã veſtem induimus eam à cunctis ſordibus & maculis puram conſeruare ſtudemus? Quod vero anima noſtra tot ſceleribus deformetur & inquinetur nil noſtra intereſſe putamus.

*Diſsimile*
*Quanto excellentior ſit anima corpore.*
*Simile.*
*Anima ſaluti proſpiciamus.*
*Feli. Arelaten. Epiſco.*
*Simile.*

DA mihi bibere Postulat potum sibi dari, vt conuersationē cū ipsa iniens, conuertatur samaritana; sic etiam salutem nostrā sitiens, in interioribus semper animæ nostræ recessibus nobis dicit, da mihi bibere. Quis ergo erit tam ferreus, cuius viscera nō commoueantur tanta domini benignitate? Sane hic de numero erit eorum, quos vocat Apost. inimicos Crucis Christi: idest qui sunt inimici effectus ipsius passionis, & eum honorem quem dare debebant Cruci, dant vitijs suis, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Quis obsecro non commoueatur audita parabola illa de filio prodigo, & de oue perdita, & dragma? Considera obsecro peccator quod Christus propter te hodie defatigatur, & sitim patitur, vt ad Deū conuertaris, tu tamen eius vocē audire non vis. Longe aliter se gerebat Dauid cum diceret, tribulationem & dolorem inueni, & nomē domini inuocaui. Quasi diceret, non expectaui vt labor ipse & dolor me inuaderet, sed potius ego eum quæsiui, & libenter sustinui vt ad Deum conuerterer. Item alibi dicebat, tota die contristatus ingrediebar: afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebā à gemitu cordis meī. Noli igitur parui ducere quod te humilies & conuertas ad dominum: siquidem in conuersione tua magnum agitur festum in cælo: sic enim dicitur Luc. 15. gaudiū erit in cælo super vno peccatore pænitentiam agente. Figuram quidem huius rei habemus in Gen. vbi dicitur quod Abraham fecit grande conuiuium in die ablactationis filij sui Isaac, & tamen non fecit in natiuitate: vt inde intelligamus quantum in cęlo celebretur festum, quādo à lacte & delicijs mundi nos separamus. Nec vero tantum indignari videtur Deus cum peccamus, quantum indignatur cum nolumus ad ipsum cōuerti postquam peccauimus, nec volumus vti eius misericordia & clementia. Vnde rationem reddens scriptura cur Deus tantopere puniret hebręos, ait: quod mittebat quidē dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonēs, eo quod parceret populo: at illi subsannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, donec ascenderet furor domini in populum eius, & esset nulla curatio. Hoc etiam in nobis maxime sentit. Hoc etiam in ipso Adamo manifestauit, cum se abscondebat à facie domini, ait enim illi, quasi conquerens plusquam de prima offensa. Adam vbi es? quare fugis conspectum meum? porro iniquitates Hierusalem enarrans Hie. ait: & dixi cum fecisset hęc omnia:

*Occasiones captat Christus nostrae salutis procurandę.* *Phil. 3.* *Luc. 15.* *Psal. 114.* *Psal. 39.* *Luc. 15.* *Gen. 21.* *Impęnitētes quantum displiceāt Deo.* *2. Pa. 36.* *Gen. 3.*

F G H

A omnia ad me reuertere, & non est reuersa. Vide quomodo propter hoc videbatur magis succensere Deus, quod scilicet non reuerteretur. Considera prętérea quantam agerent pænitentiam damnati, si possent eam agere sicut nos; nec momentum quidem vllum sine luctu & gemitu peccatorum suorum præterirent. Hoc igitur à nobis postulat Deus vt ad ipsum reuertamur Vnde Hie. 3. ait, tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiã te, leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. Sane potentes & ma-
B gnates qui venatores videri volunt, pendent desuper liminaribus domorum suarum, aquilarum capita, ceruorum, vrsorum, & aliorum huiusmodi animalium. Sic igitur Deus ut ostendat quod venator sit peccatorum errantium per syluas huius vitæ tanquam feras, in Euangelio suo nobis proponit conuersionem & pænitentiam multorum peccatorum, vt Petri, Magdalenæ, Pauli, Samaritanæ, Matthæi, & similium, vt hoc modo libentissime quidem conuertamur, & ad Dominum cum fiducia accedamus: iuxta illud Iob, ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Et ita animantur peccatores tanta domini
C proposita misericordia, vt ad ipsum reuertantur, qui ab eo fugerunt. Nullum quidem est peccatum quantumuis grauissimum, ait Chrysos. quod possit diuinam superare misericordiã. Quãobrem nunc hac tanta temporis opportunitate, pænitentiam agito, & Dei misericordiam implorato: vis tandem imponere finem, ait idem doctor, flagitijs tuis atque sceleribus? misericordiam diuinam implorato, vbi misericordia flagitatur, interrogatio cessat: vbi misericordia petitur, pænæ locus non est, iudicium non sequit. Video namque fructum misericordiæ grandẽ: nisi enim in immensum extenderetur, Pauci admodum saluaren-
D tur. O portus omni tempestate carens! ô portus omni tranquillitate plenus! Millies peccasti, millies te pæniteat: nõ impeditur temporis aut loci angustia misericordia Dei. Vide siquidem in cruce in tanta positus angustia, quanta fuerit vsus misericordia cum latrone. Atque hæc quidem dicta velim, non vt quisquam audacter & impudenter persistat in suis sceleribus: sed ne quis si forte aliquod scelus commiserit, de diuina misericordia, bonitateque desperet.

Vt sit homo aliquid, cõuertat se ad illũ à quo creat[us] est, recedẽdo enim frigescit, accedẽdo calescit, recedẽdo tenebrescit, accedẽdo clarescit, a quo eni habet vt sit, apud illũ habet, vt bene sit. Ergo q[ui] vult simul esse cũ Deo, nõ ab illo recedat, sed ad illũ accedat.

*Dãnati si possēt quã tã agerent pænitentiã*

*Hie 3.*

*Simile.*

*Gaudet Deus cum ad pænitẽtiã admittit peccatores.*

*Iob 28.*

*Chry. in Gen. hom. 19. to. 1.*

*Chry. in Psal. 50. ho. 2. to. 1.*

*Magna Dei misericordia.*

*Luc. 23.*

*Misericordia Dei nõ abutamur*

*D. Aug. super Psal. 70.*

## *APPENDIX.*

*Dinitiæ plurimum impediunt cælestem viam.*

*Iuxta prædium quod dedit Iacob filio suo Ioseph.* Aduerte obsecro quod quamuis potentissimus & locupletissimus esset Ioseph in Ægypto, non tamen ibi hæreditates aliquas emit: cuius rei causam esse puto, quod scilicet cum nouisset Hebræos inde à Domino transferendos, propterea noluit vt sui aliquas hæreditates ibi haberent, vt ita magis semoti essent ab omnibus terrenis, & paratiores essent ad viam capessendam in terram promissionis. Quasi diceret Ioseph, Melior hæreditas quam possum filijs meis relinquere, est virtus ipsa & præclarum exemplum. Sic ergo nos non debemus terrenis inhærere, neque in hoc mundo tanquam in Ægypto radices agere & propagare, ne hoc pacto retardemur à via veræ terræ promissionis. Sed quæres, cum Iacob huiusmodi prædium dedisset filio suo Ioseph, quomodo Ioseph filijs suis possessionem nullam reliquit? Respondeo quod diuitiæ quidem ex se indifferentes sunt, nec malæ, sed tales ex ipso vsu iudicantur. Vnde quemadmodum testudo aliqua aut cythara manu pulsata alicuius periti & exercitati in ea, mirifice consonat, si vero alia manu imperiti pulsetur, insuauis est; sic vtique censendum est de diuitijs, quod scilicet bonæ vel malæ dicantur ex vsu ipsius possessoris.

*Quæst.* F

*Respon.*

*Simile.* G

## *FERIA SEXTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO QVARTA.

*Animæ salutem negligimus.*



*ENIT Iesus in ciuitatē Samariæ quæ dicitur Sichar.* Ioan. 4. Vide obsecro quam sit solicitus Christus Dominus in procuranda salute nostra, cum interim nos negligentes simus, & salutis animæ nostræ obliti Quod admirans Chrysost. ait, nū habes aliam animam, quam possis pro tua dare? Pecuniam qui amisit, aliam pro amissa reddere potest, similiter qui ædes, qui seruos, qui cetera huiusmodi: animam si perdas, aliam pro ea dare non poteris; vel si rex orbis & Dominus sis, quæque in orbe sunt omnia, ipsumque orbem offeras, non poteris vel vnam animam eruere: etsi mille corpora, mille vrbes, mille regna, infinitam pecuniam impenderes. Et alibi ait idem Chry. si tantam diligentiam adhiberent pleriq; ad exequenda Dei mandata, quantam adhibere solent ad diaboli præcepta H

*Parum timemus cō dēnationē nostram.*
*Chry. hom. 56. in Matt.*
*Chry. in Mat. ho. 67.*

A si præcepta & persuasiones seruandas, longe prestabilius & salutarius rem suam agerent. At vero quando diabolus quibuscunque obuijs dare iubet, etsi huic rei gehenna immineat, iucunde tamen obtemperas: cum vero Christus regnum si indigentibus obtuleris tibi retribuat, non modo nil præstas, sed insuper etiã petentes contumeliaris. Sic aperte mauis obedire diabolo vt puniaris, quam Christo. Quod intelligens Propheta, dicebat referens animam nostram & repręsentans: miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo tota die, impugnans tribulauit me: B conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. Quoniam isti omnes animi nostri affectus, omnes carnis nostræ sensus, qui quoniam carnales sunt, spiritualia fastidiunt, & carnalia semper spirant: carnis autem sapientia, legi Dei subiecta non est, nec enim potest, vt ait Pau. hoc est ex natura sua, nisi aliunde dirigatur. Sane peccatores oculos dextros erutos habere videntur, & solis sinistris prędìti terrena cõtuentur. Quo fit vt leuissima corporis bona auidissime consectentur, animæ vero bona, quæ sunt multis partibus præstantiora, prorsus negligunt & fastidiunt. Sic etiam illorum iacturam C acerbissime deflent, horũ autem ne sentiunt quidem. Neque intellectum modo, sed memoriam quoque horum dæmon fascinauit, vt sola quæ ad hanc breuem vitam & momentaneam pertinent, assidue recolant; quę vero ad illam quæ sempiterna & felicissima est, prorsus obliuiscantur. Fingunt quidem poętarum fabulę esse apud inferos lethæas quasdam aquas, quas vbi defunctorum animæ ebiberint, rerum omnium quæ in hac vita reliquerunt, obliuiscuntur: princeps igitur huius mundi, similes aquas impijs hominibus propinasse videtur, quib' hoc efficit, vt cũ ea quæ ad hãc vitã spectãt, in prospectu semper habeant, quæ D tamen ad aliam pertinẽt sic obliuiscantur, quasi ad illa neq; nati, neq; cõditi à Deo essent. Et ita illud Salomonis conuenit, peccator cum venerit in profundum malorũ contẽnit, hoc est quidquid ante eius oculos posueris, quo ad resipiscẽdum inducas, si mortẽ, si iudiciũ, si gehennã, si cælestem gloriam, si denique Christi crucẽ atq; passionem, si innumera Dei beneficia, si quotidianas clades tũ publicas, tum priuatas propter scelera hominũ immissas: si hæc, inquam omnia oculis eius subijcias pro nihilo ducit atq; cõtẽnit. Talẽ igitͬ hominẽ cũ videris, Pharaonẽ alterũ existimato, q tot monitis & plagis dñi, iterũ & sępe repetitis, noluit recipere disciplinã. In quãto autẽ salutis discrimine isti versanͭ, Ecc. breuiter exponit cuait, cordurũ male habebit in nouissimo

*Vitia facile sectamur, sed non perinde virtutes.*

*Psalm. 58*

*Rom. 8.*

*Ludo. Gr.*

*1. Reg. 11.*

*Vitia excæcant malos.*

*Fabula poëtarum Obliuiscimur salutẽ animæ.*

*Pro. 18.*

*Duro corde præditi sumus.*

*Exo. 5.*

quia vt dicit August. hac pœna punitur peccator, vt moriens o- E
*Ecclesi. 3.* bliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Iustum quippe
*August.* est vt difficilem experiatur Deum in morte, quem tota vita Deus difficilem atque rebellem inuenit.

Certum quidẽ est in anima nostra duplicẽ inueniri portionẽ, alteram videlicet superiorem, & alteram inferiorẽ: quarũ illa
*Animæ portio superior & inferior.* Angelis, hæc vero brutis similis est. Illa consilio, ratione, & diuina lege ducitur, hæc autem more pecudum impulsu & impetuque eo regitur. Cum autem hoc ratio & lex diuina præscribat, vt inferior hęc portio à superiori dirigatur, tanta in carnalibus hominibus peccati vis est, vt hunc naturæ & diuinę legis ordinem, de statu & sede deijciat: ita fit vt sapiens à furente, oculatus à cęco, nobilis ab ignobili, & postremo Dominus ab stulto seruo, & quod est multo indignius, homo à bellua, in operibus suis
*Simile.* *Carne non ducamur.* dirigatur, dum sordida & cæca caro imperat, & spiritus imperanti cedit & obsequitur: quo quid esse monstruosius, quid ve indignius excogitari potest? Hoc est enim cuius gratia iuxta Salomonem mouetur terra, cum videlicet ancilla caro, cuius
*Pro. 30.* erat conditio seruiendi, sedem occupat imperandi. Ex his ergo patet quæ sit vel maxima inter spirituales & carnales viros G
*Ratione ducamur.* differentia, quod illi videlicet spiritu, ratione atque iudicio ducantur, carnem spiritui subijcientes, isti autem varijs cupiditatibus obsequentes, hisque cęcis magistris traditi, vitam suam non tam dirigunt quam confundunt. Illi implent illud Apost. si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus: hi vero dicunt illud
*Gal. 5.* *Isa. 65.* *Ecclesi. 2.* Isa. post cogitationes nostras ibimus. Item illud Ecclesi. omnia quę desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, neque prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur. Spiritu ergo ambulemus. Quid est autem Spiritu ambulare, nisi de virtute in virtutem ire? Nescio plane quando tandem incipiemus H
*Hie. li. 3. in epis. ad Gal. c. 6. tom 9.* saluti animæ nostræ consulere, ait Diuus Hieronymus, siquidem cum ista vita transierit, amittetur operandi tempus: quare dum tempus habemus, vt ait Apostol. operemur bonum. Et saluator inquit, operamini dum dies est, veniet enim nox,
*Gal. 5.* *Ioan. 9.* *Psal. 103.* quando nullus poterit operari. Ortus est nobis Dei sermo sol verus, & congregatæ sunt bestiæ recedentes in cubilia sua: procedamus vt homines ad cubilia nostra, hoc est ad opus nostrũ,
*Exemplũ* & usque ad vesperam laboremus. Quale est autem vt cum peccatores quotidie in malis operibus augeãtur, nos in bono opere lassemur? Titus quidẽ filius vespasiani, qui in vltionẽ dñici sanguinis subuertit Hierosolymã, & Romam victor ingressus est,

tantæ

A tantæ dicitur fuisse bonitatis, vt cum quadam nocte recordaretur in cæna quod nihil boni illo die fecisset, dixit amicis suis, hodie diē perdidi. Quod si hoc ille sine lege, sine Euangelio, naturaliter & dixit, & fecit: quid nos oportet facere qui tantam fidei lucem, tantaque exempla, & doctrinam habemus? *Tēpus bene expendamus.*

Porro vt intelligas quam parum mundani homines æstiment cælestia bona, quanti vero faciant terrestria atque mundana, nō verebor fabulatoris etiam Æsopi similitudine, hanc rem aperte declarare. Is igitur fingit gallum in sterquilinio sibi aliquid quæritantem, qui cum forte pretiosam gemmam inuenisset, splendo- *D. Stel.* *Æsop.* *Simile*
B rem eius miratus, ait: res vili pretiosa loco, nitidiq; decoris, hac in sorde manēs: si te alius qui pretium tuum agnosceret, inuenisset, felicissimum se profecto putaret: ego autem qui nec hoc noui, neque ego te, vel vnum frumenti granum tibi antetulissem. Hæc fabula fratres, studia & mores hominum, nobis ob oculos ponit: si quis enim eorum bonorum quæ nobis Christi Euangelium proponit, explorator, eorum valorem, cælesti lumine instructus agnosceret, facile quod ille mercator Euangelicus fecit, diuenditis omnibus sempiterna illa bona cōpararet: at nos qui instar Æsopici galli in huius vitæ sterquilinio siliquas *Nescimus gloriam æstimare.* *Mat. 13.*
C porcorum quærimus, quibus insatiabilem cupiditatis nostræ ventrem impleamus, nō longe pluris facimus quam vilia quæq;. Cæterum quamdiu pisces inuēta in hamo esca pascuntur, nihil tūc temporis doloris sentiunt: at vbi piscator fallacia fila in sublime attollit, & pisces hamo cōprehensi extrahuntur ab aquis, tunc quæ illis dulcis esca videbatur, aculeus est vitam eripiens. Sciant igitur qui nunc carnis voluptatibus & amore seculi irretiti tenentur, idem prorsus sibi euenturum. Aderit namque extrema illa hora, in qua ab huius vitæ vndis Dei imperio extrahendi sūt, quo tēpore quæ illis antea delicię videbantur, acerbissimos *Luc. 15.* *Simile.* *Vitiosi iuste punientur.*
D doloris aculeos imprimēt. Verissime enim dictū est, fauus distillans labia meretricis, nouissima autem eius quasi absynthium. *Pro. 4.*

*Viri lasciuia & luxuria diffluentes, quantum offendant Deum.*

V*Enit mulier de Samaria haurire aquam* Erat quidem hæc mulier mundi delicijs valde dedita, & quidē non contenta quinque maritis, quos habuerat, lenonem etiam quendam modo habebat: atque ita mystice videtur significari eius procacitas & petulantia cum dicitur, venit haurire aquam. Est quidem vitium carnis quasi ebrietas quædam animæ: quod significare visus est Oseas cum ait, fornicatio, & vinum, & ebrietas, auferunt cor: siquidem hoc vitium carnis dementare videtur ipsos homines, *Vitiosi nūquā satisfaciunt appetitui suo.*

*Vitia excæcant homines.* & priuare ratione. Vnde Ezech. ait, insaniuit in amatores suos. E
Et Hebræi ex vitio carnis lapsi fuerunt aliquando in idololatriā.
Hoc vitium perdidit Salomonem, destruxit mūdum vniuersum.
*Osee 4.* Porro cætera vitia videtur Deus punire etiam reprehendendo,
*Ezech. 23.* hoc vero potius tacendo. Vide quomodo punierit etiam Deus
*Num. 25.* filium illum Iudę propter hoc vitium, adeo vt dicatur Gen.
*Gen. 6.* 38. percussit eum Dominus, eo quod rem detestabilem faceret.
*Gen. 38.* Vide quomodo dæmon interfecerit septem illos maritos Sarræ
*Tob. 6.* coniugis Tobiæ, propter effrænatam libidinem. Sane cæcus
Herodes propter hoc vitium amputauit caput Baptistæ. Prętere- F
*Luc. 7.* rea Pharisæ' alia vitia Magdalenæ nō reprehēdit, sed tamē hoc solum tanquam turpissimum reprehendit dicens, quia peccatrix est, quasi diceret, cum huic sit vitio dedita, vtique & alia habebit.
*Greg. super Euāg. hoc.* Vnde Grego. ait, ideo dicitur peccatrix, quia vniuersis vitijs plena fuit. Item vulgo iam cum dicimus aliquam peccatricem, eam de hoc carnis vitio notamus: talis ergo erat hæc Samaritana. Et certe hoc vitium videtur homines quam simillimos brutis reddere & impudentissimos:
*Num. 25.* vide enim quanta fuerit impudentia illius, qui publice voluit abuti aliena cōiuge: quę sane impudentia videtur esse in pænam peccati: vide enim quo G
modo impudentissime Absalon quasi in pęnam peccati commissi contra patrem, rebellionis, ingressus est ad vxores patris sui.
*2. Reg. 16.* Porro Eccles. ita depingit impudentem mulierem dicens: inue
*Eccles. 7.* ni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius; vincula sunt manus illius: qui placet Deo effugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab illa. Vide quomodo vocet dęmones venatores ad denotandam solicitudinem
*Impudentes mulieres quātū noceant.* dæmonum vt nos deprædentur. Item obserua quod dicitur capietur ab illa: est enim maxima hominis miseria, cum aliquam deperit mulierem, siquidem die nocteque quiescere non potest, H
etsi videat se mille propter ipsam pati labores, adeo vt dicat se fascinatum ab ea: & hęc quidem fascinatio miserabilis homo,
*Viri carnales quā sunt cæci.* est pæna tui peccati, & fascinator est dæmon, qui te miserum illa quęat. Adeo late serpit hoc malum, vt etiam viri carnales non erubescant etiam sponsas Christi attentare. Annon obsecro
*Grauissimū scelus solicitare moniales sponsas Christi.* graui punitione ille dignus tibi videretur, qui sponsam alterius solicitaret? cur igitur homo impudentissime audebis in sponsas Christi furere & debacchari? Adeo etiam late serpit hoc malum, vt sicut Deus habet domos religiosas, ita etiā hoc vitiū habeat impudica loca, & angulos sępe varios in Repub. Vnde Isaias dicebat, laquei iuuenum omnes, & in domibus carcerum abscon-

A abſconſi ſunt: facti ſunt in rapinam, nõ eſt qui eruat in direptione. Vide quomodo vocet Propheta talia loca carceres, vbi ſunt catenæ & compedes ad illaqueandos homines. Et quod dolendũ eſt maxime, vident multi proximum ſuum propter hoc vitium miſerabiliter perire, & tamen eius non miſerentur, neq; eum monent. Si ouem vides à Lupo ſurreptam, clamas ſtatim, & niteris pro virili eã eripere, & animã fratris tui nõ curas è faucibus diaboli eripiendam? Præclare ſane faciebant Romani, cum ſe intromittebant de adoleſcentulis vtrum laſciuijs dediti eſſent, & vtrum otioſi vagarentur, & alienas ſolicitarent mulieres, quod vtinam fieret noſtro tempore. Vide obſecro quomodo punierit Deus puellas Moabitides, quod occaſio extiterint tantorum ſcelerum ab Hebræis commiſſorum: quin & Phinees laudatur in ſcriptura, quod ſupplicium ſumpſerit de his. Adeo quidẽ turpe eſt hoc ſcelus, vt dixerit Plutar. ſi te ab hoc vitio cohibere cupis, honores expete: quaſi ſibi vellet, quod niſi vir ſine honore, hoc peccatum non committeret. Ariſtot. præterea in problemmatis interrogans quorſum hoc vitium ſit tam infame? reſpondet, quia eſt quaſi belluinum. Vnde regius pſaltes dicebat, quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: vbi etiam ſignificare voluit quod propter hoc vitium eſſet infamatus, & illuderetur ſibi ab omnibus. Et certe quamuis diſcipuli aliqui Chriſti aliqua vitia committerent, non tamen legimus quod carnis vitio notarentur. Et alia quidem vitia partem tantum hominis commaculare videntur, at vero hoc vitium totum hominem deformat. Vnde Apoſt. ait: fugite fornicationem, quoniam peccatum quodcũque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Anneſcitis quoniam mẽbra veſtra ſunt templum Spiritus ſancti? &c. Quod ſi ſimplex fornicatio tã grande peccatum eſt, quid quæſo de ipſo adulterio dicendum erit? Vnde Iob ait, oculus adulteri obſeruat caliginem. Et paulo poſt, maledicta ſit pars eius in terra &c. Item ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatũ illius. Vbi per aquas niuium poſſumus etiam intelligere carnales concupiſcentias: vt enim nix ſtatim liqueſcit, ſic carnalis delectatio illico perit. Præterea inter omnes qui ſe excuſarunt à cœna patris familias, ſolus ille qui vxorem duxerat viſus eſt ſe proteruius excuſaſſe, cum ait ſe non poſſe ire, ſiquidem adeo carnis laſciuia multos excæcat, vt ipſis videatur quod aliud præſtare non poſſint. Et certe ille qui vxorem duxerat non ob aliud reprehenditur, quam propter ſuam inordinatam libidinem:

*Iſa. 42.* *Simile.* *Exẽplum* B *Num. 25.* *Plut.* *Ariſtot. in Pro.* *Pſal. 37.* C *Vitiũ carnis infame.* *1. Cor. 6.* *Fornicatio deteſtabile malũ.* D *Iob. 24.* *Simile.* *Luc. 14.* *Carnales homines quantum ſint cæci.*

vt inde intelligant coniuges vt ordinate ad coitum & moderā- E
te accedant, non autem impudenter, quamuis sint coniuges:
*D. Aug.* vnde August. ait, Noe quidē nō ex alia vinea quam sua vuas de
cerpsit, & tamen inebriatus est. Eua coniunx quidem erat Adami, & tamen ipsum perdidit. Quod si hæc tantis diuinitus orna
*Gen. 3.* ta muneribus, coniugem suum perdidit, quid de te futurum
erit, si nimium indulseris vxori tuæ? Quæ cum ita sint, quanta
*Cōcubinarii in quā to periculo viuant.* quæso cæcitate præditi sunt concubinarij? de quibus dicitur in
Apoca. poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & amplius il
la non inuenies. Tales sunt delectationes carnales, quæ cito euanescunt. Item Iob ait, non videat riuulos fluminis torrentis F
*Apo. 14.* mellis & butyri: idest vir carnalis non percipiet, dulcedinē bea-
*Iob 20.* titudinis, sed ipsa priuabitur.

### *Vitia non satiant peccatorem.*

*Vitia non satiant appetitum.* Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Hoc sane proprium habent ipsa vitia, vt numquam satient appetitum, sed quanto magis exercentur, magis appetuntur: & quanto plus biberit ex aqua vitiorum peccator, tanto magis sitit, nec ad se redeunt peccatores, donec dicant in inferno positi, errauimus à G
*Sap. 5.* via veritatis &c. Dura quidem & aspera est vitiorum via. Quod
significans Christus, dixit Saulo, durum est tibi contra stimulū
*Act. 9.* calcitrare. Sępe quidem nos pungit Deus stimulo consideratio
nis mortis vel iudicij, vel inferni, & tamen calcitramus, & vl
terius in vitijs persistimus. Sæpe igitur Christus pulsauerat cor
*Vitiorum semita difficilis.* Apostoli talibus considerationibus, vnde & tandem dixit ei, du
rū esse cōtra stimulū calcitrare: quasi diceret, cur vis adeo resistere
vocationi meæ? desiste iam tandem à furore tuo, & me audi. Vis
obsecro homo videre, quam procul absit vir vitiosus, ab in-
*Act. 9.* stituto Christi, propter quod ipsum condiderat? Ego tibi hoc H
ipsum graphice depingam: finge quęso tibi imaginem quādam,
*Simile.* cuius caput sit magnanimitas, oculus vnus prudentia circa præsentia, & alter prouidentia circa futura: aures fides & consilium,
nares vero sagacitas ad discernendum bonum & malum: os affabilitas, lingua veritas, collum clementia, pēctus pietas, brachia
*Imago magna perfectionis est homo.* fortitudo, manus liberalitas, corpus erectum, iustitia & rectitudo, venter temperantia, cinctorium castitas, duo pedes, super quos sustentatur, amor Dei & proximi. Vide igitur ô
homo quā pulchra sit imago tua, & quantū ab ea degeneraueris.
Porro quantum laborent in vitijs peccatores, significauit Isa.
dicens,

A dicens, væ qui trahitis quasi vinculum plaustri, peccatum. Nam sicut iumenta, quod aliter portare nõ possent, in plaustro trahunt sic peccator cum sibi videtur non posse sustinere quendam statum, illum trahit per ambitionem, per vanitatem, per alias mundi leges iniquas: sic videas aliquem qui vix possit famulum vnũ alere, velle sex vel septem famulos sustentare. Habent prętereà peccata aliud malum, quod scilicet nisi statim initio extirpentur semper crescunt. vnde Hie. ait, felix est ille, qui vt ait Propheta, allidit paruulos suos ad petram, idest qui statim nascentia vitia B extirpat, & ea confringit propter petram idest Christum. Nisi enim ita fecerit, semper in deteriora labetur, iuxta illud dauidis, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

*Ambitione perit mundus.*

*Vitia statim fugiamus.*

*Hie. l. de cus. vir.*

*Sal. 136.*

*Psal. 7.*

Mirum sane est quod mali tantopere obliuiscantur horribile Dei iudicium: dic obsecro si essent decem homines mensæ accumbentes, & diceretur quod vnus esset iugulandus, aut comburendus, quid quæso sentiret? Quod si diceretur quod sex vel septem ex ipsis essent perimendi, annon magis turbarentur? Sic ergo cum dicat Christus, quod lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: & quod angusta est via C quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam: quorsum quæso non contremiscimus? Narrat quidem Cyrillus, quod vulpes quædam ingressa est in confertissimum promptuarium, cũq. se valde exaturasset postea inde egredi non potuit, atq. ita interfecta est. Sic ergo fecerunt mali, qui ingressi in hanc vitam, vidẽtes promptuarium mundi plenum varijs delicijs, ipsis se ingurgitant, & postea cum volunt ingredi in cælum, non possunt propter ipsorum culpã, si ergo hæc ita se habent, quorsum quæso tã pusillanimes sumus ad cęlestem viam capescendam, & virtutem complectendam? Certe ita res videtur habere, quod sicut modi-D ca flamma, statim vento extinguitur, si vero ingens sit, potius inflammatur, & crescit: sic vtiq. vir pusillanimis, statim à virtute retardatur, at vero qui fortis est, de virtute in virtutem crescit. Itẽ sicut molossus canis spernit latratus caniculorum: sic vir fortis contradictiones omnes superare solet. Michol quidem Dauidẽ deridebat, quod ante arcam domini saltaret, at vero quoniam Dauid maioribus iniurijs sustinendis assuetus erat, idcirco facile pertulit huiusmodi iniuriam, sed tamen Deus castigauit Michol, quam fecit sine liberis, & sine hærede & successore. Vide etiam quantas habuerit Paulus cõtradictiones, & tamen magis cõualescebat semper & virtutem complectebatur: sic ergo facere nos debemus. Veruntamen inuocare debemus eum qui hodierno die

*Simile.*

*Mat. 7.*

*D. Cyril. Similitudo.*

*Delitijs mundi respondebũt sempiternæ pænæ.*

*Simile.*

*Tentationes viriliter superemus.*

*2. Reg. 6.*

*Acto. 9.*

*Isa. 40.*

no die promittit Samaritanæ perennemfontem gratiæ, qui dat E
lasso virtutem, vt ait Isa. Et his qui non sunt, fortitudinem, &
Ephe. 3. robur multiplicat. Propter quos fauores dicebat Apo. flecto genua ad patrem domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur: idest à quo fauores omnes & auxilia sancta accipimus.

## APPENDIX.

*Venit mulier.* Quis vnquam dixisset, quod tali hora, & in tanto quidem feruore esset ventura hæc mulier? veruntamen venit F
vt Christo huiusmodi obsequium exhiberet. Sic igitur solet Deus suis subuenire miris quibusdam modis, nobis occultis & incognitis, in maximis necessitatibus. Hinc etiam colligitur quod quacunque hora & opportunitate possit aliquis beneface re si vult. Quis vnquam existimasset quod tali hora esset venturus Christus ad conuertendam Samaritanam? sic Abraham in feruore diei expectabat peregrinos, vt eos hospitio exciperet.

*Fauet de' suis miris quibusdā modis.*

*Gen. 18.*

*Venit mulier.* Homines quidem facile exterius iudicassent, hanc mulierem intempestiue venire ad aquam hauriendam, & quod longe melius fuisset vt ancillam quandam misisset. At vero longe præstabilius ipsi fuit vt in propria persona illuc accederet. G
*Sedebat sic.* Solet se Deus vnicuiq. accommodare, secundum ipsius dispositionem. vnde in hymno ait D. Tho. tu sic nos visitas, sicut te colimus.

*Magna Dei prouidentia.*

*D. Tho.*

*Da mihi bibere.* Dic obsecro bone Christe, nunc bibere poscis cum defessus es, & cū valde desudas, et ieiunus es? nonne melius erit vt discipulos expectes qui cibos adferant, atque his degustatis bibere poteris? Sed non hæc erat vrgentior sitis quam ipse habebat, sed potius cura nostrę salutis, quam etiam in Cruce positus significauit, cum dixit, sitio. Tu igitur peccator poteris huiusmodi Christi sitim placare, si te ad ipsum conuertas: sed tamen non vis ei etiam aquæ calicem dare, neque lachrymulam vnam pęnitentię & compunctionis Et tamen siti dęmonis semper satisfacis tuis sceleribus & peccatis, qui semper desiderat te in inferni barathrum protrudere. H

*Luc. 23.*

*Sitit Christus salutē nostram.*

*Fons salientis.* Quomodo fit fons salientis? Respondet Lyra quia per gratiam spiritus sanctus inhabitat mentē, qui est origo gratiæ facientis hominem salire in vitam æternam, naturale est enim quod aqua tantum ascendere potest quantum descendit, & ita gratia de cælo aduenieus, animam ad cælum perducit.

*Lyranus su. Ioan.*

SABBA

A SABBATHO POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO PRIMA.



*Perrexit Iesus in montē Oliueti, & diluculo iterum venit in templum Ioan.8.* Post salutarem doctrinam turbę communicatam Iesus secessit in montem Oliueti, ait Cyril. vt secretus à tumultu populi, orationi vacaret nobis in hoc relinquens exēplū, quod post proximorū instru-ctionē, ad orationē cōfugere debeamus, sine importuno cogitationū strepitu, deo fundendā in abscōdito: & post orationē rursum proximorum saluti vacare & intendere, vt prædicationi oratio, & orationi succedat prædicatio. Itaq. locus à consortio turbæ semotus, in quem dominus oraturus se contulit, animū designat orationi intentū, à cogitationibus mūdi huius separatū esse debere, vt Mat. nos admonet dicens. Tu autē cū oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrē tuū in abscōdito. Mōs autē quē dominus ascēdit, sublimitatē animi significat, in cælestia per orationē erigēdi, & nō infimis, terrenisq. negotijs immergēdi. Cum enim oratio sit mentis in Deū pia eleuatio, quis hunc dixerit orare, qui labia quidem ad verborū prolationē mouet, mentē vero curis mundi depressā, nequaquam ad Deum erigit? Conqueritur sane de huiusmodi orātibus per Isa. dominus, populus hic inquit, labijs me honorat, cor autē eorum longe est à me. Mons vero Oliueti, altitudinem & copiam diuinę significat misericordiæ & per filij Dei in carnem aduentum nobis affluenter ostensæ. Nempe olei nomine in scripturis Dei misericordia sæpius exprimitur, quod illius natura huius conditioni congruit, superfertur enim oleum cæteris liquoribus atque supernatat: ita misericordia omnibus Dei operibus supereminet, & plus cæteris in homine elucescit. Misericordia vt ait Iaco superexaltat iudicium, & miserationes eius super omnia opera eius, ait Dauid. Insuper oleum dolores vulnerum mitigat, & sanat tumores & vlcera: Dei vero misericordia, plagas animæ nostræ curat, omnemque depellit languorem peccati. Demum qui palæstram subire debebant aut luctam, oleo delibuti prodibant in medium, quia eius copia ad id genus certaminis esset accommodatissima. Sic in acie contra aereas potestates certaturis, suam Deus misericordiam elargitur: ea nos præuenit, suggeritque vires, quibus interim difficili prælio, ope sua muniti, tandem victores

*Cyril. in Ioan. l. 5. c. 14.*

*Prędicatores se debent orationi dare*

*Mat. 6.*

*Oratio qualis esse debeat.*

*Isa. 29.*

*Simile.*

*Iacob. 2.*

*Psal. 144*

*Simile.*

*Simile.*

*Misericordia dei effectus.*

Margin letters: A, B, C, D

victores euadamus: vnde dicit propheta, in te eripiar à tentatio- E
Solitudo v ne, in Deo meo transgrediar murum.
tilissima. *Perrexit Iesus in montem.* Hinc docemur, quod si nos totos Deo
Gen. 2. tradere cupiamus, humani strepitus & humanę conuersationes
Exod. 19. sunt à nobis fugiendę. Nam & dominus vt faceret Abrahę be-
Gen. 21. neficia quibus illum volebat afficere, ab hominum conuersatio
3. Re. 19. ne eum eduxit. Item Moysen perduxit etiam dominus ad verti-
Luc. 3. cem montis Sinai: in solitudine etiam apparuit angelus ipsi Agar
Elias ab hominum consortio procul aberat, quādo angelum do
mini vidit. Non erat solicitus de quęrendis hominibus beatus
Ioannes, quando factus est ei sermo domini in deserto, nam vt F
commodius se Deo traderet, in desertum secesserat. Eliseus vsq.
adeo effugiebat humana colloquia, vt nomē etiā hospitis apud
4. Re. 4. quam sępe diuertebat ignoraret. Nam cum iussisset ipsi Giezi vt
eam euocaret, proprium nomen ignorans, à nomine ciuitatis eā
sunamitidem appellauit. Elias in populo & societate Iezabel, fa
3. Reg. 19. me peribat, postquam autem in solitudinem Bersabee Iuda reces
sit, ibi pastus est cælitus, angelicoq. ministerio. Cæterum si hi qui
in spiritualibus occupantur perpetuo, opus habent recessu & so
Simile. litudine; quanto potiori iure ea fuerit his necessaria, qui semper
terrenis curis & negotiationibus occupantur? Agricolæ quidē G
non singulis annis perpetuo opere agros fatigant, sed cessare eos
Simile. faciunt, vt ex illo interuallo & requie fœcundiores & copiosio-
Exercita- res reddant fructus: sic & nos si terrenis occupationibus interdū
tiones va- pepercerimus, multo felicius nobiscū agetur, etiam circa ea quæ
rianda. ad agentem vitam pertinent. Iudæi enim in deserto manna cæle-
Exo 16. sti refecti sunt: Dauidi apparuit dominus in terra deserta. Elias
Psa. 62. pascebatur à coruis in deserto: Moysi non dabatur videre Deū
donec ad desertum exiret. Deus ad sponsam inquit: ducam eam
3. Reg. 17. in solitudinem.
Exo 3. *Et Diluculo iterum venit in templum.* Obserua qua ratione Chri H
Autor. stus Dominus suas vicissim variaret actiones & honestas occu-
pationes. Vnde colligas non semper nobis orationi esse vacan-
Sen. li. 1. dum, aut semper prædicationi incumbendum, sed ab vna re ad a
de tranq. liam vicissim transeundum. Quin etiam Sene. ita ait, variemus
vi. ad ser. studia & actiones nostras, vt laborem sustinere valeamus. Miscē
e, 15. da ista sunt, solitudo nempe atq. frequentia siue consuetudo, sit
altera res alterius medicina, sanet molestiam turbæ, solitudo ip-
sa, & tædium vicissim solitudinis expellat frequentia & consue-
Simile. tudo. Danda remissio est animis, vt alacriores fiant. Et quemad
modum agri cessare debent nonnunquam, ne singulis serantur
annis.

A annis, ita animi studia & exercitationes intermittendæ sunt. Et certe legum conditores, festos instituerunt dies, quibus ab opere quiesceremus.

*Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierem in adulterio deprehensam.* Pharisæi ipsi pecunia corrupti adulterum dimiserant, quod scelus pestiferum quidem est in iudicibus. Hoc quidem vitium incurrerunt filij samuelis, quos iudices populi pater constituerat. Hi enim acceptis muneribus, iustitiam non seruabant, & propterea à suis officijs per eundem etiam patrem depulsi sunt vniuerso populo petente. Optabat etiã accipere pecuniã à Paulo præfectus ille felix, vt habetur in Act. Apost. sed miserabilis hæc mulier pecuniam non habebat quã daret pharisæis, & ideo comprehensa est. Quemadmodum ipsius piscatoris harundo si pisciculus aliquis ei adhæret, non inflectitur & incuruatur: si autem ingens aliquis piscis adhæserit, statim inflectitur: ita plane si ceciderit in manus peruersi iudicis pauper aliquis vir, cum eo vtitur talis iudex rectitudine iustitię, neque ab ea vsquam deflectitur, quod si causa agatur diuitis, videas illico quia dolosi spes affulsit, nummi peruerti leges, & iudicia omnia deprauari. Et quemadmodum horologium quo æqualius distat ab omnibus vrbis partibus, eo præstabilius est, quia ab omnibus æqualiter auditur. Item fons in media situs vrbe, commodiorem sese omnibus pariter exhibet ciuibus: & à centro etiam lineæ omnes ad circunferentiam ductæ, æqualiter distant. Ad eundem modũ qui causas ipsas diiudicat, is necesse est æquissimum se se omnibus exhibeat, neque magis in vnam quam in alteram partem propendeat, sed ius suum cuiq. tribuat.

*Lyra. in hunc locũ* *1. Reg. 8.* *Iudices nõ corrumpãtur muneribus.* *Acto. 24.* *Simile.* *Iudices erga paupe res interdũ iniqui* *Simile.* *Simile.* *Simile.*

B C

*Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.* Mulieris culpam exaggerant ex tribus, ait D. Tho. quæ Christum commouere deberent à sua mansuetudine. Et primo ex culpæ nouitate, vnde dicunt, *modo*: nam quandó est antiqua, non tantũ mouet, quia forte præcessit correctio. Secundo eius euidentia, vnde dicunt *deprehensa est.* Ita quod non possit se excusare, quod est consuetudinis mulierum, iuxta illud pro. tergit os suum dicens non sum operata malum. Tertio ex culpę enormitate, vnde dicunt *in adulterio*, quod est graue facinus, & multorum malorum causa. *Hoc autem dicebat tentantes eum, vt possent accusare eum.* proponunt quidem mulierem in adulterio deprehensam; ait Cyril. Moysi legem adducunt, qua in Leui. sancitũ est à Deo adulteros & adulteras lapidibus obruendos, vt si eam à pæna legis absoluat, impunitáq. sinat abire, protinus vt præuaricatorem legis

D

*D. Tho. in Ioan. 8. lec. 1.* *Pro. 30.* *Cyr. in Io. lib. 5 c. 15.* *Leui. 20.*

legis iuste accusare videantur & persequi, sin vero eã pro legis E
*Cauillatores multi.* sententia saxis opprimendam dicat, cõtinuo eũ ludibrio habeãt, quod misericordiam in proximum exhibendã magnopere verbis prædicet, quã tamẽ operẽ nõ comprobet, seruata legis seueritate. Reddantq. exinde eũ odiosum & inuisum populo, cui gratissimum ipsum esse compertum habebãt.

*Cyr.l.5.in Io.c.16.* *Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.* Antequam suam proferret sententiam, ait Cyril. inclinauit se, & digito scribebat in terram, vt nobis ostendat quod antequam iudicium feramus de proximo, ad veritatis inuestigationẽ descendere & animum inclinare debemus, & discretionis digito singula F
ad rem propositam attinentia, prius discutere, alioqui recte iudicare non possumus, si prætermissa indagatione veritatis & examine diligenti, præcipiti & inconsiderato animo, proximum in publico iudicio aut absoluimus aut damnamus. Cognouit vtique Deus sodomitas & Gomorrhæos tanti criminis esse reos, cuius oculis absconsum est nil, descensurum tamen se & visurum rei veritatẽ dixit, quo nobis ostẽdat exacta trutina prius discutiẽdã esse causam, quam feratur sententia in aliquem. Idem quoq, Mosayca lege caueri accuratã scilicet inquisitionẽ de obiecto crimine præcedere debere iudiciũ & dãnationẽ in reũ ferẽdã, innuit G
paulo superius Nicodemus vir prudens & maturus, cũ in pharisæorum consilio & consessu dixit: nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audiuerit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Quinimo apud Romanos iustitiã Dei ignorãtes, illum etiã morẽ seruari, quod in nullũ ferri debeat sententia dãnationis, nisi prius discussa fuerit causa illius exactius, ostendit Portius festus præses Iudææ à Romanis constitutus cum principibus sacerdotum & senioribus Iudeorum postulãtibus aduersus beatũ Paulum damnationem, respondit, quod non est Romanis consuetudo donare aliquem hominem, idest aliorum voluntati permittere ad sumendum de eo supplicium, inferendamq. punitionẽ, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locũq. defendẽdi accipiat ad abluẽda criminã quæ ei obijciuntur. H

*Iudices cũ prudẽtia iudicare debent.*
*Gen.18.*
*Iudex ambas audiat partes.*
*Ioan.7.*
*Romanorum consuetudo.*
*Acto. 25.*

*Qui sine peccato est vestrum, primum in illã lapidem mittat.* Plerumque nos, ait Greg. cum rectitudinem iustitiæ exequimur, mansuetudinem seruare cupimus, iustitiæ rectitudinem declinamus. Dominus autem in carne veniens simplicitatem cum rectitudine tenuit, quia nec in mãsuetudine districtionẽ iustitiæ, nec rursum in districtione iustitiæ, virtutẽ mansuetudinis amisit. Vnde cum quidam deducta adultera, hunc tentare voluissent vt in

*Gre l.1 Mor c.10*

culpam.

A culpam aut immansuetudinis, aut iniustitiæ laberetur, ad vtraq. respōdit dicēs. *Qui sine peccato est vestrū, primū in illā lapidem mittat.* Dat simplicitatē mansuetudinis, *Qui sine peccato est vestrū.* Dat zelum iustitiæ, *primus in illam lapidem mittat.* ô responsio sapientiæ, ait Augusti. quomodo eos intromisit in semetipsos. Foris enim calumniabantur, se ipsos intrinsecus non perscrutabantur: adulteram videbant, se non perspiciebant, & hoc calūniādo, non vere, tanquam adulteram à castitate damnādo. Iussit inquit Moyses adulteras lapidari secundum legē, ait Cyril. Sed B ab his dumtaxat qui sunt obseruatores legis, non preuaricatores. Non enim fas est, neq. iura sinunt transgressionem legis, ab eiusdē trāsgressoribus vindicari. Qui itaq. ex vobis sibi conscius est quod legē nō violauerit, quod nil contra legem admiserit vnquam, primum in eam iaciat lapidem, Nō prohibeo lapidari mœcham, sed nolim id ab his fieri, qui non minus quam ipsa aut grauius legem cōculcauerint.

*Iudex iste rectus & misericors.* *Augu. in Ioan tra. 33.* *Cyri. in Io. l 5. c. 16.* *Aliena indicamus aelicta & nostra videmus.*

*Et iterum se inclinans scribebat in terra.* Ex more vultum alio vertens vt illi liberiorem haberent exeundi fiduciam, quos præuidebat citius exituros, quam plura interrogaturos. Quid autē C primo se inclinans dominus scripsit in terra, & quid secundo, non explanat Euangelista, neque promptum est cuiquam id definire: quamuis non desint qui affirment dominū hac secunda inclinatione notas quasdā terræ inscripsisse, quibus quisq. accusantium sua oculis conspiciebat peccata, & menti obiecta cernebat. Vnde rubore suffusi & pudore affecti, facile cognoscebāt se non peccati immunem vitam agere, & ad discedendum potius quam ad acrius inquirendum ex hoc incitatos esse. Cæterum docet hac secunda inclinatione sua & inscriptione, vt nos prius diligenter exploremus, antequam alios corrigamus. si queratur, D ait Lyra, quomodo scribebat dicendum quod nō scribebat per singula: sed diuina virtute potuit facere quod in aliqua figura ab eo protracta, quilibet eorum videret sua propria peccata & non alij, nec ab alijs videbantur. Vnde Euthymius ait, rursum inclinatus scribebat in terra, vt dum ipse in eos non respiceret, erubescerent lenius redarguti, vtque ita illo in scribendo occupato, liceret eis sensim abscedere, antequam manifestius condemnarentur. Digito quidem Dei ait Aug. lex scripta est sed propter duros in lapide scripta est: nunc iam dominus in terra scribebat, quia fructum quærebat. Aduerte igitur quā mature Christus huiusmodi causam tractet, & si pharisæi maxime vrgerent. Quid enim quæso placitis maligni? Modo eam in adulte-

*Quid scriberet Christus in terra.* *Qui aliud carpit, ipso carere debet.* *Lyra in Io.* *Euthy. in Ioan.* *Aug. in Io tra 33 to. 9.*

in adulterio comprehendistis & statim vultis condemnare? Sartor quidem priusquam forficibus pannum scindat, diligenter ipsum metitur, & secum ratiocinatur, & vos in vita proximi perimenda eritis præcipites? videte quam imperturbate nautæ illi se gesserint in condemnatione Ionæ. E

*Iudex nõ debet esse præcipitatus.*

*Ionæ. 1.*

*Audientes autem haec, vnus post vnum exibant, incipientes a senioribus.* Crediderim ait Cyril facile seniores grauiorũ sibi malorũ conscios fuisse & reos, impletumq. in eis illud scripturę, quod à senibus egressa est iniquitas, & propterea vehementiore affectos verecundia primum egressos fuisse, quos tanquam duces & primores, cæteri minores ætate comitati sunt. Admonet autẽ nos F locus iste, nil cõtra nos facere posse sceleratorum consilia, si deũ propitium habeamus. Nil enim nocuit Dauidi Achitophelis cõsilium: nec Ioseph consilium suorum fratrum. Vnde enim existimabant eius splendorem maculare, nomenq. extinguere, inde confusi sunt. Ita enim ait dominus per Hiere.. Bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, Et Iob, Deus comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat. Salomon ait, non est consilium contra dominum. Dauid etiam, dominus dissipat consilia gentium. Et quamuis viri iusti videantur aliquando ab impijs superari, semper tamen de iniquis triumphãt, vt Christus de pharisæis semper triumphum reportauit. Cæterum cum philistæi aliquando hebræos propter eorum scelera superassent, Deiq. arcam in templum idoli sui intulissent, euenit vt surgentes diluculo altero die Azotij, inuenerint dagonẽ suum iacentem in terra ante arcam, & alio die id ipsum & confractum, quando existimabant arcam Dei esse victã abiectã, atque subiectam idolo suo. Et profecto ita res habet, quod quemadmodum fluctus maris ingentem duramq. rupem ferientes, ibi tantum illiduntur, nil aliud valentes quam sese frãgere, & in spumas inanes conuertere, manente rupe immobili & stabili: ita qui iustum & pium hominem volunt impugnare, spumas suę iracundiæ ostendunt dumtaxat, sicut in superbo illo Aman patet, sed tamen bonos viros & insontes lædere nequaquam possunt. G H

*2. Reg. 17.* *Gen. 37.* *Hie. 15.* *Iob, 5.* *Pro 21.* *Psal. 32.* *1. Reg. 5.* *Simile.* *Constantissimi sũt serui Dei* *Esther. 7.*

*Et remansit ibi Iesus solus, & mulier in medio stans.* Non est intelligendum ait Lyra quod Christus remansit solus simpliciter cum illa muliere, quia remanserunt cum illo discipuli, & multitudo populi, sed remansit solus à suis calumniatoribus. *Dixit autem ei Iesus, nec ego te cõdemnabo, vade & amplius noli peccare.* Itaq. ait Cyril. vbi respondit mulier se à nemine condemnatam esse,

*Lyra in Ioan.* *Cyril in*

A esse, illico neque se eam condemnaturum promisit, & benignitatis suę dulcedine absolutam abire iussit, id solum ei iniungens, quod àmodo sibi à peccato caueret, & ne in priora relaberetur mala, summo studio vigilaret. Nam in cassum sumitur medicina, si post instauratam sanitatem, per vitæ incontinentiam qui conualuit iterum in primum incidit morbum, quinimo relapsus in ægritudinem periculosior esse solet, & exitio propior, quam prior ille languor, & quos prima valetudo aduersa non extinxit sæpius iterata post redditam incolumitatem ęgrotatio, sustulit è vita. *Cyril. in Io. li. 5. c. 18* *Simile.* *Recidiua peccati quantũ noceat.*

B Haud secus frustra pęnitentiæ medicamentum sumitur, si post peractum, ad præteritæ vitæ sordes reditur. Hæc enim secunda admodum periculosa est animæ febricitatio. Proinde dominus noster languido qui 38. annos decubuerat infirmus, iam sanato, & iusso tollere grabatum suum, atque ambulare, deinde dixisse legitur, ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Quibus sane verbis significauit per peccati iterationem, hominem in deteriora prolabi mala. Quid prodest obsecro, studiose vestes abluere, & lotas rursum luto inquinare? Quid lauare manus, & ablutas iterum contaminare sordibus? sicut sus lota dicit sapi. in volutabro luti, ita stultus qui iterat stultitiam suam: est enim vt canis qui reuertitur ad vomitum suum, Audi. Ecclesi. hanc peccatorum iterationem grauiter damnantem, vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? vnus orans & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? vxor Loth conuersa retro ad sodomam à qua discesserat, in statuam salis mutata est, vt inde sumẽdum nobis exemplum esset, ne ad deploratas reuertamur peccatorũ illecebras vt admonet dominus. Memores inquit estote vxoris Loth. Semei cum primæ offensionis in Dauid impetrasset veniam, & iussus esset muros vrbis Hierusalem non excedere, quia secundo deprehensus est deliquisse, & mandatum regis neglexisse, morte mulctatus est. Quid aliud nobis hic Semei casus innuit, nisi timendam esse & grauiter formidandam Dei iram, si iterum atque iterum eadem perpetramus flagitia? filij Israel in deserto suspirantes post ollas carnium Aegypti, & panem in saturitate manducatum, quibus in mentem venerunt pepones, cæpe & allia, prostrati sunt ab ira Dei. Qui dixerunt, constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyp- *Ioan. 5.* *Simile.* *Pro. 26.* *Eccle. 34.* *Gen. 19.* *Luc. 17.* *2. Re. 19.* *3. Reg. 2.* *Num. 11.*

C D

Num. 14. tum: profligati sunt ab hostibus, illorum gerentes typum qui virtutis ingressi iter, ad præteritæ vitæ tenebras pedem retro ferre laborant. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Luc. 9. E

D. Tho. in Io. 8. le. 1. *Nec ego te condemnabo vade in pace.* Absoluit eam, ait Diuus Tho. à culpa, non imponendo ei aliquam pænam, quia cum absoluendo exterius, iustificaret interius, bene potuit eam adeo immutare interius per sufficientem contritionem de peccatis, vt ab omni pæna immunis efficeretur. Nec tamen trahendum est in consuetudinem vt aliquis exemplo domini, absque confessione & pænæ inflictione quemquam absoluat, quia Christus excellentiam habuit in sacramento, quod nullus purus homo potest, & potuit absque sacramento, dare virtutem sacramenti. *Nec ego te cõdemnabo.* A quo te forte damnari timuisti, ait Aug. quia in me peccatum non inuenisti, *Nec ego te condemnabo.* Quid est domine? faues ergo peccatis? Non plane. Ita attende quod dicitur. *vade deinceps noli peccare.* Ergo & dominus damnauit, sed peccatum, non hominem. Nam si peccatorum fautor esset, diceret, Nec ego te condemnabo, vade, & viue vt vis, de mea deliberatione esto secura: ego quãtũcũque peccaueris, te ab omni pæna etiam gehennæ & inferni terroribus liberabo. Non hoc dixit: attendãt ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeãt veritatem. Etenim dulcis & rectus dominus, vt ait Dauid. Ama quod dulcis est, time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit per Isai. tacui. Sed tanquam iustus, inquit, nunquid semper tacebo?

*Confessio necessaria* F

*Vitamemẽdemus,* G

*Psal. 24.* *Isa. 42.*

Alb. Ma. Vide Six. se. bib. si. li. 6. anno 198. Cæterum quoniã hæc historia mulieris adulteræ non reperiri videtur in archetypis græcis, ideo nullam de ea verbum D. Chry. & similes interpretes habent. Vnde factum est vt aliqui temere dixerint non esse de textu Euangelij: quod tamen falsissimum est & erroneum, vt constat ex Con. Tri. H

Quæs. Tandem quæres, quorsum Epistola hodierna proponatur: præsertim cum in ea tractetur de innocentissima muliere, hic vero de adultera, & quæ in adulterio ipso deprehensa fuerat? Resp. Respondeo quod in hoc quidem quadrare videtur, vt alias omittam conuenientias: quod sicut Susanna spem suam omnem in Deo collocauit, & ei se toto corde cõmendauit, ita etiam hæc mulier adultera cum viderit quod ante clementissimum Christum duceretur, etiam confidit secum præclare actum iri, & ab ipso liberalissime sibi indulgendum esse.

SABBA-

A

## SABBATHO POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA.

*Templum frequentare debemus & venerari.*

PErrexit Iesus in montē Oliueti, & diluculo iterum venit in templum. Vide quam sæpe visitaret Christus templū, vt inde discamus templa frequentare, & ea venerari, cū ibi speciali quodā modo reperiatur Deus, quāuis quidē sit vbiq. Refert quidē Val. Max quod cum Tyrū cepisset Alexāder, tātis furijs inuectus est, vt plusquā sex millia hominū quidem interficeret, & tantum illi immunes euaserint qui in tēpla se recepissent. Discamus ergo vel ab ipsis Barbaris, quā reuerenter tēpla tractare debeamus. Sed multos videmus hoc tēpore qui irreuerēter se tractant in tēplis, & ibidē conspectu suo multos prouocant ad peccandum. Et certe queadmodū optimi literarū alumni ad scholam pergunt, reddituri rationē magistro suo de lectione ipsa: sic etiam serui Dei ad tēplum pergūt, vt ibi dē virtutis suę & bonorum operum rationem Deo reddant: ita enim multa diuinitus beneficia reportant. vnde regi⁹ psaltes ait, retribuet mihi dominus secundū iustitiā meā: quia scilicet custodiui vias domini, nec impie gessi à Deo meo, vide obsecro quātam reuerentiā exhiberēt Philisthæi falso Deo suo Dagō, siquidē nō audebāt pedib⁹ calcare locū illū vbi ceciderant confractæ manus ipsius Dagon. Quanto igitur iustius est vt cū reuerentia tractemus tēpla veri Dei? Confusio plane nostra est, quod in tanto discrimine veri Dei à Deo falso, vincamur tamē à barbaris in reuerētia. Plurimum sane conqueritur Deus, quod ipsum offendamus in templo suo. Vnde ait per Hier. quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Quasi diceret, quod me offendat Turca, vel paganus, nō perinde mirandum est cum solum habeat lumen naturę, at vero quod Christianus me offendat, qui pręterea habet lumen fidei, & tanta proposita sanctorū exempla, id plane intolerabile videtur, quod præsertim in ipso etiam templo me audeat offendere. Iam non est quod dicamus perinde à barbaris templa irreuerenter tractari. Mirabile sane est quod peccator ad expianda scelera sua, statim se conferat ad templum, tum etiam si quid mali egerit, vt se eius

*Ioan, 8.* | B | *Val. Ma.* | *Templa etiā a barbaris reuerenter tractantur.* | *Simile.* | C | *Tēpla ad quid instituta.* | *Psal. 17.* | *1. Reg. 5.* | D | *Hie. 11.* | *Quā graue scelus sit offendere Deum in templo.* | *Tēplis partim fauere videmur, & partim ea ladere.*

immunitate muniat, illuc pergit: at vero statim nisi hæc vrgeant E
irreuerenter se tractat in templo, non dubitans multa in eo scelera committere Caueat ergo sibi ne acrius etiã puniatur à Deo quam olim puniret eos qui templum Hierusalem vilipendebant. In tabernaculum quidem olim solum ingredi poterant sacerdotes, adhuc nudis pedibus incedebant, & hæbdomada qua ingrediebantur, nec vinum, nec ceruisiam bibebant. Quin & Moysi priusquam fieret tabernaculum, dictum est, solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Et tamen hoc tempore sunt qui magna cum pompa templa ingrediantur, & indeuote quidem ibi versentur. Sunt etiam qui sint F
negligentes valde ministri templi circa ornamenta altarium, & alia huiusmodi. Præterea templum etiam quod est nostra anima negligenter tractamus, de quo dicit Apost. tẽplum Dei estis. Itẽ siquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Quemadmodum enim ille magna esset reprehensione dignus, qui in templum materiale introduceret sues & oues: sic etiam grauiorẽ meretur pænam, qui peccatis animam suam coinquinat. Et sicut si aliquis de templo sanctarum & sanctorum imagines detraheret, atque pro ipsis reponeret imaginem veneris, vel bacchi, grauissime peccaret: sic etiam qui virtutum imaginibus su- G
blatis ex anima, pro ipsis vitia induceret & immitteret.

*2. Ma. 3.* *Exo. 3.* *Tẽpla reuerenter tractanda* *1. Cor. 3.* *Simile.* *Simile.* *Templum Dei sumus.*

Sane ad orandum in templum nos conferre debemus, iuxta illud Dauidis, in templo eius omnes dicent gloriam, est enim locus accommodatissimus ad id munus subeundum, de quo instituto lege secundo Parali. sexto. Quod si illud olim templum ad id idoneum erat, quanto magis erit accommodatius templum nostrum? Et si turpe erat in illo peccare templo, quanto quæso turpius erit in hoc nostro peccare templo, vbi specialiori quodam modo Deus assistat? Indignabatur quidem Assuerus quod ante eius præsentiã Aman turpe aliquid committeret, & te H
non pudebit ante diuinam peccare maiestatem? pręclarum sane exemplum nobis dederunt reges sanctissimi versandi in templo, siquidem procidentes adorauerunt Christum, iuxta illud Psal. Coram ipso procident Aetiopes, & inimici eius terram lingent. Est enim in Aethiopia signum magnum reuerentiæ, deosculari terram. Si ergo inimici etiam terram deosculantur, cur nos saltem vtrumque genu non flectemus, ante diuinam maiestatem?

*Psal. 28.* *2. Par. 6.* *Templum ad orandum accõmodatum.* *Esther. 7.* *Exemplũ* *Psal. 71.* *Oremus cum humilitate.*

*Auditores debent cum auiditate audire verbum Dei.*

*Et om*

A *Et omnis populus, venit ad eum; & sedens docebat eos.* Magnus quidem vndiq. fiebat concursus ad prædicationem Christi, quã uis propter varia instituta, sicut sancti doctores affirmãt. Quod etiam hoc nostro tempore fit, vt scilicet multi propter alias potius causas, quam vt proficiant, sequãtur prædicatores. Et certe deplorandum est, quod videant concionatorem se macerantem & fatigantem, vt cum spiritu & energia persuadeat legem Dei, & tamen ipsum negligunt, & parum attendunt, sicut videas aliquos ante tabernam varijs ornatam mercibus positos, qui aliquid licitantur, & tamen institutum & propositum non habẽt emendi, vnde miser venditor modo has, modo illas explicat &

*Auditores plerique quam parum proficiant.*

*Simile.*

*Varij auditores a diũs concionem absq. proposito se emendãdi.*

B complicat merces, & emptor fictus alias propter colorem spernit, alias propter excedens pretium, atque ita discedit irridens potius venditorem & subsannans. Sic ergo videas quod se macerat concionator in varijs citandis doctoribus, & in doctrina varia tradenda, & tamen qui ex animo non audit, & ad vitæ emendationem, discedit potius irridendo ipsum concionatorem quam proficiendo. Gallina quidem cum ouis incubat, adeo huic operi intendit, vt inde etiam ad comedendum non abscedat, sed potius ibidem pascenda sit. Sic ergo videas aliquos auditores qui ita rebus secularibus intendunt, vt etiam ad spiritua-

*Simile.*

C lẽ pastum nunquam accedant, sed necesse sit vt concionator ipse in loco aliquo commodo, tales interdum etiã inopinatos possit concione sua intercludere. Vnde dixit Deus Hieremiæ, vade & sta in porta filiorum populi mei, perquam ingrediuntur reges Iuda, & omnis Iuda, cunctiq. habitatores Hierusalem, & dices, audite verbum domini.

*Hie.17.*

*Multique si violenter videntur audire verbũ Dei.*

Porro non debent auditores aliquorum concionatorũ inter se æmulationes aliquas habere, extollendo plus vnum quam a-

D lium. Nam cum aliquando accessissent discipuli ad Iesum dicentes, domine vidimus quendam in nomine tuo dæmonia eijcientem, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum, respondit ipsis, nolite prohibere, qui non est aduersum vos, pro vobis est. Sic cum aliqui dicerent Moysi, Eldad & Medad prophetant in castris: respondit. Quis tribuat mihi vt omnes prophetent? Nunc tamen fieri videmus vt auditores inter se nimium contendant, præferentes nimis curiose & aliquando impudenter alios concionatores alijs. Contra quos dicebat Pau. Significatum est mihi de vobis, quia contentiones sunt inter vos, hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo, ego vero Cephæ, ego

*Luc.9.*

*Non debemus suscitare lites inter concionatores.*

*Num.11.*

*inuidia detestabile malum.*

*1 Cor.1.*

*discordias fugiamus.*

autem Christi &c. Cum ergo prędicatores & doctores audierint E
oriri huiusmodi contentiones inter auditores suos, eas statim
dissoluant & dirimant, quantum possunt, ad imitationem Apo-
stoli, & Moysi, & Christi. videas insuper multos auditores qui
*Exo. 20.* nō tam quærunt prædicatores qui ipsos moueant, quam eos qui
ipsos delectent & demulceant. Sic hebræi dicebant Moysi, loque
re tu nobis, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.
*Concionatores vitia corrigant.* Hoc autem dicebant eo quod Moyses ipsis mansuete loqueba-
tur, & dominus cum tonitruis & fulminibus. Nunc ergo iam vt
ait Pau. illos quærunt prædicatores, qui prurientia auribus lo-
quantur: quod sane maximæ est miseriæ indicium. Vnde Da- F
*2. Tim. 4.* uid ait, omnem escam abominata est anima eorum, & appro-
*Psal. 106* pinquauerunt vsq. ad portas mortis. Quasi dicat, omnem doctri
nam sanam fastidiunt: de qua eruditione dicitur in lib. Sap.
*Sap 16.* panem de cælo præstitisti eis, omne delectamentum in se haben-
tem. Sane vna etiam inter alias causas, propter quas tam multi
*Consilia salutaria respuimus.* pereunt auditores, est quia scilicet non consulunt ipsos concio
natores & doctores, quid præsertim facere debeant ad animæ
*Multi salutaria nō quærunt consilia. sed curiosa* suę salutem, sed tantum petunt propter vanam curiositatem.
Non enim possunt prædicatores tuum malum & vlcus diuinare, G
sed tu qui infirmus es, debes ad ipsos accedere, & vlcus tuum a-
perire: sicut etiam vt vestis decenter tibi cohęreat, facis vt statu-
ram tuam diligenter sartor metiatur. Cum itaque concionato-
res in pulpito neminem soleāt infamare, tu qui te culpabilem
agnoscis, accede ad eum seorsum, & erudire in his quæ ad tuam
salutem spectant, nec te pudeat accedere quod senex sis ad iuue
nem interdum concionatorem & doctorem: siquidem, non con
sistit vera senectus in annis, sed potius in maturitate consilij vt
*Sap. 5.* dicitur in lib. Sapi. Vnde & Deus dixit Moysi: congrega mihi
*Num. 11.* 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes popu
li sint & magistri. Vbi potius intellexit maturitatem consilij, H
quam multitudinem annorum. Hinc etiam Pau. multos senio-
*1. Tim. 4.* res relinquens, instituit Episcopum Timotheum. Quin & re-
*1. Tim. 3.* cēsens conditiones Episcopi, non visus est facere mentionem
*Gen. 37.* de annis. Minor erat Ioseph, & tamen reprehendebat defectus
fratrum suorum, & à patre plus diligebatur, certe propter ipsius
virtutes.

Videas præterea multos viros doctos parum proficere ex
concionibus, qui vtiq. similes videntur domesticis illis qui egre
*Simile.* gium aliquod pro alijs parant conuiuium, qui quidem sinunt a-
*Aliqui do* lios cibis expleri, cum ipsi interim tenuiter admodum co-
medant

A medant, dicentes illud sibi satis, superque sufficere, quod scilicet domestici sint. Mirum sane illud fuit, quod in passione domini, cum sol & monumenta, & terra commouerentur, atque populares reuerterentur percutientes pectora sua, tamen nil horum dicatur de scribis & pharisæis, & sacerdotibus, imo potius accesserunt ad Pilatum dicentes, recordati sumus &c. Quam obstinationem permisit Deus propter ipsorum flagitia. Vtinam tale aliquid nobis non contingat, qui tam familiariter res sacras tractamus, & sacram doctrinam, & tamen parum inde proficimus. Esdram quidem rogabat populus, vt sibi legem declararet & aperiret, atque cum maxima attentione Dei verba audiebat, & cum lachrymis, adeo vt necesse esset vt ab ipso Esdra consolationem acciperent. Nunc vero videas quod fere concionatores debeant rogare ipsos auditores, imo comminationes concionatorum, videntur ipsis quasi somnia quędam: sicut olim accidit etiam cum sanctus Loth prædicaret subuersionem sodomæ. Item cum sanctus Noe vt inquit Chrysost. prædicaret diluuium, omnes eum deridebant, & quasi stultum eum appellabant, & ita permissione diuina diluuio perierunt, id exigentibus ipsorum culpis. Et certe videas canē rationis expertē cum famelicit, gestu totius corporis panem flagitantem: & tamen tu panem animæ tuæ fastidis & negligis. Es certe instar congelati alicuius vtris, quem magnis etiam flatibus, non valeas penetrare, vt tandem suauem recipiat liquorem. Vnde Dauid dicebat, factus sum sicut vter in pruina Cum igitur tales nos esse comperiemus, & ita præ vitijs congelatos, accedamus ad Deum supplices cum magna humilitate, eius diuinū fauorem & calorem implorantes.

*Ali parū proficiūt ex concionibus.*
*Luc. 23.*
*Mat. 27.*
B *2. Esd 8.*
*Auditores quales esse debent.*
*Gen. 19.*
*Chry. in Gen.*
C *Simile.*
*Simile.*
*Psal. 118.*

Videas insuper auditores aliquos qui quidem plurimum laudant initio concionatores, at vero vbi primum eorum vitia reprehendunt, statim ipsos vituperant & vellent eos procul esse ab eorum ciuitate, quamuis in genere quidem reprehendant. Vnde in secundo Regum habetur quod quia arca domini deiecit & confregit dagonem, statim philisthæi eam expellere voluerunt, & eijcere procul a finibus. Sic ergo tales auditores vellent expellere eos prædicatores qui ipsorum vitia arguunt tanquam idola quædam. Et certe quemadmodum virga Moysi in serpentem cōuertebatur, sic doctrina concionatoris illis videtur tanquam serpens quidam ipsos mordens. Infirmus quidem vt ait Plutarcus non solum odio prosequitur ipsa catapotia, sed etiam vas illud in quo

*Quorundam auditorū mos.*
D *1. Reg. 5.*
*Correctionem amplectamur*
*Fig. Exo.*
*Pln in morali.*
*Simile.*

in quo ipsa propitiata sibi fuerunt: Sic ergo vir malus non solū correctionem odit, sed etiam ipsum concionatorem. Quæ igitur maior obsecro miseria esse potest, quam inde venenum haurire sibi, vnde medicina propinatur? sunt ergo isti etiam instar quarundam mularum conductitiarū, quæ si pungantur, calcē impingunt, vel retro abeūt, aut aliquid simile faciunt: sic ergo isti recalcitrant contra prædicatorem, cum tamen non ita se gerāt cum medico corporali. Porro de simijs narrant, quod cum se deformes in speculo contemplantur, statim curant frangendum speculum. Sic ergo huiusmodi auditores cum in doctrina cōcionatoris, tanquam in speculo quodam contuentur defectus suos ipsum concionatorem odio prosequuntur: tales ergo comparat Iacobus viro contemplanti vultum suum in speculo, qui statim illius obliuiscitur Non equidem ita se gerunt viri probi, sed de eo dicit Dauid, quod in corde suo abscondit eloquia domini, vt non peccet. Porro non dixit Iacobus quod esset similis mulieri se in speculo contemplanti, quæ se diligenter explorat, sed viro se contemplanti obiter, & tamen videmus multos viros hoc tempore plus quam opus sit huic rei indulgentes.

*Plu. in Mora. Simile. Simile. Dissimile Simile. Iaco. 1. Psal 118. Maculas nostras expurgemus*

E F G

### *Concionator in doctrina erudiat.*

*Et sedens docebat eos.* Sic ergo ad imitationem Christi debet cōcionator docere populum quæ ipsi sunt ad salutem necessaria: quamuis videas multos auditores hoc etiā reprehendentes quando cum energia docent populum, sicut olim de Apostolis Iudæi dicebant, musto eos madere, & prophetas stultos existimabant. Et quod mirabilius est, vt inquit Marcus, mirabantur Christum etiam sic loqui, & exiuerunt tenere eum, dicebant enim quod in furorem versus esset: vt inde intelligas quanto cum feruore debeant reprehendi vitia. Vnde Aug. dicebat quia video quod vos non pudet publicos esse peccatores, ideo nec me pudet aspere vos reprehendere, corrigite vestros mores, & meas ego reprehēsiones corrigam. Et Cry. ait, vbi non est vehementia irę, & reprehensionis seueritas, nil doctrina proficiet, neq. vlla erit emēdatio. Videas aliquos concionatores tam frigide prædicantes, vt dicere quasi videantur suis auditoribus, non id dico vt faciatis Non equidem hoc modo se gerebat Apost. cum dicebat, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non abutentes in astutia, neq. adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis. Nota quomodo dixit non adulterantes, siquidem institutum adulteri

*Concionatores quomodo se gerere debeant. Acto. 2. Mar. 3. Aug. ser. 47. ad fra in ere. Cry. ho. 11 Mat. 2. Cor. 4.*

H

A aduiteri, non est generare, sed libidini tantum satisfacere: sic ergo inutiles concionatores non videntur sibi proponere generationem filiorum spiritualium, sed tantum videntur recreationis cuiusdam causa concionari: quales prædicatores interdum permittit Deus propter peccata populi. Cæterum aduertant concionatores quid dicat Euangelista, quod scilicet priusquam veniret Christus ad prędicandum, pernoctauit in solitudine & monte: sic ergo concionatores in solitudine & secessu positi, debent diligenter meditari quæ dicere debeant ad salutem animarũ. Prius B quidem in solitudine interfecit Dauid vrsos & leones, antequam accederet ad concertandum publice cum gigante. Item concionator prius in solitudine diligenter refrænet cupiditates suas. Hinc etiam intelligimus quam sint reprehendendi qui vanas curiositates proponunt in concionibus, & non potius solidam doctrinam, sicut Christus: dicentem audiant igitur Isa. loquimini ad cor Hierusalem. Et certe sicut viro qui in confabulatione sua longe diuertit ab instituto, solemus dicere, ad rem & institutum tende, sic etiam talibus concionatoribus qui flosculis potius inutilibus quam solidæ eruditioni incumbunt, dicere C possumus, ad cor pater, conuerte orationem tuam. Fatuum quidem videretur cum vlcus est in capite, apponere ipsum vnguentum pedi, aut auribus; sic ergo cõcionator medeatur cordi ipsius peccatoris, ex quo exeunt peccata. Quod si aliquid delectabile auribus proponere velit, si minus faciat ad profectum, dicat illud obiter concionator, non moram faciendo: siquidem vt ait Pau. sapientibus & insipientibus debitores sumus. Quamobrem optimus concionator faciat instar famulæ quę aquam de fenestra profundit, quæ quidem monere solet prætereuntes, quod si ipsi neglexerint, iam illorum erit culpa, non sua: sic ergo concionaD tor comminetur infernum, & eius ignem, & ita non erit ipsius culpa, sed auditorum, si nolint proficere. Sed videas hoc tempore aliquos concionatores tepide nimis munus suum exercentes. Vnde plurimum conuenire videtur vt optimi concionatores deligantur ad populum lacte spirituali nutriendum. Vnde Apo. dicebat, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Et per Isa. dicit Deus, ego Dominus docens te vtilia, nõ ait subtilia, sed quæ pertinent ad salutem animæ. Det ergo suis auditoribus & tradat concionator solidam eruditionem, non autem inanes fabulas. Quid enim proderit infirmo, si sibi proponetur reubarbarum cum aliqua re delicata, quæ efficiat vt non sortiatur effectum suum? Sic ergo nec proderunt inanes fabulæ

*Concionatores curẽt profectum audientiũ.*
*Concionator recipiat se in solitudinẽ.*
*1. Reg. 17.*
*Isa. 40.*
*Simile.*
*Concionator solidã proponat doctrinam*
*Simile.*
*Rom. 1.*
*Simile.*
*Prædicator suũ legitime munus exerceat.*
*Simile.*
*1. Cor. 3.*
*Isa. 48.*
*Simile.*
*Cocionator non tradat inanes fabulas.*

auditoribus. Sane etiam huiusmodi aniles fabulas vno integro libro, gentilis Plutar. reprehēdit: & certe cum cæteros ista dedeceant, in primis tamen concionatoris grauitatem maxime dedecent. Quod significare volens Apost. dicebat, videte ne quis vos seducat per Philosophiam & inanem fallaciam. Et quemadmodum narrāt naturales Philosophi quod herba quædam eius sit proprietatis vt si supra aliā partem ponatur, quam supra læsam, non deligatur: sic etiam herba verbi Dei, apponatur vulneri cordis vt sanet plagam eius. E

*Plut. Col. 2. Simile. Concionator feriat cor.*

*APPENDIX.* F

*Venit diluculo & docebat.* Vide obsecro quam libenter isti auditores cōcionem audiebant, siquidem iam diluculo accedebāt: non ita fegerunt multi hoc tempore, quin potius sicut missas sero & tarde audiunt, ita etiam concionibus meridianis potius quam matutinis delectantur, & in ea re grauitatem videntur constituere.

*Verbum dei libēter audiamus*

*Adducunt scribæ & Pharisæi.* Inter turbabant concionem: saltem concionis finem expectare debuerunt, siquidem & ministri aliquando cum accederent ad eum, potius in ipsum conuersi sunt, cum audientes. Sed obstinati isti homines potius eo tendebant, vt homines auocarent ab eius concionibus. G

*Ioan. 7.*

*Modo deprehensa.* Quasi dicant, dum tu prædicas: Sic ergo videas viros improbos tunc præsertim malitiam suam ostendere, & scelera sua exercere, cum viri pij occupantur in diuinis officijs & sanctis exercitationibus.

*Malorum astutia.*

## SABBATHO POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA. H

*Occupationibus honestis expellamus otium.*



PERREXIT Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum. Ioan. 8. Aperte quidē colligimus ex hoc Euangelio quā sancte occuparet tempus Christus Dn̄s, siquidem nocte pergebat ad montem Oliuarum & ibi orationi vacabat, & diluculo iam accedebat ad templum concionaturus: vt inde discamus quo modo debeamus honeste traducere tempus, & otiū fugere. Qua in re videtur se gerere instar medici, qui statim ad sanguinis missionem accedit, tāquam expromptum remedium. Quod si dicas te quidem

*Oratio solitudinem poscit. Simile.*

A te quidem satis posse viuere ex tuis redditibus, quãuis non labores: sane non videris optime obijcere, siquidẽ animę actiones sũt tibi honestę occupãdæ, vnde & Pau. nos monet dicens: festinem' ingredi in illã requiẽ. Nõ enim est contentus quod nos laudabiliter occupemus, sed etiã id vult à nobis fieri cum festinatione, adeo vt tandẽ de nobis sicut de Ezechia dici posit, operatus est Ezechias bonũ & rectũ, & verũ coram Dño Deo suo, in vniuersa cultura ministerij domus dñi, iuxta legẽ & cerœmonias, volẽs requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperat' B est. Cũ ergo tam liberalis remunerator sit Deus, obsecro vos fratres, vt ait Apost. vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, sanctam, Deo placentẽ, & nolite conformari huic seculo. Nam certe homo noster interior & exterior exercitatione honesta indiget, versamur enim in corpore maxime indigenti & ruinoso, vt constat si per aliquos dies ei cibũ & refectionem abstuleris: itẽ anima nostra indiget vtique maxime pastu & exercitatione spirituali: auditum auertere debemus à detractionibus audiẽdis, oculos ab inhonestis videndis, & linguam à prauis locutionibus, & denique cor nostrum sancte custodiendum est. Vide ergo quo- C modo debeas otium fugere. Sed dices, te maxime quidem esse occupatum in solicitandis litibus, in scribendis literis, & rescribendis, in rationibus supputandis, & alijs huiusmodi. Verũtamen huiusmodi occupationes non debent tibi impedire sanctas meditationes, & orandi exercitationes. Attende enim quam vigilantẽ vitã agebat Christus, qui in die prædicabat & docebat, per noctẽ vero orationi intendebat inter feras, & in solitudine. Sed quid ad hoc mirabile Christi exemplum, dicent illi miseri, qui de Christiano nomine gloriantes, in blandis lectulis per totam noctem stertunt, qui etiam vsque ad meridiem non expergi D scuntur? Hi potius vitam Epicureorum sectari videntur, qui in vitijs & obscœnis voluptatibus tanquam sues deuolue bantur, vẽtrẽ suũ Deũ habẽtes. Erat ergo Christus in monte pernoctans in oratione, cum mundani sint in lectis suis lasciuientes, & in vtramque dormientes aurẽ. Erat Moyses in mõte in orationibus & vigilijs cũ Deo loquẽs, populus autem infra erat comedens & bibens, & vitulum adorans. Non eo quidem est fabricata nox, ait Chry. vt eam totam in somno traducere debeamus, & vt eam otiosam degamus, præsertim cum propter humana commoda nocte laudabiliter laborent. In Ecclesia etiã consueuerunt eius ministri media nocte consurgere ad laudãdũ Deũ: ita igitur tu gerere te debes, & cõtẽplari stellarũ choros laudãtes factorẽ suũ.

*Otium omnibus est noxium.* *Hebr. 4.* *2. Par. 31.* *Rom. 12.* *Magnopere saluti animæ incũbere debemus.* *Occupationes nõ omnes laudabiles.* *Luc. 6.* *Delicias mũdanas spernunt serui Dei.* *Phil. 3.* *Exo. 32.* *Chry. in Ac. Apos. ho. 26. to. 3* *Noctes nõ ad dormiẽdum tatũ fabricata*

Tunc

Tunc quidem animus quietior est ad meditandum in tanta tranquillitate: tunc paratior est, & tenebræ illæ ad pænitentiam inuitare eum videntur. Considera cælos ipsos, & in admirationem & laudem venies creatoris. Si consideras eos qui tantum lasciuijs, somno, & vitijs indulgent, nihil fere à mortuis eos distantes tunc videbis, & qua ratione tunc sint quædam mortis imago, cognosces, tum etiam comperies dormientes similes mortuis ipsis. Cum ergo cæteri somno vacant, tu interdum vigilabis, flebis, & orabis, dicesque cum Dauide, laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis. Tametsi enim varijs distinearis curis, non tamen tam multis occupaberis, quantas habebat rex Dauid: neque ampliorem gubernationem cui prouidere debeas habebis. Qui tamen in tantis curis dicebat: media nocte surgebam ad confitendum tibi. Tunc vana gloria non ita te punget, cum à nemine conspiciaris: omnia quiete præstabis, & experiere tandem quod per has sanctas vigilias succurrent menti multæ laudabiles delectationes & inspirationes. Poteris etiam familiam, si eam nactus sis, ad hanc exercitationem hortari, & Christus eam reget, & ibi morabitur: dicit enim per Matth. vbi fuerint duo vel tres congregati &c. filios præsertim edocebis, & domus tua erit domus orationis. Aduertes etiam illud Prophetæ, sic memor fui tui super stratum meū, in matutinis meditabor in te. Considerabis etiam quod quidē vtilissimę sunt ad emendandas diurnas cōcupiscentias & vt nox ea componat, quę diu perturbata sunt & male acta. E F

*Somnus mortis imago.* *Psal. 6.* *Psal. 118.* *Noctis tēpus orationi idoneū.* *Mat. 18.* G *Psal. 62.* *Simile.*

Sane Christus vt nos erudiret quantum fugiendum sit otium, se occupabat in tam sanctis exercitationibus diu, noctuque. Est quidem otium tam detestabile, vt quibusdam Philosophis *olim* videretur mundum conditum fuisse ab ęterno, cum indignum iudicarēt Deum esse otiosum, & non se exercere in gubernatione mundi. Qua si vero propterea esset otiosus: qui est purissim' actus, & in sui contemplatione semper occupatus. Sed isti luce fidei carebant, qua interius instruerentur circa hoc, & propterea non videtur perinde mirum quod ita sentirent. Porro Sodoma propter otium perijt. Propter otium & somnolentiam Sansonis, ipsi à Dalila abscissi fuere crines, & ita in manus inimicorū deuenit. Deus etiam voluit vt Adam non esset otiosus, sed operaretur, & custodiret locū: Prius quidem ait vt operaretur, deinde vt custodiret, vt inde intelligamus quod si nolumus amittere paradisum, debemus operari. Vide ergo quōmodo diuiti Adamo præcepit Deus vt operaretur, quamuis nō dixerit vt laboraret H

*Otium detestabile.* *Ezech. 16* *Iud. 16.* *Gen. 1.* *Honesta occupatio omnibus necessaria*

A borarct, vt inde discant diuites quod tametsi manibus non laborent, tamen in aliqua honesta exercitatione occupari debent, ne tandem cogantur laborare vt Adam. Sic etiam videas aliquos pauperes qui laborare quidem possent,& ita non auferrent legitimis pauperibus iustas eleemosynas,& tamen id facere detrectāt propter otium. Videas etiam diuites qui cum iniquo illo diuite dicunt,anima mea,habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, & comede, & epulare:sed vide quid ipsi acciderit. De Alex. Mag. ferunt quod cum totum fere orbem sibi subiecisset, B dixerit se plurimum dolere, quod otiosus remansurus esset, cū iam nulla fere staret ciuitas quam expugnaret: quē tamen reprehendens Octauianus dicebat, non nouerat Alexander quæ nam esset potissima imperij gloria,non enim tam est acquirere, quam recte gubernare. Sic ergo diues maiorem refert gloriā propter honestam bonorum distributionem, quā propter acquisitionē. Monens nos ergo Apost. ne propter otium, diaboli laqueos incurramus, ait, nolite locum dare diabolo: Item qui furabatur, iā non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est. Noluit Deus vt totum manna colligeretur vno die, C sed singulis diebus, præter Sabbathum, vt ita occuparentur. Porro D. Greg. narrat de puella quadam à sancto viro instructa, quod ad tantam venisset perfectionem, vt Angelici cantus super eam audirentur, & Christus ei sæpe appareret, sed postea cum se otio tradidisset, ad tantam vitiorum miseriam deuenit, vt publice omnibus prostitueretur, quamuis postea intercessione eiusdē sancti viri fuerit cōuersa: de muliere igitur forti ait Sap. quod digiti eius apprehenderunt fusum, vt ostenderet nō vacare otio. Non ita quidem faciunt multæ mulieres, quæ potius inerti languēt otio, atque ita in varia incidunt flagitia,& dicere possunt, D vineam meam non custodiui; & idcirco ait, filij matris meæ pugnauerunt aduersum me & posuerunt me custodē in vineis &c. sane aqua quieta, cito corrumpitur, & ferrum rubigine obducitur: auis quæ volat, raro vulneratur, at vero si quiescat sæpissime perit.

*Luc. 12.* *Exemp.* *Nō desūt occupationes honestæ volēti eas amplecti.* *Ephe. 4.* *Figu.* *Exo. 16.* *D. Greg.* *Otiū quātum nocē modet.* *Pro. 31.* *Occupationes bonas omnes habere debēt* *Can. 1.* *Simile.*

*Verbum* Dei *quam auide sit audiendum.*

ET *omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.* Vide quam diligentes isti essent verbi Dei auditores. Merito quidem dicitur lex nostra Euangelium hoc est bonum nuntium: & propterea debemus diligentia superare apes, in decerpēdis tam elegantissimis

*Verbū Dei diligenter audiendū.* *Simile.*

Psal. 118. tissimis Euangelij flosculis, vt tandem suauissimum mel degu- E
Simile. stemus. Vnde Dauid dicebat. Quã dulcia faucibus meis eloquia
Hie. 23. tua, super mel ori meo. Et sicut in sæua hyeme ad ignem accedi
Ioan 8. mus, ita etiam cum vitijs congelati sumus, debemus ad sanctum Euangeliũ accedere: ait enim dominus per Hie. nũquid non ver
Verbũ Dei reuerẽter audiendũ ba mea quasi ignis? Et Ps. ait, ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽter. Et certe pessimum est indicium cum quis libenter non audit verbũ Dei: ait enim Christus, qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis Aduerte autem quomo do diluculo accederent isti ad concionem audiendã: & certe quã- F
1. Reg. 9. uis non sit necessarium vt verbum Dei audiatur à ieiunis, tamẽ plurimum confert vt ieiunus audias illud Vnde 1. Reg. habetur, quod cum Saul percontaretur à puellis Hebræis, nunquid hic est
Benedictio mensæ laudabilis. videns? ipsæ dixerunt, hodie veniet in ciuitatem, quia sacrificiũ est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum, neque enim comesturus est populus, donec ille veniat, quia ipse benedicet nobis, & deinceps comedent qui vocati sunt. Et tamen videas nostro tempore qui sine cibo & potu per totum diem ludant, cum tamen ieiuni nunquam concionem audiant, & ita non est
Ambr. Simile. mirum si indeuote & somnolenter eam audiant. Longe igitur a- G
Verbũ Dei attente audiatur. liud consulit Ambr. cum ait: quemadmodum dolia prius diligen ter paranda sunt, antequam vinum infundatur, sic etiam anima diligenter præparanda est, vt impleatur verbo Dei, quod quidẽ commodius fiet in ieiunio cum vapores mentem ipsam non cõ turbant. Quomodo pulsabit aliquis testudinem quæ dissonas ha
Simile. beat fides & chordas? Sic etiam concionator quẽ fructũ referet, si vos diligenter non præparatis? debent ergo diligenter pręparari
Simile. vasa animæ vestræ vt vinum verbi Dei infundatur. Consideret pręterea auditor quod in loco sancto versetur, & inde colliget H quam reuerenter manere debeat. Vnde Sapien. ait, quando sede-
Pro. 23. ris vt comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam. Nam vt ait Psal. Lex domini immaculata con
Psal. 18. uertens animas. Debes ergo animum habere vacuum mundanis
Verbũ Dei auide excipiendum. negotiationibus cũ accedis ad concionẽ, aliter enim minus attẽ tus eris: & tibi dici potest, redi præuaricator ad cor. Certe mini stri qui venerant vt cõprehenderent Christum, cum audirent at
Isa. 7. tente eius prædicationem conuersi sunt, & dixerunt nunquam sic locutus est homo. Et certe serui Dei plurimum lętantur cum
Simile. audiunt aliquid de cælesti beatitudine, tãquam hi qui procul ab sunt à patria sua. Vnde Hebræi exules dicebant, super flumina

A Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Siō. Nec vero existimare debemus quod sufficiat nobis audire verbū Dei tantum, sed potius debemus etiam illud custodire, & ita vt re audimus. Nam interdum audire significat obedire, vnde Gen. 3. dicitur, quia audisti verba vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Sane multis auditoribus quadrat quod dicebat Christus, væ tibi Corozain væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone &c. Vę vobis ciuitatibus, quia si tot conciones prædicarentur in pagis & villis, plures reportarētur fructus. Debet igitur audiri ver-
B bum Dei fere cum instituto illo quo quis cōparat sibi pecunias, videlicet vt in necessitate sibi prospiciat: sic ergo Dauid dicebat, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et Sap. 7. dicitur, infinitus enim thesaurus est hominibus &c. Si ergo à Deo & hominibus maledicitur qui solum diuitias parat vt eas congestas habeat tātum: sic etiam maledictus erit ille qui nō vult custodire verbum Dei, & illud ad vsum traducere. Vnde Apost. ait, reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quod dicit, quia nolebant ex concionibus proficere. Om-
C nis scriba doctus in regno cælorum, ait Christus, similis est homini patrifamilias &c. Idest qui ex concionibus auditis multa sibi exempla accipit, & progressus amplissimos reportat. Itaque non remisse est audiendum verbum Dei & somnolenter, ne salutem animæ perdamus. Vnde Apost. cæcitate percussit Simonē Magum, propterea quod impediret & persequeretur eos qui audiebant verbum Dei: & ait ei Paulus, ó plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitię, non desinis subuertere &c. Si ergo iste erat tam acri dignus reprehensione, impediens ne alij audirēt verbum Dei, quanta quæso erit dign' obiurgatio
D ne quis seipsum impedit ab auditione verbi Dei? Et certe sicut ille miserabilis est cēsendus q cū nūmis abūdet, nudus tamē incedit, sic etiā qui nescit proficere ex tātis cōcionibus quas audit.

Psal. 136.
Verbū Dei custodiamus.
Gen. 3.
Mat. 11.
Simile.
Psal. 118.
Sap. 7.
Simile.
Rom. 1.
Mat. 25.
Verbū Dei fructuosū.
Verbū Dei auide audiatur.
Acto. 13.
auditionē verbi Dei nō impediamus.
Simile.

*Pijssimus & misericors est Deus.*

MAxime certe reluxit Christi misericordia in eo quod tā facile ignouerit huic adulterę. Et certe si nos cū videm' pauperē aliquē nudū, maxime ei cōpatimur, quāto putas magis cōpatitū De' afflictionū nrarū & misereti? dicam ergo cū Dauide, respice in me, & miserere mei: quasi diceret, si modo respexeris, certe satis scio q mei misereberis. Fidelis est De' ait Pau. & negare seipsū nō potest, idest nō negabit nobis suā misericordiam, quamuis interdum nobis neget tēporalia bona, eo quod nobis nō cōueniāt. Vnde

Magna Dei clemētia.
Psal. 85.
2. Tim. 2.

Psal. 58. Vnde Dauid ait, misericordia mea tues, cum ergo se non neget, E nec suam negabit misericordiam. Non debes iustitiam inuocare: Iob. 25. nam vt ait Iob, stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Et Da Psal. 142. uid ait, non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Item Psal. 129. si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Inuoca ergo Dei misericordiam, & audi quod dicat Apost. Deum Ephes. 2. esse diuitem in misericordia. Constat etiam hæc magna Dei mise Exod. 25 ricordia ex illo Exod cum dicit Deus, pones propitiatorium super arcam. In arca quidem erat lex, ponere ergo propitiatoriū super arcā, significat quod Deus misericorditer indulgeret trans F gressoribus legis. Si ergo lex te terret, noli diffidere, quoniam super eam ponit Deus propitiatorium. Optime quidem Dei misericordiam nouerat Moyses, siquidem cum videret Deum iratum contra populum, dixit ei: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui, ne quæso dicant Ægyptij callide eduxit eos, vt interficeret in montibus & deleret de terra: quasi diceret, ne Ægyptij te crudelem existiment. Et alibi ait, fac ne Num. 14. Ægyptij audiant quod eduxisti populum istum, vt eum interficeres: quasi diceret, recordare obsecro quanta sit apud omnes fama & prædicatio tuæ misericordiæ. Confidamus ergo semper G de domini clementia, sicut hodie fecit hæc adultera.

*Liberaliter ignoscit Deus.* Exo. 32.

Nil sane obligatus erat nobis dominus, cum tamen iam ibi in paradiso terrestri incępit nobiscum vti sua magna misericordia, cum scilicet deambularet humano more per paradisum in signū affabilitatis, cum vellet punire Adam. Tunc quidem iam eius clementia videbatur dicere iusto Deo, recordare obsecro quod humanam carnem debeas assumere. Ambulat igitur lento gradu cū vult punire, vt etiam aer ipse ambulantem magis detinere videatur. Item post meridiem castigare voluit, vt intelligas quomodo nos ad pœnitentiam expectet. Et ne erubescerent protoparentes H ad ipsum accedere propterea quod nudi essent, idcirco eis indumentum siue tegumentum dedit: vt discas inde quanta futura sit Dei erga te misericordia, si obsequia multa ei præstiteris, cum tam misericorditer egerit cum inobedientibus protoparentibus. Sic ergo videmus quod soleat Deus pręsentia delicta interdum condonare propter aliqua obsequia ante acta. Sic enim fecisse videtur cum Iosaphat qui cum antea obsequia aliqua erga Deum præstitisset, & postea cum impio Achab se coniunxisset, nihilominus tamen benigne à Deo liberatus est ex prælio, cum totus fere exercitus contra ipsum vrgeret: ipse enim etiam tunc in- 3. Reg 22. uocauit dominum. Cumque liber & sospes a crudelissimo illo & atrocissimo

Aug. li. 2. in Gen. c. 33.

*Castigat Deus cum tarditate.* *Expectat nos Deus ad pœnitētiam.*

2. Par. 19.

A & atrocissimo prælio agressus esset, misit ad eum Dominus Prophetam Iehu, qui ipsi diceret, impio prębes auxilium, & his qui oderunt dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidē domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te: quasi diceret idcirco ex prælio liber euasisti, & absque læsione siue internecione & interitu. Vide etiam quomodo olim se gesserit Salomō erga Abiathar Sacerdotem, cui dixit, vade in Anathot ad agrū tuum, & quidem vir mortis es, sed hodie non interficiam te, quia portasti arcam domini Dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus. Quasi diceret, coniuratio quidem illa & conspiratio quam feceras simul cum Adonia contra me, merebatur quidem vt tibi vitam eriperem, sicut & ipsi eripui quamuis fratri, at vero propter seruitia patri meo à te exhibita, nunc ignoscam tibi. Sic ergo Deus erga nos misericorditer agere solet, & sic egit cum hac muliere adultera, quæ fortasse aliqua obsequia erga Deum præstiterat. Solet ergo Deus misericordia sua, afflictos & in tribulatione positos, benigne recipere & consolari: sicut etiam fecisse videmus cum Hebræis postquam per quadringentos annos in seruitute Ægyptiaca afflicti fuerant. Vnde dixit Deus Moysi: vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Vbi aduerte quod non dicit propter populi pęnitentiam, aut bona opera, vt intelligas quod Deus propter suam ineffabilem clementiam id fecerit. Hoc etiam colligitur ex Isa. vbi Deus loquens cum Cyro rege Persarum ait: educ populum meum, qui si post 70. seruitutis annos nihil se emendauit, cur amplius inquit versari in captiuitate debet? Vide quanta sit Dei optimi maximi clementia & misericordia, erga populum qui se a sceleribus post tot seruitutis annos non se emendauerat. Hæc etiam ineffabilis Dei misericordia nobis aperte cōstat ex parabola illa de eo qui debebat decem millia talenta, cui dominus ea remisit. Hæc etiam constat ex illa parabola filij prodigi, in qua pius pater tam benigne reuertentem filium à vita tam prophana, recepit: & alteri filio dicebat, frater tuus reuersus est, cum tamen frater diceret, filius tuus, & non frater meus. Item filius dicebat quod deuorarat substantiā, & pater vt eum ad clementiam prouocaret, dicebat, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Mirum igitur est sane quod cū talē patrem habeamus, nos tamen tam crudeles simus. In Ægypto quidem duæ potissimum reperiebantur obstetrices pię, quæ filiorum recens natorum compatiebantur, cum tamen

Marginal notes: 2. Par. 19 (beside "phetam Iehu"); 3. Reg 2. (beside "erga Abiathar"); B (beside "sti laborem"); Vide quā sit optim° retribuntor Deus.; C (beside "Ægyptiaca"); Exo 3.; Isa. 45.; D (beside "non se emendauerat"); Mat. 18.; Luc. 15.; Ineffabilis Dei clementia.; Exo 1

in tam vasto regno essent varij principes & potentatus qui pote E
rant de hac crudelitate sub mergendi pueros corripere Pharaonem. Et ita vide quomodo harum clementiam & misericordiam compensauerit Deus, vt textus dicat, bene ergo fecit Deus obstetricibus, & quia timuerunt Deum obstetrices, ædificauit eis domos. Sed aduertant impij quod non inde quod tam ineffabilis sit Dei misericordia, ansam & occasionem arripiant offendendi diuinã maiestatem, siquidẽ si misericors est, etiam iustissimus est. Et sicut vbi pretiosam vestem videris, ibi etiam terribile aliquod animal reperiri interdum solet: sic equidem cũ existimabis te relaturum pretiosam vestem misericordiæ, caue ne pro misericordia referas iustitiam & debitas pœnas. Vnde Ecclesi. nos monet dicens, ne adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas, miseratio domini magna est. Noli ergo abuti diuina misericordia, perseuerando in peccato, sed potius emenda vitam tuam, & ita cum fiducia accede ad ineffabilem Dei misericordiam & dic, iudiciũ cantabo tibi domine. Quemadmodum enim vnica dumtaxat vox harmoniam & suauitatem concentus non mouet, nisi altera adiungatur: sic etiam non debes solam misericordiam exaltare, sed debes etiam diuinæ iustitiæ recordari.

*Clementia quantum placeat Deo.* *Simile.* *Ecclesi. 5.* *Psal. 100* *Simile.* F G

## SABBATHO POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

### CONCIO QVARTA.

*Otium detestabilis pestis.*

PERREXIT *Iesus in montẽ Oliueti, & diluculo iterum venit in templum.* Ioan. 8. Vide obsecro quam H
præclare tempus ipsum Christus occuparet, vt inde discamus otium ipsum fugere. Vnde Aug. ait, Quid otium est, nisi viui hominis sepultura? Propter otiũ iacent incultæ virtutes, tum etiam per otium sæpe ad luxuriam incitamur: per otium item in superbiam incidimus. Otium nutricula quædam est somni, seminaculum detractionum & susurrationum. Quisquis denique amator otij inertis fuerit, regnum cælorum à se fugabit. In his igitur qui se totos Dei cultui manciparunt, nihil incommodius ipso otio. O fratres, vellem nos semper occupationibus honestis distineri, vt quod iustum est optari à nobis consequeremur, nempe celeste regnum. Hoc quidem dumtaxat in eremo beatus Antonius petebat vehementissime, ex

*D. Aug. ad fra. in ere. ser. 17. to. 10.* *Occupatio honesta laudabilis*

quo audire

A quo audire vocem meruit sibi dicentem: Antoni si cupis placere Deo, ora;& quando ex oratione defessus eris, manibus tuis labora, ac semper alicui honestæ occupationi teipsum trade. Recordemur præterea quantũ mali otium Dauidi inuenerit: recordemur quam noxius somnus fuerit Samsoni: recolamus etiam mente, ex otio Salomonis infortunium ortũ habuisse ipsius. Quid igitur tandẽ expectamus, qui sanctiores non sumus Dauide, nec sapiẽtiores Salomone, nec fortiores Samsone? Nequaquam homines dormiendo, ait Ambr. atque voluptatibus indulgendo, diuites B euadunt: nam Esau cum esset otiosus, amisit primogenituram etiam spiritualem, & paternam benedictionem, qui maluit edulium petere & cibum, quam in eo laborare. Nota ergo quomodo D. Ambr. Esau vocet otiosum, quãuis à venatione defessus rediret: vnde facile colligas non omnem occupationem & exercitationem, laude dignam esse. Si positi nos in tali mundo sumus, ait Chry, vt in eo maxime laborare debeamus necessario ad vitam traducendam, & nihilominus tamen à peccatis non cessamus, quo tandem nostra effrænata voluptas peruenisset, si in tali mundo nos Deus constituisset, vbi omnibus necessarijs adlibi C tũ suppeditatis viueremus? Hoc certe ex eo cõstare potest, quod his similia accidere in mundo in dies videamus, & ex his multa legimus accidisse superioribus seculis. In Exo. enim legitur, sedit populus mãducare & bibere, & surrexerũt ludere. Et in Deute. incrassatus est & impinguatus dilectus, & recalcitrauit. Otiũ ait Ber. est receptaculum immunditię, & otiosis succedunt tentationes & cogitationes malę. Quisquis aliquid facit quod ad Deum non tendat, is certe in otiosis occupatur, & pro vitando otio, otiosa sectari, ridiculum est. Non est tantum curandum vt D tempus occupetur quibusque rebus ad traducendum id tantum, quin potius tales esse debent occupationes, vt conscientia nostra illis semper proficiat. Quotidie aliquid laudabile in thesauro animæ reponendum est. Non is debet nobis censeri & computari dies in dierũ numero, quẽ prętererim', vt dicebat ille, sine linea, hoc est in quo nil nostræ vtile præstiterim' saluti. Dei seruus sẽper aut orare debet, aut legere, aut laborare in aliqua honesta occupatiõe, ne ab spiritu fornicationis decipiaẽ, delectatio enim carnis labore superatur. Diuide frater diẽ tripliciter, primo quidem preces tuas fundes, siue officium persolues & perorabis, deinde leges: tertio vero laborabis. Vide enim quomodo rex Salomon propter otium ipsum, in varia turpiter lapsus est fornicationis vitia, & idololatriæ.

*2. Reg. 11.* *Iud. 16.* *3. Reg. 11.* *Amb. lib. 10. ep. 18.* *Gen. 25.* *Occupatio sit laudabilis.* *Chry. li. 1. de prouid. Dei to. 5.* *Exo. 32.* *Deut. 32.* *Ber. epis. ad fra. de monte Dei & ser 51. de modo beneui. ad sororem.* *Occupationib' hon estis profici amus.* *Tempus optime distribuam'.* *3. Reg. 11.*

Labora quantum potes, ait Philon, cum præsertim vsus E
*Phi.li. de sacri. Abel & Cain* ipse reddat omnia suauia. Labor quidem inter præcipua bona nostra numerandus est. Felicitas enim tota & fundamentum virtutis, sine quo nil honorificum & laudabile esse potest, labore acquiritur. Vt enim nil sine luce conspicuum esse potest: ita nil laudabile sine labore parari potest. Amicitiam Dei, bona
*Simile.* preterea alia spiritualia, mechanica officia, liberales artes, non plane comparamus, quantum est ex nobis sine labore. A-
*Simile.* gricolæ quidem qui diuites euadere volunt, laboribus sese dedunt, quin & salus corporis exercitatione etiam conseruatur. Vides igitur omnia prope bona à labore tanquam à F
radice quadam pullulare? solus Deus sine labore efficere quod cupit potest: mortali autem nulli adipisci bona sine labore datum est. Otium est initium malorum ait Basi. & semina-
*Basi. in Exa. dini. epi. ho. 7.* rium, bruta quidem in terra, & pisces in mari procurant sibi necessaria, ac prouident futuris, nos ergo cur in otio desidebimus? Et alibi ait Basil. cur non erit otium omnibus odio,
*Basi. in Isa. c. 1.* cum per illud homo inferior sit iudicandus minutissimis etiã animalculis, vt formica, & ape? Hæc enim solicita sunt in his conquirendis, quæ suæ conseruationi conueniẽtia sunt. Quod
*Simile.* preterea hominis proprium quodammodo videtur, est labor G
*Gre. Na. ora. 26.* ipse & occupatio laudabilis. Vnde nil magis videtur contrarium naturæ suę, & magis præter finem quo conditus est, quam
*D. Cypri.* otio torpere. Cogitare debemus ait Gregor. Na. non solum de operibus, sed & de omni tempore & hora otiosa, & minima ac breuissima eius parte, rationem à nobis esse reddendam. Porro qualis esse debeat occupatio nostra, præclare docet Cypri. dicens; sit in manibus diuina lectio, in sensibus dominica
*Sen. li. 11. epi. epis. 83. & lib. 12. epis. 85.* cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, salutaris operatio perseueret, vt quoties inimicus accesserit, & clausum ad- H
uersum se pectus inueniat & armatum. Virtuti quidem & literis incumbendum est, non otio: otium enim ait sen. sine literis, mors quædam est, & viui hominis sepultura. A lectionibus non
*Simile.* recessi, quæ sunt existimo necessariæ: alit lectio ingenium, & illud ipsum studio fatigatum, non sine studio & delectatione reficit: nec scribere tantũ, aut tantũ legere debemus: inuicẽ enim hoc illo cõmutandũ est, & alterum altero tẽperãdũ, vt quidquid lectione collectũ est, stylus redigat in corpus: apes etiã imitãtes,
*Virg.* quę hac, illac vagãtur, vt accõmodatiores flores ad mellificãdũ decerpãt, dulciq; vt ait Vir. distẽdũt nectare cellas. Cæterũ per otiũ hoc loco nõ intelligimus quod fint in quiete quadã & cessatione

rerum

A rerum exteriorum: etenim cum tali cessatione potest nihilominus homo fructuose & laudabiliter occupari, in contemplatione & meditatione rerum sublimiũ & salutariũ. Vnde Ber. inquit quod sæpe in seruis Dei, quod primo intuitu videtur maximũ otium & cessatio, est maxima potius quidem occupatio. Hinc & pub. Scipio dicebat, se nũquam minus esse otiosum, quam cum esset in otio. Debemus etiam quidẽ nos occupare in audiendo verbo Dei. Siquidem vnum ex signis quibus ex sanctorũ doctrina ostenditur & significatur, aliquem esse de numero prædesti- *D. Ber. in Can. Pub sci. Cice. 3. offi. Plu. in Apoph. Bru si. li. 4.*

B natorum, est quod audiat libenter verbum Dei. Non ita faciunt qui bonam diei partem & noctis, terunt in lasciuorum librorũ lectione, & cantilenarum, nec volunt vnquam animum suũ applicare vt vel vnicam audiant concionem, vel etiam in lectione alicuius deuoti libri occupentur, adeo vt videatur in eos iam aduenisse tempus illud de quo prædixerat Apost. dicẽs, venit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebũt sed ad sua desideria coacceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. *Occupationes lasciuæ periculosæ. 2. Tim. 4.*

C *Adulterium quam sit detestabile.*

HAEc mulier modo deprehensa est in adulterio. Sane vel ex illo exemplo vxoris læuitæ satis constat quantum Deus oderit adulterium: hæc enim cum fugisset à viro suo, & ipse adeã quærendam iuisset, qui eam reprehendebat vt dicunt aliqui doctores, propter eius adulterium, & ita cum reuerteretur, & nollet se emendare, permisit Deus, vt ita turpiter moreretur. Percontabantur Iudæi à Christo, si licet hominem dimittere vxorem quacumque de causa? Et respondit id non licere, nisi causa forni *Adulteriũ perniciosum. Iudi. 19 Cõiuges fidelitatẽ sibi inuicẽ seruent.*

D cationis, quod intelligendum est quoad thorum, non autem quod dissoluatur vinculum coniugij. Et ita etiam intelligendus est locus ille Pro. Qui tenet adulteram, stultus est, & insipiens: quod etiam intelligitur si perseueret in vitio: si enim se emẽdet, opus est misericordiæ, vt conseruetur in virtute, eam retinere. Sane non solum virgines & continentes, sed etiam cõiuges, possunt optime Deo seruire. In cuius rei figuram Elias & Enoch translati sunt in paradisum, quorum vnus virgo, & alter connubio iunctus fuit. Et certe status coniugatorum pręclarus, si mulierem bonam sortiaris. Vnde Pro. 18. dicitur, qui inuenit mulierem bonam, ille quidem, haurit iucunditatem à Domino Quæ cum ita sint, miserabile plane est, videre quam minimã *Mat. 19. Pro. 18. Coniuges possunt optime Deo seruire. Gen. 4. Pro. 18.*

diligentiam adhibeant viri in bonis sibi deligendis vxoribus, & E vxores in deligẽdis bonis maritis, inde enim multa nasci solent incommoda. Porro inter Lacedæmonios lex erat, ne pater filiã suam dotaret bonis temporalibus, sed tantum optima eruditione & virtute, atq; hoc pacto puellæ ipsæ, virtuti & honestati incũbebant. Attendant ergo Christianæ mulieres ne à gentilibus in virtute superentur, inde enim multa incurrent incommoda. Porro coniuges ipsi se debent plurimum diligere mutuo, ex defectu enim huius rei fit sæpe vt fidelitas inter ipsos non seruetur: aduertant ergo quomodo in digito annulari vbi est vena quædã F ad cor tendens, collocetur in sponsis annulus, vt inde discant quam vere & ex animo se amare debeant. Coniuges quidem instar oculorum se gerere debent, siquidem videmus quod quamuis duo sint oculi, nihilominus tamen id ipsum contuentur ambo: sic etiam coniuges debent esse vnanimes. Prẹterea debẽt etiã multas vanitates & superfluitates abscindere ipsi coniuges in celebrandis coniugijs, videlicet lasciuas cantilenas & choreas, & alia id genus: tum etiam non debent vniuersam dotem prodigere in vestibus sumptuosis, inde enim fit vt postea pauperem ducant vitam, & vsuras contrahere debeant, quibus miserabiliter G consumuntur, & denique incarcere aut hospitali moriuntur. In quibus miserijs cum versantur, vnusquisque sibi victum quæritat per fas & nefas, & mulier interdum adulterando, & vir ipse furando. Non ergo ita se gerant coniuges, sed sanctè viuant, ita vt mereantur audire illud Ioan. 14. ad eum veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus: aliter enim de ipsis dici posset, quod ait Isa. audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Aliquos etiam videas qui eo dumtaxat proposito vxorem ducunt, vt possint suæ libidini satisfacere qui sibi plurimum à dæmone cauere debent, vt constat Tob. 6. Maximus certe est abusus hoc nostro H tempore in coniugijs, quando scilicet non quæritur nisi vxor diues, aut vir etiam diues, & inde præpostere succedunt multa cõiugia, & filij male educantur. Longe quidem aliter procurauit Abraham coniugem filio suo Isaac mittens prudentissimũ procuratorem, qui præclare eligeret conuenientem sponsam, virtute potius ornatam quam diuitijs. Iam vero hoc tempore eliguntur ad matrimonia tractanda viri leues & mendaces, qui quidem tunc sibi videntur præclare munere suo fungi, cum in re tanti ponderis multa immiscent mendacia & periuria: solum id sibi proponunt vt matrimonium concludant, quamuis postea coniuges se longe opinione sua frustratos inueniant. Non certe

*Coniuges qualẽ adhibere debeant diligẽtiam.*

*Vxores potius sint honestæ quã diuites.*

*Coniuges se plurimũ ament.*

*Simile.*

*Coniugia honeste celebrentur.*

*Superflui sumptus quãtos pariant labores.*

*Ioan. 14.*

*Isa. 16.*

*Tob. 6.*

*Cur tam præpostere varia coniugia eueniant.*

*Gen. 24.*

*Sint viri graues qui matrimonia tractant.*

A Abraham opes contemplabatur aut diuitias vxoris filij sui, sed potius virtutem, atque idcirco noluit deligere idololatram, aut diuitem. Vide etiam quomodo prius procurator ipse periculum fecerit virtutis Rebeccæ in ipso fonte, cum sibi aquam dari postulauit, examinauit siquidem eam in charitate & pietate: atque tunc demum comperiens eam esse conuenientem, pretiosa ipsi tradidit ornamenta: non eam probauit in saltationibus & tripudijs, sicut hodie fieri solet, sed potius in virtute, & prius totum negotium Deo commendauit, dicens, fac misericordiam cum Domino meo Abraham: vt significaret esse maximam Dei misericordiam, cum aliquis conuenientem inuenit vxorem. Qui hoc pacto matrimonia quæret, inueniet quæcumque optare posset, qui autem solam pulchritudinem quærit, libidinis explendę causa, neque hanc etiam inuenire potest, siquidem paucis post diebus videtur ipsi rana, quę antea videbatur Diana, atque ita interdum vtrinque adulteria committuntur.

*Gen. 24.*

*Vxores quales sũt deligendæ.*

B *Magna Dei misericordia inuenire conuenientem vxorem.*

Debet præterea vxor tam prouida & sagax esse, vt interdum etiam viro suo se honeste celare videatur siue occultare, adeo vt ipse præ desiderio eius dicat, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, hoc est nos mutuo amemus propter Deum, & etiã eius diuinum obsequium, atque inter nos honeste & sancte confabulemur, non sint rixę & contentiones inter nos. Cæterum illud in plerisque mulieribus reprehensione dignum maxime est, quod scilicet capillorum compositioni, & staturæ corporis nimium incumbant: nam cum Christus dixerit, quis vestrum potest adijcere cogitans ad staturam suam cubitum vnum? Item non potestis vnum capillum album, nigrum facere; ipsæ tamen suis immensis sandalijs plurimum volunt staturæ suæ adijcere; tum etiam varijs artibus in mille colores vertunt capillos, & iubas sibi quasdam affingunt, tanquam cristas galli gallinacei. Non igitur debent esse coniugia Christianorum, sicut gentium quæ Deum ignorant, vt dixit Tobias. Postulent igitur viri à Domino conuenientem vxorem, & quæ Deo placere studeat, est enim donum Dei. Vnde Sapien. ait quidem quod diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriæ vxor prudens. Sane Eliezer cum tractaret cum parentibus Rebeccæ dicebat, dominus benedixit domino meo valde, magnificatus est, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum: vbi aduerte quomodo prius quam tractaret de diuitijs,

*Can. 2. Coniuges quomodo se gerere debeant.* C

*Mat. 5. Mat. 6.*

D *indecentes ornatus quantum noceant*

*Tob. 8.*

*Pro. 19.*

*Gen. 24.*

diuitijs, mentionē fecit benedictionis Dei, vt hoc pacto melius persuaderet coniugium: nunc vero paucos admodum reperias qui in matrimonijs tractandis non meminerint prius diuitiarum & pecuniarum, aut amicitiæ regiæ, potius quam diuinæ, atque idcirco talia coniugia infelices interdum habere solent successus. Rex quidem Ioram mortuo patre possessionem regni accepit, & fratres suos occidit, simulque cum ipsis aliquos principes Iudęe, & alia scelera cōmisit, atque vitulos adorauit: quorum scelerum causam reddens textus, ait: filia quippe Achab, erat vxor eius, & fecit malum in conspectu domini: quasi diceret, vxorē habebat Athaliam filiam regis Achab, & idcirco cum tam pessimam haberet vxorem, non videtur perinde mirum, si talia committeret flagitia. Tum etiam 3. Reg. Postquam iniquitates Achab connumeratæ fuerunt, ait textus: concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est in tantum vt sequeretur idola: nam quamuis ei Deus pepercisset cum conuersus esset propter prædicationem Eliæ, nihilominus tamen post tres annos iterum offendit Deum, & dicit Ambr. quod à coniuge sua inductus est. Vnde salutariter quidem monet Ecclesi. dicens: non des potestatem mulieri, animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Interdum etiam viri deprauare solent vxores suas: vnde Hie. ait, quod mulieres quæ in Ægypto morabantur, adorabant idola, cumque Hieremias eas reprehenderet, respōdebant quod imitarentur suos viros & maritos. Vide ergo quanti sit momenti, præclare eligere ipsa coniugia & matrimonia.

*Quales debeant esse coniuges.* *2. Par. 21.* *Improba vxor quā tū noceat viro suo.* *3. Reg. 21.* *3. Reg. 22.* *Ecclesi. 9.* *Hie. 44.* *Improbus vir interdū deprauat vxorē suam.*

E F G

### *Senes quales esse debeant.*

H

VNus post vnum exibant, incipientes a senioribus. Sane de his senioribus nō poterat dici illud Ecclesi. quam speciosum canicies iudicium, & præsbyteri cognoscere consilium: quam speciosa veteranis sapientia, corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei. Neque illud Iob, in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Quin potius eis quadrabat illud Danie. à senibus egressa est iniquitas. Et certe quemadmodum incendia periculosiora sunt in veteribus ædificijs quā in nouis: ita scelera in senibus deteriora, & curatu difficiliora quam in iuuenib' videt. Vnde Cypr. ait, secūd' abusionis grad', est senex absq; religione & sāctimonia: in senib' enim quo magis corporeę deficiūt vires, eo amplius spirituales augeri, renouari, crescere, atque

*Ecclesi. 25* *Iob. 12.* *Dan 13.* *Simile.* *Cyp de 12 Sec. abu. 2* *Simile.*

A atque corroborari deberent. Et certe quemadmodum illam arborem malam quodammodo iudicamus, quę post flores nullum producit fructum: ita inter homines ille qui post florem iuuentutis non exhibet fructus virtutis, prudētiæ, modestiæ &c. sūmopere vituperandus videtur. Quid potest esse magis ridiculū, quam quo tempore aures agrauantur, visus turbatur, defluunt capilli, facies corrugatur, corpusq. curuum efficitur, pedes torpent, pectus fit raucum, & tussis molestat, tunc nihilominus homo interior sit intemperatus, effrænis, & prauis affectibus & iuuenilibus, adhuc intricatus & plenus? Quid Senem decet, nisi B diuinis inhærere mandatis, in Dei que obsequijs occupari? Si iuuenis quidem mori potest, Senex tamen diu viuere non potest. Res est miranda, quosdam Senes in ipsis carnis motibus & prauis inclinationibus: ætate tam prouida nequaquam senescere, neque in malitijs suis & suspicionibus prauis: in talibus enim faciles admodum videntur. Iustum plane esset, & rationi maxime consentaneum vt suæ ętati consulentes, eam grauitatem atq. cōpositionem morum, quam tam veneranda deposcit ætas, prę se ferrent.

*Senes semper in virtute proficere debēt*

*Senes occupentur in virtute.*

Græcus ille Themistocles, vt ait Hiero centum & septem an C no natus, cū se iam morti vicinum cerneret, cæpit contristari & dicere sibi molestum esse quod tunc temporis è vita discederet, quando sapere cæpisset, & certe ille multum profecerat, & tamen non erat ad huc contentus: tu vero quod senex sis, omnia te scire arbitraris, Plato etiam octuaginta annos natus, scribens, legensque mortuus est. Similiter & Socrates qui vixerat nonaginta nouem annos: & hi quo seniores erant, eo etiam meliores videbantur. Idem quoque faciebant pytha. Demo. Xenocra. Zenon, Homerus, Simonides, qui quidem omnes tanquam cygni, vrgente morte suauius cecinerunt. Idem Sopho. idem Cato fecerunt. Multi autem non sunt huius opinionis, quippe qui simu D latque prouectiore aliquanto ætate grauantur, sibi amplius studendum non esse statim iudicant & hinc fit vt relinquantur egeni & pauperes, virtute, literis, consilio, prudentia, viribus, & reliquis fere omnibus. longioris vitæ spe, promissisque decipimur, ait idem Hie, Nemo enim tam fractis viribus, & sic decrepitæ senectutis est, quin putet se adhuc vnum annum superstitem esse futurum.

*Hier. ad Nepo. de vi clo. & sacer. to. 1.*

*Exemp. Philo.*

*Simile.*

*Hie. epi. ad Gerō. vidu. to. 1.*

Cur non contendimus contra vitia & prauas inclinationes, ait Augusti. quæ nos in omni ætate molestant? In ipsa quidem iuuentute carnis incendia, in senectute vero licet tale quodam-

*Augu. de tēp. ser. 246. to. 10*

modo sit extinctũ incendiũ, accẽditur tamẽ, inflãmatur & ardet E
in quibusdam similibus rerũ tẽporaliũ cupiditas & inexplebilis
sitis, in alijs autem gula & nimia compotatio dominatur. Dicũt
*Vide quã sint vitijs dediti aliqui senes.* enim, arborem siccam seu virtutem debilitatã, assidua irrigatione esse fouendam & conseruandam, & ita nituntur amissas per ætatem vires, nimia vini copia recuperare. Quid vero rursus dicendum de tanta rerum omnium auaritia, qua plurimi senes inflãmantur & ardent? & in quibus quo magis terminus quo cuncta relinquere debent, appropinquat, eo magis auaritiæ sitis accrescit? sane cum plerique senes nil aliud faciant, neque alteri rei intendant, quam nimię compotationi, fit inde vt grauissimis F
succumbant morbis & mille miserijs, ac subinde nulla alia in re
*Antonin.* *Iusti. li. 6.* quam in murmurando tempus insumãt. Qui non sunt plane vt illi centum senes grauissimi, qui tempore Epaminundæ Thebanorum ducis floruerunt: qui cum in lacedęmonia inuenirentur, quindecim millibus Thebanis qui vrbem dolose capere nitebantur, viriliter & gloriosissime restiterunt. Et certe si senes
*Simile.* in virtute profecerint, sunt in Republica maxime vtiles. Nam quemadmodum aqua infusa temperat vini ardorem, ita senes suis optimis monitis & consilijs, impetus, efferatosque animos iuniorum comprimunt, contemperant & moderantur: at vero G
si tales non sint senes, hoc est virtutis studiosi, ipsi sunt vitio
*Sene. li. 10 epi. ad Luc. epi. 71.* rum ductores, sicut erant hi Pharisæi. vnde sene. ait, senes superbe gloriari se diu vixisse, vanissimum est: non enim tam viuere optandum est, quam bene viuere. Cogita potius semper qualis vita, non quanta sit, citius mori vel tardius, ad rem ita non pertinet ac bene viuere. Sapiens sibi tria quidem vehementer displicere ait, nempe pauperẽ superbum, diuitem men-
*Ecclesi. 25.* dacem, senem fatuum & insensatum: quibus verbis admonemur, monstri similem esse, vt senectutem fatuam, ita paupertatem superbam. H

*DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO PRIMA.

*Lyra. in Io. 6. Gen. 1.* *Abijt Iesus trans mare Galileæ quod est Tyberiadis. Ioã.* 6. Mat. 14. Mar, 6. Luc. 9. Illud mare est quidã lacus magnus ait Lyra, per quẽ transit Iordanis fluuius, sed vocatur mare secũdũ modum loquendi hæbraicum, quo congregatio aquarũ vocatur marę, secũdũ illud Gen. 1. congregatio-

A gregationes aquarũ, appellauit maria. Vocatur autẽ mare Galilææ à prouincia iuxta quã trãsit, & vocatur mare Tyberiadis ex nomine ciuitatis ędificatæ inlittorę, quæ antiquitus zenereth dicebatur. Sed ab Herode tetrarcha fuit reædificata & amplificata, & Tyberias vocata in honorem Tyberij Cæsaris. *Abijt Iesus trans mare.* Nolimus dilectissimi, ait Chry. prauos & maledicos homines insectari, sed eos & eorum malitiam toleremus, cum nil ab his virtus nostra offenditur, & nil detrimenti accipit, ita enim omnis eorum impetus frangitur. Et quemadmodum sagit B tæ in durum aliquod signum immissæ magno impetu huc illuc dispergũtur, mollius uero assecutæ, figuntur & desinunt: ita maledicos & feros repugnando magis exasperamus, cedendo mitigamus facile, & eorum mollimus insaniam. Idcirco Christus, cũ audisset Pharisæi ipsum plures quam Ioannem discipulos habere, & baptizare, abijt in Galilæam vt eorum inuidiam & furorẽ quem ex se audito conceperant, extingueret, *abijt ergo in montẽ Iesus.* Quia hæc terrena non satiant, ait Tho. imo qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, spiritualia vero satiant: ideo dominus adaltiora cum discipulis ascendit, vt ostendat, in spiritualibus sa C tietatem & perfectionem iustitiæ inueniri: de quo monte dicit Psal. mons Dei, mons pinguis.

*Chry. in Ioan. ho. 41. to. 3.* *Simile.* *Ioan. 4.* *Tho. in Ioan. 6. lec. 1.* *Ioan. 4.* *Psal. 67.*

*Cum sublenasset ergo oculos Iesus.* optimam disciplinam & sacris consentaneam viris, suis modo discipulis Christus proposuit, ait Cyril. Nã etiã in montibus & deserto paratos esse docuit oportere ad hospitalitatis virtutem, qua quidem re, quid homini qui Dei charitatem assequi velit, maius excogitari potest? Cum enim quasi aquarum fluenta innumeri homines ad eum confluerent, ad sustentandos eos cibo, discipulis iussit. Cuius rei cum propter multitudinem hominum, tum propter locorum solitu- D dinem, magnitudine atque difficultate, quis diues non fuisset perterritus? sed omnem huiuscemodi formidinẽ, spe gratiæ suæ abijciendam monet. *Vnde ememus panes.* Interrogamus aliquando, ait Aug. quod nescimus, audire volentes vt discamus: aliquãdo interrogamus quod scimus, & scire volentes, vtrũ ille sciat quẽ interrogamus. Vtrumq; hoc nouerat dominus, & quod interrogabat sciebat, & quid esset facturus ipse nouerat, & hoc nescire Philippum similiter sciebat: quare itaque interrogabat, nisi quia illius ignorantiam demonstrabat? Ipse sciens tentat discipulum, ait Glo. Vt ille tarditatem suæ fidei agnosceret, qui præsente creatore, de paucis multa fieri, non debuit dubitare.

*Chry. in Ioan. lib. 3. c. 13.* *Aug. in Ioan. tra. 24. to. 9.* *Glo. or. in Ioan. 6.*

*Respodit ei Philippus, ducentorũ denariorũ panes &c.* Quãto accuratius.

E

ratius quam Philippus sensit Andræas? Nam Philippus plura requirebat, alter vero panes hordeaceos pauculos indicauit, per quos quidem significatur, quod panes hordeaceos edere debeat, qui Christi velit sequi vestigia, hoc est asperitatem tenere pænitentiæ, neque cibo, somno, indumento nimium indulgere, alijsq. huiusmodi. Habere etiam is debet duos pisces, nempe spem & timorem: & timor quidem nutritur in mari salso cõsiderationis mortis, iudicij & inferni, spes vero in aqua dulci generatur meditationis diuinæ clementiæ & misericordiæ. His enim consideratiopibus tanquam obsonio quodam, poterit facilius panis pænitentię hordeaceus & asperrimus degustari, *Quinque panes hordeaceos*. Illud hinc discimus, ait Chry. quanta philosophia, angustaque disciplina viuendi Apostoli viuerent, omnium deliciarum luxum contẽnentes. In duodecim nempe hominibus quinque panes & duo pisces reperti sunt. Ita quę ad corpus pertinẽt, omnia superflua & contemnenda sibi videbantur, ita spiritualium reru cura tantummodo tenebantur, vt ea quoq. pauca libenter alijs tradiderint. Vnde docemur etiamsi pauca possideamus, ipsa tamen egentibus esse concedenda. Nam & illi cum quinque panes adferre ad Christum iussi essent, non clamauerunt, nil postea nobis relinquitur, quo nostram inediam mitigare possimus, sed cõfestim nil murmurantes paruerunt. *Est puer vnus hic qui habet*. Cõmendauit Christus Petro suam Ecclesiam, constituit animarum pastores suos Apostolos, omnibus virtutibus præcellentes, eisdemq. prædicandi munus concredidit, at vero pecuniam ipsam Iudæ tradidit, & panis alimentum corporeum etiam puero committitur. Quid hoc est domine? Puero ne cura panis & cibi committenda fuit? Maxime quidẽ. In hoc enim perfacile videas quam parui sint pendendæ hę res tẽporales, & quanto in prætio habendæ res spirituales. Animas enim, cęterasq. res spirituales commendat sanctis Apostolis, at res temporales cuiuis etiam negligenti homini tradidit curandas. Non ita fecerunt pleriq. qui non constituunt sibi oeconomos nisi fidelissimos quosque, & eos qui diuitias suas maxima prudentia regant, cum interim Ecclesiæ beneficia & animæ curam, hominibus minus optimæ cõscientiæ, & minus prudentibus & denique pueris etiam committant.

F

G

H

*Adam de Persenia super hũc locum.* *Pænitentiã agamus.* *Chry. in Mat. ho. 30. to. 2.* *Liberales erga pauperes sim⁹.* *Aut: r.* *Mat. 16.* *Diuitiæ tẽporales quam parũ valeãt* *Animæ saluti parũ prospicimus.* *Chry. in Ioã. ho. 41 to. 3.* *4. Reg. 4.*

*Quinque panes hordeaceos*. prudentior quam Philippus Andræas non tamen rem penitus intellexit. Puto autem adductum prophetarum miraculis vt Elisęi quondam. pręcessit ergo Andręas Philippum, non tamen in ipsum cacumen euasit. Hinc de-

licijs.

A licijs dediti intelligant quid magni illi viri & admirabiles comederint. Quam vilis & modica eorum mensa fuerit, intueamur in omnibus eorum abstinentiam. Cum dixisset, habet quinque panes hordeaceos, subdidit, sed quid hęc inter tantos? putabat enim ex paucioribus pauciora, expluribus plura facturum miraculorum autorem, in quo decipiebatur, similiter enim & ex pluribus ac paucioribus, panes multiplicare poterat, neq. enim subiecta materia indiget Deus. Per hos autem quinque panes multi sancti doctores intelligunt quinq. libros Moysi, qui panes cum hordeacei essent, hæbræi vtique alium desiderabant panẽ, & alio opus habebant pane, longe quidem pręstantiori, vt famem qua B cruciabātur, omnem sedarent, nempe pane egebant sacramentorum, quę sacramenta gratiam conferunt. Cæterum quod illi tantopere famelici essent quippe qui tam insuauem haberent panẽ, haud equidem mirabile est, nos vero famescere in tanta sacramẽtorum facietate, id vero lamentabile est. Nam cum posimus nobis redundanter, tanta ciborum suauitate prouidere, tamẽ in vitijs ipsis languemus, cruciamur, perimus, neq. vnquam talem nobis pastum procurare volumus. Interdũ ergo pauperes sumus & regalibus appositis epulis, fame conficimur: tam misericordẽ & liberalem habentes patrem, tamen mærore & luctu contabesci-C mus: & cæli ianua apertissima, nobis aditum intercludimus. Excitemus igitur iam ex somnolentia animum, & cum hebræis longe ditiores facti simus, non committamus vt paupertate opprimamur & fame pereamus. stulti enim hominis esse videtur, cum cibo abundet, eodem non vti ad famem explendam: & cum ornamentis varijs & vestibus circumfluat, frigore & algore deperire. Caueamus ne & ingrati esse iudicemur, qui in tanta bonorũ legis euangelicæ affluentia, minus ad Deum ipsum liberalissi-D mum datorem, oculos, & mentem attollamus, minus que pro tãtis beneficijs gratias agamus. vix enim credibile est quod si hebręis collata fuissent, quæ nobis tam liberaliter data sunt munera, eos quãuis maxime ingratos, fuisse maiori quam nos prædictos ingratudine. Porro panis hordeaceus pænitentiam designat, quæ quamuis principio asperrima videatur, tamen vbi semel eã gustaueris, liquidissimum plane, suauissimumq. fructum inde animo capturus es. Sub iniurijs enim, asperitatibus, persecutionibus & abiectionibus, viriliter propter Deum toleratis, verus latet honos atq. maiestas: sub obedientia pro Deo præstita magna inhæret libertas, sub labore tranquillitas, sub carnis maceratione magna securitas. In iustis quidem & his qui Christi discipuli sunt

*Parum videmur in Deo confidere.*

*Autor.*

*Sacramẽta noua legis quãtã habeãt vim.*

*Parũ proficimus ex sacramẽtis nostra culpa.*

*Simile.*

*Partim in virtute proficimus in tãta præsertim opportunitate.*

*Autor.*

*Labores quam sint fructuosi.*

sunt, & eius mandata seruant, semper internæ reperiuntur consolationes longe suauissimæ: nam & in aduersis maximum præsidium habent cæleste, & ad maximos quoque prouecti honores quidem suspirãt atq dicũt honores illos statim esse resoluẽdos in nihilũ. Ex quo videas multos impios in prosperis cõstitutos animo tamen esse tristi & mæsto, cum tamen ipsos iustos quamuis aduersa discrucientur, iactenturq. fortuna, videas hilari vultu, propterea quod interna quadã animantur sẽper consolatione, quod perinde nõ sit in impijs. porro aduerte quod in cõuiuijs Christi interdũ panes hordeacei, interdũ vero triticei reperiebãtur, vt inde discam⁹, quod nobis aliquãdo prospera & aliquãdo aduersa succedunt, & vtraq. debemus patienter tolerare. E F

*Boni cõsolationẽ inueniunt in calamitatibus.*

*Mali in prosperitate etiã tristes viuũt.*

*Facite homines discumbere.* Hoc quasi significare videtur, ait Cyr. ó tardi ad intelligendas vires meas, & percipiendum quis vobiscũ loquitur. *Facite homines discũbere* vt videatis quo illos miraculo saturabo, quib⁹ ducẽti denarij non sufficiũt, vt videatis cũcta viribus meis ex nihilo esse producta. Nõne poterit qui viduę vasculũ vacuari oleo non permisit, & hydriã effecit nõ carere farina, hos etiam quinq. panes multiplicare, aut ex nihilo quasi à fonte magnam ciborũ copiã producere? Hæc aliaq. huiusmodi ex illa significatione verborum sic emphatice dicta, facite homines discumbere, intelligere licet. *Erat autem fenum multum in loco* fenum autẽ ea de causa dicitur fuisse, vt aptus locus ad discumbẽdum intelligatur. Animaduertendũ autẽ diligenter, nõ mulieres, neq. pueros qui viris permixti erant, enumeratos fuisse. secutus est puto Euãgelista cõsuetudinẽ scripturæ, in qua cũ à Deo ad Moysen dictũ sit, vt synagogã filiorum Israel secũdũ cognationes ex nomine numeraret, vt vnusquisq. vltra. 20. annum præcepta faceret, nec fęmina, nec puer aliquis numeraretur: ita veritas atq. cõstantia, quæ nullã habet puerilẽ & muliebrẽ in bonis leuitatẽ, in libro Dei conscribitur. Ita & scripturæ cõsuetudinẽ seruat, & spirituale quiddam nos docuit. Cæterum & de viris solũmodo mẽtionẽ fecit, ęnigmatice monens, omnibus qui viriliter probitatẽ & fidẽ amplectuntur, non imbecillibus aut mollibus, cælestẽ à saluatore cibũ præberi: nã qui muliebri animo aut puerili sunt, nil magni cognoscere possunt. *Accepit ergo Iesus panes.* Maius miraculum est, ait Aug. gubernatio totius mũdi, quã saturatio quinque milliũ hominũ, & facile hanc nemo miratur: illud mirantur omnes, non quia maius est, sed quia rarum. Quis enim & nunc pascit vniuersum mundum nisi ille, qui de paucis granis segetes creat? panes autem illi quinq. quasi semina quidẽ erant, non G H

*Cyril. in Ioan. lib. 3. c. 17.*

*3. Reg. 17.*

*Deus suos reficit.*

*Num. 1.*

*Inconstantia in bono proposito non est grata Deo.*

*Augu. in Ioan. tra. 24. to. 9.*

A non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Quid necesse erat autem vt pauculos panes dominus acciperet, qui sine illis, diuinitatis suæ potentia, panes poterat ex nihilo creare? Minima quidem erat quinq. panum portio tot hominibus saciandis, sed ne hanc quidem negligendã dominus putauit, quo is magnam illam alimenti copiam subministraret. Simile exẽplũ in Eliseo præcessit, qui ab ea vidua cuius grãde æs alienum dissoluere voluit, quæsiuit an aliquid haberet in domo sua: qua respondente parũ olei habere: ille paululũ hoc ita diuina virtute auxit, vt non solũ ad æs alienũ dissoluẽdum, sed ad B suam & filiorũ vitã tuendam satis esset. Vtroq. igitur exemplo dominus indicare voluit, nos quoq. aliquid ex nostro, quamlibet exiguum sit, offerre debere, quo is diuitiarum suarum copiã in nos effundat. Quod si nos exiguum hoc quod à nobis exigitur, præstare nolimus, ille vtiq. nos nequaquam diuitiarũ suarũ cõpotes faciet. vtilissimũ ergo cõmercij genus est, in quo tã exigua hominis portio: tã magnis diuinæ largitatis incrementis cumulatur. Subijciamus aliquot huius rei exempla: In baptismate quidẽ, vt Cyril. ait, infantulus dum in aqua mergitur & extrahitur, Christi mortẽ & sepulturã repræsentat: hac autẽ repræsenta C tione, eiusdem mortis Christi fructum & meritũ sibi asciscit. Ille igitur mortis suæ acerbitate vitã nobis aperuit, nos imagine eius expressa, idem premiũ accipimus. Quãto ergo plus est quod ille prestat, quã quod à nobis exigitur? Ab adultis vero eãdem passionis suæ memoriam requirit, quo eos eiusdem passionis participes reddat, vt quod ille obtinuit moriendo, tu assequaris, mortem eius pie & sancte meditando. Quid ergo ille quæso amplius debuit conferre? Quid vero à te minus potuit requirere? Iam vero pro aquę frigidæ potione, mercedem æternam pollicetur, vt aperte liqueat quanto plus sit quod tribuit, quam quod à nobis D petit. Sed plus illud non accipiet, qui exiguum hoc præstare noluerit, quod qui præstiterit, poterit sane cum Eccle. dicere, modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Hæc autem philosophia fratres, eos potissimum accusat, qui tota vita stertentes nec manum ad aratrum porrigentes, salutis suæ negotium in solam diuinę miserationis benignitatẽ regerũt. Hoc autẽ miraculi hui⁹ exẽplũ arguit, in quo dominus panes ad satiãdam hãc hominũ turbam, nisi pauculis illis panibus allatis, augere noluit.

*Accepit ergo Iesus panem* Quid mirũ si tam magna panes illi incrementa susceperũt, qui sacras illas man⁹ rerũ omnium creatrices cõtigerunt? His ergo manibus debetis, vitę vestrę rationes supplici-

*4. Reg. 4.*

*Faciamus pro nostra virili quod possimus & Deus iuuabit nos*

*Cyril. Simile.*

*Passionis Christi cõsideratio quantũ cõducat.*

*Mat. 10.*

*Eccle. 51.*

*Operemur pro virili nostra quod possimus.*

*Gen. 1.*

suppliciter & fidenter conmittere, si vobis omnia prospere cedere vultis. Sine huius enim prouidentiæ auxilio quid in vita firmum, quid prosperum & stabile, ab infirmitate humana & prudentia expectari poterit? Quæ cum ita sint, hoc præcipuum prudentis hominis officium est, vt omnia quę orditur, diuinis manibus tractanda committat. Si enim multum manus sancti patriarchæ Iacob præstare potuerunt, quid de omnipotentis domini manibus sperandum est? Cum enim morituro seni duos filios Ioseph, nempe Manassen & Ephraim benedicendos obtulisset, & maiorem natu ad dexteram senis, minorem vero ad sinistram posuisset: ille contra commutatis manibus, dextram quidem super Ephraim, læuam autem super Manassen posuit: quod quidẽ grauiter ferens Ioseph patris manus inuertere nitebatur, dicens, nõ ita conuenit pater, hic est enim primogenitus, pone manum tuam dexteram super eum. Si ergo tanti sanctus ille patriarcha, contactum illum religiosæ manus faciebat, vt illum feliciorem futurum crederet, quem dextera sancti viri manus contigisset: quid quæso de illarum manuum contactu sperandũ est, quæ omnia condiderunt? Cum igitur præclarã hanc philosophiam sancti viri omnes intelligerent, sibi ipsis in omni negotio diffidentes, res omnes suas diuinis manibus supplici prece & fiducia cõmittebant. Sic sanctus Dauid quamuis regijs opibus polleret. non tamen in arcu & gladio suo, sed in solo deo spem quidem omnem salutis positam habebat cum diceret: hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. *Ducentorum denariorum.* Vide quantum noceat malum exemplum, siquidem cum dixisset hæc verba Philippus, statim Andræas visus est ipsum sequi, dicendo, quid hæc inter tantos? sane si dixisset Philippus in manu quidem Christi esse, turbam satiare, Andræas etiam aliter respondisset. Cæterum vide quã præclare comprobauerit Christus in hoc euangelio, quod dixerat, videlicet, nolite soliciti esse quid mãducabitis, aut quid bibetis, scit enim pater vester quia his indigetis, & fortasse hoc Christi verbo freti sequebantur isti Christum, absque vlla cibi & potus copia.

*Accepit ergo Iesus panes.* Multa quidem videntur nobis initio incommoda ab hac diuina dextra prouenire, quæ tamen progressu temporis mentis oculos aperientes, saluberrima maxime esse & commoda iudicamus Generosus accipiter, quem sublimi petã nominamus, ardeam in sublimi volantem aggressurus, non aduersus illam recta contendit, sed in obliquam partem volatum dirigens, magis illam fugere quam petere videtur, qui tamẽ hoc

vola

Margin notes: *Gen. 48.* — *Benedictiones Dei nõ sunt sicut benedictiones hominum.* — *Simile.* — *Magna a Deo beneficia erga nos conferuntur.* — *Psal. 17.* — *Exemplũ prauũ quã tũ noceat.* — *Simile.* — *Calamitates vtiles* — E — F — G — H

A volatu in diuersam partem commutato superior illa effectus, ex *Gen. 37.*
alto se in eam rapido impetu demittit, ac tandem eam interimit. *Gen. 41.*
Simile quiddam pijs hominibus frequenter euenit, vt quæ res- *Exo. 33.*
humano iudicio nocituræ videbantur, illis tamen præter spem *Prosperitates numana sine deo paruum valent.*
omnẽ maxime salutares fiant, sicut videmus accidisse in Ioseph.
Tales igitur exitus habent quæ diuinis manibus cõmittuntur.
Hinc Moyses ad promissam terram occupandã pergens, instãter
dominum orabat vt cum populo suo pergere dignaretur, alio-
qui inquit, nisi nobiscũ gradiaris, ne educas nos de loco isto:
melius est enim nobis in hoc arido & squalenti deserto vitã a-
B gere, quam sine tuo ductu felicissimã Chananæorum terrã occu
pare. Sciebat enim vir sanctus, sine huius præsentiæ fauore, nil
hominibus lætum, nil prosperum accidere posse. Quid enim a-
liud esse putatis in causa, cur tã multa negotia votis nostris mi-
nime respondeant? Cur nostrorum sæpe cõsiliorũ euẽtus infeli-
cissimi sint, nisi quod nostris tantũ consilijs, prudentiæq. innixi *Iosue. 9.*
neq. dominum consulimus, neque eius opem imploramus? Hac
enim de causa sanctissimus alioqui vir Iosue, cęteriq. principes
cũ eo, decepti sunt cũ Gabaonitas in fidẽ suã receperũt, quoniã
vt scriptura tradit, os dominj nõ interrogauerũt. Deniq. quãtũ *Luc. 5.*
C sit discriminis inter ea quæ hominũ industria, aut diuina ope-
fiunt, satis aperte Apô. Petrus exẽplo suo adũbrauit, qui iussus à
domino laxare retia in mare, cum per totã noctem diu conando
nil profecisset, iactis postmodũ ad imperium domini retibus, a
deo copiosam piscium multitudinem cepit, vt duas nauiculas *Luc 9.*
impleuerit. Porro ait Luc. quod accipiẽs dominus panes, benedi *Ioan. 6.*
xit, formã autem benedictionis Ioãnes exprimit, cum illum patri
gratias egisse cõmemorat: mos enim Christi domini erat, vt ne *Mat. 26.*
frustrum quidẽ panis sine diuinis laudibus & gratiarũ actione *Hie. 5.*
perciperet. Vnde peracta nouissima cæna, hymno dicto exiuit
D in montẽ oliuarũ. Aduersus autem quotidiani huius beneficij
immemores, clamat per Hie. dominus, & non dixerunt inquit,
metuamus dominum, qui dat nobis pluuiam serotinam & tem-
poraneam, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Nã *Deo gratias agamus pro beneficijs acceptis.*
cũ bonis omnibus vndiq. circũfluãt, nũquã ad cęlũ oculos attol
lunt, gratias Deo agẽtes, à quo cũcta donata sunt. Christus Dei
patris filius, vniuersorum hæres & dominus, pro hordeaceo pa
ne gratias agit, tu pro tam multis delicijs, Deo ingratus existis?
Quod si minus te ad hoc, iustitiæ munus & officium mouet, vti-
litatis certe ratio mouere debuisset. Nil enim ita noua beneficia *Eccles. 1.*
cumulat, quam veterum gratitudo. Tunc enim illud Salomonis *Simile.*

impletur, ad locũ vnde exeũt flumina reuertũtur vt iterũ eadẽ fluant. Cũ panes erãt in manu pueri, nõ ſufficiebant ad ſatiãdã magnã illã multitudinẽ, at cũ Chriſtus illos in ſuis manibus ſumpſit, creuerũt, & multiplicati ſunt. Sic opera quæ tu facis, per ſe & in tuis manibus, parui ſunt momẽti, ſed cũ in manu Chriſti ea po- E

2. Cor. 9. ſueris, multiplicabit illa diuina virtus, & augebit frugẽ iuſtitiæ

1. Cor. 3. noſtræ: nã & Pau. ait, non qui ſeminat vel plantat, ſed incrementũ dat Deus. *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.* Sed quid ad te domine, ſi panis hordeacei fragmenta, quæ ſolo manuũ tuarũ attactu augẽda ſũt, pereãt? Si ergo hæc vilia perire nõ

Simile. pateris, quãto min' animas patieris interire, quas nõ manuũ tuarũ contactu, ſed earundẽ vulnerib' redemiſti? ſi panis hordeacei F

Simile. fragmẽta, qui non tã hominũ, quã iumentorum cibus eſt, perire ſentis, quo affectu eris, cum tot animas perire videas, quas ad imaginẽ tuã cõdidiſti? quarum obſequio cœlũ, terras, maria, &

Dolet deus de noſtro interitu. cætera omnia addixiſti? propter quarum ſalutem ẽ cœlo in terrã deſcendiſti, mortẽq. acerbiſsimam oppetiſti? *Colligite quæ ſuperauerunt.* Vult Deus nos eſſe liberales, ſed non prodigos: multa enim mala ex prodigalitate ſequuntur, præſertim cum tales ſæpe

Luc. 15. prodigi ad paupertatem & mẽdicitatẽ redigantur, ſicut filius ille prodigus, frequẽter etiam aliena aufert qui ſua prodige cõfert. *Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos.* Liberalitas no- G

Cyr in Io. li. 3. c. 18. bis hoc miraculo commendatur, ait Cyril. & quaſi magna voce dicitur, quanto plura dabis liberaliter & miſericorditer, tanto

Iſa. 58. tibi plura largius confluent. Fac igitur libenter quod ſcribitur Iſa. 58. frãge eſurienti panẽ tuum. Siquidẽ propter minima quæ ad gloriam Dei conſumimus, ditiſsima nobis à Chriſto eſſe præparata docemur. *Quæ ſuperfuerunt his qui manducauerunt.* Vide quomodo multiplicentur quæ deponimus in Dei manu: & tamen mirandũ eſt quod plus videamur confidere de ipſius ter-

Parum aliqui in domino confidunt. ræ multiplicatione, quam de manu Dei, & de promiſsione illa tam magnifica, quam fecit nobis, ſi pauperibus bene faceremus H cum tamen tam infinitam pecuniam prodigamus in rebus mundanis & parum duraturis. Conſidera quomodo fruſtrum illud

Mat. 19. panis quod dedit paupercula illa mulier Eliæ, multiplicauit

3. Re. 17. Deus. Vide etiam vice verſa quomodo auaros illos diuites pu-

Luc 16. nierit Deus, nempe illum qui cõtẽnebat Lazarum, & alterum qui

Luc. 12. volebat horrea ſua maiora facere, & animam ſuam inuitabat ad epulandum & debacchandum.

DOMINI

A
# *DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO SECVNDA

*Spes præmij nos ad laborem inuitat.*

ABIIT *Iesus trans mare Galileæ quod est Tyberiadis & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa* *Cur dica-*
Ioan. sexto. Cũ intelligat Ecclesia mater nostra quod *tur Domi-*
B spe præmij ducamur ad præclara opera exercẽda, ideir *nica læta-*
co in hac quarta dominica, dicit nobis, lætare Hierusalem &c. *re, & in*
quasi inuitans ad laborandum spe præmij: dicitur etiam domi- *Rosa.*
nica in Rosa, propter benedictionem Rosæ factam à summo *1. Reg. 17.*
Pontifice. sane cum Dauid pugnaturus esset cũ Philisthæo, prius
percontabatur de ipso præmio quod rex constituerat ei qui Phi *Grego.*
listhęum vicisset. Vnde etiam D. Grego. explicans verba illa *Iob. 7.*
beati Iob, sicut mercenarius prestolatur finem operis sui, dicit:
mercenarius lacessentem animum ad considerandum laboris prę
miũ reuocãs, vigorẽ mox animi ad exercitiũ laboris reformat,
C & quod graue perpendit ex opere, leue existimat ex remuneratio *2. Cor. 11.*
ne. Porro Apostolus Paulus labores suos satis cognoscebat, cũ *Rom. 8.*
diceret, in carceribus abundantius, in plagis supramodum in
mortibus frequenter: at vero præmium considerans alleuabat la
borẽ, cum diceret: nõ sunt cõdignæ passiones &c. sane in illa vi- *Apo. 19.*
sione quã vidit Ioan. in Apo. cũ ait, vidi cęlum apertũ, & ecce e-
quus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax *Reddet*
& cũ iustitia iudicat, oculi autẽ eius sicut flamma ignis: inquit *Deus vni-*
quod in capite eius erant diademata multa: vt iam intelliga- *q iuxta o-*
mus multa præmia & coronas quibus Deus suos præmiatu- *pera sua.*
D rus est: nempe vnam coronam pro humili, aliam pro casto, a- *Mat. 10.*
liam pro pęnitente, & sic de ceteris. Si enim Deus non relinquit *Optimus*
sine pręmio calicem aquæ frigidę pauperi datũ, quanto magis *retributor*
cõpensabit excellentiora quæ propter eum præstiteris? Si duo il *Deus.*
la minuta in Gazophilacio à paupercula vidua oblata, tanti fe- *Luc. 21.*
cit, quanti quæso faciet præstantiora opera quæ pro eo fece-
ris? si vt ait Mat. in iudicio præmiabuntur qui pauerint esu-
rientem, & potauerint sitientem, quantum putas reportatu-
rus est præmium, qui pænitentiam egerit peccatorum? si e- *Vide quã*
tiã qui hospitio exceperint peregrinos, præmio donabitur, an *sit benig-*
nõ etiã qui iniurias cõdonauerint? si qui in carcere positos visi- *nus [illegible]a-*
tant, sic compensantur, & qui infirmos adeunt, annon magis *tor Deus.*

erit eorum præmium, qui è carcere innocentē educunt, qui pro E
Christo omnia relinquūt, qui cum inimicis pacem cōponūt, qui
corpus suum castigant, & deniq. sanguinem suum pro Christo
fundunt? sane si minima obsequia ita Deus præmiatur, vtiq. maiora cumulate cōpensabit: si tantopere incitabantur ad viriliter
pugnandū, duces illi Romani, proposito pręmio tēporali: quāto magis ad virtutē incitari debemus ęterno proposito præmio?
*Spes premij incitat ad laborem.* Et Romani quidē, arcus, quosdā triūphales faciebant, vbi scribebātur facta heroica ducū, item curribus inuehebant ipsos duces, eorum facta ante ipsos decantabantur, insuper etiam triūphantium arma, & scuta ab ipsis curribus ducebantur: pręterea F
hostes deuicti curribus ducebantur. Hi sane omnes triumphi pa
*Psal 149.* rati sunt seruis Dei. Vnde regius propheta ait, exultabunt sancti in gloria, lętabūtur in cubilibus suis: exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam
vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligan-
*Cumulatissime compensat Deus labores seruorum suorū* dos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis
ferreis: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Arcus sane triumphalis est exultabunt sancti in gloria, item arma sua deferent
quibus hostes vicerunt, quę sunt vt ait Apostolus, non carna G
lia, sed spiritualia. Annon maximum recipiet anima gaudium,
cum videbit quod propter vnum ieiunij diem, & propter v-
*2. Cor. 10.* nam eleemosynam, conceditur sibi tam excellens præmium? Si
enim mala quæ iusti hic fecerunt, & eorum memoria, ipsos ne
*Quam ineffabilem nobis gloriam De. paratam habeat.* quaquam lædent, imo potius gaudebunt considerantes tam admirabilem Dei clementiam, quæ ipsos ex tantis eripuit malis,
quanto magis oblectabuntur bonis quæ propter Deum pręstiterint? præterea sensus etiam suos captiuos ducent, & domatas passiones, quæ quodammodo reges videbantur. Vnde Apo
stolus ait, non regnet peccatum in vestro mortali corpore. H
*Rom. 6.* Quis ergo non animabitur ad labores pro Christo viriliter su-
*Ioan. 10.* stinendos, quos tanta manent præmia? Adde quod Christus ait
Apud Ioan, ego vitam æternam do eis. Quasi diceret, quamuis
hic labores patiantur oues meæ, nihilominus tamen easdem cō
solabor ego præmio sempiterno.

*Liberalissimus remunerator Deus.* Cæterum est quidem Deus tam liberalis remunerator, vt non solum opera bona, sed etiam intentiones bonas pręmietur,
Vnde & Abrahæ dixit, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti &c. benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stel-
*Gen. 22.* las cæli. Quid quæso amplius promisisset, si hoc opus executioni demandasset?

Mira-

A

*Miracula Christi, eius ineffabilem virtutem ostendebāt.*

*SEquebatur eum multitudo magna quia videbant signa quæ facie bat super his qui infirmabantur.* Merito quidem eum sequebantur, cum tantā eius virtutem in miraculis comperirent. Vnde dicit diuus Thom. quod miracula quę Christus fecit, erant sufficientia ad manifestandam eius diuinitatem, secundum tria: primo quidem secundum ipsam speciem operum, quæ transcen debant omnem potestatem creatæ virtutis, & ideo non poterant fieri nisi virtute diuina, & propter hoc cæcus illuminatus dicebat, à seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati &c. Secundo propter modum miracula faciendi, quia scilicet quasi ex propria potestate miracula faciebat, non autem orando sicut alij, vnde dicitur quod virtus de illo exibat, & sanabat omnes, per quod ostenditur, vt Cyril. ait, quod non accipiebat alienam virtutem, sed cum esset naturaliter Deus propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc innumerabilia miracula faciebat. Vnde super illud Mat. octauo, eijciebat spiritus verbo, &c. ait Chry. attende quantā multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ, non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum ostendentes. Ex hoc ostendebatur quod haberet virtutem æqualem Deo patri, secundum illud, quæcunque pater facit &c, Tertio ex ipsa doctrina, qua se Deum dicebat, quę nisi vera esset, non confirmaretur miraculis diuina virtute factis, Vnde dicitur Mar. primo. Quænam doctrina hęc noua?&c, Quemadmodum Protogenes sola linea quam vidit, eam cognouit esse illius Appellis eximij: ita plane ex solo vno Christi miraculo, manifestari poterat eius diuinitas, cum nullus alius præter Deum ita posset operari. Nec enim Christus tantum infirmos curabat, sed etiam in instanti id præstabat, vt quanto difficilior curatu ægrotatio videbatur, curandi tamen modo virtus curantis ostenderetur: quale medendi artificium homo facere nō potest, nemo quippe ignorat quod tempus etiam aliquod in conualescendo insumi debeat: & tamen statim à Christo sanata est Petri socrus. Item in mari Christus non solum ventos & tempestatem sedauit, sed quod inauditum erat, fluctus, & vndas statim composuit. Nam etsi vis ventorum cessauerit, permanet tamen fluctus vndarum diutius. Non enim natura duce aut arte fiunt quę à Christo fiunt, sed simul omnia finem suum assequuntur.

Margin notes: D. Tho. 3. p. q. 43. a. 4. in cor. — Ioan. 9. — B — Luc. 6. — Cyril. — Mat. 8. — Chry. — C — Ioan. 5. — Mar. 1. — Simile. — Proto. — Appel. — D — Chry. in Mat. ho. 28. — Luc. 4. — Mat. 8.

*Occu. in. Lu.* Attende quæso quo modo Christum non solum discipuli, sed etiam multitudo maxima sequeretur, videns eius miracula, & properaret cum eo longe relictis domibus, tu vero à Christo fugis & eius doctrina, & vanitates varias sectaris: sed vide quibus in baptismo renunciaueris, & noli te implicare mundi vanitatibus. Dolendum sane est quod modo tam pauci Christum sequantur, & tam multi sequantur Dæmonem. Sicut multi sequebantur Absalonem, & pauci Dauidem. Vnde & per Isai. dominus ait, erit in die illa dominus sicut quærens spicas in valle Raphaim, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami. Hęc etiam bonorum paucitas significata videtur apud Iob, cum dicenti sathanæ quod terram per ambulauerat, dixit dominus, numquid considerasti seruum meum Iob? Quasi significasset paucos esse qui ipsum sequerentur. Porro ista turba sequebatur Christum propter signa quæ videbat: nos tamen Christum sequi nolumus dicentem nobis. Qui vult venire post me &c. Dices tu, quod Christus nos inuitat ad Crucem ignominiosam: si enim ad Crucem alicuius commendatoris nos inuitaret, tunc ipsum plures sequerentur, si multa daret vectigalia: veruntamen scias frater, quod si non vis Crucē domini accipere, accipies Crucem diaboli: quia etiam habet suas cruces, sed maximi oneris, nempe ambitionē, & alia id genus vitia. Sane si rex temporalis alicui polliceretur amplissimas opes & dignitates, si ipsum sequeretur, iret sane cum eo, quamuis in prælium esset eundum, & tamen modo nullus est qui velit Christum sequi qui nos inuitat ad cęlestia bona. Dices tu quod hoc præsens obiectum nos plus mouet quam illud inuisibile. Sed tamen verius dixisses, te cum similibus, habere quidem modicam fidem: non ergo ita nos gerere debemus, quin potius pręstet fides supplementum sensuum defectui: & consideremus quod Deus honoret virtutis studiosos, hic autem sæpe principes aliqui honorant vitiosos & flagitiosos: & quod apud Deum non est personarum acceptio, sicut hic fieri solet. Vnde Pau. ait non est gentilis & Iudæus, barbarus & scytha &c Apud Deum igitur interdum pastor pluris fiet quam rex, & seruus quam Dominus.

*9. Reg. 15.* *Magna est negligētia nostra.* *Iob. 17.* *Iob. 1.* *Virtutem pauci sequuntur.* *Dissimile pauci Christum sequūtur.* *D. Tho. in offi. Cor. Chri.* *Col. 3.* *Deus non est persona rum acceptor.*

E

F

G

H

*Simile.* *Altero modo miracula Christus faciebat.* Et etiā ex modo quidem faciendi miracula, ostendebat Christus suam diuinitatem: quando enim in ampla aliqua familia videmus quod aliquis homo cæteris omnibus cum imperio mandat, & omnes corripit, intelligimus vtique illum esse dominum totius familiæ: sic ergo Christ' mari, vētis, & reliquis imperabat

A imperabat, atque hoc quidem modo diuinitatem suam ostendebat. Vnde Io. 10. dicebat, opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Siquidem articuli fidei non possunt euidenter nobis demonstrari, & idcirco miraculis Christus semani festabat. Vnde miracula videntur quasi sigillum quoddam, quod maximam obtinet vim & robur. Nunquid fratres mei, ait Gre. quia hæc signa non facitis, minime creditis? sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Vt enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra iam coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio B cessabit. Hinc est enim quod Paulus dixit, linguę in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Et alibi ait idem doctor: sunt autem nonnulli, qui cum mira Apostolorum opera audiunt, quod ab obsessis dæmonia pellerent, vmbra infirmitates amouerent, ventura quæque prophetando prædicerent, & vnigenitum verbum Dei, omnium gentium loquentes lingua prædicarent: quia has virtutes nunc in Ecclesia non vident, subtractam iam ab Ecclesia supernam gratiam suspicantur, nesciẽtes pensare quod scriptum est, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione tunc quippe sancta Ecclesia miraculorum adiu- C torijs indiguit, cum eam tribulatio persecutionis pressit, nam postquam superbiam infidelitatis edomuit, non iam virtutum signa, sed sola meritorum opera requirit, quamuis & illa permultos cum opportunitas exigit ostẽdit. Vbi vero omnes fideles sunt, quæ causa exigit vt signa monstrentur? Sicut non fuit Deo impossibile, quas voluit naturas instituere: sic ei non est impossibile, in quidquid voluerit, quas instituit naturas mutare.

*Ioan. 10.* *Simile.* *Gre. in euan. ho. 29.* *Simile.* *1. Cor. 14.* *Gre. l. 27. Mo. ca. 14* *Psal. 9.* *Miracula iam non videntur necessaria.*

D

## *Proficiamus semper in virtute.*

*Svbijt ergo in montem Iesus*. Per hunc quidem montis ascensum significatur ascensus ad virtutem quem facere debemus, quamuis variæ sese offerant difficultates: non tamen ita faciunt mali, si quidem tametsi prætereant anni semper in sua manent iuuentute & peccati viriditate ita vt nec vnquam vitam corrigere studeant, nec prudentiam senio adipiscantur: Vnde maledicti sunt pueri centum annorũ. Non sic se gerebat beata Anna prophetissa, sed tempore etiã proficiebat, & ita Euangelista scribit quod processerat in diebus multis. Semper ergo ascendamus de virtute in virtutem.

*in vitijs persistere detestabile* *Luc. 2.*

vnde Agapetus Philosophus dicebat assiduus esto in virtute. Et E
*Aga.* sicut qui scalas ascendere cæperunt, non prius desistunt ab ascen
*Simile.* su, quam supremum attigerint gradũ, sic & tu in bonis semper alti' ascendẽdo progredere. sicut parum prodest cibus si cum primo accipitur, statim euomitur: sic parum prodest verbum
*Simile.* Dei animæ, si protinus obliuione deleatur: & vt cibus minus cõ
*Simile.* coctus non tantum non proficit, sed etiam nocet stomacho, ita sermo Dei cognitus, non tamen executioni mãdatus, magis no
*Simile.* cere videtur scienti. Ignis quidem paruus quouis flatu extinguitur, at magnus, eo magis accendi tur: sic amor exiguus quolibet obstaculo frigescit, ingens vero in dies crescit. Ne deficia-
*Gen. 15.* mus ergo vnquam a virtutis via, & si variæ se nobis offerant cõ F
tradictiones. Offerebat quidem Abraham sacrificium Deo, & quamuis volucres ipsi molestæ essent, ipse tamen eas abigebat, & perseuerauit ad solis vsque occasum. Paulus item cum sibi con
*Acto. 9.* tradicebatur Damasci multo magis confortabatur. Item do-
*Exo. 14.* minus dixit Moysi. loquere filijs Israel vt proficiscantur, & quamuis videant Aegyptios supra se armatos, non desinant vnquam viam terræ promissionis. Cæterum per magna quidem in monte à Deo hominibus impartita sunt: nam in monte ip-
*Exo. 19. & 20.* si Moysi lex data fuit: in monte datum Euangelium, in monte G
Christus est transfiguratus, in monte præcepit Deus Isaac im-
*Mat. 5.* molari, in monte Christus passus est, à monte in cælum ascendit:
*Mat. 17.* vt inde discamus nos debere xin montem ascendere laborũ & cõ
*Gen. 22.* tẽplationis, si cupimus ab eo beneficijs decorari, vt videam' Deũ
*Mat. 27.* Deorum in Sion. Magis enim, magisq. in dies ad virtutem inci-
*Acto. 1.* tari & inflammari debemus, vt in dies abundet iustitia nostra.
*Psal. 83.* Vnde Pau, dicebat, sic curro, non quasi in incertum, sic pugno
*1. Cor. 9.* &c. Item ad heb. ait, non deserentes collectionem nostram &c.
*Heb. 10.* Et certe quanto magis nos virtuti tradiderimus, tanto nobis
*Iob. 6.* suauior reddetur. Vnde Iob ait, quæ prius nolebat tangere a-
*Luc. 2.* nima mea, nunc pro angustia cibi mei sunt. Exemplũ quidem H
nobis datur in Christo vt proficiamus sapientia, & non negligamus diuinas epulas. Nos ergo crescentes corpore, crescamus
*Col. 1.* etiam virtutibus tendentes à bono in melius, iuxta illud Apost. in omni opere bono fructificantes & crescentes. Quid quæso
*Simile.* proderit corporaliter nasci, nisi incrementum & robur sequatur? vnde & postea quam per sacramentum baptismi renati sumus, sacramento Confirmationis & Euchari. alimur & roboramur, incrementaq. suscipimus. Debemus ergo in bono progressus facere, sicut de sancto rege Dauide dicit scriptura quod

A semper ibat proficiens & crescens,& erat seipso robustior. Sicut enim qui nauigant mare,ad certissimum & immobilem mundi polum oculos conuertunt,& iuxta illius præscriptum nauigationis cursum dirigunt: ita Christus dominus in turbido huius vitæ pelago nauigantibus, seipsum ne aberremus,ducem exhibet, qui non verbis modo, sed exemplis etiam iter nobis in cælū mōstrat. Hunc enim ducem cælestis pater per Prophetam pollicitus est, cum ait: ecce testem populis dedi eum,ducem ac præceptorem gentibus: idcirco talem magistrum sequamur,& in virtute proficiamus. Sane sicut vitis palmites crescunt & pampinis abundant, sic etiam nos meritis proficere debemus iuxta illud Apost. extendens meipsum, vt perueniam ad destinatum brauium. Et Ber. ait,in via Dei nō proficere, deficere est. Et rursus Apo. nos monet ne in vacuum gratiam Dei recipiamus, quod fieret si non proficeremus in virtute. Et certe si homo in statu innocentiæ seipsum custodire debebat,vt ait August. id fuisse significatū: cum Deus dixit Adæ vt custodiret, paradisum, hoc est seipsum: quanto magis modo nos egemus custodia? Animaduersione certe dignum est, ait Chry. quod cum ex varijs alijs ornamentis posset scriptura angelos laudare, nihilominus tamen eorum velocitatem commendat: vnde Dauid ait, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius: quasi diceret, statim atque Dei voluntatem norunt, ei obediunt. Et Psal. 33. ait qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Sane Apost. inter alia spiritus dona, recenset illud, nempe solicitudine non pigri. Et certe quanto maioris ponderis est aliquod negotium, tanto etiam in eo maior est diligentia adhibēda. Quid igitur maioris ponderis esse potest, quam frui Deo in sempiternum? Sed tamen nos sumus tardissimi ad bene operandum, vnde Dauid ait, in imagine pertransit homo. Videas quidem aliquas personas depictas in aliqua pictura, quę videntur aliquid facere, & tamen illud nunquā perficiunt: ita aliquas naues quę videntur remigare, & tamen nunquam se mouent: sic ergo nos talibus picturis similes sumus, cum passim bona in animum inducamus & facere proponamus,& tamen nunquā ea præstamus.

*2. Reg. 3. Simile. Christū sequamur. Isa. 30.* (A–B)

*Simile. Phil. 3. Ber. ser. 2. De puri. 2. Cor. 6. Aug. li. 8 in Gen. Gen. 3. Chry. Psal. 102. Psal. 33. Rom. 12. Psal. 38. Diligētes sim' in obseq. diui nis.* (B–D)

## APPENDIX.

*Quibus modis recedat ab homine Deus.*

*Abiit Iesus.* Interdum quidem Deus abit & recedit ab homine propter eius culpam, & interdum sine culpa, nam quandoque iustus eas non percipit suaues delectationes cælestes quas antea

capiebat, vt ita cum maiori feruore Deum requirat: ſicut pia mater ſolet interdum hoc animo filium ſuum deſerere, cumque videt etiam inſtanter matris flere abſentiam, tunc ipſa obuijs vlnis & amplexibus eum deoſculatur. Sic etiam viris iuſtis interdum eueniunt magnæ afflictiones, ſed in opportunitate ſuccurrit ipſis Deus. Abſentiam autem per culpam timebat Dauid cum diceret, ne declines in ira à ſeruo tuo, ne auertas faciē tuā à me: eſt vtique tunc anima tanquam ouis ſine paſtore, & infirmus ſine medico. Lugebat Samuel Saulem, & dixit ei Deus: vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum. Sic ergo dimittens Iudæos, abijt tranſinare Galilææ. E F

*Simile. Deum innocem' in laboribus Pſal. 26. Similia. 1. Reg. 16.*

*Ducentorum denariorum.* Propter minimam fiduciam quam multi habent, fit vt liberales non ſint erga pauperes, imo etiā vt interdum illicite negotientur, timentes ne ad pauperiem redigantur, ſic vir parum confidens in Deo, præcipit vxori ne det eleemoſynas: ſed quæſo te miſerabilis homo, qui confidis de negotijs animę tuę in domino, cur non cōfidis de negotijs etiā temporalibus?

*Quantum noceat non confidere firmiter in domino.*

*Facite homines diſcumbere.* Vide quomodo velit ordinate cōuiuium ſuum facere, vt inde diſcamus quod debeant res ordinate fieri in Repub. & in ſingulis domibus, nam hoc pacto etiam pauca, videntur multa. Niſi ordo præſcribatur in victu, & veſtitu, & alijs huiuſmodi, vide quot naſcantur abſurda. *facite homines diſcumbere.* Super fænum diſcumbunt, in quo ſignificatur mortis conſideratio quam habere debemus. Qualis quæſo futura eſt perdix cum videt ſe vndique hoſtibus cinctam, nempe canibus, venatoribus, accipitre, tum etiā videt virgulta in quibus deliteſcit, multis ictibus concuti? Sic quid ſentiet peccator, cum ſe viderit vndique à ſuis hoſtibus obſideri? Vnde Chriſtus dicebat, circundabunt te inimici tui vallo &c. Si hæc diligenter conſideraueris, de paſtu ſpirituali & corporali tibi Deus prouidebit. G H

*Cōfidam' in domino*

*Sumptus ſint moderati.*

*Simile. Mortē diligēter meditemur.*

## DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA.

*Perfectio Chriſtiana commendatur.*

*Tendam' de virtute in virtutē.*



ABIIT *Ieſus &c. ſubiit ergo in montem.* Ioan 6. In montem quidem aſcendit Chriſtus vt his turbis prouideret, vt inde diſcamus quod ſi velimus nobis diuinitus prouideri, debemus de virtute in virtutem tēdere ſemper ad

A semper ad perfectionem. Item niti debemus quoad possumus vt etiam consilia seruemus, quale est illud consilium, siquis te per cusserit in vna maxilla &c. Item ei qui vult tecum iudicio contẽdere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & Palliũ. Atque hoc modo tibi præcepta facillima videbuntur. Sane quãdo triticum vendimus &mensuramus, postquam modium impleuimus, cũ adhuc in summitate corradimus: si tamen pro amico mensuremus, non id curamus. Sic ergo nos cum pro Christo virtutes exerceamus, non debemus esse tam parci, vt solũ præcepta impleamus, quin
B potius etiam consilia quoad possumus seruemus. Illi quidem cumulate etiam mensurant qui nõ solum salute sua contenti sunt, sed etiam salutari exemplo & consilio, proximos erudiũt. Vnde dicebat beata virgo in suo Cantico, Magnificat anima mea dominum: nam talis quidem suo exemplo videtur quodammodo Dei gloriam magnificare. Item Dauid dicebat, accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus Altitudo cordis est spernere hæc mundana, & ascendere ad cælestium contemplationem, & ita iste qui hoc præstat, videtur Deum exaltare. Dices tu, difficile quidem esse iter ad perfectionem, & multas obuiam fieri cõtra
C dictiones. Quod sane quanquam verum sit, nihilominus tamen considerare debes quantopere Deus seruis suis faueat. Nam vt inde potissimũ ordiamur, vide quæso quomodo Deus Hebræis auxiliaretur, cum enim tot haberent hostes videlicet Moabitas, Ammonitas, Idumæos, & alios, non tamen ab ipsis infestabantur cum ad templum accedebant ter in anno, nec eorum bona furabantur: quin potius Deus eorum familias interim dum ipsi seruiebant, sub protectione sua ponebat. Vnde & dicebat ipsis, cũ dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendẽte & apparente te in conspectu domini ter in anno. Nec mirum
D sane quod ita viriliter Deus eorum bona & pecora custodiret, siquidem vt dicit Isa. Loquens de eius Potentia, quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam cum occurrerit ei multitudo pastorum &c. Sic descendet dominus exercituum vt prælietur super montem Sion. Vide quomodo propter eius potentiam, eum leoni comparat. Vnde facile colligere possunt serui Dei quam securi sunt sub talis Domini protectione: & ita per Isa. irridet eos qui de aliorum patrocinio potius confidunt, cum dicit: væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt. Cũ igitur Deus tibi aliquid præcipit, ipse difficultates tollit, & rẽ suauẽ reddit, sicut cõstitit in diuisionibus

*Matth 5.*
*Ad perfectionem tẽdamus.*
*Simile.*
*Consilia etiã seruemus quoad possumus.*
*Exemplũ bonũ plurimum prodest.*
*Luc. 1.*
*Psal. 53.*
*Fauet de' seruis suis*
*Exempla*
*Exod. 34.*
*Defendit Deus sperãtes in se.*
*Isa. 31.*
*Magnus defensor noster de'.*
*Isa 31.*
*In deo potius quam in rebus terrenis confidamus*

*Psal. 135.* aquarum maris rubri, & Iordanis, & populus transiret. Sic videmus quod quidẽ Deus præcepisset Hebræis vt in septimo anno non seminarent terrã, & cũ possent dicere Hebræi, quid ergo tunc comedemus; Respondit huic tacitæ obiectioni statim dicẽs, dabo vobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructum trium annorum, feretisque anno octauo, & comedetis fruges veteres vsque ad nonum. Si ergo cum virtutem exerces, sese tibi offeret aliqua difficultas, in Domino confide, nam ipse te ad montẽ ducet, & ibi pascet spirituali refectione. Deum ergo semper ante oculos habeamus sicut faciebat Dauid qui dicebat, prouidebam dominũ in conspectu meo semper. Qui enim non ita faciunt, euanescunt in cogitationibus suis & pereunt. Vnde idem Psal. ait, non est Deus in cõspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Sed dices, huiusmodi quidem consilia esse remittenda ad ipsos religiosos, non ad eos qui in mũdo versantur. Veruntamen responde obsecro bone vir, esset ne optimum remedium, vt cum instat ruina alicuius nauigij, ipse temo, arbor, & alia eius gubernacula proijcerentur & adimerẽtur? annõ ipsos naucleros qui id facerent, stultos iudicares? Sic vtique stultus iudicandus es, qui cum in medijs tempestatibus & procellis huius seculi verseris, negligas ea pręsidia quæ maxime ad salutem tuam faciũt, & ea solis religiosis velis vsui esse. Sane de ijs qui cupiũt in virtute semper proficere, ait Ioan. erunt omnes docibiles Dei, idest erunt apti diuinæ doctrinæ percipiendæ. E F G

*Leui. 25.* *Vide quomodo De' tollat difficultates nostras.* *In diuino fauore cõfidamus* *Psal. 15* *Psal. 9.* *Simile.* *Spiritualia remedia conquiramus sẽper.* *Proficiamus semper in virtute.* *Ioan. 6.*

Porro illi qui cælestem vitam imitantur, & qui terrenam, videntur significari illa promissione quam dedit Deus Abrahę, cũ ait quod daret illi generationem sicut puluerem terræ, item sicut stellas cęli. Sane res terrenæ non mouentur nisi propter seipsas, at vero res cælestes etiam mouentur propter hæc inferiora: sic ergo mali & terreni homines non mouentur nisi tantũ propter terrena sua commoda: vnde Apost. ait, sua quærentes, non quæ Iesu Christi: at vero viri spirituales tanquam stellæ quædam mouẽtur etiam propter commoda suorum proximorum. Sic enim Apost. dicebat, omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur. Item iusti dicuntur cælum, propter suum motum opportunum, tam in hyeme, quam æstate, conformant enim se voluntati diuinæ tam in aduersis, quam in prosperis. Et certe debemus aduertere quod cum in lege gratiæ versemur, magis ad perfectionem tẽdere debemus quam olim in lege veteri, cum pluribus etiam exemplis abundemus, & plures habeamus fauores diuinos. Vnde Apo. ait, peccatũ in vobis non dominetur, nõ enim estis sub H

*Gen. 13.* *Gen. 15.* *Phil. 2.* *2. Tim. 2.* *Simile.* *Ad perfectionem sẽper tendamus.*

A estis sub lege, sed sub gratia. Cognoscitur autem maxime perfectio veri Christiani, cum patienter sustinet iniurias, cum eas non sit meritus. Vnde Petrus ait, hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiã sustinet quis tristitiã patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes & colaphizati sustinetis? sed si benefacientes patienter sustinetis, hęc est gratia apud Deum. Vide quomodo ex hoc loco cognoscatur error eorum qui dicunt cum ignominia afficiuntur, ego quidem si vere de me hæc dicerentur, patienter sustinerem, nunc vero cum falsa sint, quis quæso patien B ter poterit sustinere?

*Hie. 2. Iniurias propter Deũ patiẽter sustineamus. Patientiã habeamus in aduersis.*

*Altis etiam & praeclaris cogitationibus ad perfectionem tendimus.*

SAne possumus etiam per sanctas cogitationes ad perfectionẽ tendere, & propter harũ inopiam sæpe perimus. Noluit quidẽ Deus vt ad prælìandum admitterentur illi qui præcipitarẽt se ad aquas vt biberent, sed potius qui considerate biberent: non debemus ergo nos præcipitare in terrenas cogitationes. Nam sicut in aquis reperiuntur hirudines, & alia huiusmodi animal C culi: sic in rebus terrenis reperiuntur mala multa aeque incommoda. Multos quidem videas qui præclara opera facere proponunt, & tamen ea nunquam executioni mandant, item alios videas qui iniurias statuunt condonare: & tamen nunquam id præstant, ne sibi dicatur quod sint pusillanimes: item alij desiderant moderate viuere & indui, & tamen famulos suos timentes, id facere non audent, ne ipsos suggillent auaritiæ: statuunt etiam alij sacramenta frequentare, & tamen non audent, ne dicantur hypocritę, neque etiam audent templa visitare: proponunt quoque nonnulli visitare hospitalia, & in carcere positos, atque pau D peribus eleemosynis suis subuenire, & tamen id executioni nõ mandant metuentes inanem gloriam. Certe inter alia media quibus Holophernes vsus fuit ad Bethuliam expugnandam, fuit destructio omnium canalium & meatuum ipsius aquæ: sic ergo dæmon conatur bona opera nostra subuertere, aqua gratiæ irrigata, vt hoc pacto non possimus salutem consequi in motu perfectionis: item ipsam aquam sacramentorum conatur nobis impedire, alijs dicens quod ipsis non sint profutura sacramẽta, sicut hæreticis: alijs vero multos inijcit scrupulos in receptione ipsorum: alijs dicit quod hypocritæ vocabuntur. Caueant ergo singuli, neque erubescant publici vocari serui Dei, sed dicant cum Apost. non erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutẽ omni

*Iudi. 7. Simile. Considerate nos geramus. Ambitionem humanam non sectemur. Mundani temere iudicant. Iudi. 7. Bona opera conatur dæmon impedire. Sacramẽtorũ receptionem conatur dæmon impedire. Rom. 1.*

omni credenti. O quam multos ascendere Deus facit ad conside E
rationem peccatorum suorum, vt pænitentiam agant de ipsis, & tamen nihil volunt præstare boni, sed sicut ostium voluitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo: & ita tales semper iacent in peccatis quidem suis, & timent vbi non est timendum. Leo est in via dicit piger, & leæna in itineribus. Timere quidem debes miserabilis homo pœnas inferni, sed non debes habere huiusmodi ridiculum pigritiæ timorem, sed potius leonē de Tribu Iuda; si enim sanctas sequaris Dei inspirationes, secure viues, & tibi quadrabit illud Pro. 31. accinxit fortitudine lumbos suos, F
roborauit brachium suum: fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Porro ascendamus in montem cōsiderationis æternorum & linquemus hæc temporalia. Sic Deus ne sentiret Adam eductionem costæ, de latere suo, immisit in eū soporem & considerationem æternorum, aliter enim non modo eductionem costæ sentiemus sicut educta fuit Adæ, & cauteriū nobis datum sentiemus, sicut datum est sancto Thomæ, sed etiā grauissime feremus, vel vnius tantum argentei nummi iacturam. Ad talem autem rerum æternarum considerationem, primum cōducit solitudo ipsa, & propterea Christus hanc turbam in solitu G
dinem ducebat. Refert quidem D. Anton. quod aliquis diceret Socrati se concessisse quidem in solitudinem, & tamen ibi non inuenire quietem spiritus, dixit ei Socrates, num adhuc seipsum reliquisset, quo respondente, minime, ait Socrates, tu ergo nondum plane in solitudine versaris, atque idcirco non est mirum si quietem non inuenias. Hinc etiam fit vt multi religiosi cum seculum reliquerint, nondum tamen animi quietem inueniant, quia scilicet seipsos non dereliquerunt. Non ita se gerebat Apostol. qui dicebat, vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato. Hoc pacto igi- H
tur sancti viri seipsos abnegabant vt ad perfectionis montem conscenderent. At vero impij simul atque se paulum à mūdo abduxerint, statim sibi videntur perijsse, & ad vomitu reuertuntur: sicut Hebræi cum Moyses ipsos ad alta proueheret, dicebant, constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. Nec vero contenti esse debemus solo ascensu ad præclara proposita, quin potius illa debemus etiam ad opera reuocare, quæ nos etiā post mortem comitentur. Nos quidem amicum nostrum tantum ad sepulturam comitamur, at vero bona opera cum vsque ad cælum ducunt. Vnde Apoc. 14. dicitur, opera enim illorum sequūtur illos. Non dicit quod fides sola eu comitabitur mortu-, aut

sola

*Pro 26.* *Simile.* *Pro. 26.* *Pro. 31.* *Considera tio sancta quantum conducat.* *Gen. 2.* *D. Aton. 1 P. Histo* *Quies spiritus quomodo paretur.* *Rom. 6.* *Res mundana nos plurimum impediūt.* *Num. 14.* *Opera bona prosequimus.* *Apo. 14.*

A sola bona proposita, sed opera, quia fides sine operibus mortua est; multi quidem solis propositis & institutis præclaris tanquã floribus contenti sunt, cum tamen dicat Ecclesi. flores mei fructus honoris & honestatis. Neque hoc ita velim existimes, vt nõ conducant plurimum sanctæ cogitationes & intentiones, nam certe plurimum potest sancta voluntas apud Deũ, cũ deest facienti facultatas.

*Iaco.2.* *Ecclesi.24* *Proposita sancta ad rem conferantur.*

*Perseueremus semper in virtute.*

B *Pi sedebat cum discipulis suis.* In his quidem verbis significatur perseuerantia in virtute quam habere debemus, cuius quidem defectu multi pereunt. Videas certe aliquos magnificam domum à fundamentis firmissimis erigere incipere, adeo vt omnes in admirationem rapiantur cum id vident, & tamen accedit inopinata mors, & totam eorum machinã eneruat & debilitat, nec postea reperitur qui huiusmodi ædificium prosequatur, imo & quæ iam extructa fuerant paulatim corruunt: sic etiam videas aliquos inchoantes magnum aliquod perfectionis ædificium, C vt frequentationem ieiuniorum, & sacramentorum, atque mortificationis, tanto quidem cum spiritu & feruore, vt videantur breuissimo quodam tempore amplissimos perfectionis progressus esse facturi: at vero paulo post refrigescit hic ardor & feruor, & hoc quidem pacto quæ prius inchoata & cępta fuerant eneruantur & destruuntur. Mira sane est laus & excellentia perseuerantiæ in virtute, quã tamen ita negligimus, vt vix per spatium breue in ea perseueremus, & stabiles ac constantes simus. Quin potius sumus instar illorum de quibus Dauid dicit, filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die D belli, & ita non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Videbis certe aliquos firmiter statuentes, quod si ab infirmitate aliqua sanentur, religiosi fient, vel si ab aliqua tempestate & periculo incolumes euadunt, vitam suam diligentissime emendabunt: at vero postea hoc ipsum facere negligunt, vel si facere incipiant, statim præclara cæpta deserunt & dimittunt. Aliter quidem in sanctis institutis & propositis, atque cęptis perseuerabat Hier. qui dicebat scribens ad Eustochium: memini me clamantem, diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret domino imperante tranquillitas.

*Simile.* *Perseueremus in præclaris cæptis.* *Infirmi sumus in virtute & inconstantes.* *Inconstantia maxima nos desides reddit.* *Psal. 77.* *Bona instituta statim dimittim⁹.* *D. Hie. ad Eusto.*

Porro de illis quidem qui firmissime in virtute perseuerant

dicit

dicit Regius vates, erit tanquam lignum, quod plantatum est E
secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempo-
*Psal.1.* re suo,& folium eius non defluet, & omnia quęcunque faciet,
semper prosperabuntur. De inconstantibus vero, & his qui nō
*Constantes & inconstantes quibus comparentur.* perseuerant, ait: non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quē
proijcit ventus à facie terrę: ideo non resurgunt impij in iudi-
cio, neque peccatores in consilio iustorum. Quę cum ita sint, au
diamus Apostolum salutariter quidem dicentem, optimum qui-
dem esse, gratia stabilire cor, hoc est firmiter & constanter in vir
tute perseuerare: idcirco enim Deus nos condidit, vt benefaciē- F
tes, beatitudinem sempiternam consequamur. Vnde Christus
*Hebr. 13.* ait apud Ioannem, posui vos, vt eatis,& fructum adferatis,& fru
ctus vester maneat. Sed nos non ita facimus, quin potius statim
*Ioan 15.* sanctas & diuinas inspirationes obliuiscimur, neque secundum
eas operamur. Vnde Apostolus, nos monet dicens, propterea
*Hebr 2.* abundantius oportet nos obseruare quę audiuimus, ne forte
pereffluamus. Damascenus quidem dicit, quod homo sit instar
*Damas.* porosi cuiusdam vasis, vel perforati, quod nisi probe vndique
*Simile.* tegatur, præterfluit: sic etiam homo nisi vndique se probe cu-
stodiat, cadit à virtute, & deterior redditur in dies, & propte G
rea debet perseuerare in virtute. Vnde vt Pau. ait, intermittētes
*Proficiamus semper in virtute.* inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur. Vt
autem Christus nobis perseuerantiam in virtute commenda-
ret, ait, memores estote vxoris Loth. De qua satis intelligimus
quod in statuam salis conuersa sit: veruntamen duo præsertim
*Hebr. 6.* difficultatem quandam continere videntur, nempe cur tam atro
*Luc. 17.* citer fuerit punita hæc mulier, cum esset fragilis & debilis, ex co
*Quest.* dumtaxat quod retro aspexisset, & præsertim cum occasionem
*Resp.* aliquam habere videretur respiciendi retro. Sed dici potest quod
in figuram factum sit, supplicij illorum qui non perseuerauerint H
in virtute, sed ab ea destiterint, cum præsertim iam manum ad a-
ratrum posuerint. Nullus ergo reuertatur ad vitia quæ dimisit,
*Luc.9.* tanquam ad vomitum. Potest etiam queri cur magis hæc mulier
in salem conuersa fuerit, quam in aliam rem? Ad quod potest
*Quest.* responderi, quod sicut sal semper in mensa apponitur, sic etiam
*Respon.* voluerit Deus vt huiusmodi exemplum tanquam salem semper
in mensa memoriæ nostrę apponamus & conseruemus. Vnde
Christus ait, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.
Item vt nos exemplo suo doceret perseuerantiam in virtute, no
*Mat. 10.* luit descendere de Cruce, quamuis ipsi improperarent, dicentes,
si filius Dei est, descendat de Cruce, & credemus in ipsum.

Mirum

A Mirum sane est quod Salomon primam templi ædificationem absoluerit septem annis, & tamen in reædificatione consumpserunt 46. annos, nec tamen tam pulcherrimũ opus effecerunt: vt inde intelligamus quod vbi quis declinauerit à virtutis prosecutione, magno conatu postea & labore indigeat ad feruorẽ pristinum recuperandum. Vnde Iob dicebat: quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, sicut fui in diebus adolescentiæ meę, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? Quæ quamuis ita sint, tamen sicut pueri vacillamus. *Mat. 27. Mar. 15. 3. Reg. 6. Ioan 2. Recidiua quantũ nocent. Iob. 29.*

B Vnde Paul. nos monet ne simus paruuli fluctuantes. Item Iob dicebat, donec deficiam, nũquam recedam ab innocentia mea. Quare imitemur Dauidem, de quo dicit scriptura quod semper ibat proficiens, & crescens, & erat seipso robustior. Siquidem de inconstantia in virtute conqueritur Deus apud Isa. cum ait, væ genti peccatrici: & addit, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, alienati sunt retrorsum. *Hebr. 12. Iob. 25. 2. Reg. 3. Isa. 1.*

## APPENDIX.

C *Et sequebatur eum multitudo magna.* Non ita nos facimus, quin potius statim vel propter frigus, vel propter æstum, vel propter Ecclesiæ distantiam, concionem dimittimus, cum tamẽ videamus istos tantis propositis laboribus, non propterea negligere verbi Dei auditionem. *occasiones quærimus quo minus Deo seruiamus.*

*Vnde ememus panes?* Non ita hodie soliciti sunt plerique vt pascant pauperes, sed potius vt ventrem suum expleant cibo & potu, atque domos suas diuitijs exornent, & aulæis, ac varijs ædificijs. *Multi sũt crudeles erga pauperes.*

*Colligite.* Si Deus non vult hęc tam minima deperire, cur D obsecro te, vniuersum patrimonium tuum prodigis, & inaniter consumis in rebus inutilibus, in ludis & compotationibus? Annon vides quod postea in mille incurres incommoda, nec poteris familiæ tuæ, & pauperibus benefacere? *Prodigalitas detestabilis*

*Quia hic est vere Propheta.* Multos his similes videas, qui tantum Deum laudant, & ipsi gratias agunt in prosperitate. Vnde Psal. 49. confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Imo & aliquos reperias tam inhumanos qui nunquam Deo gratias agant pro beneficijs acceptis. *Multi reperiuntur adulatores Psal. 48.*

## DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE. E

### CONCIO QVARTA.

*Subuenit nobis Deus in opportunitatibus.*



BIIT Iesus trans mare Galilae, quod est Tyberiadis. F
Ioan. 6. Considera obsecro quanta in necessitate ver
saretur hæc turba in deserto, cui tamen subuenit Chri
Dan. 2. stus Dominus in tempore opportuno dans ei escam:
*Mūdo sub* Hic enim Dei mos vt seruis suis subueniat cum maioribus præ-
*uenit deus* muntur necessitatibus. Sic enim cum in statua Babylonis hoc est
*in maiori* in mundo, post caput aureum iam tādem deuentum esset ad pe-
*necessita-* des fictiles ita vt tam Hebræi quam gentiles in maximis miserijs
*te.* versarentur, tunc quidem abscissus est lapis de monte sine ma-
*incarnatio* nibus, hoc est venit filius Dei factus homo non ex virili semine,
*nis figura* vt mundum restauraret. Vnde Apost. hoc significans, ait: quan- G
Gal. 4. do venit plenitudo temporis &c. Quæ plenitudo potest etiam
Ose. 6 intelligi abundantia miseriarum: Tunc ergo venit filius Dei fa-
ctus homo. Hinc etiam Ose. ait, vt pluuia serotina, & quasi im-
ber &c. quia huiusmodi pluuia tunc decidere solet, cum terra ma
3. Reg. 12. xime indiget aqua. Sic etiam videmus quod cum Hieroboam vi
tulos conflasset in perniciem multorum, tunc quidem opportu
*in oppor-* ne prouidit Deus Elisæum & Eliam, qui contra huiusmodi flagi
*tunitatib'* tium prædicarent. Sic ergo modo Christus opportuno tempore
*prouidet* subuenit huic famelicę turbæ. Porro volens Deus ostendere quā
*nobis de'.* tam gerat curam suorum in necessitate, tractans de laqueis qui
Exo. 31. busdam quos intēderant Moabitæ & Amorrhæi, ipsis Hebręis, H
ait: sicut fecit in mari rubro, sic fecit in torrentibus Arnon, sco
*Deus suos* puli torrentium inclinati sunt vt requiescerent in Arnon, & de-
*a periculis* cumberent infiniti Moabitarum: quos scopulos dicunt He-
*eripit.* bræi esse specus quasdam vbi varij bellatores abscōdebantur ex
pectantes in insidijs ipsum populum Israeliticum. Sed Deus
*Cōfidam'* super ipsos inclinauit scopulos, & ibi perierunt. Vnde illuc
*semper in* peruenientes duces cum scirent hæc mirabilia, animabant po-
*domino.* pulum Hebręum dicentes, sicut fecit in mari rubro, sic faciet
in torrentibus Arnon. Vide ergo quomodo Deus suos defen-
dat in maioribus necessitatibus: ac propterea semper in ipso cō
Deut. 20. fidamus, & humanos timores abijciamus. Vnde ait, quis est ho-
mo formi

A mo formidolosus & corde pauidus? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse perterritus est. Varijs ergo modis solet Deus suos à malis liberare. Sic videmus quod populo Israelitico cum fugeret à facie Pharaonis, præcepit Deus vt montem iuxta rubrum mare ascēderet, & ibi castrametaretur ante conspectum ipsius Pharaonis, & ita magis indignaretur contra Hebræos, & ipsos persequeretur, atque hoc modo submergerentur Ægyptij, & populus Dei liberaretur, cum magis timebat præ tanto exercitu, & præsertim B cum se videret circundari à rubro mari: atque ita vberiores Deo gratias ageret. Sic ergo huic turbæ famelicæ subuenit Christus in maiori eius necessitate & opportuno tempore.

*Fauorē diuinum imploremus.* *Exo. 14.* *Fauet de' suis in maiori angustia.*

Vide quomodo cum deficiunt nos hominum solatia & remedia, tunc præsertim Deus nobis faueat: nam certe in transitu maris rubri & transitu Iordanis, ita transitum præparauit populo, vt nec luto quidem aliquo inquinarentur calcei eorum. Monet nos igitur Deus & inuitat, vt in necessitatibus ad ipsum confugiamus, & nobis fauet & auxiliatur, non tamen ita se gerit mundus, quin potius sæpe mentitur in suis promissis, & C quando aliquid concedit alicui, iam tunc videtur res desperata. Deus vero etiam in præsenti vita incipit quandoque munera cælestia suis impartiri, sic enim Paulus raptus est ad tertium cælum, imo etiam statim atque conuersus est, sustentabatur absque cibo & potu per aliquot dies, sola dulcedine cælestium mysteriorum, vt docet Diuus Thomas. Et ita etiam huic turbæ iam antequam famesceret, ipsi Christus mensam paratam habebat. Vnde Dauid ait, Tu exurgens Domine misereberis D Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Et cum tres pueri versarentur in fornace Babyloniæ, ibi angelus fecit quasi ventum roris flantem, & non contristauit eos ignis. Item de oppresso populo dicebat Deus, educam exercitum meum, populum meum, filios Israel de terra Ægypti. Vide obsecro quanta verborum dulcedine vtatur, vt inde intelligas quam libentissime id faciat: si aliquando nos pati sinit aliquantulum, ideo id facit, vt experiamur prospera & aduersa, & in vtrisque simus exercitati. Vnde Apostol dicebat, ne magnitudo reuelationum extollat me &c sic etiam dicebat Deus Beato Antonio, quod maxime gauderet videns ipsum quidē Antoniū tā strenue & viriliter præliari. Sperare debet homo bonū repromissū: licet differatur: nā multis annis expectauit Abrahā filiū, quia cētenarius erat quādo natus est ei Isaac.

*Iosue 3.* *Psal. 9.* *Mundus pessimus retributor* *Optim' remunerator Deus.* *2. Cor. 12.* *Tho. in 2. ad Cor. 12.* *Psal. 101.* *Exo. 3.* *Exo. 7.* *Liberalissim' est ac' in beneficiis conferendis.* *2. Cor. 12.* *Gen. 21*

A Cæterum maxima ad miratione dignum est, quod videamus propter tantam curam quã gerit Deus nostri, tanta sortiri nomina. Siquidem apud Oseam ait, ego quasi nutritius Ephrain, portabam eos in brachiis meis. Et apud Isa ait, nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nõ misereatur filio vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui: dicitur Redẽptor noster, frater noster, amicus, gallina, magister, pater, sponsus, pastor, & denique varijs alijs nominibus se appellat, vt cum fiducia ad eum accedamus, & in ipso speremus. Si igitur tantũ confidimus de potenti aliquo homine, cur nõ magis de auxilio domini confidemus? Narrat quidem Vale. Max. quod Cosdrus

B rex Atheniẽsium contra Dorenses belligerans, antequam vtrinque consererent manus, voluit consultare Appollinẽ de belli successu, qui respondit quod victoriã non adipisceretur nisi in bello moreretur: quod cum Dorenses resciuissent, publicarunt in exercitu suo, vt nullus Cosdrum interficeret: id intelligens Cosdrus cum tantopere victoriam & liberationem suorum desideraret, assumpto habitu militari infimi cuiusdam militis se in acriori conflictu exposuit, atque ita mortuus est, & victoriam comparauit ipsius exercitus. Si igitur hic Barbarus homo tantam salutis exercitus sui curam gessit, quanto magis de cura & prouidẽ-

*Exẽplum bonũ plurimum cõducit.*
*Osea 11.*
*Isa. 49.*
*Magnam Deus nostri curam gerit.*
*Val. Ma.*
*Exemplũ*
*Prælati & superiores quãta pro subditis pati debeant*

C tia domini confidere debemus? *Vnde ememus panes?* Vide quantam gereret solicitudinem Christus huius turbæ pascendæ. Non ita aliqui prælati se gerunt, qui potius suis commodis inhiant quam subditorum. Hanc quidem differentiam inter cæteras cõperio inter hirundines, & vespertiliones siue nicticoraces, quod scilicet illę seligunt sibi templa vt ibi nidificent & cantent, at vero nicticoraces, vt lampades oleo exhauriãt. Sic ergo boni prælati in suis Ecclesijs cantant, & prædicant, & docent, at vero qui

*Simile.*

D mali sunt, solum lucra temporalia quærunt. Moyses quidem ex iussu Dei constituit in propitiatorio duo Cherubim, tum etiam Salomon duo effecit, at vero qui effecti sunt à Moyse, ipsum propitiatorium contuebantur, at vero illi quos Salomon effecerat, contuebantur ostium templi: illis ergo similes sunt boni prælati, qui propitiatorium respiciunt, idest gloriam & honorem Dei, & subditorum salutem: istis vero similes sunt mali prælati, qui tantum ostium contuentur, quo ad ipsos ingrediuntur redditus & vectigalia, nõ curantes interim salutẽ subditorũ.

*Pastores boni & mali in quo differant.*
*Exo. 25.*
*3. Reg. 6.*
*Non idem intendunt omnes prælati.*

*Quam reuerenter sit sumendum Eucharistia sacramentum.*

F*Acite homines discumbere, erat autem fœnum multum in loco: discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo*

*Iesus panem, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Si attente hæc verba consideremus, inueniemus quidem hic describi modum, quo ad sacram Eucharistiam accedere debeamus: prius enim debemus discumbere, & considerare quod sumus sicut fænum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Vnde Isa. ait, omnis caro fenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri: hac quidem consideratione nos præmunire debemus, & ita satiabimur in tanto conuiuio, & mirabimur sicut isti qui dicebant, quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum: figura sane fuit hoc conuiuium, sanctissimæ Eucharistię abundantissimę & copiosissimæ, atque idcirco voluit hoc sacramentum instituere in magno cænaculo & egregie ornato. Vnde Euangelistę id narrantes, dicunt dixisse dominum cum mitteret discipulos ad dominum domus, & ipse ostendet vobis cænaculum magnum stratum, & ibi parate. Mirum sane est, quod cum in stabulo nasci voluerit, & in præsepio poni, atque pauperem vsque adeo vitam ducere, vt non haberet vbi caput reclinaret, nihilominus tamen qui etiam præterea in angusta Cruce mori voluit, & in angusto recondi sepulchro atque alieno, voluit hoc sanctissimum sacramentum in loco ornatissimo instituere, & bene præparato, vt inde discamus quantam adhibere debeam' præparationem ad tam diuinum sacramentum suscipiendum, quod tantam nobis largitur gratiam, & tam cælestia dona. Vnde Dauid ait, & panis cor hominis confirmet. Sed dices quid ergo in causa est, quod cum tam sæpe hoc sacramentum sumamus, nihilominus tamen, tam parum proficiamus? Et certe illud in causa est, quia indigne ad illud accedimus. Nescio plane quorsum tam negligentes simus in ea re, ad quam si præparati accederemus, maxima inde referremus emolumenta. Sane sicut pueri terram comedentes, quamuis selectissimis vescantur cibis, nihilominus tamen pallidum habent colorem, & cibi nihil ipsis proficiunt: sic vtique qui terrenis nimiū adhęrent, quamuis sæpe Eucharistiam suscipiant, modicos tamen inde fructus sibi comparant, quin potius non videntur ostendere egregium virtutum colorem, sed potius debiles sunt in præclaris operibus exercendis: hincque fit vt quamuis multi ad hanc mensam accedant, pauci tamen Christum tangant. Vnde apud Mar. dicitur, quod cum turbę Christum comprimerent, nihilominus tamen ipse quærebat, quis me tetigit?

*Mat. 6. Luc. 12. Isa. 40.*

*Euchari-stia cōuiui um ineffa-bile.*

*Mar. 14. Luc. 22.*

*Mat. 8. Luc. 9.*

*Quā reuerenter sit tractandū Eucha. sacramentū*

*Psal. 77.*

*Parū proficimus ex tanto Euc. sacramēto propter culpam nostram.*

*Simile.*

*Mar. 5.*

*Quāpariū ex Euch. proficiamus.*

Mirum certe est, quod videamus rudes mulierculas accedentes passim ad sumendum tantum sacramentum cum magna deuotione

F G H

A deuotione & lachrymis, cum interim videamus multos viros do ctos qui id nequaquam prestent. Vnde videmur hoc loco posse commode applicare illud Mat. 8. Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Videas certe in oppidulo aliquo vel pago mulierculam aliquam deuote communicantem, vbi tamen vix vmquam intersunt prædicatores, sed tantum rudis aliquis sacerdos, & tamen in magnis ciuitatibus vbi abundant prædicatores & confessores multi, rarissi-

B me id videas. Tales vtique similes mihi videtur salicibus, & alijs id genus arboribus, quæ quidem quamuis secus aquas plantatæ sint, nullum tamen ferunt fructum, sed solam viriditatem: sic ergo isti quamuis in magnis viuant ciuitatibus vbi est doctrinæ abundantia perexiguos dant virtutis & sanctitatis fructus. Qui certe merentur supplicium illud quod habetur apud Hier. cum dicitur, & mittam eis venatores multos, & venabuntur eos: & subdit, & reddam duplices iniquitates eorū, & peccata eorum, quia contaminauerunt terram meam, quoniam scilicet nolunt proficere ex mea abundanti doctrina. Caueamus igitur ne ad tā

C tremendum & sacrosanctum Eucharistiæ cibum, in digne accedamus, & ne Deum offendamus in domo sua propria, & templo sancto suo. Dixit quidem Deus Moysi, solue calceamentū de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est: si igitur tanta opus erat pręparatione vt accessus fieret ad huiusmodi desertum locum & solitarium, quanto maiori opus erit, vt ad tam sacrosanctum accedas sacramentum? Si vt ad rubum ille accederet, ita se præparare debebat, quanto magis præparare nos debemus, vt ad Deum accedamus? O magnam liberalitatem & magnas diuitias tanti conuiuij! Hactenus quidem dicebamus, tan-

D quam magnum quidpiam, anima mea in manibus meis semper: nunc vero iam possumus dicere, Deus in manibus meis, Deus in ore meo, Deus in pectore meo. O nos felices, si pro tanto beneficio dignas egerimus Deo gratias! figuram quidem habemus in manna, huius celeberrimi conuiuij, cuius suauitatem cum gustarent olim Hebræi, dicebant, Manhu: nam Man in Hebræo donum significat, & hu, id est hoc, quasi dicerent, hoc est vere magnum & insigne donum Dei: vnde & dicitur, appellauitque nomen eius man, id est donum. Quanto igitur magis hoc cæleste donum, cuius illud vmbra tantum erat, venerari debemus?

*Mat. 8.*

*Gustus cælestes & dulcedinē dat Deus quib' vult*

*Simile.*

*Hie. 16.*

*Exo 3.*

*Quomodo ad Euch. accedere debeamus*

*Psal. 118.*

*Insignis Euch. maiestas.*

*Exo. 16.*

*Insigne Dei donū est Euch.*

Sane inter omnes nationes, hãc sibi Christianorũ nationẽ De⁹ E
peculiariter delegit, quæ cæteris esset exẽplũ & norma sanctitatis.
Quod videtur significari, cũ ait Christus, sic luceat lux vestra co
*Mat.5.* ram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent pa-
trẽ vestrũ qui in cælis est. Et certe plurimũ scãdalizãtur alię natio
nes, cũ vidẽt pessimum viuendi modũ aliquorũ Christianorũ, si
*Hebr.11* qdẽ De⁹ plurimi facere videtur quod De⁹ bonorũ appellet. Vn
*Boni ma-* de Pau. ait, nõ cõfunditur Deus vocari, Deus eorũ. Siquidẽ aliæ
*gnificant* nationes dicunt, ô quã bonus est Deus Christianorũ, qui talẽ ha F
*Deum &* beat familiã. Cõtra vero videtur cõfundi quod appelletur Deus
*exaltant.* malorũ Christianorũ. Vnde apud Ezechi. ait: fili hominis, dom⁹
*Ezec.36.* Israel habitauerũt in humo sua, & polluerũt eã in vijs suis, & in-
*Mali vi-* studijs suis: atque ita dispersit eos Deus per alias nationes, quę cũ
*denturquo* viderẽt eorũ vitã deprauatam, dicebant: hiccine est populus, pro
*dammodo* pter quem tot mirabilia fecit Deus? Itaq; mali quãtũ in se est vi-
*Deigloriã* dentur quodammodo Dei gloriã obscurare. Plurimũ ergo tam
*obscurare* apud Indos, quã apud alias nationes debẽt Christiani, conseruare
*Exemplũ* bonũ nomẽ & famã, laudabileq; virtutis exẽplũ exhibere, ne blas
*prauũ da* phemare faciant nomẽ Dñi. Quid enim exterę nationes dicent, G
*re non de-* cum videbũt nos crebro ad sacrosanctã Eucharistiã accedere, &
*bemus.* tamẽ mores nostros nõ emendare? Quod dicamus vitã nobis ab
*Multi scã* hoc sacramento dari, & tamẽ opera mortua & mortifera exhibea
*dalizãtur* mus? Quod videant nos cupidos, ambitiosos, crudeles, & tyran-
*vidẽtes* nos? Quomodo ex tali Balsamo, dicent, tãtum nascitur venenũ?
*quorundã* Certe si aspide & Basilisco vescerẽtur, non viderẽtur perinde im
*Christiano* puri & veneno affecti. Non igitur decet fratres exteras nationes
*rũ depra-* male viuendo scandalizare, sed potius bene viuendo, nomen
*uatã vitã.* Christianum vbique extollere in laudem & gloriam Dei.

*APPENDIX.*

*Facite homines discumbere.* Sed quid de mulieribus dicis bone H
*Mulieres* Christe, vbi discumbẽt, & præsertim hæ nostræ quæ defessę sunt
*quæ sibi ni* gestãtes tam altas crepidas & sandalia? Caueant ergo sibi si hac in
*miũ pla-* re, & alijs huiusmodi vanitatibus, sibi nimium placent, & ali-
*cẽt, quam* quos scandalizant, siquidem non poterit non adesse ipsis locus
*sint repre-* in inferno.
*hendẽda.*

*Facite homines discumbere.* Rebus quidẽ ordinatis delectatur
*Sapi.11.* Deus, ac propterea omnia fecit in numero, pondere, & mensura.
*Rom.13.* Et Roma.13. dicitur, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sane quam
*Exo.16.* uis terra abundaret manna, tamen iubebat Deus illud mensura
distribui: vt inde intelligas quam in omnibus actionibus & moti
bus tuis, debeas decentia quadam & moderatione vti.

Feria secunda

A *FERIA SECVNDA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO PRIMA.

PROPE *erat Pascha Iudaeorum &c.* Ioã 2. vide ob secro quo tempore in emendo & vendendo se occuparent scribæ & Pharisæi, ac sacerdotes, cum potius diuinis obsequijs intendere deberent propter *Simile.*
B imminens festum Paschæ. Sunt aliqui viri Ecclesiastici similes Saturno, qui est planeta cælo propinquissimus superiori, ac ideo deberet eius influentiam cæteris plenius participare, & tamen est planeta tardus, terreus, retrogradus, ponderosus, & pallidus: ita ipsi cum semper versentur in templo, & propterea debeant sanctiores esse, sunt tamen dediti magis auaritiæ, & magis lucro inhiantes, quales erant isti scribæ & pharisæi: quoniam autem ex malis ministris damna multa manare solent, id circo Christus dominus eos primum curandos assumit, vt ita causa cessante, mala ipsa quæ inde proueniunt cessent. Et certe *Ecclesiastici debent esse irreprehensibiles.* *Simile.*
C sunt templi ministri tanquam cor in corpore, epar, aut ventriculus, quæ mẽbra si læsa sint, totum etiam corpus in languore est. ita enim hi si peruersi fuerint reliquum vulgus quodammodo inficitur atq. corrumpitur. Et sicut fons si veneno aspergatur, vrbem totam interimit, ita isti si deprauato fuerint animo & exẽplo, cæteros inficere solent, ceu etiam in macello si deprauatæ væneant carnes, ciuium læduntur corpora, ita si prauam isti eruditionem suggerant, cunctorum animi ciuium deprauantur. *Et cum fecisset quasi flagellum.* Obserua quod non dicitur flagellum sed quasi flagellum, quia significatur quod flagella quæ nobis *Simile. Ecclesiastici si mali fuerint quantum noceant.* *Calamitates hæ si ad futuras cõparẽtur, parua.*
D hic immittit Deus, sunt potius quasi flagella, quam vera flagella si conferantur cum demeritis nostris, tum etiam cum acerbissimis cruciatibus futuræ vitæ, item si conferantur cum tormentis & flagellis, quæ pertulit Christus dominus pro nobis, aut etiam cum purgatorij ignis pœnis, siquidem damnatos homines vt cætera taceam, ibi Deus tradit tortoribus illis crudelissimis & ministris Tartareis, atq. igni sempiterno, ita vt eosdem vrat, & nũquam consumat. Quin & in hac vita calamitates ipsæ aliqua consolatione leuantur: si enim paupertate premeris, offert se aliquis qui eleemosynam faciat: si cæcus es, ducem aliquem qui te manuducat semper inuenies, & aliquos libros audis: si in carcere, ab amicis uisitaris, & deniq. semper aliqua affulget consolatio, *Dissimile Calamitates huius vitæ aliquam habent leuationem.*

A *Omnes eiecit de templo.* Quēadmodū necessū est, vt quod putri dū membrū est, amputetur, ne cætera mēbra lædat: ita ex ipso tēplo, imo ex ipsa Repub. viri perniciosissimi eijciendi sunt, etiā cum flagello si ita opus fuerit, hoc est cum ignominia & supplicio, tum vt ipsi emendētur, tū etiā ne cæteri ab ijs lædantur. Hoc quidē opus eijciēdi vendētes de tēplo, maius esse iudicatur à D. Hie. quam suscitatio Lazari, aut cæci nati illuminatio, vel etiam transfiguratio, quod scilicet auderet homo vnus & despectus quem paulo post crucifixerunt, non solū sacrificia Iudæorū disturbare, sed etiam pecuniā omnē euertere, & omnes flagello eijcere. Vnde inquit Hie. quod quidā diuinitatis radij ita in eo B lucebant, vt omnes mira statim facilitate absterrerentur. Illi quidē idcirco, ait Cyril. ita tractantur, quoniam in tempore & loco tam sancto, cum de rebus sanctis esset agendum, & de legis obseruatione tractandum, quādo prope erat pascha, secularibus tamen negotijs & curis immersi erant, & quidē in templo, domo orationis scilicet, quare cū tanquā serui quidā essent, & nō filij, ideo eos tanquam seruos flagellis cædit. vbi simul etiā insinuat, quod ipse solus filius sit per naturā, cū patrē suū dicit Deum, & nos per adoptionē. Porro quāuis multa alia peccata cōmitterentur in Israel, in hoc tamē puniēdo vsus est flagello, vt ait D. Vin C cen. vt inde intelligamus quantum Deo displiceat prophanare templum.

*Simile.*

*Peccatores publici eijciuntur.*

*Hie. li. 3. in Mat. 21 to. 9.*

*Miraculosa eiectio de tēplo.*

*Cyr. l. 2. in Io c. 27 28. & 29.*

*Christus filius nō per adoptionē*

*D. Vincē. Fer.*

*Oues & boues & nummulariorum effudit æs, & mēsas subuertit.* Maxima consideratione dignū esse prodidit Orige. & plerique alij, quod Christus dominus tanta facilitate euerteret ista omnia quāuis ibi non ponerentur cameli, vel equi, vel alia animalia minus ad sacrificium idonea; nec dixit, quæ nam hæc obseruatio legis? qualis est hæc religio? Quæ reuerentia templo debita? sed statim arrepto flagello, omnes de templo expulit. certe ideo factum est, quod reluceret in eo virtus quædam diuina quæ om D nes absterrebat, tantumq. fuit hoc opus, vt mirabilius eo videatur miraculo, quo aquam in vinum conuertit, præsertim cum aqua esset inanimata, hi vero essent homines rationis compotes. Porro hæc eiectio ait Chry. contigit initio prædicationis Christi, altera vero prope passionem eius. Vnde hic dicit, nolite facere domū negotiationis, & illic ait, fecistis speluncā latronū acrius scilicet eos reprehendens, quod secunda esset eiectio. *Et his qui columbas vēdebant.* Non est vsque adeo mirū quod populares & infimi homines tēplū facerent domū negotiationis, cū viderēt id etiā fieri à magnatibus, præsertim cum inferiores ipsi suos

*Ori. in Io. 2. to. 10.*

*Vide quomodo Christus habe ret corda in manu sua.*

*Chry. in Ioan. ho. 22. to. 3.*

superio

A minus complet, quod per canales defluat lapideos, aut etiam testaceos, ita virtus sacramentorum qua irrigantur animi nostri, non idcirco deserit effectum suum, quod per prauos ministros sacramenta ministrentur tanquam per canales quosdam testaceos & luteos. Et quemadmodum medicina quamuis ab infirmo aliquo medico praescribatur, non propterea suo caret effectu & efficacia: ita sacramenta ipsa quamtumuis à malis ministris administrentur, non propterea vim suā & efficaciā perdūt. *Licet; quamuis mali non sunt contemnēdi in sacramentorum administratione Simile.*

*Cū antécessit Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderūt in* B *nomine eius.* Aliter enim Christus templa & festos dies colebat, quam Iudaei. Cambyses quidem Persię rex & Cyri. successor, cū aliquando vt ait Iusti. expugnasset, cepissetq. Aegyptum, templa omnia demolitus est atq. destruxit, in phanum etiam Iouis exercitum suum desæuire pręcepit. Cæterum cum exercitus ipse tēderet in Aphricam, ventus forte excitatus est validissimus, tēpestatesque maximę, adeovt ingentissimi etiam arenæ montes vsque adeo eleuarentur, vt totum exercitum operirent, & ea ratione vniuersus periret. Quod cum ita contigisset, vniuersi putabant, sibiq. persuadebant Ethnici illi omnes, propterea id eue- *Praedicator qualis esse debeat Iusti. l. 1. Exēplum antiquorū*

C nisse, quod in templa suorum deorum & debacchati essent, & debacchari adhuc vellent. Si igitur illi putabant propterea eam tempestatem, cladem q. euenisse, quod irreuerenter falsos suos Deos tractassent, & eorundem templa, quid quæso nos promerebimur, si veri Dei nostri templa, si festos eiusdem dies prophanauerimus, despexerimus, contempserimus? Rex Xerxes quondam putauit idcirco exercitum suum perijsse, quod post bella illata varijs nationibus, ab eodem exercitu, iussisset etiam eidem, vt templa omnia spoliarent & denique eis etiam ipsis vim, armaque inferrent. Phocenses olim videntes res suas omnes des- *Iusti. l. 2. Iusti. li. 8*

D peratas, furore flagrantes, non dubitarunt etiam in suum Appollinem manus inijcere: eius templū spoliare, & deniq. phana omnia in prophana conuertere & festos dies pollucre, ex quibus opimis spolijs, in Thebanos etiam bellum mouerunt, qui statim regem sibi Philippum assumentes, in eos vicissim depugnarunt. Præcepit vero Philippus vt cunctus exercitus laurea insigniretur, vt hac ratione significarent se non tam pro sua defensione præliari, quam pro iniuria vlciscenda, quam in Appolinem, cuius ipsa laurus insigne est, perpetrauerunt: quo solo conspectu vsq. adeo Phocenses perterriti sunt, vt sibi persuaserint Appollinem suum velle se vindicare, atque ita abiectis armis aufugerunt omnes. Præterea Alexandri exercitus, vt refert Iustinus, simi- *Vide quid sibi persuadeĒt anti qui circa tēplorum violationē.*

simulatq. montem quendam baccho consecratum ingressus est, E
*Iusti. l. 12.* forte in insaniam atque furorem conuersus est, vlulabantque & voces horribiles emittebant omnes ceu feræ immanissimæ, quod ideo euenisse putabant, quod male locũ baccho dicatum tractassent. Si igitur Ethnici hoc sibi persuadebant de falsis dijs. Quanto magis nobis persuadere debemus, quod à vero Deo seuerissime puniemur, si eius templa violauerimus?

*Tẽpla reuerenter tractãda.*

*Videntes signa quæ faciebat.* Vide quam essent proterui scribæ & Pharisæi qui signa petebant à domino, & tamen tanta viderant miracula, sicut etiam constat ex hoc Euangelio. Hæc est F
*Obstinati conditio.* enim obstinati conditio, vt quamuis signa multa videat, nunquam tamen se emendet & quamuis sæpe prædicari audiat inferni pænas, nunquam tamen conuertatur. Qui nunquam ligo-
*Simile.* nem tractauerunt, vbi primum versare illum manibus cæperint, grauiter ab eo læduntur, qui vero diu versarunt, obductis iam laboris exercitatione callis, nil pæne sentiunt. Idem ergo mul-
*Obstinati surdi sunt* tis euenit, quorum aures terroribus ignis inferni audiendis assuetæ adeo sunt, vt iam nihil commoueantur cum tamen huius tanti supplicij consideratio, elingues nos & attonitos reddere debuisset. Quod quidem in longe dissimili supplicio, Da-
*Dan. 2.* nieli prophetæ contigisse legimus: vbi enim proposito Nabuchodonosoris somnio, maximum illud supplicium quo rex ille plectendus erat, Deo reuelante cognouit, & insignem illum G
*inferni timorẽ multi vidẽtur abiecisse.* orbis monarcham ab illa tanta celsitudine deiectum, inter bestias agri more pecudum, septennio vitam acturum, et rore cæli tingendum esse intellexit, adeo perterrefactus est, vt vnius horæ spacio attonitus & elinguis effectus, ne vnum quidem verbum exigenti regi reddere potuerit, quale autem hoc supplicium est, si cum damnatorum hominum supplicio conferatur? Quanto enim grauius est inter dæmones, quam inter feras agere? Quanto atrocius, flammis vltricibus cruciari, quam rore cæ- H
*Inferni pænæ horribiles.* li tingi? Quanto acerbius in omni æternitate, quã septem annorum spacio torqueri? Postremo si àdeo formidandum est, figura hominis reuocata, cor feræ gestare, quanto erit formidabilius sub hominis figura, cor dæmonum habere, & perpetuo Deũ cũ illis blasphemare? Si illud igitur propheta tantopere perterrefecit, vt vnius horæ spacio mutus & elinguis efficeretur, quid
*Inferni pænas metuamus.* homines facient, cum in extremo iudicij die, tot mũdi principes & monarchas ad nunquam finiendos cruciatus, cum dæmonibus quidem damnari viderint? Atq. vt id quod diximus, videli-
*2. Ma. 9.* cet non esse expectanda signa vt conuertamur, euidentius appareat, An-

A ſeat, Antiochi regis Aſiæ, in mortis Agone conſtituti pænitentiam in mediũ proferamus. Hunc igitur crudeliſsimum carnificem, templiq, & religionis euerſorem, ſupernus ille iudex acerbiſsimo viſcerum & interiorum dolore percuſsit: itaq. qui ſupra humanum modum elatus erat, nunc humiliatus ad terram, in geſtatorio portabatur, maniſeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans, ita vt de corpore eius vermes ſcaturirent, ac viuẽtes in doloribus carnes eius eſſluerẽt, dolore etiam illius & fœtore exercitus læderetur. Itaq. his doloribꝰ præſſus, multis miriſq.
B modis ſe omnino ſatisfacturum promittebat. Primum enim Hierosolymam ſe pollicitus eſt libertate donaturum, & Iudæos pares Athenienſibus facturum, & templũ etiam ſanctũ quod prius ſpoliauerat, opimis donis ornaturũ, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus, de redditibus ſuis præbiturum. Quid his amplius requires? Addidit etiam aliud nouum atq, mirandum, ſe videlicet Iudæũ futurũ, peragrataq. omni regione prædicaturũ Dei potentiam, quam in dolorum ſuorum acerbitate apertiſsime agnouerat. Quid his obſecro maius à tali rege, Iudæorum nationi promitti potuit? Audiſtis fratres quã multa rex hic, inſtante mortis
C hora pollicitus eſt, ſed quẽ tandem fructum ex hac pęnitentia, quam non Dei, ſed ſui ipſius amor expreſſerat, fuerit aſſecutus, declarat ſermo diuinus, cum protinus ſubdit: orabat ille ſceleſtus dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Nunc ad vos fratres, ſi hic impius rex, vt illam paucorũ dierum pænam euaderet, tam multa ſe facturum pollicebatur, quid nos facere, quid promittere, quid perpeti par eſt, vt nõ paucorũ dierum plagam, ſed æterna gehennæ incendia euadere poſsimus? Quid quęſo ſanctos illos Anachoretas olim in deſertum impulit, ſocioſq. ſcorpionum fecit atq. ferarũ niſi perſpecta huius
D rei atrocitas & magnitudo? Quãtum vero hæc eadem cogitatio ſanctos Martyres inter acerbiſsimos illos membrorum omniũ cruciatus, inter vngulas & craticulas, & ſartagines ferreas roborauit? ô deplorandam perditorũ hominum cęcitatem! Quid enim miſerrimæ illæ animæ quæ apud inferos torquentur, non facerent, ſi hanc temporis opportunitatem, quam nos vacuam abire patimur, inuenirent? Si enim tam multa ſacrilegus hic rex propter tam breuem paucorum dierum moleſtiam promittebat quid illi promitterent, vt ab ęterno illo incendio liberarentur? Non differamus igitur conuerſionem noſtram, ſed primo quoque tempore executioni demandemus.

*Horrendum ſupplicium.*

*Superbos quomodo humiliet Deus.*

*Non differamus conuerſionem ad extremam vitã*

*2. Ma. 9.*

*Pœnas inferni quantum timere deceam'.*

*Tormenta inferni quatũ fugerẽt ſácti*

FERIA

# *FERIA SECVNDA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO SECVNDA.

*Negotia secularia impediunt spiritualia.*

PROPE erat Pascha Iudeorum, & inuenit in templo vēdētes. Ioan. 2. Tanta erat istorum hominum solicitudo circa temporalia, vt spiritualia obliuiscerentur, quin etiam nobis dici potest, simul cum istis, ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret: sicut in domo aliqua cum est tumultus, non auditur qui ostium pulsat. Vide obsecro quantos interius habeat tumultus vir malus, qui cum à Deo vocatur id non audit. Non ita fecerunt sanctissimi illi viri Iob & Noe, quin potius statim obedierunt vocanti Deo, quamuis occupati essent, siquidem cum sapientia maxima pollerent, idcirco tempus suum optime distributum habebāt. felices plane sunt viri religiosi, qui à mundanis tumultibus separati sunt, sicut qui erant in arca separati erāt à diluuio. Et quamuis sibi videantur in angustum concludi viri religiosi, nihilominus tamen longe in arctiori loco conclusi videbantur in arca, qui ibi aderant, & tamē id patienter ferebant, quamuis diluuij strepitum sentirent, & melius accommodati fuerunt, quam qui in spatiosis mundi campis versabantur. Sic ergo viri religiosi debent Deo gratias agere, qui à tantis seculi tumultibus ipsos eripuit. Porro causa quidem propter quam tam cito virtutem deserimus, illa mihi esse videtur, quia scilicet negotijs secularibus nos implicamus. Cum ergo sermonem & concionem audis, noli te statim ad secularia negotia distrahere, quin potius quod audisti tecum animo versa. Vnde Chrysost. ait, quod qui à concione exeunt, ita se gerere deberent, sicut qui egrediuntur ex balneis, si quidem isti conseruant sudorem quem contraxerunt, & se diligenter contegunt: sic ergo tecum debes concionem meditari: vipera quidem cum suo morsu nos pungit, parum videtur nocere si sanguinem nō elicit, at vero si eliciat, & veneno inficiat, statim lędit cor, & periculum mortis imminet: ita plane si verbum Dei tantum auribus percipiatur, parum videtur prodesse, at vero si ad cor penetret,

*Marginalia (left):* *Isa 50.* *Simile.* Iob. 1. *Gen. 7.* *Religiosi segregati sunt a mūdi tumultibus.* *Gen. 7.* *Negotijs secularib⁹ impediuntur multi.* *Chry. in Gen.* *Simile.* *Simile.*

*Marginalia (right):* F G H

peccata

A peccata quidem interficit. Vnde Apost. ait, mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo. Vt ergo mortificetis vos, non debetis adeo temporalibus intendere, sed potius in cælestibus occupari. *Col. 3.*

Sane tantopere terrenis inhiare, nil aliud est quam in vanum laborare, & telam aranearum texere: videas aliquem iacere in Gallia, alterum in Hispali, alterum in Vlixipone varia retia, sed tandem muscas tantum captant & importunas cogitationes, quæ ipsos molestant diu, noctuque. Idem etiam ac-
B cidit viro carnali, & ei qui se vlcisci vult. Magna quidem fuit plaga illa muscarum & culicum in Aegypto, attamen parum durauit: hæc vero de qua modo agimus diu noctuq. nos molestat, per annos multos, atque nobis facessit negotium. ô si modo ab orco reuiuiscerent, Alexander, Darius, Iulius Cæsar, & alij huiusmodi qui his terrenis tantopere intenti erant, quam multa nobis de hoc argumento dissererent! Dicerent certe illud Sap. lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. Talibus vtique dici potest illud Aggei, comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis
C calefacti: denique isti omnes in vanum laborauerunt. Itaque dicere possunt mundo, quod dixit Iacob socero suo Laban, immutasti mercedem meam decem vicibus, vbi ponit numerum certum pro incerto. Plurimum quidem terrena negotia impediunt spiritualia. Sic enim videmus quod illi propter talia negotia, olim à conuiuio se excusarunt. Vnde Pau. monet dicens: nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Et qui ab his terrenis curis se seiungunt, multas habent celestes cogitationes. vnde legimus de Arsenio quod cum à Deo peteret quid sibi faciendum esset, audiuit vocem
D sibi dicentem, fuge hominum conuersationes, silentium serua & ne cures secularibus negotijs perturbari. Cum quæreret sponsa ipsum sponsum per vicos & plateas, non poterat eum inuenire, quin potius & male tractata est id faciens: quomodo igitur tot secularibus negotijs inuolutus existimas te eum posse inuenire? Non sine causa postquam Moyses leprosam manum in sinum immiserat, eam sanam recuperauit: vt scilicet inde discamus quod si penitus ingrediaris tuam conscientiam, & ab ea secularia negotia excludas, magnam inuenies consolationem. Vnde Paulus ait, rogamus vos fratres vt operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis. Et alibi ait rogamus vos fratres, corripite inquietos: & addit, denuncia-

*Col. 3.*
*Verum Dei conseruandū in corde.*
*Mundani quanta sectant retia.*
*Exo. 8.*
*Mundanæ præsentiones multos torquēt*
*Sap. 5.*
*Aggæi. 1.*
*Gen. 31.*
*Mat. 22.*
*2. Timo. 2*
*Exemplū Arse.*
*Cant. 3.*
*Can. 5.*
*Exo. 4.*
*1. Thes. 4. & 5*
*2. Thes. 3.*

mus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt sub E
trahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis: ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos. Molestiam igitur negotiationes terrenæ & impedimenta multa debent adferre, cum Apost. tantopere quietem commendet. Felix ille qui ericium imitatur, qui accedentes ad se sentiens canes, in globum se retrahit, & suis spinis vndique armat, atque hoc pacto liber euadit: sic enim homo se debet retrahere ad cordis intima, atque hoc pacto dæmones tanquam canes deludet. ó nos miserabiles qui tantis nos implicemus negotijs in vita, adeo vt in morte etiam his inuoluti videamur, & idem dæmon qui modo nos inuoluit, etiam in morte peius nos tractat. Vnde beatus Hieronymus per illum qui euadebat in calamitatibus Iob, & nuntiũ adferebat, interpretatur dæmonem: vide igitur quomodo dęmon tibi referet in morte quæcunq. mala fecisti, vt te ad desperationem adducat. Noli igitur conuersionem tuam ad mortem vsque differre: multos quidem videas qui cum in morte versantur, multa promittunt & tamen si euadant, nil præstant, sicut Semei multa promittebat & postea fuit denuo rebellis Salomoni: quod videbatur intelligere quidam qui secus regem erat, quod scilicet ficte loqueretur Semei, & propterea dixit regi, nunquid pro his verbis non occidetur Semei? Sic ergo multi in morte, propter timorem pœnarum inferni, multas protestationes faciunt, quibus dici potest, nunquid pro his verbis non occidetur semei? Neque hæc ideo dico vt diffidant, quin potius vt non differant pænitentiã ad extremam vsque vitam.

*Negotia secularia quantum sæpe noceant. Simile. Quies animi quantũ valeat. Iob.1. D. Hier. Tentat nos dæmon in morte. 2. Reg.19. Verum dolorẽ peccatorum habeamus.*

*Tormenta inferni quam sint atrocia.* H

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis. Vnus gehennæ ignis credendus est, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, Vnius cuiusque enim quantum exigit culpa, tantum illic sentiet pœnam. Vide quod dicat quasi flagellum: siquidem omnes istæ pœnæ tẽporariæ, si conferãtur ad æterna tormenta, non possunt dici flagellum, sed sunt tanquam vmbra quædam illorum. Quis enim explicare valeat, quantam ignominiam tunc sentient damnati, cum ipsis dicetur, ite maledicti in ignem æternum? in illo siquidem verbo, ite, includitur pœna damni. Quid quæso ma-

*Tormenta huius vitæ quam sint exigua, si ad tormenta futuræ vitæ conferantur.*

A li respondebunt cum ratio accurata factorum ipsorum exquiretur ab ipsis? Sane vt ait Dauid, iniquitas oppilabit os eorum. Quid quæso facient mali, cum viderint se æternis esse flammis mancipatos? Si angelus veniret à domino missus, qui diceret se debere millesimo quoque anno, arenæ granum accipere, atque ita tandem totam arenam exhaurire, & tunc demum liberarentur à pœnis damnati, adhuc quidē spem aliquam euadendi acciperent, at vero nūquā id eis permittetur. Quis igitur non cōtremiscet tam horribilibus & sempiternis propositis pœnis? Quare fratres, vt monet Apos. ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De fulmine quidem scribit Albertus Mag. quod si aliquē inualerit, qui apertos haberet oculos, eos claudit & siquidem clausos inuenerit, eosdem aperit. Sic ergo cum quem mors inuenerit apertis oculis, idest considerantibus per attente quam sint fragilia hæc mundana, clausis oculis reddet, hoc est expertem calamitatum & miseriarum futuræ vitæ: & contra. Porro infernus varia sortitur nomina, dicitur enim gehenna, infernus, & Tophet etiam apellatur ab Isai. Nam Ammonitæ vt constat ex Hieremi. habebant idolum quoddam, cui filios suos sacrificabant, siquidem in idolo æneo candenti filios immittebant, atque postea varios concentus excitabant, sibi persuadentes quod filij qui intra idolum conburebantur, illis delectabantur, & ita ipsorum gemitus non sentiebant, quę quidem in valle Tophet fiebant, atque idcirco Tophet pro inferno sumitur, vbi similia eueniunt tormenta. Et quemadmodum illi non sentiebant propter musicam quam excitabant, gemitus eorum qui patiebantur: sic etiam viri impij & obstinati non sentiunt quamdiu hic viuunt inferni pœnas, nec volunt eas considerare, sed potius mundanis se implicant delectationibus.

*Psal. 106.*

*Pœnæ inferni sempiterna.*

*2. Cor. 6.*

*Albertus Mag.*

*Simile.*

*Calamitates in hac vita viles*

*Isa. 30.*

*Hie. 7.*

*Varia nomina inferni.*

*Dæmonis fraudes*

*Applicatio.*

B

C

Non igitur ita nos falli ac decipi sinamus his dæmonis fraudibus atque astutia, sed potius consideremus quod calamitates quas hic patimur non sunt flagella, sed quasi flagella, si ad inferni calamitates comparentur. Longe quidem aliter se habet taurus cum intra priuatos aliquos parietes fune comprehenditur, quam cum in publico cursu agitatur, & varijs ictibus hinc inde afficitur & vulneratur: sic ergo se habet aliquis circa calamitates præsentis vitæ vel futuræ, illæ quidem enim futuræ, erunt veræ calamitates, quæ totum hominem miserabiliter absque

D

*Negligere videmur inferni pœnas.*

*Dissimile.*

*Inferni tormenta quā sint horribilia.*

remedio aliquo consument & deuastabunt: tunc quidem fiet E
illa cæna, de qua scribit Ioan in Apocalipsi cum ait, vidi vnum
*Apo. 19.* Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus quę volabant per medium cæli, venite, & congregamini ad cęnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis. ô infelices illos, qui talem gustabunt cænam: in quam semel ingressi, absque vllo vnquam remedio, in sempiternum cruciabuntur, & omnes simul calamitates in caput eorum refundentur. In cuius rei figuram F
*Tob. 10.* mater Tobiæ flens dicebat, lumen oculorum nostrorum, solatium vitæ nostræ, omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere à nobis. Poterunt quidem damnati dicere, væ miseris nobis, qui cum omnę bonum simul haberemus in Deo quo frui poteramus, maluimus tamen eius præsentiam perdere, & sempiternis adhærere tormentis.

*Quanta sit in inferno miseria*

*Damnati quam infelices se inuenient.*

Omnes quidem sensus in inferno etiam cruciabuntur, quandoquidem ita hic in delicijs fuerunt: ignis autem quem experientur damnati, ab Isa. memoratur, dicente, succensa est quasi
*Isa. 9.* igni impietas, veprem & spinam vorabit, & succendetur in densitate saltus & conuertetur in superbia fumi: vir fratri suo non G
parcet, vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim & Ephraim Manassen. Itaque alij alijs tormento erunt in inferno, cum etiam hi alij alios ad peccandum prouocauerint, quamuis fratres sint, vt Ephraim & Manasses. Et sicut hic ignis succendit vepres & spinas, sic ille succendet peccatores tanquam vitijs spinosos & quanto plus peccauerint, tanto maiores experientur flammas, & quo plures erunt damnati, eo etiam atrociora erunt tormenta, sicut hic etiam
*Luc. 16.* quanto plura igni admouentur ligna, tanto maior excitatur H
flamma. Vnde vt id euitaret diues ille, monebat ne fratres sui in illum venirent tormentorum locum. Et certe quamuis damnati non aliud sustinerent tormentum quam conscientiæ remorsum, hanc sane miseriam fugere maxime deberent.
*1. Reg. 25.* Vnde Abigail persuadens Dauidi, vt viro suo parceret, dicebat: malitia domine mi non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ, eumque fecerit tibi dominus omnia bona quæ locutus est de te, non erit tibi hoc in singultum & in scrupulum cordis, quod sanguinẽ innoxium effuderis aut ipse te vltus faceris: qua cõsideratione placat' est Dauid, & gratias Deo egit pro tãto benefi-

*Inferni tormeta quanta erunt.*

*Ignis Inferni qualis erit.*

*Vermis conscientiæ quomodo rodet damnatos.*

A beneficio. Ceterū refert Plin. quod pictor ille Xeuxis quereretur de se ipso maxime, quod cū vuas adferentem puerū depinxisset accessissent aues ad eas vuas rostro carpendas ac si veræ essent vuæ, atque ita totam picturam lacerarunt, vnde dicebat ipse quod si perinde puerum expressisset atque vuas, fugasset quidē aues, & pictura non foret lacerata. Quanto igitur magis nos de nobis ipsis conqueri debemus, qui cum probe depingamus mundanas delectationes, adeo vt ipsis decipiamur, nihilominus tamen non perinde artificiose exprimimus inferni pœnas quas si exprimeremus, vtiq. peccata ipsa quæ nos mordent & lacerant, fugaremus. *Pli. l. 35. c. 10.* *Zeuxis pictor egregius.* *Considerationū bonarū inopes sum⁹.*

B

*Ecclesiastici viri quomodo debeant magis virtuti incumbere*

*Omnes eiecit de templo.* Non legimus Christum ita sicut hodie manus in aliquem iniecisse, vt inde discamus quanto diligentius vitam & mores componere debeant Ecclesiastici viri, quam reliqui. Vnde quod seculares viri ambiant honores mūdanos & varijs se negotijs implicent & inuoluant, non perinde mirū & quod ambitioni se dedāt, nō ita, vt ait Christ⁹ erit inter *Ecclesiastici virtute præ cæteris polleāt* *Luc. 22.*

C vos. Plurimum quidem qualitas personę videtur delictum ipsum exaggerare. Vnde Moyses hoc sentiens, grauiter reprehēdebat Dathā & Abiron & cōplices. Vnde dicitur in textu, ecce autem Chore &c. qui tempore concilij per nomina vocabantur, steterunt contra Moysen. Cum itaque sint viri Ecclesiastici, lux mundi vt ait Christus, non debent pati vt suo malo exemplo cæteri sint in tenebris, ipsorum luce obscurata. Caueāt ergo ne de ipsis dicatur illud Hieremi. sacerdotes non dixerunt, vbi est Deus, & tenentes legem, nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Nam certe longe minora, ceteris paribus videntur secularium peccata, quam Ecclesiastico- *Num. 16.* *Mat. 5.* *Hie. 2.* *Hie. 3.*

D rum. Vnde Hie. ait, iustificauit animam suam aduersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iuda. Item alibi hoc ipsum propheta visus est significare cum ait, peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino. Quare intendant viri Ecclesiastici in sua salute, & salute secularium, atque ipsis candida & laudabilia præbeant exempla, nec se ad res tam viles demittant, qualia sunt peccata, præsertim cum tantam habeant dignitatem, vt sint à secretis Dei, & propterea non se inuoluant etiam secularibus negotijs quæ indigna sunt sua professione iuxta illud Hieremi. qui nutriebantur in croceis, ample- *Hie. 17.* *Eccle. quomodo segerere debeant.*

xati sunt stercora . Porro etiam quod Christus tam seuere i- E
stos sacerdotes puniret, significare voluit quanta cum difficultate resurgat sacerdos vbi semel sese vitijs immergit. Sic videmus quod Thomas qui abfuerat dumtaxat à collegio Apostolorum, cum difficultate credebat ipsis dicentibus quod surrexisset dominus, cum se Apostolum videret sicut & ceteri erant. vide igitur quam perniciosus sit lapsus alicuius viri Ecclesiastici adeo vt grauius cadat quam vir aliquis perditus. Vnde inter cætera mirabilia quę Angelus cōmemorauit Zachariæ de filio suo Ioanne, ait: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Nō dicit conuertet multos gētiles aut infideles, sed filios Israel, quod opus difficilius videbatur. Et vt alia F
omittamus, certe experientia ipsa docet, quā irreuerenter mali sacerdotes tractent sacramenta & alia huiusmodi munera sua adeo vt tanquam sacrista quidam siue æditus, videantur iam ex assidua consuetudine perdidisse reuerentiam debitam sacramentis & templo. Porro cum Christus dixit discipulis suis, nolite portare sacculum, neq. peram, significare quidem voluit quod sacerdos non debeat negotijs secularibus se immiscere, neque terrenis lucris inhiare. Nolebat quidem pharao vt sacerdotes laborarent, sed vt à populo sustentarentur. Vnde & Deus dixit ad Aaron, in terra eorum nil possidebitis, neque habebitis par- G
tem inter eos, ego pars & hęreditas tua in medio filiorum Israel. Si igitur nolebat Deus in veteri lege, vt sacerdotes negotijs terrenis se implicarent, quanto igitur magis, id velle censendū est in lege gratiæ?

*Ioā.20. Ecclesiast. viri lapsus miserabilis. Luc.1. Casus viri grauis quā sit perniciosus. Quid faciat praua consuetudo in malis. Simile. Luc. 10. Gen. 47. Num. 8. Sacerdotes diuinis obsequijs intendant.*

## *FERIA SECVNDA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO TERTIA. H

*Templa & dies festi, quomodo veneranda.*



*PROPE erat Pascha Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolymā.* Io.2. Vide quomodo dicat Euāgelista pascha Iudęorū, si quidē diebus festis abutebantur Iudæi: Sic etiā multi hoc tēpore festos dies in cōpotationibus & alijs vitijs consumunt, quā in orationibus. Sed non ideo dies festi conditi sunt quam potius vt Deo liberius vacemus. Vnde dicit Deus

*Orige in Ioan 5.*

A cit Deus per Amos, odiui & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cætuum vestrorum: quod si obtuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam: aufer à me tumultum carminū tuorū, & canticū lyræ tuæ nō audiā, nā portastis inquit, tabernacula Moloch Deo vestro, & imaginē idolorum vestrorū: vbi aduerte quod dicit festiuitates vestras, non meas. Quid igitur tibi proderūt tales festiuitates, si tu in ipsis tantū ludis & debaccharis? Cōsidera ergo quod domini festiuitatē, nō tuā celebrare B debes, in Exo. enim dicitur, sabbathum domini Dei tui est. Item tēplum est ad laudandum Deum. Vnde Dauid ait, & in templo eius omnes dicent gloriam: & quoties tēplū nominat, illud Dei esse dicit, sed isti arbitrabantur forte esse suum templum, & suā esse festiuitatem, siquidem adeo emendo & vendendo, in templo omnia prophanabant. His vtiq. & multis etiam nostri temporis Ecclesiasticis quadrare videtur illud Ezech. sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant, dicentes, nunquid non dominus in medio nostrorum? vide quam cæci essent, qui hac C ratione freti, templa prophanabant. Sic multi quidem sunt nostro tempore, qui quidem non deuotissimi sunt sacerdotes, & reuerenter ac decenter segerunt in medio nostrorum. Vide quācæci essent, qui hac ratione freti, tēpla prophanabāt: multi nihilominus quidē sunt nostro tempore, Christo gratia, qui deuotissimi sunt sacerdotes, & reuerenter ac decenter segerunt in templis, & sacramenta administrāt, possuntq. templum Dei merito appellari. Ascēdit igitur hodie Christ' in tēplū, vt nos instrueret quomodo debem' tēpla frequētare, & festos dies celebrare. Instituti autē sūt festi dies, vt in his recuperem', quæ in aliis D hæbdōmadę dieb' amiseram' in vita spirituali. Vnde Da. ait, vacate, & videte, quoniā suauis est dominus. Nō ergo se debēt christiani occupare in ludis, choreis, & aliis huiusmodi reb' sed in visitandis infirmis, & in carcere positis. At vero videas quod aliqui plus Deum offendunt in paschalibus festis, quam ipsi seruierint per totam quadragesimam: præstare sane videretur, & potius sicut aliis hebdommadæ diebus laborarent pro familia sustentanda, quam quod tot peccatis Deum offenderent. vide quomodo isti Pharisęi & sacerdotes se præpararēt ad Pascha celebrādū, scilicet occupando se in rebus inutilibus: sic etiā plerosq. videas qui potius festos dies celebrant in epulando & pretiose se induendo, quam in aliis rebus præclaris, tum etiam in saltando

*Mali pl' in diebus festis Deū offendunt.*

*Exo. 20.*

*Psal. 28.*

*Templa sūt ad laudādū Deū*

*Ezech. 3.*

*Cupiditas in Ecclesiasticis detestabilis.*

*Multi sūt Ecclesiastics deuotissimi.*

*Dies festi quomodo celebrā di.*

*Psal. 45.*

*Dies festos sancte occupemus.*

*Preparare nos debemus ad festos dies celebrandos.*

& inanibus representationibus Regina illa Esther cum Deum
Esther. 14 obsecrare voluit, deposuit vestes regias, fletibus & luctui apta in
Oratio dumenta suscepit, & pro vnguentis varijs, cinere & stercore im
qualis esse pleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs, omniaq; loca
debeat. in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit, & deprecabatur dominum Deum Israel. At vero tu cum ad deprecandum Deum venis, perpolite & nimis ornate te in-
Iudith. 9. duis. Iudith quoque induta est cilicio, & posuit cinerem super caput suum, & se humi prosternens, ad dominum clamabat. Sic
Luc. 7. profecto Deus estinuo candus, sic beata Magdalena fecit, sic F
Iona. 3. fecerunt Niniuitæ. Cum Deus Israelitico populo esset iratus
Exo. 33. quia vitulum adorauerat, iussit Moysi, vt ex parte sua populo ita nuntiaret. Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te, iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam
Humiliemus nos ante Deũ. quid faciam tibi: deposuerũt ornatum, & tetendit Moyses tabernaculum, & vocauit illud tabernaculum fæderis, hoc est pacis, reconciliationis, & amicitiæ inter deũ & populum. vide igi
Leui. 16. tur quam longe aliter velit Deus vt cũ ipso tractemus, quam facere solemus. In festo quidem expiationis cum peccata purgabantur, præcipiebat Deus vt sacerdos vestiretur, non serico, G
Dan. 9. aut pretiosa veste, sed stola linea. Oportet igitur vt tu tam in
Psal. 50. veste, quam in incessu, humilieris coram Domino, vt tui misereatur, sicut Daniel dicebat domino: in spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te domine. Dauid etiam ait,
Leui. 16. cor contritum & humiliatum &c Ideo etiam dominus pręcepit loquẽs de festo expiationis peccatorũ, affligetis animas vestras in
In diebus festis proficiamus in virtute. eo omnis anima quæ afflicta nõ fuerit die hac, peribit de populis suis. Vide igitur tu quam diuerso modo multi celebrent dies festos: vnde propter instructionem nostram, & vt nos emendaremus, voluit Christus nos docere quomodo ascendere de H
beamus in templum, & quomodo in templo nos gerere debeamus. Vnde ait, *Et ascẽdit Iesus Hierosolymam.* Vt inde discamus nobis cum quadam præparatione & mentis ascensu,
Mat. 21. esse eundum ad templum, vnde ait quod est domus orationis.
in templo non tractemus secularia. Vnde Augustinus inquit, in oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit: debent igitur ibi non garrire, sed preces suas attente fundere, de his quidem enim qui contrafaciunt conqueritur dominus dicens per Hieremiã. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Qui in via affectus est iniuria, leuius id fer-
Simile. re solet, quam si in propria domo. Vnde illud celebratum exaggera-

A exaggerationis argumentum, etiam in domo mea. Quare rex Assuerus, vt Amã grauius peccasse probaret, dixit etiam reginã vult opprimere me præsente in domo mea: ita etiam offendunt Deum qui in templo peccant, quoniam adeo impudentes sunt, vt Deum in propria ipsius domo non vereantur offendere. *Hester 7.*

*Auari sæpe vsurarii redduntur.*

B ET inuenit in templo vendentes oves & boues. Animus quidem auari quales isti erant, inexplebilis est. Vnde plato & Architas Tarẽ. comparant auarum clepsydræ seu vasi inferiori parte constanti varijs foraminibus, in quod quantumcunque copiosam aquam infundas, nunquam tamen impletur. Et quemadmodum si in vase rotundo & orbiculari apponatur res alterius figuræ, aliqui perpetuo remanere consueuerunt inanes sinus & anguli: ita quantacumque pecunia in auari marsupium immittatur, numquam tamen eius animus satiari potest. Auari crumena, quasi sepultura quędam est bonorum pauperum, semper enim eorum bonis inhiat, atque ita ibi habet etiam cor defixum. *Pla. Arch. Ta. Simile. Simile. Simile. Mat. 6. Simile.*

C Et sicut terra auri productiua, rebus alijs infœcunda est & sterilis, ita cor auari diuitijs tantum terrenis inhians, in virtutum ferendis fructibus infęcundissimum est? Quid quæso cõgregas auare? Quid accumulas & recondis, cum breuissima tellus te maneat in sepulturam, cum non longo ab hinc tẽpore humandus sis & breui tumulo contegendus? Quid igitur iam tandem non desistis à tam inexplebili auaritiæ siti, vt terram possis promissionis ingredi? Olim quidem filij Ruben nimis dediti pecoribus nutriendis & pascendis erant, quę quidem eis poterant impedire terræ promissionis ingressum: ita auari nil aliud assidue petunt, quam cumulum & amplitudinem diuitiarum, atque ita quasi dicere videntur, nolumus veram promissionis terram ingredi, satis quidem manifestatur quam sint hæc mundana caduca & inania, cum nulla ratione possint nos exatiare. Vnde cum Alexander Mag. sitiret semper sui imperij amplitudinem, nunquam tamen eam sibi sitim extinguere potuit sed potius cum mortuus esset, & eius ossa in breui quodam aureo tumulo condita essent, dixit Philosophus quidam: ecce quam vana sint mũdana omnia: hic enim cui dum viueret, vix mundus vniuersus sufficiebat, nunc angusto quodam tumulo concluditur, qui etiam illi super esse videtur & redundare. Cæterum diuitias plurimas habere, ex se malum non est: verum sępe cõtingit vt tanquam passeres visco plumas *Auaritia detestabile malum. Deu. 3. Auari cõditiones. D Lu. Gra. Exemp. Ale. Ma. Diuitiæ quoredigãtur. Simile.*

plumas suas inficere solent, ita ipsi homines inuiscari soleant ip E
*D. Aug.* sis diuitijs, eisque plusquam oporteat adhærere, adeo vt nō pos
*Diuitiarū abusus quātū noceat.* sint se erigere ad spirituales volatus. Vnde & Aug. hunc nimiū amorem & affectionem diuitiarum, vocat bitumen quoddam, quo soleāt homines inuiscari, adeo vt non valeāt spiritualibus volatibus se extollere. Quomodo autem hoc fiat declarat dicēs:
*1. Cor. 7.* si concupiuisti, hęsisti. Non prohibet quidem huiusmodi diuitiarum possessionem, sed cupiditatem. Ab huiusmodi autem
*1. Ioan. 1.* cupiditate nos voluit Apost. ab ducere, cum diceret: tēpus qui- F
*Auaritia detestabilis.* dem breue est, reliquum est &c. Et addit præterit enim figura huius mundi. Vnde etiam Ioan. ait, nolite diligere mundum, nec ea quæ in mūdo sunt. Consequūtur autem ex huiusmodi cupiditate multa incommoda, quæ vt multi posint euitare, multas sibi leges fingunt, quibus contra legem diuinam omnino pugnare
*Col. 3.* consueuerunt, adeo vt Pau. dicat, eos incidere in idololatriam:
*Simile.* appellat siquidem auaritiam idolorum seruitutem spiritualem.
*Cupiditas humana quantum noceat.* Sicut enim corporalis idololatria tribuit honorem debitū Deo, ipsis idolis, ita isti præferunt & pręponunt leges quas sibi ipsi finxerunt, legibus diuinis. Vnde vir ambitiosus & arrogans, Deum suum constituit honores, diuitias, & mundi volupta- G
tes. Vnde quidam metrice dixit. Ambitiosus honos, & opes, & amica voluptas; hæc tria pro trino numine mundus habet.

*Auaritia detestabilis pestis.* Hunc sibi Deum isti constituunt, & in auaritiæ throno huius modi idola collocant, turpe lucrum, inanes honores, fœdas carnis voluptates, quæ supra Deum ambitiosus diligit, quæ Deo ante fert, quæ ne amittat, Deum amittit. Quæ igitur maior im-
*Simile.* pietas, quæ maior abominatio, fingi aut excogitari potest?
*Cupiditas tēporaliū quam perniciosa.* Quod si propter cupiditatē nimiam quam habes erga bona quæ tamen iuste posides, in tanta in commoda incurris, æquanto plura cōsequeris dāna ex eo quod afficiaris erga bona quæ iniu H
ste posides, quæ vsuris acquisiuisti, quæ etiam multis debitoribus sunt obnoxia, quæ per litem iniquam tibi comparasti, vel
*Ecclesi. 10* etiam ex viduarum aut pupillorum oppresione? Vnde apud Ecclesi. scriptum legimus, nil iniquius quam amare pecuniam.
*Cæsa.* Narrat Cæsa. quod vsurarius quidam morti vicinus, ita condidit testamentum: relinquo inquit animam meam dęmonibus,
*Vide testamentū hominis auari.* quoniam tam sæpe offendit creatorem suum, tum etiam animam vxoris meæ ipsis relinquo, quoniam mihi sæpe in vsuris consensit, vt posset ipsa ornate incedere: item animas liberorum ipsis relinquo, quia instabant vt amplas opes ipsis relinquerem: insuper etiam animam confessoris mei ipsis re-

linquo,

A linquo, quia me non audebat reprehendere, quod amicus eius essem, & quia à me beneficia multa & munera accipiebat vt me absolueret. Quo testamento finito, ita impletum est nam omnes simul mortui sunt, & in infernum descenderunt. Quemadmodum certe in corporis coadunatione, & quasi Repub. Membra sibi vicissim fauent & prosunt: oculi enim illuminant pedes, hi vero portant oculos quo spectare desiderant, manus etiam extrahunt à pede infixam spinam, & ita in cæteris: & id quidem fit sine vlla prorsus mercede & vsura, B quin eo tantum id faciunt hæc membra, vt hæc quasi resp pub. conseruetur & perseueret incolumis. Ad eundem certe modum debent homines sibi inuicem auxiliari & fauere, seque defendere, & mutuo iuuare in his omnibus quæ commode & honeste fieri possunt, sublatis omnino è medio tot, tantisq; peruersis lucrandi modis & contractuū Labyrinthis. In quos quidem Labyrinthos coniecti erant isti scribæ & Pharisæi, & vtinam multi hoc tempore non sequantur ipsos.

*Simile.*

*Vsuræ sūt cōtra oēs leges.*

*Vsurarii plurimum nocent.*

C *Literis & scientiis bene vtamur.*

A*uferte ista hinc.* Hæc quidem auaritia eo etiam præsertim nomine istos Pharisæos & sacerdotes ignominia notabat, quod scilicet essent viri docti & in literis exercitati. Literis siquidem & scientijs, quæ præclarissimæ sunt non debemus abuti. Vnde Deus cum sint tam præclaræ voluit earum esse inuentor, qui suo digito scripsit legis tabulas, siquidem per literas ipsas deuenimus in rerum diuinarum cognitionem. Vnde 1. Ma. dicitur, nos enim cum nullo horum indigere- D mus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris &c. Sic etiam nos facere deberemus. Cum quidam aliquando à quodam Philosopho percontaretur, quidnam commodi reportaret filius suus si se literis traderet? Respondit quod illud præsertim inter cætera commoda reportaret, quod cum in lapide sederet, non esset lapis super lapidem. significans videlicet quod non esset ignarus. At vero optima & suis numeris omnibus absoluta scientia, debet esse cum virtute coniuncta & Dei cognitione & amore: non enim eum militem veteranum vocamus qui tantum cognitionem habet militiæ, sed qui in ea exercitatissimus est: sicut nec optimum nautā dicimus eum, qui tantum nouit artem nauigādi.

*Exo. 32.*

*1. Ma. 12.*

*Exēplum Litera hominem nobilitans.*

*Simile.*

Sic ergo

*Qualis esse debeat vir Christianus.* Sic ergo optimus Christi miles debet esse in virtute exercitatus, & non sufficit ei quod tantum audierit Salmanticæ, aut Parisijs. Vnde Dauid dicebat, super senes intellexi, quia mandata tua exquisiui. Et dominus ait per Hier. non glorietur sapiens in sapientia sua, sed in hoc glorietur, quod est nosse me. Quamuis enim aliquis in Theologia sit peritus, si vitiosus sit, quid ei proderit sua cognitio? Iuris peritus etiam qui leges tantum contorquet ad sua lucra, non considerans quid iustum sit, ille suas potius nouit leges, quam Imperatorum. Vnde Pau. ait, sapientia huius seculi, stultitia est apud Deum. Isti quidem sacerdotes iactabant se sapientes, & tamen de virtute parum curabant, cum tamen literæ ipsæ multo magis reluceant in fundamento virtutis. Et sicut Athenienses, vt testis est Anachar. Philosophus, de pecunijs ipsis admodum gloriabantur, & eas sibi tantum ad computandũ sæpe ac sæpius habebant, eaque dumtaxat inanitate pascebantur: ita isti Pharisęi literas ipsas & sciẽtias solũ habebãt ad ostentationẽ, non autem vt inde meliores fierent, sed solam ostentationẽ studio habebant. Cæterum quemadmodum ipsum malũ medicum, per se quidem insuaue est, at vero si adhibeatur perdicibus, aut eiuscemodi alijs ciborum lauticijs, delectabilem quendam ingerit gustum: ad eundem modum scientiæ ipsę nisi virtuti admisceãtur, & quasi condimentum quoddam ab ea accipiant, insipidissimæ esse videntur. Vnde Christus dixit, negotiamini dum venio: non dicit studete, aut literas discite, sed negotiamini, hoc est vt virtutem ipsam complecterentur, sine qua quidem literæ non admodum videntur proficere. Vnde Isa. ait, peribit enim sapientia à sapientibus eius, &c, Et Eclesi. ait, cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Tales erant *isti Pharisæi.* Videte quæso quo mundi sapientia & prudentia affectibus excęcata, & non Dei luce, sed horrendis tenebris circunfusa ducta sit. Quis ergo iam aut ętati, aut autoritati, aut scientiæ, aut humanę prudentiæ, Dei ope nudatæ, nimiũ fidere audeat? Quod si exemplum aliud desideratis, in Salomonem ipsum oculos conijcite, qui sapientes omnes qui illum præcesserunt, ipsius domini testimonio superauit: qui tamen vbi paululum sibi ipsi relictus fuit, in eam mentis cæcitatem cecidit, vt vero Deo neglecto, finitimarũ gentiũ Deos coleret, & Aras ipsis erexerit, quodque mirabilius est, nec à Domino quidem admonitus, ab hac tanta insania & sacrilega impietate recessit. Quoquid esse formidabilius potest? Quis igitur his exemplis non facile humanæ mentis ignorantiam cernat? Quis prauorum hominum consilia quamlibet

Margin notes: *Psal. 118.* *Hie. 9.* *Sapientia optima in quocõsistat* *1. Cor. 1.* *Anachar* *Simile.* *Simile.* *Litera sine virtute parũ valere videtur* *Luc. 19.* *Isa. 29.* *Eccles. 21* *Sapientia humana quam parũ prosit sine Deo.* *3. Reg. 11.* *Scientia sine Deo quã parũ proficiat.*

Margin letters: E F G H

A libet prudentes sint, suspecta non habeat? Vnde bene Ecclesi. ait, quod anima viri sancti enuntiat aliquando vera plusquam septem speculatores sedentes in excelso ad speculandum. Nam quemadmodũ ex Pharmacopolæ officina, vbi salutaria medicamenta, aut pretiosa vnguenta venduntur, aliquando exit venenum mortiferum: sic ex hominibus doctis & scientia excultis, pestifera interdum egreditur doctrina. Multi discunt vt sciant, nõ tamen vt boni efficiantur. Impius quidem Herodes scrutabatur scripturas, non vt bonus efficeretur, sed vt sciret vbi Christus B esset natus, vt interficeret eum. Cæterum tunc literę & scientiæ sunt optimæ quando virtuti coniunguntur, nam cum ita nõ fuerit, ab insano & amente vix talis differre videtur sapiens, qui cũ ensem arripit, quem vult interficit, & si libuerit, etiam seipsum. Stultus fere & demens est literatus sine virtutibus, ensemque euaginatum adfert, qui armis literarũ, & sua autoritate & opinione seipsum & multos alios destruit. Si vis vt in literis præclarus & excellens filius tuus euadat, cum prius doceas quo itinere in cælum est iturus: ideo Dauid dicebat: bonitatem & disciplinam, C & scientiam doce me. Prius dixit bonitatem & disciplinam, & postea scientiam. Super virtutis fundamẽto bene literæ sedebũt: nam si tapete vel gausape mortuum induas, etsi plurimis vestimẽtis oneres, nequaquam calefiet, quandoquidem vitam & animã non habet: sic nimirum si in tuo corde ignis amoris Dei non ardet, quidquid habueris exterius, autoritas, literæ & scientiæ, parum aut nihil tibi proderunt sicut patet in his Pharisæis.

*Eccles. 37.*

*Simile.*

*Literę sine Deo parum prosunt.*

*Mat. 2.*

*Simile,*

*Psal. 118.*

*Simile.*

*Amorem Dei habeamus.*

Non ita quidem libros legebant isti Pharisæi, vt vtilia quęq; & salutaria, in suum vsum acciperent, sed ea potius ad prauos D sensus contorquebant, tanquam aranea quæ salutares flores in venenum conuertit: atque ita scientia sua citra vllam virtutem & studiosum opus, inflabantur potius & intumescebant, sicut etiam faciunt multi hoc tempore, de quibus dixit Apost. quod scientia inflat. Si enim à virtute separetur scientia, esse videtur veluti in latrunculorum ludo ille equus qui dicitur, nomine tantum equus, cum reuera nil te iuuet, si forte velis pergere vel iter facere: ita enim scientia in homine vitioso, cum non iuuat nec meliorem reddit, non vitio scientiæ, sed hominis vitiosi culpa, qui ea malè vtitur, & eãdem deprauat. Vnde & Sap. ait, in maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Hi quidem Pharisæi cum tam maligni essent, inuidi & obstinati, non legebant, vel saltem non discebant ex libris quos percurrebant, quę solida essent & salutaria, sed potius inania

*Simile.*

*1. Cor. 8.*

*Simile.*

*Scientia sine virtute parum valet.*

*Sap. 1.*

*Pli.* *Simile.* *Libros pro phanos & præsertim lasciuos non legamus.* tius inania & inutilia. Plinius quidem scribit in prouincia quadam reperiri mel venenosum, quod scilicet apes quæ illud pariunt, non salutares sed lethales flores in magna florum varietate sibi deligant & decerpant: ita Pharisæi & plerique alij eos etiã nunc imitantes, in magna autorum & librorum varietate, lasciuos potius & vanos sibi libros deligunt, quam vtiles & exquisitos, atque propterea sibi interitum acquirunt, non commodum & vtilitatem. E

F

## FERIA SECVNDA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO QVARTA.

*Negotia secularia quantum sæpe incommodent.*

*Nimia sollicitudo temporalium quantum noceat.* *Simile.* *Simile.* *Nimia cupiditas quantum incommodet.* *Aba. 2.* *Simile.* *Chry. de Laza. Con. 2.* *Auarus nunquam expletur.*



ROPE erat Pascha &c. Ioan. 2. Mirum sane est quod homines vsque adeo negotijs secularibus immersi sint & tam varijs contractibus, quales erant hi Pharisæi. Videas enim plerosque & in Hispania, & in India, & in Gallia negotiantes, adeo vt quasi harundine quadam in varijs fluminibus piscari videantur. Quin etiam plerique Iurisperiti & alij artifices singuli lucro inhiant, & omnes auaritiam sectantur, & videntur litigantium patrimonia deuorare & penitus absorbere: væ ait Abacuc, qui congregat auaritiam magnam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali, lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ędificiorum est respondebit. Quemadmodum & eum qui perpetuo sitit ait Chry. non dixerimus recte valere, etiamsi copia rerum affluat, etiamsi iuxta fluuios & fontes accumbat: quid enim prodest illa aquarum copia, cum affectio maneat insedabilis? itidem & in diuitibus faciamus, eos qui concupiscũt perpetuo, sitiuntque aliena, ne putemus vnquam esse securos, nec vlla frui rerum copia. Etenim qui suam ipsius concupiscentiam non potest sistere, etiamsi cunctorum opibus vallatus sit, quomodo futurus est is vnquam in prosperitate? Eos vero qui quod habent suum boni consulunt, quique sua sorte contenti sunt, nec alienas ambiunt facultates, etiamsi fuerint egentissimi, omnium tamen opulentissimos dicere oportet. Est quidem auaritia, quasi quædam vitiorum metropolis, quod ad eam G H

omnia

A omnia vitia confluant, & illi suo quæque modo famulentur. Quid enim quæso virum ingenuum & liberum, seruum reddit? certe immoderatus pecuniæ amor: nullum enim maius vinculum cordis quam vehemens erga rem aliquam amoris affect⁹. Cum ergo homines soleant libenter quiduis aliud sustinere potius quam seruitutem, quæ maior potest excogitari dementia, quam quæ in auaro cernitur, qui prudens & sciens se in seruitutem tradit & subijcit ipsius pecuniæ? Auari plane vt pecuniæ parcant, sibi non parcunt, maioremque interdum pecuniæ B quam salutis suæ rationem habent: erga seipsos crudeles & inhumani, vt pij quodammodo erga pecuniam sint, quos Apost. non modo pecuniæ seruos sed etiam idolorum cultores appellat. Porro de coruis ferunt quod cum implumes adhuc sunt, à parentibus reijciantur, quod similem colorem non habent, quo tempore diuina prouidentia quæ nunquam dormit, eos ad se clamantes alit, vermiculos enim quosdam in nidulo nasci constituit, quorum esu sustentantur, donec nono tandem die nascentibus plumis, parentum colorem referant, atque ita demum ab illis nutriantur. Quam tamen diuinam prouiden C tiam auari homines nolunt agnoscere, qui sibi videntur iam à Domino derelicti, atque ita temporalibus bonis semper inhiant. Plutarchus quidem dicit, quod siquis multum edit & bibit, nunquam tamen expletur adire solet medicos & percõtari quisnam sit is morbus, quæ ve affectio, & qua ratione sanari possit: quare siquis habens quinque lectos, requirit decẽ, & decem possidens mensas, alteras totidem cupiat, cumque multum adsit agrorum, multum pecuniæ, non tamen expletur, verum in alia & alia vigilat, nullisque omnino rebus satiari possit, nonne debet existimare sibi opus esse medico à quo D curetur, quique ostendat quibus ex causis is morbus oriatur? Quemadmodum sitis qua laborat hydropicus, non ex eo contingit quod deficiat in bibendo, præsertim cum bibendo accrescat ei sitis, sed propter adustum calorem quem habet causatur, qui occulto quodam modo ipsum hydropicum adurit: ita ergo sitis quidẽ illa qua premitur auarus, non gignitur ex defectu diuitiarum, cum tantis abundet opibus, sed prouenit ex quadam occulta cupiditate & sibi adhærente, qua laborat, & ex appetitu quodam insatiabili, quem intra se habet, quique magis crescentibus opibus & pecunijs, crescere etiam solet & augeri. Et sicut hydropicus sanari non potest, potum ei assiduum ministrando, sed noxiũ illum humorẽ euacuãdo ita aua

*Lu. Gra. Simile.*
*Miseri ingenij est seruire diuitiis.*
*Simile.*
*Auari serui pecuniæ.*
*Ephe. 5.*
*Coruorum ingenium.*
*Psal. 146*
*ineffabilis Dei prouidentia.*
*Plut.*
*Auari, sẽper sitiunt*
*Simile.*
*Auari inexplebilis sitis.*

ita auarus ipse sanari non potest pluribus congestis opibus, sed potius eas diuidendo, & pauperibus distribuendo. E

*Simile.* Adiungi etiã potest alia similitudo eius qui vehementi frigore constringitur, qui si multis vestibus vel operimentis alijs adie-

*Simile.* ctis calefieri non possit, frigus quidem illud non à circumfuso aere, vel nuditate, aut hyemis intemperie, sed à morbo proficisci iudicamus. Simili ergo modo, animæ morbo eos laborare cognoscimus, qui nullis opibus cupiditatis suæ intemperantiam curare possunt. Quæ est ergo diuitiarum vtilitas, si ex his animi sitim non sedant? Hoc igitur primum aduersus hunc morbum remedium sit, vt scilicet vere morbum animi esse intelligamus. F

*Epicte.* Vnde Epictetus Philosophus interrogatus quis esset inter homi-

*Socra.* nes diues, cui inquit satis est quod habet. Socrates vero quærenti

*Demo.* ti quisnam sibi videretur ditissimus, respondit, qui paucissimis contentus est. Democritus vero rogatus quomodo quis diues fieri possit, si inquit, cupiditatũ qs pauper fuerit: vera enim inopia, cupiditatum copia est. Dices tu tamen ab insigni poæta dictum esse, homines per mare pauperiem fugere, per saxa, per ignes, quomodo ergo ad paupertatis amorẽ tu nos excitas, quam G

*Diuitiis nimis inhiant mortales.* omni ratione homines velis, remisque fugiunt? Quid enim a-liud omnium ordinum homines quærunt, quid captant, quid adorant, nisi argentum & aurum? Quas pelagi oras non attingunt? Quæ littora intentata relinquunt, vt aurum quærant? Qui ad inferos etiam descendere non metuerent, si ibidem aurum se inuenturos sperarent. Non enim mentitur ille qui per Prophetã

*Hie. 6.* dixit, à minimo vsque ad maximum, omnes auaritię student.

*Dan. 3.* Rex namque ille Babyloniæ capitis pœnam indixit, si quis statuã suam auream adorare nollet: instar mortis enim homines putant

*Cice.* auro carere. Verumtamen insigne quoddam est paupertas ornamentum: & voluptatum ac diuitiarum amor, quam multa crimi- H

*Arch. Ta.* na pariat, Cicero in lib. quem de senec. edidit, ex Architæ Tar.

*Simile* sententia, longa oratione enumerat, Sicut ignis quanto magis

*Cle. Rom. lib. 4 Recog.* ligna acceperit, tanto amplius accenditur & inualescit: ita & cupiditatis rabies, vt ait Cle. per ea quæ adipiscitur, auctior & vehementior efficitur.

*Quam sint maiores calamitates futuræ vitæ, quam præsentis*

ET *cum fecisset quasi flagellum.* Non dicit flagellum, nec dicit de funibus, sed quasi flagellum de funiculis, vt intelligamus quam sint minores calamitates huius vitę quam futurę. Humiliter vos

A ter vos obsecro fratres, ait August. ne indigne feratis, si sæpissime vobis ante oculos obiecero, horribilem illum iudicij diem, *Aug. de ti.* & inferni pœnas. Melius est enim hic paruam amaritudinem su- *jer. 67. 10.* stinere, quam habere falsum gaudium, & post modum sustine- *10.* re sine fine supplicium. Medici, quę delectabilia videntur prohibent, vt tandem sanitatem inducant, auferentes suaues cibos, *Simile.* & propinantes amaras potiones: & ita constitui excitare in vobis memoriam æterni iudicij, & præmio æterno ad virtutem in- *Inferni pe* uitare. Solet enim fieri vt dum maiora timentur, minora celerius caueantur *nasmedite* Et vt theriaca sumitur ad depellendum venenum, *mur, & glo*
B ita ad tanta incommoda præcauenda, iudicium ipsum prædica- *riam.* tur. Recordare obsecro punitiones, quas in sacra scriptura le- *Simile.* gimus Deum mundo intulisse, & reperies exiguas plane esse, si ad futuras conferantur. Angeli primum peccauerunt, & de cælo statim eiecti sunt. *Ezech. 28* Item Adam de Paradiso terreno expulsus. *Gen. 3.* Noe temporibus destruxit Deus mundum diluuio. *Gen. 7.* Misit Deus ignem super Sodomam & Gomorrham & alias ciuitates: *Gen. 19.* interemit primogenita Ægyptiorum: *Exo. 12.* puniuit Pharaonem tot plagis, & postea in mare demersit cum toto exercitu. *Exo. 14.* Deleuit memoriam Amalech de superficie terrę: *Exo. 14.* interfecit Og
C regem Basan, & omnes principes Chanaam, cum cæteris *Exo. 17.* qui terram promissionis obtinebant. *Num. 21.* Combussit Aaron filios: *Leui. 10.* fecit blasphemum lapidibus obrui: *Leui 24.* cooperuit lepra Mariã sororem Aaron. *Num. 12.* Crepuit terra, & deglutiuit Dathan & Abyron, cum omni substantia eorum. *Num. 20.* Moysen & Aaron vetuit ne terram promissionis ingrederentur: & de sexcẽtis millibus virorum, qui de terra Ægypti egressi sunt, duo tantum viri terrã promissionis digni habiti sunt intrare. *Num. 21.* Serpentes igniti multos enecarunt. *Iosue 17.* Oza occidit, quia arcam tetigit: *2. Reg. 6.* Propheta qui contra Dei voluntatem comedit, à Leone fuit occisus: *3. Reg. 13.* centum octoginta quinque millia Asyriorum, quadam nocte an-
D gelus domini interfecit: *4. Reg. 19* quadraginta duo occisi sunt pueri ab vrsis, qui Prophetam Eliseum deridebant: *4. Reg. 2.* Ananias & Saphyra repentina morte perierunt. *Acto. 5.* Herodes à vermibus fuit consumptus. *Acto. 12.* Inquit tamen Euangelista quod fecit quasi flagellum, quia flagella huius vitę non sunt talia flagella, qualia vitæ futuræ.

Supplicium quidem huius vitæ si ad supplicium diei iudicij *Simile.* comparetur habet se sicut taurorum probatio cum in arenam ducendi sunt, quos duobus fustibus cædi tantum permittitur: quando tamen in arenam descenderunt, non solum fustibus,

*2. Reg. 14* sed hastis etiam & gladijs Percuti & traijci integrum est, vsque ad crurium sectionem. Absalon quidem iudicabat melius esse sibi mori, quam faciem patris non videre: sic plane damnati, omnia mala potius sustinere vellent, quam diuina visione frustrari. Nunc ergo cum possumus, salutem nostram negotiemur. Tria quidem opera impossibilia in lib. Esdræ angelus eidem proposuit: reuoca inquit diem præteritum, metire ventum, & ignem pondera. Ignis cunctorum elementorum leuissimum, pondere caret. Ventum vero quis metiri posset? tempus autem præteritum nullus quidē reuocare poterit. Vbi ergo pęnitendi tempus præteriit, nemo illud amplius reuocatū iri speret. Quæ quęso supplicia damnati non subirent, vt amissum pęnitendi tempus reuocarent? O quam facile possumus nos in hac vita tantum incommodum reparare si volumus! o cæcitatem nostram Cymmeriam, & miserabilem, qui hoc non videamus, luce meridiana clarius! siquis morte damnatus, ait Chrysos. omnibus suis facultatibus vitam redimendi optionem acciperet, nonne hanc gratiam acciperet? nunc autem cum vel dimidio rerum nostrarum gehena liberari possimus, eius ignibus torqueri, quam quidquam pauperibus erogare malumus, acsi omnino amittamus. Quam ergo excusationem, & quam veniam merebimur, cum tā facili ad vitam via parata, nullo nobis proposito fructu, deferamur in præceps, præsentibus, & futuris bonis spōte iam priuemur, cum vtrisque facile perfrui possemus? Quod si igitur in hunc vsque diem nostram spreuimus vtilitatem nūc tandem ad nos reuersi, res nostras ad necessaria dirigamus, vt futura bona consequamur. Ne præcipitemur in gehennam, hortatur Deus vt reuertamur ad se dicens: conuertimini ad me in toto corde vestro. Item conuertimini ad Dominum Deum vestrū. quoniam benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiam. Quod si regem aliquem terrenum offendisses, & plurimū eius vultū formidares, quātū quęso consolationis & lætitię reciperes, quod idem ipse te inuitaret ad amicitiam suam? Vnde Tertul explicans locum illum Apocal. secund. age pænitentiam, alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, inquit in hunc modum: inauditum plane misericordię genus hoc est, vt minetur, nisi petamus ab eo misericordiam. Nemo ergo tam pater, neque tam pius inueniri potest. Incitari porro debemus ad pænitentiam agendam, terribili illa Christi sententia, nisi pænitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Quæ senten-

Margin notes: *Pœna dāni quam grauis sit.* — *4. Esdr. 4* — *Dānatorū miseria.* — E — F — *Simile.* — *Chrysos. in Ioan. hom 38. to. 3.* — *negligim' salutem animæ.* — G — *Ioel. 1.* — *Simile.* — H — *Apo. 2.* — *Luc. 12.*

A Quæ sententia adeo vera est, vt hęc maximè pugnent inter se, beatum esse, & peccata amplecti & detestari nolle, quod est pænitentiæ proprium. Fixa enim & alta mente reposita esse debet illa sententia August. aut pænitendum, aut ardendum. Quodsi tantopere perterriti fuerunt aduersarij illi olim Romanorum videntes Mutium sceuolam manum suam in ignem coniecisse, quanto magis terreri omnes debent sempiterno illo inferni igne ante oculos posito? Si tu ęstatis tempore vix quiescere potes propter vehementiam & ardorem B æstus, quanto quæso formidabilior esse debet sempiternus inferni ardor? si etiam vehemens febris ita totum hominem concutit, & ante ignem posita cera vel plumbum, ita liquefit facile, quid existimas de ipso inferni igne censendum fore? Quod si hęc ita se habent, vt scilicet tam horribilis sit inferni ignis, quid quæso tardas ad Deum conuerti, & pænitentiam agere pro sceleribus commissis?

D. Aug.
Exemp.
Simile.
Simile.

*Inferni tormenta quam sint atrocia.*

C COnsidera quæso quam horribiles sint in inferno dęmonum aspectus, quamque varij & vehementissimi cruciatus. Quod si quæras, cur illic sit tanta cruciatuum diuersitas, cùm præsertim omnes patiantur igne? Respondeo tale quiddam illic euenire, quale videmus accidere in his qui soli exponuntur: siquidem ąlij plus, alij minus, pro varia cuiusque dispositione afficiũtur: alij offenduntur & læduntur ab ipso sole, alij vero maxime recreantur: sic etiam pro qualitate peccatorum suorum patietur D quisque ab ipso igne. Quodsi fætorem terreni carceris vix potest quis sustinere, quantum obsecro offendetur ab illo sempiterno fætore? Quid faciet ibi quęso vir delicat⁹, qui vix potest laborem aliquem, aut vult tollerare in hoc mundo? Quid ille qui mundanis honoribus famulatur, præstabit tunc cum videbit se inter nefarios & facinorosos homines constitutum esse? si tenebras & obscuritatem noctis vix possumus sustinere, quid dicendũ erit de tenebris illis sempiternis? Permittit Deus varia morborum sæpe genera, vt inde colligamus quanto veriores & terribiliores sint inferni cruciatus. Quod si propter vitandum corporeum morbum, tanto rigori te libenter subijcis, tanta & tã varia pharmaca experiris, quid quæso faciendum tibi est pro euitandis sempiternis inferni pænis & cruciatibus? Vnde mulier quædam cum grauissimis partus doloribus

Quæst.
Resp.
Simile.
Simile.
Simile.
Simile.
Exemplũ

ribus premeretur, audiuissetque dolores inferni dici & vocari quasi dolores parturientis, dixisse fertur, quis obsecro tam amens reperiri poterit, qui tantos dolores experiri veliti, & eos non potius omni vigilantia fugiendos curet? Si prunam ardentem manibus sustinere non vales, quid facies si sustineas inferni ignem inextinguibilem? Si puer ille honorarius qui Alexandro seruiebat, & candela quadam prælucebat, cum tantisper ab ea vreretur, non poterat flammam sustinere, quanto minus inferni flamma sustineri poterit? Quæri autem solet, an ignis inferni verus atque corporeus an vero metaphoricus sit? Ad hoc autem vno consensu sancti patres respondent ignem illum corporeum esse, qui tamen ab hoc nostro igne multis distet. Primum enim noster ignis lignorum fomēta atque materiam quo foueatur, requirit: ille vero instar elementaris ignis simili materia non eget. Præterea hic noster ignis, viua corpora quæ corripuerit comburit & perimit, atque in cinerem reducit: ille autem semper quidem cruciat, sed nunquam extinguit & perimit, adeo vt damnatus homo semper quidem crucietur, nec tamen moriatur. Hic etiam eodem semper modo cruciat quos incendit: ille autem tanquam diuinæ iustitiæ instrumentum, diuersimode pro varietate culparum animas damnatorum torquet. Porro si vel extremo tantu digito ignem contingere tantopere cruciat, & intolerabile videtur, quale quæso erit toto corpore & anima, in illo flāmarum pelago cū æternis ignibus colluctari? quis quæso hæc considerans, non pauescat? Quis non extremam eorum cæcitatem vehementér miretur, qui hæc vera esse credunt, nec tamen timent? Si vel leuissimas etiam dolorum molestias in hoc seculo ferre non possumus, quomodo immania illa tormenta perferemus? Si hujus vitæ calamitates, quæ velut vmbræ quædam futurorum malorum sunt, vix tolerare possumus quomodo poterimus habitare cum ardoribus sempiternis, vt ait Isa? Si adeo delicati sumus, vt in lecto iacentes, nec vnius pulicis morsum, nec culicis strepitum ferre posimus, quomodo illorum serpentum morsus & flammarum cruciatus perpetuo sustinebimus? Quis igitur tā ferreus est, vt hęc audiens non expauescat? Quodsi hęc ipsa nihil apud vos efficiunt, quid agam? quo me vertam? Quid vltra dicam? Vtinam liceret mihi per vias publicas ingredienti, pedibus me cunctorum hominum prosternere, supplicique ab omnibus prece deposcere, vt sibi quisque consulat, sibi dum tempus datur, prouideat, suique ipsius misereatur.

Si vos

*Simile. Exemp. Questio. Resp. Inferni ignis inquibus differat a nostro. Simile. Inferni pœnas timeamus. Simile. Simile. Isa. 33. Inferni tormenta paueamus*

E F G H

A Si vos non religio, non timor Domini, non Christi Crux, non claui, non alapæ, non flagella, cæteraque huiusmodi tormenta & beneficia tangunt, tangat saltem vel amor vestri, malorumque vobis impendentium metus, ne hanc temporis opportunitatem, quæ vobis diuino beneficio contingit, vacuam abire sinatis. Nam quod Dominus ait, in destructione Hierusalem nō relinqui lapidem super lapidem qui non destruatur, hæc etiam calamitas miseris damnatis non deerit: quando nullus in corpore sensus, nullum membrum relinquetur, quod non peculiari B tormento crucietur. Sicut enim improbi exhibuerunt membra sua arma iniquitatis peccato: ita diuinæ iustitiæ ordo exigit, vt debitas eorum peccatorum pænas pendant. Sic igitur impudici oculi, sic aures quæ detractionibus libenter patuerunt, sic fallax lingua, quæ dolum & mendacium locuta est, quæ nec viduæ, nec nuptæ, nec virginis famæ pepercit, sic corpus quod multis vacauit delicijs torquendum est, illudque implendum, quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Hæc autem pæna secundum æquissimas diuinæ iustitiæ leges, infinita est, propterea quod peccauerit homo C contra infinitam Dei maiestatem: est etiam acerbissima & grauissima, adeo vt vel ad solam sui memoriam, vel ferreum quēque hominem perterrere valeat. In inferno quidem, ait Lau. Iusti. adest Deus vt iudex in sui ipsius iustitiæ solio residens, & cuique iuxta culpas tribuit, non diuitis, non potentis personam respicit, sed delicta punit: stillicidia gratię non infundit, rorem misericordiarum non pluit: soluuntur vero delicta & debita, vsque ad minimum quadrantem: pro diuersitate autem facinorum, etiam diuersa sunt & varia pænarum genera. Ignis est ibi corporeus, inextinguibilis, carens necessitate fomenti ima D terialis, diuina tamen virtute corpora concremans, spiritus autem non calefaciens, sed crucians. Lucet quidem ad pænam, nō autem ad consolationem: ibi etiam frigus est intolerabile, & dētium stridor, ibi quoque est fumus teterrimus, tenebræ palpabiles, lachrymæ interiores, horrida dęmonum visio, improperij clamor, ariditas sitis, fætor sulphuris, vermis conscientiæ, spiritualia vincula, carcer squalidus, timor crucians, carentia diuinæ visionis, omnisque salutis & spei abolitio.

*Crudeles plane sumus erga nos.*

*Mar. 13.*

*Rom. 6.*

*Inferni horrenda tormenta.*

*Apo. 18.*

*Infernus sempiternus.*

*Lau. Iust. lib. de cast. cō. ver. & ani c. 16.*

*Ignis inferni qualis sit.*

*Qualia erunt inferni tormenta.*

Intolerabilis res est gehenna, quis nesciat illud supplicium horribile? Tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil est tale dicturus, quale est à beatæ illius gloriæ honore propelli, exosum esse Christo & audire ab illo, non noui vos.

*Chrysost. hom. 28.*

# FERIA TERTIA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE. E

## CONCIO PRIMA.

Cyril. li. 4 in Ioan. c. 40. Ang. in Ioa. tract. 29. to. 9. Chrysolo. se. 48. 1. Cor. 1. Inuidia quātū noceat. Mat. 13. Magna Dei potentia. Cyril. li. 4 in Ioan. c. 41.

IAM die festo mediante, *Ascendit Iesus in templum, & docebat*. Ioan. 7. Mat. 13. Sacerdotio digna saluatoris doctrina, quare ibi etiam præcipue adhibetur, ait F Cyril. vbi Deus habitare credebatur. Nam etsi Deus omnia repleat, quia circūscriptibilis loco nō est, nec secundū naturam suam in loco esse intelligatur, decentius tamē eum in sacris locis habitare dicimus. Notat Euāgelista, ait Aug. tempus quo hæc contigerunt, vt ita apertius Judæorum malitia & peruersitas innotesceret, qui tanto festo, tam immundissimo & impurissimo essent animo. *Mirabantur Iudæi*. Mirabantur indignatione, non gratia, ait Chrysolo. stupebant liuore, nō laude fauebant, quia quod sapere non poterant superba subsellia, stans humilitas perdocebat. *Quomodo hic literas scit*. Sic dicit, G qui Deum, ex quo virtus, ignorat. Sic dicit qui Christum nescit esse Dei sapientiam & virtutem. Sapientiam ergo & virtutem eius mirantur, virtutem quę dat oculos quos natura non dedit, quæ auditum reddit debilitate conclusum, quæ in mutis, sui soluit vincula sermonis, quæ claudos reducit ad gressum, quæ animas apud inferos iam deuinctas, propria redire cogit ad corpora, à Deo inquam esse: nisi salutis inuidus non negaret. At Iudęi sciebant Christi opera diuinæ virtutis esse, non esse possibilitatis humanæ: sed liuoris nubes, malitiæ fumus, visum spectantium caligabant, ne lumen Christi, ne tempus Euangelij peruiderent. Dicebant itaque, est fabri filius, sed cuius fabri filius, nō H dicebant: dicebant fabri filius, vt arte vili ars lateat autoris, & deitatis nomen, fabrile nomen abscōderet. Christus erat fabri filius, sed illius qui mundi fabricam fecit, non malleo, sed præcepto: qui elementorum membra non ingenio, sed iussione compegit: qui massam seculi autoritate, non carbone conflauit: qui solem non terreno igne, sed superno calore succendit: qui lunam, tenebras, noctem formauit, & tempora, qui stellas variata luce, distinxit, qui cuncta fecit ex nihilo, & fecit ô homo, tibi, vt opificem operis æstimatione pensares. Stupent Iudæi, ait Cyril. hominem nudum Christum esse putantes, quia & sapientia & literis eorum iudicio inexercitatus, exercitatis longe præstabat. Moy-

ses au-

A ſes autem vniuerſa Ægyptiorum ſapientia fuit perdoctus,& ta-
men quaſi nihil penitus ſciens, ad meliorem diuinitus cognitio *Iſa.7.*
nem erudiebatur: ita humana omnis ſapientia imbecilla & fragi *Arrogan-*
lis eſt,ad diuinam comparata,per quã quidem Chriſti myſteria di *tium condi*
ſcimus Chriſtus igitur eſt perfectum bonum in omnibus: qui *tiones.*
ſapientiã cognitionemque rerum,non per doctrinam,ſed per na *Iudi.9.*
turam habet inſitã atque innatam. Quocirca Iſa.etiam dicit,an-
tequam cognoſcat puer bonum,aut malum,eliget bonum. Per-
uetus quidem eſt mos arrogantium hominum &inſolentium,cę
B teros deprimere, vt ſeipſos exprimant atque attollãt. Gaal enim
Abimelech deprimebat,vt ſe efferret,dicens:quis eſt Abimelech, *4.reg.18.*
& quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Vtinam daret aliquis populũ
iſtum ſub manu mea. Tumentia quidem & ſeſquipedalia verba
dicebat olim Rabſaces nomine regis Aſſyriorum,deſpiciens re-
gem Iuda, & regem Ægypti, vt extolleret dominum ſuum & *Mal.2.*
ſeipſum. Tales Porro homines qui cæteros contemnunt atque
deſpiciunt, reprehenduntur per Mala. cum ait: ecce ego proij-
ciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſter-
cus. Item ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus po
C pulis: contra vero modeſti viri ea tacent, de quibus tamen glo *Iudi. 14.*
riari iure poterant. Sic Samſon quamuis inermis, cum leo- *Aug.trac.*
nem dilaniaſſet,nemini tamen volebat dicere. *Mea doctrina non* *29.in Ioã.*
*eſt mea.* Hæc eſt profunditas prima ait Auguſt. videtur enim *to.9.*
paucis verbis quaſi cõtraria locutus:non etiam ait, iſta doctrina *Quæſt.*
non eſt mea,ſed mea doctrina non eſt mea. Si nõ tua, quomodo *Reſp.*
tua?Si tua,quomodo non tua? Tu enim dicis vtrumque, & mea
doctrina, & non mea. Nam ſi dixiſſet, iſta doctrina non eſt
D mea,nulla eſſet quęſtio. Sed attendite ſolutionem: quæ eſt do-
ctrina patris, niſi verbum patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina
patris, ſi verbum patris. Sed quia verbum non poteſt eſſe
nullius, ſed alicuius, & ſuam doctrinam dixit ſeipſum, &
non ſuam, quia patris eſt verbum. Quid enim tam tuum,
quam tu? Et quid tam non tuum, quam tu, qui patris es ver-
bum? Quare videtur mihi acſi dixiſſet, ego non ſum a meip-
ſo. *Quomodo hic literas ſcit.* Si aliquis ſibi potum dari poſtula *Simile.*
ret,& calicem ei vini porrigerent,peteretque antequam biberet,
vtrum vinum illud eſſet ex tali vinea? Tum etiam ex quo dolio
vel calo hauſtum eſſet? Diceremus vtique ipſum parum ſitire.
Sic ergo illi Phariſæi non ſitiebant verbum Dei, cum in his *Simile.*
[illegible] inutilibus commorarentur, petentes quomodo
Chriſtus literas ſciret? Si tibi aliqui aurei nummi darentur,& po

stulares, exqua tandem India allatum esset aurum illud, & qui E
nã illud eruerint, Hispani ne an Indi? an nõ omnib⁹ esses ridicul⁹?

*Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea*
*Cyril. in Ioan. li. 4 c. 43.* *vtrum ex Deo sit.* Tunc enim cognoscetis inquit, ex Deo patre doctrinam esse meam, vt ait Cyril. quando volueritis voluntatẽ eius potius quam vestram amplecti. Est autem voluntas Dei qui
*Exo 2.* legem sanxit, non interimere hominem. Tunc inquit, nullo præoccupati odio, facile cognoscere poteritis, vtrum ex Deo doctrina mea sit, an ego à meipso loquar: ita vtiliter arguit & iure accusat, quia immerito doctrinam eius reprehendant, quã pater F comprobauit, vel quod verius est, vna cum filio exponit atque
*Cyril. in Ioan. li. 4 c. 44. & 45.* interpretatur. *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit.* Non à semetipso loquitur Christus, ait Cyril. idest non alienum atque contrarium quidquam adfert, non enim doctrinam legis improbat, sed obumbrata in lege, fulgenti colore perficit. Occulte adhuc illos reprehendit, & suam potius quam Dei gloriã quærere solitos, in ea incidere crimina subaperit, de quibus a-
*Isa. 29.* lios accusant. Legis enim mandata contemnentes, ad voluntatem suam deferebantur: pręcepta hominum docentes, vt scribitur Isa. 29. Vnde commode arguuntur, aduersus ipsum legis G latorem delinquere, non præcepta illius auditoribus, sed sua pręponentes. Cum igitur absolute atque in genere dicatur, *qui a*
*Ambitio detestabilis.* *seipso loquitur, gloriam propriam quærit.* Pharisæorum arrogantię morbus manifestatur, qui sua ideo potius quam Dei præcepta, plebi proponebant, vnde debitã Deo gloriam in se traducerent. Cæterum qui Dei gloriam non quærit, sed suam, is & men
*Arrogantes quo dementię veniant.* dax simul, & iniustissimus est: mendax, quia simulatione legis seruandæ, suam voluntatem auditori proponit: iniustissimus vero, quia legis latoris dignitate neglecta, dominicis præceptis suã pręferre audet. Iustus ergo & verax Christus, in quo nil horum H criminum inuenitur.

*Avaritia quantum noceat.* *Cognoscetis de doctrina mea.* Plurimũ quidẽ excęcat homines auaritia, & maxime tales tristãt cũ restituere aliquid debẽt. Sic enim videm⁹ quãtos labores & afflictiões passus sit Pharao, ꝙ nollet Israeli restituere libertatẽ, durũ illi erat, tot dimittere captiuos, Imo vsq; adeo cæci erãt Ægyptij, vt cũ viderẽt mare ipsũ aperiri, non
*Exod. 14.* tamẽ retrocesserũt, admirantes tãta Dei mirabilia. Vide obsecro quã multas ꝓmissiones ꝓponeret Pharao, & tamẽ nullã vnquã
*Restituam' aliena* pręstabat: sic multi faciũt hoc tẽpore, qui nolũt restituere & præsertim si res sint alicuius momenti. Debet ergo confessor, talibus absolutionem negare.

A *Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Senserunt illata manifeste crimina, cumque ad negationem refugiant, summopere student ne mandata legis præterire videãtur. Videri enim solummodo Pharisæi volebãt, ait Cyril. Quapropter sepulchra eos dealbata dominus appellabat quæ artificio forinsecus splendẽt cum intus sordibus fætulentis abundent. *Vnum opus feci, & omnes miramini, &c. Et in Sabbato circuncidistis hominem.* Mirabilẽ Iudæis rem quã in Sabbatho fecerat, narrans, non dixit curaui hominem, ne temeraria multitudinis ira inflammaretur, sed sub-

*Cyr. Lib. 4. in Ioã c. 47.*

*Mat. 23.*

*c. 48.*

B missius quid protulit dicens: *Vnum opus feci.* Occulte autem & quasi per figuram, tale quid subostendit: vno inquit crimine, vt vos putatis, à me commisso, miramini de animo meo, quia Mosaicam nolim seruare legem: quantum igitur æstimatis aduersum vos Deum esse iratum, cuius legem non semel, neque in minimis, sed in omnibus & semper transgredimini? *Iustum iudicium iudicate.* Leges quidem ait grauis quidam autor, ad odia exterminanda, ad pacem conciliandam, ad lites dirimendas, ad seditiones comprimendas, ad tranquillitatem conseruandam, sancte adinuentas, peruersi iudices vsurpant et contorquent ad

*Hec. pin. in Ezech.*

*Multi legis periti sanctas leges peruertunt.*

C lites excitandas, ad dissidia seminanda, ad causas procrastinandas: itaque cum quis existimat causę suæ finem iam imponendũ esse, & se difinitiuam obtenturum sententiam, ecce ex altera parte succedit procrastinatio, nouaque & hactenus inaudita. Huius ergo tãti mali causa est, quod tametsi doctores egregie dicãt, & leges sanctissimę sint, tamẽ pueersi iudices & patroni ceu araneæ quędam, ex salutaribus & odoriferis floribus, venenum educãt hoc est ex salutiferis legibus, pestifera sua interpretatione & animo, pessimam proferant sententiam & iniquam. Sed quemadmodum ciconia colubros venatur, lacertas, & cætera id genus

*Simile.*

D animalia venenosa, vt ea occidat, laceret & cõminuat, & quamuis in talia tantopere desęuiat, tamẽ in parentes suos in senectute præsertim constitutos, perbenigna est, ita vt eosdem nutriat, & alis suis sustentatos, huc atque illuc comportet, vnde & olim reges, Suida teste, ciconiam in suis sceptris apponendam & appingendam curabant. Ad eundem certe modum iudex maxima cura & diligentia, facinorosos homines, sicarios, homicidas, fures, & cæteros huius furfuris, perquirere debet, lacerare, & trucidare: at vero in eos qui Reipub. parentes sunt, eandemque nutriunt, & alunt atque sustentant, tanquam Atlantes quidam, perhumanus esse debet. Atque ita denique iustitię obseruantissimus, vt clementiæ etiam cum opus fuerit non obliuiscatur.

*Iudices quales esse debeant.*

*Suidas.*

*Iudices animaduertant in malos.*

*Iustum iudicium iudicate.* Peruersi quidem iudices sunt, qui leges omnes subuertunt, omniaque iudicia corrũpunt Quid quæso prodest habere Rempub. caput aureũ & pectus ipsum argenteũ, hoc est regem & cæteros superiores esse rectissimos, si cõmissis causis inferioribus iudicibus deprauatis, iudicia omnia peruertuntur? Hæc quidem mihi esse videtur statua illa Nabuchodonosor, quæ caput habebat aureum, pectus argenteum, at vero pedes ipsi fictiles erant, atq. ita decidens lapis, pedesq. percutiens, statuam vniuersam demolitus est: ita enim hic contingit, vt scilicet quamuis principes æquissimi sint & immobiles, tamẽ accedens non dico grãdis quidam lapis, sed aureus annulus quidam, sed aurei aliquot nummi, sed aliquot duntaxat perdices, pedesq. ipsos ferientes, hoc est aliquos inferiores iudices contaminatos, statum Reipub. qui alioqui firmiter constitutus videbatur, destruunt atque deuastant. Illud omnino curare debet rectus iudex, ait Sene. Vt iracundiam à se omnem quam longissime depellat: ea enim laborans, nil fere recti statuere poterit. Vnde cum aliquando Plato ira succensus in seruum quendam suum animaduerti vellet, omniaque ad suplicium ferendum iam præparasset, aduertens forte se iracundia correptum esse alteri seruo punitionem iniunxit dicens, heus tu Speusippe, hunc punies, ego enim irascor. Puta ergo vel hoc Platonis exemplo, tibi nil licere dum irasceris: cur ita? Quia vis omnia licere. Si punire potes, ait idem Sene. & iracundia te affectum videris, permitte vt prius ea deferueat, nam postmodum eadem poteris vti potestate, & de supplicio imperabis, si expedierit: nunc ergo ira imperat, & tu postea imperabis. *Iustũ iudicium iudicate.* Sic iudices vti quasi rigore quodam debent, Vt tamen se se misericordes exhibere, minime obliuiscantur: & vicissim ita misericordes sint, vt iustitiam seruare non negligant: neque enim minus crudele esse videtur omnibus ignoscere, quam nulli: modus ergo quispiam tenendus est: ita se iudex erga alios habere debet, sicut cupit Deum se habere erga se, & erga alios se habere videt. Deus autem non illico fulmina vibrat, supplicia immittit, tormenta adhibet, sed patienter expectat: ita iudex non debet repentino quodam furore & ira pænas exigere à delinquente, sed animi moderationem quandam expectare debet. Respublica enim ab iracundo præcipitato, & inconsiderato gubernata iudice, in perpetuis est tenebris, tonitruis atque fulminibus. Non sunt durius homines tractandi quam animalia ipsa bruta, ait Seneca. At vero videmus

*Iudices mali leges peruertũt.*

*Dani. 2.*
*Simile.*

*Iudices nõ corrumpãtur pecunia.*

*Sen. l. 3. de ira c. 12.*
*Exẽp. Plato.*
*Iudex non debet iracundia ardere.*

*Li. 3. de ira c. 33.*

*Sen. l. 1. de cle. c. 2. 7. 16. & 19.*
*Simile.*

*Ira in moderatoribus perniciosa videtur.*
*Simile.*

E F G H

A demus equorum domitores ita eosdem equos tractare, vt non semper calcari aut virga vtãtur, sed interdum quodam leuissimo cõtactu & blanditijs quibusdã, aliter enim fieret formidolos' nimiũ equus, aut in aliud eiusceemmodi vitiũ incideret, ita igitur iudex lenitate quadã præditus esse debet. Quod quæso ornamentum conuenientius excogitari vel optari potest, ab eo qui Reipub. præsidet, & iudiciorum clauum tenet ipsa clementia? Quod & in brutis animalibus natura ipsa significare videtur, quę regibus & ductoribus ipsarum apum, aculeos negauit significare nobis volens, rectores esse debere clementiores. Sumpto

*Prælati & iudices lenitate quadã vtãtur.* *Simile.* *Principes sint benigni.*

B ergo vel inde exẽplo careat iudicis animus iracundiæ aculeis, tãtoq. moderatior sit, quanto vehementius quã cætera animalia nocere potest, Munera porro solent sæpe iudicum animos à recto deflectere, aduerte enim nisi prouisum à Deo fuisset, quã facile Balaã sententiã peruertisset, vt populo cui benedicere debebat, malediceret, pecunia excęcatus à Balaach. Dauid item vis' est sententiam contra Miphiboseth propter oblationẽ quandã munerum tulisse. Menelaus propter vasa aurea quæ dedit Andronico, cõtra iustitiã fecit, Oniãq. occidit, & propter pecuniã quã

*Num. 22.* *2. Reg. 19.* *2. Ma. 4.*

C Ptolomæo promisit, euasit ipse, & fecit accusatores occidi.
*Nunquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? &c.* Nouerant ipsi ait Cyril. ex quibus secundum vulgatam hominum existimationem, natus esset parentibus filius Ioseph vt putabatur, & Mariæ. Nouerant itidem locũ educationis eius, & quod in Nazareth nutritus fuerat, vt inquit Euãgelista. Hinc se scire profitẽtur vnde ipse ducat originem, de Christo vero neminẽ sciturum inquiunt vnde sit, Isa. testimonio forsitan innixi, de Christo dicenti, generationem eius quis enarrabit? & ex his colligunt, dominum nostrum nequaquam vt Christum esse reci-

*Cyr. l. 5. in Ioan. c. 2.* *Luc. 4.* *Isa. 53.*

D piẽdũ, nõ satis attẽdẽtes duplicẽ in eo esse substantiã atq. naturã humanã scilicet, secundũ quam vtique in parte nouerant vnde esset, non tamẽ omnino, quia eius patrem Ioseph natura putabãt, & virgineũ partũ ignorabãt: & diuinam quã neq. in eo perspectã habebãt, nec vnde eam esset sortitus agnoscebant. Non sic nubes cælum, ait Chrysolo. nox diem, solem caligo, quomodo mentem cæcat & tenebrat inuidiã. Liuor hoc Iudaicus probat qui Christi sapientiã miratur virtutes stupet, at tollit opera, dicta suspicit, & tamẽ ne in ipso videatur diuinitas, deitas sẽtiatur parẽtum carnaliũ nomina cõmonet & diuulgat, Cæterũ nemo miretur si conditor rerũ, cælorum dominus, De' omniũ patriam locũ que sortitur, quãdo se claudit in vtero, metitur cunis, vberibus occupat, arctat gremio, dat in vlnas & vt angustias & nos

*Ignorãtia quantũ nocęat.* *Chry. ser. 48. & 49.* *Inuidia quantũ homines excæcet.*

tollat humanos humanis se dedit atque aptauit angustijs: homo ad te Deus se per ista deponit, te per ista sequitur, per istas te per quirit angustias, vt quem formauit opere, reformet exemplo: quem iudicio repulit, reducat affectu, & in se seruet, quem præter se conspicit deperisse. Verum isti præ inuidia, talia non videbant. Inuidia de cęlo deiecit angelum, de paradiso exclusit hominem: ipsa primum contaminauit terras germano sanguine ipsa germanos compulit venundare germanū: ipsa Moysen fugauit, Aaron in fratris excitauit iniuriam, Mariam maculauit liuore germani: ac ne multis, quod pauet mens, quod visus tremit, quod auditus non capit, ipsum Christi attendit ac peruenit ad sanguinem: inuidia omnibus malis peior, quos ceperit, liberari nequeunt, quos vulnerauerit, ad curam non veniunt, non redeūt ad salutem. Inuidia delictorum venenum, criminum virus, peccatorum mater, origo vitiorum: hanc qui non viderit, bona videt: hanc qui nescierit, mala nescit, hanc qui fugerit, viuit. Inuidia fuga vitari potest, non potest superari conflictu. E F

*Isa. 14. Gen. 3. Gen 4. Gen. 37. Exo 2. Num. 12. Inuidia detestabilis.*

*Cyrilli 5. in Io. c. 3. Mat. 11.*

*Et nescitis, & vnde sim scitis, & a me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quem vos nescitis.* Recte dicitis inquit, quod me ipsum, & vnde sum cognoscatis, nam secundum humanam conditionem naturæ, & meum genus, & locum natalem, vultusq. effigiem probe digno scitis. Veruntamen aliquid in me, reliquum est quod vos nescitis, diuinæ scilicet naturę veritas, quam à me ipso non habeo, sed à patre, à quo mihi tradita sunt omnia. Cū igitur hanc mihi inesse ignoretis, profecto & me nescitis, & vnde sim nescitis. Sane quod isti secundum faciem iudicarent, inde prouenibat, quod errarent in iudicando, vt ait ipsis Christus. Longe igitur aliter iudicabant reges, cum se in præsepio prostrarent ante paruulum recens natum. Item longe aliter iudicabat sanctus latro, cum diceret pendenti in cruce, memento mei, dum veneris in regnum tuum. At vero isti Pharisæi adeo deprauate iudicabant, vt dicerent etiam dæmonium habere, nam quorundam hominum est iam adeo deprauata consuetudo, vt faciles sint ad iudicandum temere de proximis. Præcipiebat quidem dominus in Leui. Vt septem diebus leprosus clauderetur: non permisit enim Deus sacerdotem facile de lepra iudicare, sed suspendi voluit iudicium septem dierum spacio: si ergo dominus non permisit ita facile de lepra quæ oculo cernebatur, iudicari, quomodo permittet te de cordis proximi tui malitia, statim sententiam ferre? in. 1. lib. Regum dicitur quod Bethsamitæ cum arcam domini nimis curiose intuerentur, de illis G H

*Autor. Mat. 2. Luc. 24. Iudicia temeraria fugiamus. Leui 13. Non affectemus temere indicare. 1. Reg. 15*

A illis percussit dominus 70. viros & quinquaginta mille plebis, quanto obsecro secretius est ipsius hominis cor, quam illa arca? Quanto maior temeritas, penetralia cordis hominis iudicare, quam secretiora loca arcæ illius? Qui iniquus est, semper malitiã cogitat, & vbi peccatum nõ est, peccatum imaginatur, & vbi pax et tranquillitas conscientiæ est, semper mala multa esse existimat. Vnde Iob ait, cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Bonis autem multo aliter contingit iudicare, nam cum recti sint simpliciter ambulant, & cum omnibus loquantur veritatem, ita *Iob. 15.* *Iosue 9.*

B de alijs iudicant. Iosue & populus Dei, quia boni erant, crediderunt facile Gabaonitis dicentibus quod de longinquo venerant nec iudicarunt Gabaonitas cum dolo ad eos accessisse. Vnde Salomon dicit, innocens credit omni verbo, est enim Christianæ mansuetudinis & pietatis, proximi dicta, factaq. quoquo animo fiant, semper in meliorem partem interpretari. Nolite secundum faciem iudicare, ait Christus, nam sæpe humanum fallitur iudicium cũ insontẽ aliquando damnemus, adde quod qui hodie malus est, crastina die bonus erit. In Eccl. enim dicitur, facile est in oculis domini subito honestare pauperem. Et rursus, à *Pro. 14.* *Res in meliorẽ partem interpretemur.* *Eccle. 11.* *Eccle. 18.*

C mane vsq. ad vesperam immutabitur tempus. viæ domini multæ sunt, quibus ad illum tendere possimus, quo circa tu qui pauper es, ne male sententiam de diuite proferas, nam & si non vt tu paupertate laboret, eleemosynis tamen & alijs bonis operibus sibi cælestem patriam comparare poterit. Si tristis es, & peccata tua plangis, noli etiam iudicare eum qui gaudet, nam ille alia fortasse incedit via, quam tu ignoras. Vnde Pau. ait, qui manducat, non manducantem non spernat. Huius etiam rei typum gerere illud videtur quod in Apo. scriptum legimus de ciuitate Hierusalem, pluras portas habente, nam illa ciuitas cælestis plurimos *Rom. 14.* *Apo. 21.*

D ingressus habet. Si statim Deus cum peccamus, nos condemnaret, ait Chrysolo. nec Matthæum de publicano Euangelistam, nec Paulum de persecutore Apostolum Ecclesia possideret. Ananias quidem de Saulo querebatur dicens, domine quanta mala fecit sanctis tuis? Quasi diceret, quid ad lupum ouis? Quid ad cõtumacem, deuotus? Quid ad persecutorem, talis prædicator missus? Sed tamen cum Ananias videret Saulum, Paulum dominus tunc videbat, cum Ananias persecutorem diceret, tunc dominus prędicatorem sciebat: & cum ille Zizania iudicaret inferni, Christus eum uas electionis, & triticum in cælesti horreo iam ponebat, uade inquit, quia vas electionis est mihi iste. *Chrys. ser. 39.* *Acto. 9.*

*Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus.*

Cum

Cum eos ad fidem Christus conaretur inducere, ait Ber. ipsi cō- E
Ber. ser. 5. in quad. de triplici modo ora. tra renitentes, conabantur eum apprehendere & interficere, neque vnquam fidei se submittere volebant, sed res potius fidei suo ingenio & ratione conabantur metiri, cum tamen res fidei non debeant mensurari canonibus & principijs rationis nostræ. Ad mensurandas quidem certe res fidei, ait alius autor, simplici potius fide, quam virga rationis, vtendum nobis est. Et quē-
Hec Pin. in Ezech. Simile. admodum qui ad Indos nauigant, relicto polo arctico, se totos antarctico polo permittunt, & eo duce nauigationem suam perficiunt & absoluunt: sic profecto qui ad cælestem enauigare patriam contendunt: ij nō ratione propria, non argumētis, à se inuentis & excogitatis, sed soli fidei potius innitantur necesse est: F qua via cū nō incederēt isti, ideo Iesum quærebant apprehendere. *De turba autē multi crediderunt in eū.* Dominus noster, ait Cy-
Cyril. in Ioan. l. 5. c. 6. Mat. 11. ril. spiritu exultans, vt ait Mat. inquit. Confiteor tibi pater, domine cęli & terrę, quoniam abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ecce paruulis spiritu & humilibus reuelata sunt diuinitatis Christi mysteria, quoniā de turba simpliciq. & vulgari plebe, multi crediderūt in eū. Vt igitur per
Isa. 66. Isa. predixerat, ad quē autē respiciā, nisi ad pauperculū & cōtritū spiritu & tremētē sermones meos? nūc ad pauperculos quidē oculo suæ ineffabilis benignitatis respexit, cū eis synceru fidei lu G mē infudit: cū autē pharisæi superbi essent & arrogātes, & poti' quærerēt Christū apprehēdere, & in eū violentas inijcere manus propterea merito quidem inanes & vacui relicti fuerunt.

## FERIA TERTIA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA.

H

### Detractores quam sint reprehendendi.



IAM die festo mediante ascēdit Iesus in tēplū, & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes, quomodo hic literas scit, cū nō didicerit? Io. 7. Hic est vetus mos detractorū, vt etiā in rebus præclaris inueniāt quid detrahāt. Vnde inquit Io. in Apo. vidi equos in visione, & qui sedebāt su-
Apo. 9. per eos, habebāt loricas igneas & suphureas, & de ore ipsorum equorū procedebat ignis & fumus, & sulphur, & illis tribus plagis occi-

A gis occisa est tertia pars hominum. Isti equi sunt detractores, qui se à dæmone trahi sinunt in varias detractiones, atq. ita passim seminãt zizania & discordias. Vnde Dauid dicebat, domine libera animam meã à labijs iniquis,& à lingua dolosa: siquidẽ huius verba sunt inquit sagittę potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs. In longinquum quidem iacis telum arcu, sed longius pertingit detractoris lingua,& eius morsus. Plura quidem alia vitia inter hebræos regnabãt, at vero dicit Deus per Ezech viri detractores fuerunt in te, vt significaret quam pessimũ sit hoc vi
B tiũ. Vnde Eccl. ait, lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos de gente in gentẽ. Cũ igitur aliquid de proximo nostro tractabimus, nõ detrahamus ei, quin potius eius bona opera in mediũ adducamus. Sane cũ Appelles aliquãdo depinxisset Antigonũ regẽ qui monoculus erat, tãto artificio ipsũ depinxit, vt talis defectus in ipso non appareret: cũq. interrogaretur quorsũ illũ cũ tali defectu nõ depinxisset? respõdit, quia vtiq. cõmode potui eũ absq. tali defectu depingere. Sic ergo nos debemus gerere cũ tractamus de proximis nostris, vt scilicet virtutes eorũ cõmemoremus,& defectus reticeamus. Sunt quidem detractores instar
C dæmoniorũ, qui sæpe tentãt cũ fructũ nullũ referãt: sic vtiq. isti ex suis detractionib° nullũ sibi reportãt fructũ. Vnde Sap. ait, abominatio est hominũ detractor. Vbi nota quod nõ solũ dicit abominabilẽ, sed ipsam abominationem. Videas enim aliquos qui etiam quæ somniarũt de proximo mala, publicãt. Vnde Psal. ait cogitauerunt,& locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt: posuerunt in cælum os suum: quasi diceret, non solum hominibus, sed etiam ipsi Deo detrahunt. Non debemus quidẽ patiẽtes aures accõmodare his qui absentibus detrahũt, de talibus enim dicit Dau. & opprobriũ nõ accepit aduersus pro-
D ximos suos: vbi traducit Hiero: nõ sustinuit opprobrium super proximo suo:& felix vertit, opprobriũ nõ tulit aduersus proximũ suũ. Inhumanus sane ille esset qui vidẽs proximũ suũ à canibus lacerari, ei nõ subueniret: sic plane inhumanus est ille qui videns lacerari famã proximi sui, non respondet pro ea, vel saltẽ ostendit quod ea nõ libenter audit quæ cõtra proximũ dicũtur. Nã vt ait Sap. ventus aquilo dissipat pluuias,& facies tristis linguam detrahentem. Hinc etiam Hie. ait, si deesset auditor, non esset murmurator. Nemo enim libenter aliquid illi narrat, qui narrantem grauiter & moleste audit. Videtur sane ille qui libenter audit detractores famæ proximi, similis illi qui condimentum apponit carnibus vt melius deuorentur, Quid igitur de illo

*Lingua detractorum quantũ noceat.*
*Psal. 19.*
*Ezech 22.*
*Eccle. 28.*
*Appel.*
*Antigo.*
*Non publicemus alienos defectus.*
*Simile.*
*Pro. 24.*
*Psal. 7.*
*Psal. 14.*
*D. Hie.*
*Felix.*
*Simile.*
*Pro. 25.*
*D. Hie.*
*Simile.*

de illo dicemus, qui non solum id pręstat, sed etiam incitat magis ad detrahendum proximo? E

Cæterum ne te affligas si habes qui tibi detrahant, vides siquidem quod de Christo murmurarent Scribæ & Pharisæi. Sane famuli & serui, quando aliud ipsis ad agendum non suppetit, solent parietem album carbone delineare: sic mali solent bonis detrahere, cum in virtute non se occupent, sed tamen sicut illi id præstare non possunt, quin manus coinquinent, sic ipsi suas inquinant conscientias. Quare vir bonus cõsoletur se illo Christi dicto, beati estis cum maledixerint vobis homines. Item non est discipulus super magistrum &c. Percontatur certe regius vates dicens. Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Et respondet, prohibe linguam tuam à malo & labia tua ne loquantur dolum. Vide obsecro quid isti Scribæ quęrerent, vbi nam literas didicisset? Sane inter saxa cæspitare non est mirũ at vero in Plano, hoc maxime est mirabile: sic quod isti possent aliquos Christi defectus recensere iure, si tunc scandalizarentur non esset mirum: at vero quod eum reprehendant de his in quibus est laudandus, hoc intolerabile quidem est. Longe sane modestiores erant discipuli qui cum possent interroganti Christo, quem dicunt homines &c. respondere quod Scribæ & Pharisæi ipsi detraherent, non tamen id dixerunt, neque quod dicerent, quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? sic ergo nos non debemus cuiquam detrahere, & præsertim sacerdotibus & Christis domini. Vnde assignantes doctores aliqui causam quare vestes non possent calefacere Dauidem dicũt ideo esse, quia præsciderat oram chlamydis Saul, qui Christus domini erat. Si igitur hoc ita punit Deus, quanto magis putas puniet eos qui suis detraxerint sacerdotibus? Cum Apos. reprehenderetur à quodam quod malediceret sacerdoti Ananiæ, respondit se id nescire quod esset sacerdos domini. Si igitur talem sacerdotem ita Paulus venerabatur, quanto nos modo magis sacerdotes venerari debemus? peiores vtique videntur detractorum linguæ flammis inferni: siquidem hæ tãtum cruciant malos, at vero linguæ detractorum mordent bonos & malos. Videas quosdam congregari tanquam fabros ferrarios vel carbonarios, qui nullius famæ & bono nomini parcunt, & cum sæpe illis non noceant, semper tamen se ipsos inquinant, de quibus ait Dauid, quod venenum aspidum est sub labijs eorum. Et Sap. nos monet dicens, cum detractoribus ne miscearis, quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? id est

*Simile.* *Simile.* *Mat. 5.* *Mat. 10.* *Psal. 33.* *Detractorum conditiones.* *Mat. 16.* *Consulamus famæ proximi.* *1. Reg. 24.* *Acto. 25.* *Graue scelus sacerdotibus detrahere.* *Dissimile* *Simile.* *Psal. 13.* *Pro. 6.*

F G H

A id est detrahentis & audientis. Quis igitur tam graue scelus non fugiet & abominabitur? Grego. quidem narrat de quadam muliere quæ honestissima quidē erat, sed tamen facile omnibus detrahebat, quod scilicet cum mortua esset, dimidiam eius partem videlicet vbi lingua erat, combusserunt dæmones, & reliquam dimidiam corporis partem intactam reliquerunt. De detractoribus quidem ait Ioã. in Apo. quod impij commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis. *Gre. l. 4. dialo.* *Apo. 16.*

B

### *Gratitudo plurimum placet Deo.*

*MEa doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Vide quomodo Christus recognoscat doctrinā habere à patre, vt ei9 exēplo discam9 grati esse benefactoribus nostris. At vero tales sum9 vt iam đ nobis videatur dici posse, generatio praua atq. peruersa, hæc cine reddis domino, populo stulte & insipiens? nonne ipse est pater tuus? Si tantū parētibus carnalibus debemus, vt in necessitate videamur potius ipsis debere subuenire quam alijs quibuscuis, quanto quæso plus Deo debemus, in quo viuimus, mouemur, & sumus? Sane Daniel cum delictum proponeret regis C Assyriorum, dixit quod Deum prouocauerit, qui flatum ipsius habet in manu sua. Ionas quidem cum tantam videret tempestatem contra se commotā, fassus est se hebræum esse, quasi diceret, se esse de illa natione, cui multa Deus contulerat beneficia: & dominum inquit cæli timeo: quasi diceret, si gentilis essem, nō perinde mirum esset, quod essem ingratus. Quanto igitur magis de Christiano ingrato conquereretur Deus? Maxime quidem ingratitudo nostra ostenditur, cum ab aliqua infirmitate vel periculo euasimus & vota emisimus, quæ tamen postea implere D recusamus. Quid quæso diceremus de ingratitudine alicuius viri, qui cum curatus esset ab aliquo medico de grauissima infirmitate, postea ipsum ignominia afficeret, & interficere vellet? Sane qui in laboribus positi se emendare promittunt, & postea id non faciunt, similes mihi esse videntur Pharaoni, qui cum se plagis oppressum videbat, multa quidem promittebat, at vero postea nil adimplebat. Plinius quidem nos monet, vt tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Promisit quidem Deus Abrahæ amænissimam & fertilem terram, & quamuis ipse firmissime quidem crederet diuina promissa, tamen metuebat num forte successores sui propter eorum scelera, ipsam perderent, vnde dixit *Deu. 32.* *Parentib9 plurimū debemus.* *Danie. 5.* *Iona. 1.* *Grati erga Deum simus.* *Facile a laudabile instituto desistimus* *Simile.* *Ingrati sumus erga Deum.* *Exo. 8.* *Pli. iunior in epis. Nup.*

A in Religionibus, dicendi, Deo gratias, qui à virgine Maria fertur originem habuisse. Tādē Paulus ait, in omnibus gratias agite. Item cum gratiarum actione petitiones vestræ &c Et Christus dicebat, gratias tibi ago pater. Item Eccle. nos monet dicens: gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam suam. Omnibus quidem diuina erga nos beneficia prædicare debemus. Sic Dauid dicebat, venite, audite, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meę. Serui quidē Dei passim diuina commemorant beneficia, sic Iacob interro-

*Assiduè Deo gratias agamus.*
*1. The. 5.*
*Phil. 4.*
*Matt. 11.*
*Eccle. 29.*
*Psal. 65.*
*Gen. 37.*

B gatus ab Esau de multitudine illa quæ ante ipsum præcedebat, ait, paruuli sunt, quos donauit mihi Deus, atque ita dixit in cæteris bonis, quæ etiam ipsi fratri suo offerebat. Non tamen ita dicebat Esau, sed potius, habeo plurima frater mi, sint tua tibi. Præterea Ioseph agnoscens diuina erga se beneficia, dicebat, Deus fecit me dominū vniuersæ domus Pharaonis, quin etiā in nominibus quibus filios suos appellauit, mentionem fecit beneficiorum Dei. Item exploratores terræ promissionis, vt se gratiores erga Rhaab ostenderent, pepigerunt cum ea vt signum quoddam educeret, vt ita beneficium sæpius in memo-

*Gen. 45.*
*Iosue 2.*
*Recordemur Dei beneficia.*

C riam veniret, & locus, per quem salui facti erant. Cum hebræi Iordanem transmitterēt, duodecim viri in memoriam tanti beneficij eduxerunt inde duodecim lapides ex profundo fluminis loco, vt extarent ad sempiternam memoriam, & voluit Iosue vt tales viri non essent de eadem tribu, vt ita omnes intelligerent, quam commune & late patens esset beneficium: & duodecim ibi columnas erexerunt, vt intelligas quomodo gratus Iosue plura adhuc pręstaret, quam Deus ei pręciperet: nec vero mirum est si homo plura adhuc faciat quam Deus ab eo requirat, siquidem videmus quod Deus plura etiam nobis pręstet, quā

D promittat.

*Iosue. 4.*
*Grati erga beneficia diuina simus.*

*Dei voluntatem libentissime exequamur.*

SI *quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea* satis quidem hinc colligitur quantum nobis conducat, diuinæ parere voluntati, quandoquidem inde adipiscimur veram rerum cælestium cognitionem. Omnia quidem videmus parere diuinæ voluntati, pręter hominis voluntatem, quę ipsi interdum repugnat. Vnde per Hiere. ait Deus, à seculo confregisti iugum meum, & dixisti, non seruiam. Quamobrē per ipsam

*Obediamus Deo.*
*Hie. 2.*

pœnitentiam infirmam voluntatem nostram sanemus, & Deo pā- E
*Conformemur nos diuinæ volūtati.* reamus, dicentes: ô bone Christe si vis me esse infirmum, vel pauperem, vel debilem, fiat vt vis. Sic Dauid dicebat: in capite libri scriptum est de me vt faciam voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Quasi diceret, non
*Psal. 39.* solum foris tibi parebo, sed etiam intus in corde meo. Vnde de
*Hie. 5.* aduersantibus sibi conqueritur Deus apud Hiere. dicens, audi
*Dominum timeamus.* popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & habentes aures, non auditis: me ergo non timebitis ait F
Dominus, qui posui arenam terminum mari? Quare obediamus Deo, cum videamus insensibile mare ipsi parere. Quanto
*Iosue 10.* enim obedientiores ipsi fuerimus, tanto plura nobis conferet
*Ber. in illa. ver.* beneficia. Sic de sancto Iosue dicitur cum sol constitit in cælo, obediente Deo voci hominis. Non igitur Deo placet
*Isa. 38. in die ieiu. vers.* quod voluntatem nostram sequamur, neglecta Dei voluntate, vt ait Ber.

Vocat quidem Deus seruos suos oues, siquidem inter cæte-
*Simile.* ras ouis proprietates, illa est etiam, quod scilicet prompte obediat pastoris voci, ita vt si forte depascat in vetito aliquo loco, G
statim inde secedat ad simplicem pastoris vocem. Sic quidem igitur cognoscetur quod oues Christi sumus, si statim ad
*Psal. 28.* eius inspirationem vetita relinquamus, & ipsi pareamus. Est enim vox domini in virtute vt ait Dauid, vox domini in magnificentia, vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros libani. Sane cum nouacula ad radendos crines nostros vtitur tonsor, non audemus mouere caput, ne-
*Simile.* que ad hanc vel illam partem declinare, & videntes Deum nobis
*Esth. 13.* propter peccata offensum, audebimus in illis perseuerare? cū prę-
*Psal. 7.* sertim videamus quod mors & vita in manu eius sunt. Vnde Esther. 13. omnia in ditione tua sunt posita. Et Dauid ait, nisi H
conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Vnde eius manum timens Iob, dicebat,
*Iob. 13.* manum tuam longe fac à me. Sic igitur interdum caput per humilitatem demittamus, & interdum per contemplationē eleuemus: ac semper in omnibus Dei voluntatem sequamur, dicen-
*Psal. 72.* tes cū Dauide, vt iumentū fact9 sum apud te: debemus ergo bruta imitari, quę facile voci domini sui obediūt. Sic Iob nos hor-
*Iob. 12.* tatur dicēs, interroga iumenta, & docebunt te. Videmus siqui-
*Simile.* dem equum generosum facile statim virgæ parere, & calcari, atque fræno. Sic etiam, bos quamuis præditū sit cornibus

armētum

A armētum, nihilominus tamen facile collum suum iugo submittit: quia etiam puerulus vnus varia armenta indomita etiā custodit, & ad eius vocem parēt. Vide etiam quam fidelis sit tibi canis custodiens diligenter bona tua, & domū tuā per totā noctē, omnibus se exponēs periculis. Cur igitur pariter tu Deo tuo & domino tuo non obedies? Audi Psal. dicentem, non ne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Sane Tertul. dicit quod quamuis Deus sit omnium dominus, noluit tamen se dominum appellare donec hominem creauit, in quo homi-
B nem ipsum voluit maxime honorare. Nec vero post Dei nomen, est aliud quod magis Deo quadrare videatur, quam nomen domini: cum dominium vt docet diuus Thom. Maxime Deo conueniat, nec possit illud à se depellere. Vnde facile potest homo colligere quantam iniuriam & iniustitiam faciat cum relicto Deo, se mundo vel dæmoni conformat, & suam exhibet voluntatem: perinde ac si aliquis delicate in horto suo nutriret arborem, & ipsa alteri fructus daret, videlicet inimico domini sui. Videas certe aliqua quæ facile alienam recipiant figuram, & modo hanc, modo illam: alia vero quæ non perin-
C de facile, sed suam primitiuam conseruant figuram: lapis enim nisi tundatur malleo, vbi semel quadratus est, semper quadratus remanet at vero aqua pro ratione vasis, subinde figuram mutat. Sic malus & obstinatus vix potest sine magnis ictibus mores mutare: at vero vir probus facile Deo obedire solet, & voluntatem suam cum eius voluntate conformare.

*Cum bruta tātopere nobis obedire videamus, sic etiam nos Deo pareamus*
*Psal. 61.*
*Ter. l. contra Hermo. har.*
*Gen. 1. & 3.*
*D. Tho. 22. q. 10.*
*Simile.*
*Obstinati quibus cōparentur.*

D

*FERIA TERTIA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO TERTIA.

*Quam late pateat hominum malitia.*

IAM *die festo mediante. &c.* Ioan. 7. vide obsecro quomodo peruersi isti Pharisæi cum non possent doctrinā Christi repellere que ipsos vrgebat, conātur ea friuola vti calūnia, dicētes, quomodo hic literas scit cū nō didicerit? vix iā est qui possit effugere calūniatores, adeo malitia hominū & mendacium, & periuria inūdauerūt. Vnde effectū est

*Calumniatorum conditiones.*

vt ad fallaciũ hominũ euitandos sermones, fuerint inuenta publica instrumẽta, & publicę & auctenticę scripturæ: olim enim hæc nõ erant necessaria, sed simplex sermo sufficiebat, & erectio alicuius lapidis in testimoniũ. Vnde Iacob & laban in suo fœdere tãtũ erexerunt lapidẽ: & ne ipse caderet, congregauerunt multos lapides & fecerũt tumulũ, atq. comederunt sup eum. Itẽ quãdo Abrahã sepulchrum emit cũ agris illis, tãtum psoluit quadringẽtos siclos argẽti probatæ monete, & scriptura nulla vsi sunt cõtrahẽtes. At vero iã nullus est fere qui possit ita negotiari, sed longa vtimur auctẽtica scriptura, & multis testibus, & nihilominus adhuc multæ oriuntur lites & cauillationes. Sane dũ De⁹ legẽ circuncisionis siue mandatũ dedit Abrahæ sufficiẽs fuit simplex verbũ, atq. ita veluti per manus ad Moysẽ tandẽ hoc mãdatũ peruenit: sed cum hominũ malitia cresceret, decreuit De⁹ hoc mandatum literis cõmendare: sic etiã legẽ scriptam eis dedit ac postmodum voluit etiam vt lex Euãgelica literis mandaretur. Quæ etiã cum ita se habeãt, nõ desunt ad huc malitiosi & hæretici qui omnia deprauẽt & cõtaminẽt, sequentes dæmonẽ patrẽ suũ, qui mẽdax est, & pater eius. *Quomodo hic literas scit?* Ex altera quidem parte vis eos manifestę veritatis vrgebat, ex altera vero virus malitię, à veritatis confessione reuocabat. Vnde simile quiddam illis eueniebat, quod in venatione canibus, qui cum varios in nemore ferarum odores præsentiunt, modo huc, modo illuc præcipiti cursu feruntur, nec certo sciunt quo tendere debeant. Quod plane miserrimis his hominibus contigit, quos hinc manifesta operis dignitas, ad veritatis cognitionẽ adigebat inde vero acerbum in Christũ odium malitia, auaritia, inuidia, atque ambitio, velut atræ quædam nebulæ excæcabant. Vnde inferre videbantur, quod per magicam artem illa quæ dicebat, nouisset, cum literas non didicisset. Varijs quidem modis solent impij & improbi homines persequi bonos, & eosdem affligere, ac tanto eos prosequũtur odio, vt ait Ansel. vt dicat Apos. tãquam purgamenta mundi, & omniũ peripsema facti sumus vsq. adhuc. quasi diceret, sumus vsque adeo mundo odiosi, vt vel solo aspectu nostro fastidio efferantur, & intestino quodam odio nos prosequantur, nosq. exterminent à suis congregationib⁹ & Rep. tanquã viles & abiectas quasdam sordes, aut putamina vilia & fæces. Sic ergo isti pharisæi Christũ vilipendebant dicentes, *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Considera igitur peccator quantas Christus propter te ignominias passus fuerit, cum ignominiã tantopere fugiant omnes & abominẽtur.

*Mũdus abundat calumniatoribus.*
*Veritas vix reperitur iam inter homines.*
*Gen. 31.*
*Gen 23.*
*vix est qui sine dolo negotietur*
*Gen. 17.*
*Exo. 31. & 34.*
*Hęretici deprauãt scripturas*
*Simile.*
*Calumniatorũ cõditio.*
*Anselin. 1 Cor. 4.*
*Mali bonos spernunt.*

E
F
G
H

Vnde d⸗

A Vnde de Cleopatra legimus quod ad ignominiā vitandam, sibi aspidem admoueri iuberet, vt eius morsu moreretur. Quare serui Dei cū cōsiderant quātas ignominias Christus propter ipsos passus sit, etiam sibi inflictas patienter propter Christum sustinēt Vnde Chry. ait, quod victum esse, & ignominia affectum propter Christum, illustrius quidem est, quam siue doctorem, siue Euāgelistam, siue Apostolum esse. Nullus est imperator qui tantum de sceptro suo glorietur, quantū gloriabatur Apost. in tribulationibus propter Christū toleratis: sic etiā Christus dicebat, si exal-
B tatus fuero à terra, vocans mortem crucis & labores quos sustinebat, exaltationē: significans videlicet nobis quod vera gloria in eo consistit, vt propter Deum patiamur. Longe tamen aliter sentit mundus, eos videlicet infelicissimos vocans, qui propter Deum patiuntur, & eos felicissimos qui semper in prosperitate versantur. Vnde Dauid ait, beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Sic fit vt mundus honorificos homines eos vocet, qui vlciscuntur iniurias sibi illatas, quod tamen legi Christi cōtrarium est. Sed quid quæso malis his pharisæis Christus faciebat, vt eum tantopere persequerentur? num eorum bona auferebat? num filios eorum, aut quēquam alium interficiebat? Non
C vtiq. sed tantum eorum prauos mores corrigebat, & eorum salutē procurabat, iuxta illud Isa. ego sum qui loquor iustitiam, & pugnator sum ad saluandum. Sic Hieremi. & alij multi, quod vitia reprehenderent, odio habiti sunt: & paucos iam reperias qui velint vitia corrigere. Vnde Hiere. ait, circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium: ego autem dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam domini, & iudicium Dei sui: ibo igitur ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognoue-
D runt viam domini & iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul cōfregerunt iugum, & ruperunt vincula. Paucos igitur inuenias qui corrigant, & paucos qui libenter audiāt correctiones. Vnde Christus ait, Qui male agit, odit lucem: & certe fures cum noctu furantur, statim lucem conantur extinguere, sic mali bonos persequuntur, quia eorum luce, manifestantur malorum opera praua. Vnde cum Christus esset lux vera, propterea pharisæi ipsum persequebantur, & quia eorū leges mundanas non comprobat. Vnde Christus dicebat discipulis suis, si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Vt enim coruus pullos albos persequitur, & nigros diligit: sic mali bonos persequūtur & malos amplectuntur.

*Cleopatra*
*Chry. sup Ephe. 4.*
*Ioan. 3.*
*Gloria sūest pati propter Christum.*
*Psal. 143.*
*Vitiosi nolunt audire correctiones.*
*Isa. 63.*
*Hie. 5.*
*Mali bonos persequuntur.*
*Pauci inueniuntur boni.*
*Ioan. 3.*
*Mat. 5.*
*Ioan. 15.*
*Simile.*

*Mundanam gloriam appetunt plerique.* E

2. Tim. 1. Simile. *QVi a semetipso loquitur gloriam propriā quærit.* Mirū sane est videre, quātopere homines gloriā propriā quærāt, obliuiscē tes Deū, cui debetur honor & gloria, vt ait Paulus. Sane serui Di plus honorē & gloriā Dei diligunt, quam diligat spōsus suā

Act. 14. Exo. 17. sponsā. vide enim quomodo statim vestes suas sciderunt Pau. & Barnabas, quādo lystris volebant ipsis sacrificia offerre. Itē Israeliticus populus quāuis manibus suis viriliter certasset, nihilominus tamē Deo honorē victoriæ tribuerunt, & altare erexit Moy

Gen. 9. ses, quod dicebatur, dominus exaltatio mea. Insuper Noe benedicēs filio suo Sem, ait: benedictus dominus Deus Sem: innuens F

Iaco. 1. quod à Deo veniat omnis benedictio. Vnde Iaco. ait, omne datū optimū &c. Et certe mirū est quod tātopere homines appetāt

Simile. fallacē mundi gloriā, quæ nullū potest satiare: quę etiā est instar vmbræ, quæ sēper nigrū colorē præsefert, quāuis à corpore albo, vel viridi causetur: sic enim mūdanus honor siue propter diuitias, siue propter doctrinā, vel dignitatē causetur, semper tamē est periculosus & laboriosus. Porro sciēdū quidē est duplici potissimū nomine aliquid magnū dici, aut quod reuera natura sua ingēti animo magnū esse videtur, aut quod pusillo animo ob ei9 exiguitatē & angustiā, magnū esse putetur, cū tamē reuera paruū G sit. Prudenter enim à Seneca dictū est, multis rebus nō ex natura sua, sed ex paruitate nostra, magnitudo accidit. Sic igitur rudes & pusilli homines, terrenas opes & inanes honores magnos æstimāt: quibus quidē cum momento temporis velut vmbra euanescant, nil minus quam magnitudinis nomē cōuenit. Vnde hos fallaces æstimatores, Salomō, infātię nomine vituperat, cū ait, vs

*Mundani honores varijs periculis expositi.*

*Sene.*

*prosperitates humanæ quam sint inanes*

Pro. 1. quequo paruuli diligitis infantiam, & stulti, ea quæ sunt noxia concupiscitis? Quod perinde est ac si diceret, vsquequo adeo pusillo & infantili animo eritis, vt puerorum more res lubricas & inanes consectemini, easque tanti faciatis, vt dignas H existimetis, quas cum vestro magno malo ardentissime cupiatis? vt enim pecudibus & iumētis fœnū iucūdius & gratius quā aurum est, ita isti pecudum more viuentes, fluxa sempiternis, & terrena cælestibus anteponunt. Satis quidem constat fratres inter omnes mundani cordis affectus, honoris & glorie cupiditatē latissime patere. Iam fere nullus est qui non flagret infinita quadam gloriæ cupiditate: hoc autem vel ex eo patet quod cum nihil quidē vita ipsa charius sit, multi ne honorem amitterent aut vllum in se dedecus reciperent, vitam profūdere maluerunt. Honoris porro appetitio, & ꝙ est cōsequens

*Simile.*

*Mundani preferūt temporalia æternis*

*Honores humanos multi sectantur.*

ignomi-

A ignominiæ odium, vehementer nos ad virtutis studium alliciũt, & à vitiorum turpitudine reuocant. Vidit enim ille sapientissimus rerum fabricator, neque à virtute laborem & difficultatem, quam hominum natura refugit, neque à vitijs abesse voluptatẽ, quam eadem natura vehementer appetit: vt eos igitur neque difficultas illa à virtute retraheret, neque rursum ea voluptas ad inhonesta & in concessa raperet, in virtute quidẽ honorem & gloriam collocauit, cuius flagrantissimum desiderium animis nostris inseruit: in vitijs autem dedecus & ignominiam posuit, à

*Verus quidem honor in virtute collocatur*

B quibus nos pudoris & verecundiæ fræno arcere voluit, vt quos diuini numinis respectus ad virtutem minus incitabat, honoris saltem appetitus, & ignominiæ metus, in officio contineret. Sed quid nos tandem facimus? Quonam modo his diuinis beneficijs vtimur? nimirum eo modo, quo alijs eiusdem conditoris muneribus, quę vitio nostro sic inuertimus, vt virtutis & religionis instrumenta, in vitiorum irritamenta vertamus. Nil denique est nobis a natura insitum, quod non sit vel ad corporis tutelam, vel ad animi cultum aptissimum. Sed nos plerumque diuinis muneribus ad nostrum exitium & deformitatem abu-

*Vitia magnam pariunt ignominiam.*

*Diuinis murerib⁹ abutimur.*

C timur. His igitur exemplis aperte liquet, quid de honoris appetitu iudicandum sit. Vt enim scelerati & perditi homines, illam animi propensionem, qua ad religionis & veri Dei cultum, naturæ beneficio incitabantur, ad falsa multa impie transtulerũt: & quod erat pietatis incitamentum, totius impuritatis seminarium fecerunt. Sic modo multi honoris desiderium quod in virtute colenda impendi debebat, non in virtute, sed in opibus, in diuitijs, & potentia, in ampla familia posuerunt: eos qui hisce rebus abundant claros in primis & illustres existimantes, quamuis sint scelestissimi: eos vero qui paupertate & inopia premun-

*Honorem mundani in diuitiis peruerse collocarũt*

D tur, miseros arbitrantes, quamuis sint virtutum omnium ornamentis exculti; honorem igitur in diuitijs, pudorem autem in paupertate collocarunt. Videtis igitur fratres humanæ mẽtis peruersionem, & diuinorum munerum abusum? Vnde liquet, id hac in parte euenire, quod in multis alijs rebus contingit, quarum aliæ veræ quidem, aliæ adulterinæ sunt. Adhunc ergo modum sunt veri honores, sunt & falsi & adulterini. Veri sunt qui hominibus ob virtutem et res præclare gestas, distribuuntur: falsi autem sunt quidem qui ob res futiles & interituras exhibentur.

*Mundani inhiant caducis honoribus.*

Mirabile plane est & miserabile quod videamus plerosque ita ambitioni deditos, & mundanos honores appetentes, vt nil a-

liud machinentur, quam quomodo possint cæteris eminere & E
minari, cum tamen tam incerti sint, tam periculosi, tamque caduci huiusmodi mundani honores & dignitates. Hoc quidem vt ait Lau. Ius. voluit Christus insinuare, cum voluit illudi sicut in corona spinea, sic in harundineo sceptro. Merito enim terrena dignitas harundini comparatur, quę exterius viret, & tamē infructuosa, intusque inanis est & vacua. Quis quæso primo aspectu, potentum seculi non appeteret fastum? Quidquid in ipso est, arridere atque virescere creditur: at vero accede propius & F
considera diligenter quantis agitetur curis, quale etiam foris proferat germen, vtique inutile & cito periturum: ex pręteritorum scientia: præsentia iudicabis. Vidi inquit Propheta, impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui, & non est inuentus locus eius. Infæcundi prorsus tales sunt impij, vacuique tanquam harundines: infæcundi alijs, & sibi ipsis etiam vacui. O quantum in ipsis & per ipsos diuina illuditur sapientia, quæ ex sui munditia & naturali excellentia, attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: Illam profecto irrident, cum G
illius honorem sibi arrogant, & gloriam propriam quærunt, sicut isti Pharisæi, & volunt tyrannice præesse. Quoties ex potestate vestra insolescitis, vestro harundineo baculo Christi caput percutitis: horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt.

*Lau. Ius. li. detriū. Chris. agō. c. 14.* *Simile.* *Psa. 36.* *Honores mundani quā sint caduci.* *Sap. 8.* *Sap. 6.*

*Quæramus Dei honorem, & non nostrum.*

*Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est.* H
Sane ille quærit Dei gloriam & honorem, qui omnia propter eum facit, qui proximum virtute sua & bono exemplo ad cælum dirigit, & cauet diligenter ne Deum offendat. Vnde in Cantic. dicitur, soror nostra parua est, & vbera non habet &c. Vbi notatur cura & vigilantia quam de salute proximi habere debemus. Hanc etiam insinuans Apostol. ait, filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sic Moyses dicebat, proficiscimur in locum quem Dominus daturus est nobis, veni nobiscum vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli. Quasi diceret non te terreat hęc aspera pęnitentiæ via, siquidem per hanc tendemus ad promissionis terram. Debet igitur

*Dei honorem quæramus.* *Can. 8.* *Gal. 4.* *Num. 6.* *Per labores ad cælū tēdim⁹.*

seruus

A seruus Dei non solum suam, sed etiam proximi optare salutem. Vnde Apostol. dicebat Agrippę, opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis his vinculis At vero sunt aliqui adeo pertinaces, vt nullis admonitionibus velint ad virtutem animum applicare, sicut faciebat ille quem Moyses volebat secum ducere, qui respondit, non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum: & addit, nō vadam vobiscum, ne tantopere contendas. Sic Iosue solicitus de salute proximorum, anxie quæsiuit de erectione altaris cuiusdam, timens ne esset superstitio aliqua, neque quieuit donec tandem totam rem resciuit. Non ita quidem fegerunt viri improbi, sed de his dicit Iudas in sua epist. væ illis, qui in viam Cain abierunt. Porro Cain vt aliqui dicunt, ideo occidit fratrem suum Abel, quia audiebat eum dicentem esse aliam vitam præter hanc, in qua præmia virtutibus decernebantur, Cain vero contra dicebat, volebat ad suam opinionem adducere fratrem suum Abel, qui cum nollet acquiescere, ipsum interfecit Cain: Vnde Iudas Apostol. ait, væ illis &c. Quasi dicat, væ illis qui non solum ipsi mali esse volunt, sed etiam cæteros reddere volunt malos. Quare intentionem quam habere debemus, manifestat Christus cum ait: qui autem quęrit gloriam eius qui misit eū, hic verax est &c.

*Acto. 26.* *Num. 10.* *Iosue. 22.* *Bene consula nus proxemo.* *Iude. epist.* *Cain cur interfecerit Abel.* *Mal alios etiā sui similes reddere volūt*

Tam pauci quidem hoc tempore inueniuntur qui zelum habeant diuini honoris, vt non solum ipsi occasiones non fugiant peccandi, sed alios etiam pelliciunt ad peccandum. Vnde Hieroboam ne à sua potestate diuerterentur & deficerent Hebræi ad partes Roboam, inuenit adorationem vitulorum: sic mundus & dæmon, ne ab ipsis deficiamus, adinueniunt choreas & saltationes, in quibus quidem cæcos homines vsque adeo dementare solent, vt neque missam sæpe audiant, nec etiam virtutis studium assidue complectantur, sed alios etiam spectatores in varia pelliciant flagitia. Quęrunt igitur iam homines non honorem Dei, sed mundanas pompas & inuentiones, quibus se & alios deludant atque decipiant. Non ita quidem se olim gerebat sanctissmus ille & mansuetissimus Moyses, sed potius tantum habebat zelum diuini honoris & gloriæ, vt peccata, atque flagitia populi contra Deum commissa, seuerissime puniret, vt aliquando

*3. Reg. 12.* *Exeplum pi anam.* *Varios dæmon excogitat modos vt nos retineat.* *Num. 12.*

propter huiusmodi zelum, interficerentur triginta tria millia E
Exo. 32. hominum, & aliquando viginti quatuor millia Quod si vnquã
Num. 25. debuerunt serui Dei zelum habere diuini honoris, hoc maxime tempore id præstare debent, cum vident tam effrænate & procaciter tanta committi scelera & flagitia: cum ergo videant ita à
Respōdeamus pro Dei honore. peccatoribus Dei honorem conculcari, debēt maxime serui Dei pro eo respondere. Sic enim Mathathias olim suos hortabatur milites dicens: nunc confortata est superbia, nunc ergo o filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento vestrorum: quasi diceret, non debetis dicere sicut multi facere solent, viuat qui victor euaserit, sed potius cum videatis legem & F
1. Ma. 2. honorem domini conculcari, pugnate viriliter pro eo, & victoriam ouantem nobis Deus donabit & largietur. Considera
Dissimile obsecro quantum haberet zelum diuini honoris Tobias, & quãtam adhiberet vigilantiam, curam, & solicitudinem, ne liberi
Tob. 2. sui vel domestici Deum offenderent: siquidem cum aliquando domi suæ sensisset balantē hædum, statim sapientissime quidem & prudentissime zelans Dei honorem, & cauens ne Deus offenderetur, dixit quidem ad domesticos suos omnes & vniuersam familiam suum, quamuis se in paupertate constitutum videret: videte ne furtiuus sit. Quasi diceret, nolite obsecro Deum offendere, nec proximum, & diligenter inquirite num forte hædus sit ab aliquo furto sublatus. G

## FERIA TERTIA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO QVARTA.

H

*Leges diuinas parum custodimus.*


IAM die festo mediante. Ioan. 7. Attende obsecro quomodo segnitia etiam nostra in custodiēda Chri-
Christian⁹ bona exhibeat opera stiana lege possit ex hoc Euangelio reprehendi, cum Christus reprehendat istos dicēs, Moyses dedit Vobis legem, & nemo ex vobis facit legem. Quid enim quæso tibi proderit quod sis ad imaginē Dei, si non seruas Dei legem? Quid proderit alicui quod diues sit, si diuitijs abutitur?
Rom. 2. Sicut quid prodest nauigio quod sit egregie depictum, si ipso nauigari non potest? Vnde Pau. ait, si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Sane de multis Christianis dici

A dici potest illud Ezechi. contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quam gentes, & pręcepta mea vltra quam terræ quæ in circuitu eius sunt: impius est populus meus plusquam gentiles, & idololatræ qui lapides adorant: illi enim fidem dijs suis seruant & his obediunt. Videas quod Maurus seruat legem suam quamuis impiam, & Iudæus suas cæremonias quamuis abolitas, & tamen Christianus non vult seruare legem suam, adeo vt sibi dicatur, nemo ex vobis facit legem. Aliter sane faciebat Dauid qui dicebat, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. B Vide obsecro quam pretiosum semen in terra cordis sui seminaret. Et certe si plurimi faceres plantam aliquam, quę tibi gemmas pretiosas, smaragdos, & saphyros produceret: multo certe pluris facere debes verbum Dei, quod si vt decet receperis, mirabiles in te edet fructus: non si ad vanam tantum ostentationē legem Domini discas sicut aliqui faciunt. Vnde Dauid dicebat, misericordia autem Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum, & iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius, & memores sunt mandatorum eius adfaciendum ea, non ait ad ostentandum. Præsentiens quidem C Isa. quanto vberiores fructus ex lege Euangelica possent cōcionatores reportare, quā olim ex lege Mosayca, ait: beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes &c. Quasi diceret, vos iam in sterili terra non seminatis vt nos, sed in terra gratia irrigata. Quod si videres sancte Propheta modo sterilitatē multorum Christianorum, quantopere eam reprehenderes? Certe etiam qui leges inter Ethnicos sanciebant, eas conabantur confirmare autoritate suorum deorum: vnde Lycurgus in legibus D quas dedit Lacedæmonijs, dixit se eas ab Appolline accepisse. Minos dixit, se Iouis imperio, Cretensibus leges sanxisse. Zalenæus dixit se Mineruæ nomine leges tulisse: Numa Pompilius dixit se deæ siue nymphę Egericę nomine, Romanis legem dedisse: & Moyses etiam à vero Deo legem accepit, vt hoc pacto eis homines melius parerent: quin & Christus dominus, ne vllo modo nos excusare possemus, ait, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Et tamen ipsi non obtemperamus, cum tamen sciamus quantum gaudeant legislatores vt eorum leges obseruemus. Sane Lycurgus omnes adegit ad iurandas leges suas, quousque ex certo quodam itinere reuerteretur, atq; vt eas semper obseruarent, noluit illuc amplius redire: quin potius statuit vt ossa eius cum mortuus esset in mare proijcerentur ne etiā mortuus illuc rediret. Quanto igitur magis existimare debemus, velle

*Ezech.* 5.
*Negligimus Dei legem*
*Psal* 118.
*Simile.*
*Verbum Dei quantos adferat fructus.*
*Psal.* 102.
*Isa.* 32.
*Verbū dei fructuosū, & tamen a nobis non colitur & seruatur.*
*Lycur.*
*Minos.*
*Zale.*
*Nu. Pom.*
*Exo.* 34.
*Leges quā astute sanxerit Lycurgus.*

le Deum vt eius leges seruemus? Quod sane intelligens Dauid E
*Psal. 118.* dicebat, tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vnde & ea
*2. Reg. 23.* cum diligenter seruaret, dicebat: cantabiles mihi erant iustifica
*Psal. 118.* tiones tuæ in loco peregrinationis meæ. Nos vero cum parum gustemus tam suaues leges, idcirco Dauidem non imitamur.

Certe si lex Domini nobis impossibilia præciperet, sicut Nabuchodonosor præcipiebat, cum diceret vt diuinarent som
*Dan. 2.* nium quod somniauerat, non esset mirum quod eam non seruaremus. At vero dicit in Deut. mandatum quod ego pręcipio tibi
*Deut. 30.* hodie, nō supra te est, neq; procul positum, neq; in cælo positū, F
sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illū. Si igitur iugum legis, quamuis de eo diceret Petrus, quod nec nos, nec Patres nostri portare potuerunt, nihilominus tamē ab Hebræis seruabatur, quanto igitur diligentius iugum Christi
*Act. 15.* suauissimum portare debemus? Præsertim cum tātam contineat
*Mat. 11.* suauitatem, & tam suaue melos in cordibus nostris operetur. Fabulantur quidem poætæ, quod Amphion Thebanus, insignem
*Amphi. fabula* Thebarum ciuitatem sua musicæ suauitate construxerit, efficiēs, vt lapides & saxa suis locis apte cohærerent per seipsos Et Ariō G
*Ari. fa.* Methymnæus dicitur cytharæ suæ suauitate, marinos ad se pis-
*Alph. fa.* ces allexisse. Alphæus quoque immanes belluas fertur cantus sui dulcedine domuisse. Sed vere quidē dicere possumus hæc omnia
*Legis Euāge. suauitas.* per legem Euangelicam præstita esse, quæ sua suauitate saxeos homines conuertit, quæ veras ædificat ciuitates, tantas introducendo religiones, quæ facit vt homo quodammodo se ipsum deserat, propriam abnegando voluntatem, ac denique ciuitatem
*Magnæ vires diuinæ legis.* ædificat Hierusalem viuis ex lapidibus. O diuinum Arionē, qui tanto artificio pisces educis ex mari huius mundi! O diuinum Alphæum, qui ita indomitas belluas ad tui cognitionem & iu- H
gum adducis, & ex indomitis quodammodo angelos facis! Quæ quamuis ita sint, vt scilicet tantam suauitatem lex Domini con
*Exo. 4.* tineat, nihilominus tamen quibusdam adeo ponderosa videtur,
*Gal. li. 11. de arc ca. fi. c. 4. Guil. Pa. li. de fide & legi. Burg. lib. scrutinii. d. 8 c. 9.* vt eam vix etiam audire dignentur. Sed tamen nitamur semper legem Domini adimplere, ipse enim nobis animum & vires dabit ad id præstandum. Fugiebat quidem Moyses serpentem, & tamen dixit illi Dominus, vt ipsum apprehenderet, & iam non serpentem, sed virgam inuenit & baculum quo posset sustentari: sic Deus omnem tibi adimet difficultatem, & sustentabit te semper. Aduerte obsecro quanto grauior esset lex vetus quæ vt ait Gal. habebat præcepta 613. Vel secundum Guil. Par. Et Burgen. habebat tot præcepta, quot sunt in anno dies. Quare

V vide obsecro quam suauior sit lex Euangelica. In cuius suauitatis figuram legimus quod quamuis arca Domini esset ex ponderosis lignis Sethim, & pręterea auro ponderoso esset contecta, nihilominus tamen dicit scriptura, quod auxilium pręstitit illis Deus, vt eam leuiter asportarent, & propterea offerebātur & immolabantur septem tauri, & septem arietes: super quæ verba dicit Lyra, dixere ipsi Hebræi quod arca domini virtute diuina seipsam portabat & sustentabat, adeo vt pondus graue sentirent leuiter, & propterea offerebant huiusmodi sa- *Ioan.1.* *Mich.1.* *1.Pa.15.* *Lex Dñi suauis.*
B crificium. Cum ergo eūdem habeamus Deum, faciet vtique vt facile suæ legis iugum toleremus. Amor etiam ipse est qui res suaues reddit, sic enim videmus quod sancti martyres præ amore tam acerba & atrocia facillime sustinerent tormenta: at vero qui non amat, etiam leuia queque existimat esse intolerabilia. Vnde Eua querebatur apud serpentem quod dominus præcepisset vt non solum non comederent, sed nec etiam tangerent arborem, cum tamen solum pręcepisset ne comederent: sed quia non ducebatur amore, propterea id ei intolerabile videbatur. *Gen. 3.*
Sic etiam exploratores terræ promissionis aliqui certe lętati sunt, quod viderent in Hebron sepulchra sanctorum patrum,
C alij vero amaro animo redierunt, dicentes: vidimus monstra de genere gigantęo. Sic ergo multis lex Euangelica grauis apparet, quia amore non ducuntur, alijs vero idest seruis Dei, qui amore ducuntur, est longe suauissima. *Num. 13.* *Lex Euāgelica suauis.*

*Leges etiam humanas multi non recte obseruant.*

NEmo ex vobis facit legem. Insuper etiam in obseruandis legibus humanis multi committuntur defectus: nam sępe vi-
D deas etiam magnates & potentes recusare earum iugum. Vnde Achab visum est quod sibi licitum esset auferre vineam ipsius Naboth. Et multi Domini temporales varijs tributis & legibus onerant subditos, & ipsi eas non obseruant, imo si lis aliqua contra ipsos intendatur, semper inueniunt aliquem iurisperitum qui ipsos defendat, etiam contra ipsas leges. Vnde Isa. ait, de radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Veruntamen obseruent & attendant tales qui legibus abutuntur, quam cito rationem suæ iniquitatis apud Deum sint reddituri. Hinc Dauid ait, adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Habent quidē pauperes contra quos iniqui *3.Reg.21.* *Aliqui iurisperiti peruertūt leges.* *Esa.14.* *Psal.36.*

iniqui sunt & iniusti, Deum protectorem suum. vnde Psalm. E
Psal. 9. tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Considerēt
Heb. 10. igitur potentes, quod vt Pau ait, horrendum est incidere in ma
Exo. 14. nus Dei viuentis. Item considerent quomodo Deus punierit
Esther. 7. Pharaonem propter iniquitates quibus afflixit populum Israeliticum: & quomodo punierit ipsum Aman propter iniustitiam in Mardochæum & reliquos Iudæos. Item Samuel dixit regi A-
1. Reg. 15. gag: sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Vide etiam quomodo Deus vltus fuerit iniuriam inflictam ipsi Naboth, etiam postquam longum tempus præterijsset; vnde Iehu dixit, quod Dominus leua-
4. Reg. 9. uerit hoc onus supra ipsum dicēs, pro sanguine Naboth, & pro F
sanguine filiorum eius, quem vidi heri. Bene igitur his conso-
Psal. 89. nat doctrina Dauidis dicentis: mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quę præterijt. Quin etiam propter iniustitias & tyrannides solet Deus auferre regna & imperia ab his, & dare
Psal. 106. illis sicut fecit cum Assyrijs, Medis, Caldæis, & alijs qui propter
Apo. 8. iniustitiam suā castigati sunt, vt ait Dauid. De infelici quidem & tyrannica Babylonia dicitur in Apo. & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te, quia inquit, mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes, & in ea sanguis Prophe G
tarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra. Vide igitur quomodo propter auaritiam & cupiditatem similia plerumque mala cōmittuntur, & ita regna destruuntur. Sic enim Anglia in maledictam Lutheri sectam incidit, & contra Ecclesiam venit, atque prælatis & viris Ecclesiasticis bona tēporalia abstulit, atque multis vexationibus pauperes afflixit. Itē aduerte quomodo scriptura ibi vocet sanctos ipsos oppressos & calamitosos, opprimentes vero vocat sanguinolentos, quod auferant bona pauperum, quæ sunt instar sanguinis.

*Iniustitias erga pauperes quomodo puniat Deus Anglia siue Britannia quomodo perierit*

Porro parum admodum refert quod Respub. sanctas habeat le H
ges, nisi executioni mandentur & transgressores puniantur. Scri
Laer. de vi. phi. bit quidem Laertius, quod Thebani miserunt Philosophum quē dam ad Lacedæmoniæ prouinciam, vt probe obseruaret eius le-
Exemp. ges, atque ex his seligeret meliores, quas possent Lacedæmonij custodire: cumque post longum tempus reuersus esset, paratum in publica platea fuit ipsi theatrum, vt ibi concursantibus omnibus exponeret quæ conuenirent suæ prouinciæ: ipse vero Philosophus attulit in eum locum, patibulum quoddam, compedes, catenas & gladium, atque discessit: cum vero totus populus ab

eo ratio

A eo rationem sui facti exigeret, respondit, parum quidem referre quod sanctas haberent leges, nisi executioni mandarentur & seruarentur cum omnibus: siquidem pauperes inquit dumtaxat pænas luunt, cum interim diuites liberi euadant. Pondus & põdus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deũ, vt ait Sap. quod de malis iudicibus intelligitur ait Hec. Pin. qui scilicet vni vnam, & alteri alteram mensurã habent: legem vnã habent pro diuitibus, alteram vero pro pauperibus: vnam pro cognatis & amicis, & alteram pro extraneis seu si mauis, eandem B distorquent legem, & in eadem prorsus causa, alterum absoluũt eadẽ lege, & alterum condemnant. Efficiunt quidem isti vt leges sint veluti regulę quędam plumbeę, quas cum velint, facile inflectant, cum tamen esse deberent æreæ & immobiles: quare cum legibus potius ipsi aptandi essent, ipsi leges hominum palato accõmodant, & pro eiusdem ratione & varietate, ipsius legis varium etiam sensum, repentinis quibusdam & insperatis motibus personant atque per cantant; similes plane cymbalistis, qui cum dudum ad festum diem atque ad hilaritatem cymbala personarent, mox si quis vita functus fuerit, mutato sono hilari, tristem C quendam efficiunt sonum. Vnde & vulgo dicimus, alius quidẽ est hic sonus. Ita etiam deprauati iudices, cum fauorabilẽ dudum sententiam in eadem prorsus causa pro diuite promulgassent, repente inuersa pagina, vel sua potius mente, in causa pauperis oppositam omnino sententiam pronunciant. Et quemadmodum ipsi typographi ex eisdem caracteribus, nunc pro Catholico viro Catholicam quandam sententiam cudunt, mox vero pro homine hęretico pestiferam: ita isti eisdem legis caracteribus, pro diuite salutarem sententiam ferunt, pro paupere vero pernicio sissimam & lethalem.

*Iudices debent executioni mãdare legis pænas.*
*In pauperes tãtum animaduerti solet*
*Pro. 20.*
*Hec. Pin. in Ezech.*
*Simile.*
*Simile.*
*Iudices mali peruertunt leges.*
*Simile.*
*Astutia malorum iudicum.*

D

### *Iniurias patienter toleremus.*

VNum opus feci, & omnes miramini &c. Vide obsecro quanta cum mansuetudine respondeat, & quam patienter eorum toleret iniurias, cum ipsi dicerent quod dæmonium haberet: vt inde discamus quam moderate iniurias nobis illatas sustinere debeamus propter Christum dumtaxat, & quia ipse nobis ita præcipit. In huius quidem rei figuram legimus in Gen. quod cum mortuus esset Iacob, venerunt fratres Ioseph ad eum dicentes, pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, obsecro vt obliuiscaris &c. Vbi aduerte quo-

*Patienter iniurias sustineam⁹.*
*Gen. 45.*

quomodo ei dicerent, vt vel propter hoc tantum quod eius pater ita vellet, id facere debebat: quæ verba cum statim ad lachrymas excitarent: quanto igitur magis nos præcepto & consilio Christi moueri debemus atque exemplo, qui non solum non punit istos qui sibi injurij sunt, sed etiam multos ex his sua prædicatione cõuertit. Faciamus igitur quod Dauid dicebat, propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Non enim hæc tam seuera lex est, quam seuera illa stoicorum, quæ iubebat vt neque ex iucundis letaremur, neque ex tristibus tristaremur, sed eundem in omnibus vultum semper exhiberemus. Si igitur aliquam senties difficultatem in lege Dei obseruanda, bono esto animo, ipse enim te semper iuuabit, & tibi ad latus aderit. Est quidem tam perfecta hęc domini lex & tam salutaria consilia, vt non solum velit vt iniurias tibi inflictas libenter condones, sed etiam vt aliud etiam cumulatius addas. Vnde doctores ita interpretantur locum illum, si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo & alia duo. Sic quidem visus est fecisse sanctus Iob, siquidem non solum calamitates sibi à Deo immissas patienter sustinebat, sed etiam se in Sterquilinio collocauit, & testa saniem radebat. Item Dauid dicebat, cum mihi molesti essent, induebar cilicio: atque in persecutionibus filij sui Absalon fugiebat, & incedebat nudis pedibus. Vnde propterea Deus eum tantopere cõsolatus est, & nos etiam consolabitur, si patienter pro ipso labores & iniurias tolerauerimus.

*Iniurias quibus sconsiderationi ui condonabim'* — *Psal.16.* — *Legem Euangelicã quæ suauissima est, ob seruemus.* — *Legẽ Dei seruemus & ipse nobis fauebit.* — *Mat.5.* — *Iob.2.* — *Psal. 34.* — *2.Reg.15.* — *2.Reg.18.*

E

F

G

Sane quamuis per facile quidem possit Deus iniurias vindicare seruis suis illatas, vt constat cum vltus est iniuriam factam Elisæo à pueris illis, quos vrsi deuorarunt: tum etiam puniuit Michol, quæ Dauidem irridebat, sterilitate: nihilominus tamẽ hodierno die voluit patienter tolerare iniurias sibi ab his Pharisæis illatas, vt exemplum nobis patientiæ exhiberet, siquidem satis nouimus quod ipse tandem sit persecutores nostros vlturus. Vnde apud Zach. ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Sane cæcus ille à natiuitate satis intelligebat quod insigni eum iniuria afficerent, cum dixerunt, in peccatis natus es totus, sed tamen verbum nullum respondit. Item Magdalena quamuis a simone reprehenderetur, & à sorore sua Martha, non tamen oblocuta est. Insuper cum Daniel patienter inter leones maneret in lacu, idcirco Dominus mandauit angelo vt ad eum Abacuc adferret cum prandio. Sed dic bone Deus, quorsum prandium ipsum à pauperibus messoribus & afflictis atque defessis, aufers, & eum das Danieli? non ne satius fuisset vt ex diuitis alicuius

*4.Reg.2.* — *2.Reg.6.* — *Zach.2.* — *Ioan.9.* — *Marc.14* — *Luc.10* — *Dan.4.* — *Patientiã in laboribus compensat deus*

H

A tis alicuius promptuario cibum abstulisses? Sed respondebit vtique quod plurimi faciat iustum, adeo vt faciat etiã afflictos viros qui etiam necessitatem aliquam patiuntur, ipsi deseruire. Quamobrem dimitte iniurias & contumelias tibi inflictas, & vindictam ipsi Deo reserua, qui ait, mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis. Sane cum Saulus furibundus tenderet ad persecutionem Christianorum, tunc obuiam ei Christus occurrit, & ipsum ad se cõuertit. Item hodie cum dicerent Pharisæi quod dæmonium haberet, ipsis admirabiliter prædicauit. Quid igitur ad hæc dicent, B qui iniurias condonare nolunt, dicentes quod adhuc caleant vlcera, & ferueat sanguis? Quanto magis currebat & feruebat Christi sanguis in Cruce, qui tamen dicebat, pater ignosce illis? Vnde Isa. ait, & pro transgressoribus rogauit. Porro aduerte quod in Cruce loquitur cum non interrogatur, & tamen ante præsidem non loquitur cum interrogatur, vt intelligamus quod ibi quidẽ loquitur vt iniurias cõdonaret hic vero nõ loquitur, ne loquẽdo à præside liberetur, qui venerat pati propter nos. Cõmendat autem charitatem suam in nobis, ait Paulus, quia cum inimici essemus &c. Vt inde intelligamus quod non debemus expectare, C vt iniuriæ inueterascant, vt eas condonemus. Adde sæpe tales iniurias permittit Deus ad maius meritum nostrum, sæpe etiam vt peccata nostra puniat. Et certe qui criminosus est, non irascitur carnifici; item neque Iob irascebatur contra ignẽ deuorantem eius substantiam, neque contra ventum concutientem domos, cum consideraret id prouenire, à diuina manu & voluntate. Sic Christus dicebat Petro, mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Non equidem indignatur infirmus contra lanceolam, qua fit sanguinis emissio ad sanitatem recuperandam, neque cum quis vi-D ctoriam obtinet, indignatur cõtra illa arma, quibus sibi ab aduersarijs bellum inferebatur. Sic ergo neque tu debes irasci contra iniurias quæ tibi inferuntur, nec malum pro malo reddere, sed iniurias potius condonare.

*Deu. 32.* *Act. 9.* *Iniurias cõdonem' ad Christi imitationẽ.* *Luc. 23.* *Isa. 53.* *Ioan. 19.* *Rom. 5.* *Simile.* *Ioan. 18.* *Similia.*

Patienter quippe illatã iniuriã tolerat, qui meminit, quod fortasse adhuc ex se habeat, in quo ipse debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, quum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur: quia erubescit peccatis non parcere, qui Deo vel proximo sæpe recolit nõ parendo peccasse. Et D. Chrysost. ait in proprijs iniurijs patientem esse laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, impium est.

*D. Greg. li. 5. moralium.* *D. Chrys. super Ma*

*FERIA QVARTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO PRIMA.

*Ioan. 8.* *Iniurias statim condonemus.* *Simile.* *Magnum lucrum iniurias condonare.* *Simile.*



*RAETERIENS Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate.* Ioan. 9. Ex hoc quidem Euangelio statim discimus iniurias condonare, siquidem videmus quod Christus, quem lapidare volebant, statim tamen iniuriæ oblitus, hoc tantum præstitit beneficiũ: discamus ergo quam breui illatas contumelias obliuisci debeamus, cũ præsertim vtilitatẽ etiã maximã inde referamus. Si enim aliquis vt tibi malũ inferret, etiãsi id faceret mala intẽtione, pilas siue poma aurea in te conijceret, vtique si cautus esses, deberes illa colligere, atque ita iste talis malum tibi cupiens, teipsum diuitem potius efficeret. Conuicia igitur & iniuriæ quas in te inimicus tuus iacit, pilæ sunt aureæ: tu ergo tacens humilia teipsum, & eas collige, vt thesaurum tandem locupletissimum in cæleste regnũ tibi reserues. Non vis virgam in ignem conijcere, quia vestes tuas mundat, imo eam seruas maxima cura, inimicum vero tuum, qui ab anima puluerem peccatorũ excutit, destruere & subuertere vis? Cæterum Ecclesia sancta de instrumentis loquens passionis Christi, dulces clauos vocat, & dulcem crucem, sed ferrum lanceæ crudele, dicens: mucrone diræ lanceæ, quoniam mortuum Christum vulnerauit, quod immanis est crudelitatis: quod si crudelitas est mortuum percutere, immanitas perinde erit inimicum vulnerare, qui mortuus est. Ruit enim inimicus tuus, vt te perdat, iamque igni inferni appropinquat, eius igitur potius misereri debes, cum sibi grauius inferat malum: dicit enim Dauid, circundederunt me sicut apes: nam apes quidem grauius sibi malum inferunt alios pungendo: pungit digitum tuum apes, & statim moritur, tu vero luto apposito digito mederis, & melle gaudes apum. Sic ergo inimicus te persequens, seipsum occidit, tu vero melle charitatis satiaris. Si vis ergo melle beatitudinis perfrui, opus est vt persecutionem patiaris & pungaris ab apibus. Cum vas aliquod ab igni extrahere vultis, cuius altera quidẽ ansa ardet, & altera friget, vtra tandẽ ansa vas apprehẽditis? Sane nullus partẽ ardẽtẽ apprehẽdet. Sic igitur patet quãta sit eorũ stultitia, qui cũ ex iniurijs salutaria documẽta apprehẽdere possũt, ipsi cõtra ea sumunt quæ odiũ generant.

*Ecclesia.* *Simile.* *Psal. 117.* *Simile.* *Simile.* *iniurias quomodo condonemus.*

F G H

Tales

A Tales certe Plut. cucurbitulis medicæ facultatis comparat, quę noxium ad se dumtaxat sanguinem alliciunt, & salutarem non attingunt: sic enim isti illud solum accipiunt, quod odium generare potest. At quanto satius esset, vt idem ait, eos imitari, qui cum oculorum lippitudine laborant, si eos vel splendida lux, vel nimius corporum candor offendit, ab his quæ lædunt, ad ea quæ iuuant oculos conuertunt: sic igitur nos in iniurijs inimicorum nostrorum facere quidem oportet. *Plut.* *Simile.* *Simile.*

*Vidit hominem.* Nomine Celdonium, vt ait Dyoni. qui postea cum Magdalena, Martha, Maximino, & Lazaro, Iudæa expulsus est, vt habetur in vita Magdalenæ. Porro quia Iudæi, vt ait Cyril. sermonum Christi altitudinem non susceperant, exiens de templo curauit cæcum à natiuitate, sui absentia eorum furorem mitigans, & per miraculum, eorum duritiam molliens, atque eorum quæ à se dicta sunt, per opera fidem faciens. Vidit ergo cæcum Dominus quia studiose eum respexit, quasi aliquid circa ipsum operaturus, & ea occasione quæsiuerũt discipuli causam natiuitatis. Sane quia meminerunt languido ad probaticam piscinam curato, dictum esse à domino, vade & amplius noli peccare. Et paralytico dictum est, fili dimittuntur tibi peccata tua: idcirco arbitrati sunt hanc cęcitatem propter peccatum inflictam: itaque percontantur quis peccauerit, ipse ne an parentes. Sciendum quidem est ait D. Tho. quod est duplex pęna qua homines puniuntur, vna est spiritualis quãtum ad animã, alia corporalis quantum ad corpus, & spirituali quidem nũquã filius pro patre punitur, quia anima filij non est ex patre sed ex Deo. Ezech. 18. omnes animæ meæ sunt: hoc etiam dicit Aug. in quadam epis. Sed pæna corporali filius pro patre punitur, cũ quantum ad corpus sit quædam res patris. Vnde Gen. 19. filij Sodomorum occisi sunt pro peccato parentum: sępe etiã Deus comminatur Iudæis occisionem puerorum propter peccata parẽtum. Quare autẽ vno peccante, alius puniatur, sciendũ est quod pæna duo habet, læsionem, & remediũ: nam aliquando abscinditur membrum, vt totum corpus conseruetur, & sic pæna huius læsionem infert in quantum abscinditur, sed remedium habet in quantum conseruat corpus: nũquam tamen medicus nobilius membrum abscindit propter conseruationẽ minus nobilis, sed è conuerso: in rebus autem humanis, anima nobilior est corpore, & corpus nobilius exterioribus rebus, & ideo nunquam fit vt aliquis propter corpus in anima puniatur, sed potius in corpore propter remedium animæ. Quandoque ergo Deus irrogat pæ

*Dio. Car. in Ioan.* B *Cyril. in Ioan. li. 6 c. 15.* C *Ioan. 5.* *Mat. 9.* *D. Tho. in Ioan. 9. lec. 1.* *Ezech. 18* *D. Aug.* D *Gen. 19.* *Simile.* *Patiamur in corpore ne patiamur in anima*

gat pænas corporibus vel rebus exterioribus propter remedium E animæ, & tunc huiusmodi pænę non inferuntur vt læsiuæ tantum, sed vt purgatiuę in remedium. Vnde & ipsa puerorum Sodomitarum occisio, fuit ad bonum animarum, non quidem ad meritum, sed ne paternę malitiæ imitatores, viuendo peccata cumulantes, atrocius punirentur: sic etiam pro peccatis parentum pluries aliqui puniuntur.

*Gen. 19.*

*Quis peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Cæcitas corporea, ait Hie. non perinde incommodat, ac spiritualis, imo interdum pro magno beneficio diuinitus donatur. Cæcitas vero spiritualis inter grauissima mala quæ secum adfert lethale peccatum, numeranda est. Quemadmodum enim Philisthęi vbi Samsonem ceperunt, oculos eius effoderunt, quod vbi factum est, illum velut iumentum ad pistrinum alligarunt, & molere fecerunt: ita dæmon vbi miserum hominem lethali aliquo crimine illaqueauit, eius menti protinus tenebras offundit, atque ita excæcatum in multa alia incommoda protrudit. Hanc autem humanæ mentis peruersitatem, appositissima similitudine Naas Ammonitarum rex adumbrauit, qui habitatoribus Iabes Galaad, à se in maximum vitę discrimen adductis, & pacem suppliciter postulantibus, respondit, in hoc feriam vobiscũ fœdus, vt eruam omnium vestrorum oculos dextros. Hoc etiam fœdus dæmon cum hominibus suis percutit, quod omniũ scilicet dextros oculos lumine priuet: duos enim mens nostra oculos habet, dextrum quo spiritualia, & sinistrum quo temporaria respicit: illũ ergo conatur dæmõ nobis eruere. *Quis peccauit &c.* Quibusdam videtur, quod semper propter peccata veniant afflictiones, sed longe falluntur: sic enim fallebatur vxor Iob cum dicebat, benedic Deo, & morere: Quasi diceret, bona opera tua vana esse debent neque à Deo acceptantur, quia fortasse ea non facis nisi per vanitatem quandam. Idem etiam vxor Tobiæ improperabat viro suo. Porro solet Deus immittere nobis labores aliquando etiam, vt emendemur: quod cum non facimus, dicit illud Isa. vsquequo percutiam vos vltra addentes præuaricationes? Quasi dicat, cessabo immittere labores, quoniam ipsis non emendamini: si autẽ emendentur, addit alios, donec tandem puri sint. Sic solet mulier cum videt quod sapone macula tergitur, perseuerare in ea lotione, donec tãdẽ penitus eluatur: quod si viderit nihil prodesse, maculã dimittit Sic ergo Deus labores immittit, vt emenderis, & quamuis nouerit quod te non debeas emendare, nihilominus tamen in iudicio te excusare non poteris, quod si labores im-

*Hie. epi. ad Albigam, & epi. ad Castruti to. 1.*
*Simile.*
*Iudi. 16.*
*Peccatum mẽtem excæcat.*
*1. Reg. 11.*
*Simile.*
*Tẽporalia intuemur, nõ æterna.*
*Labores suis dat Deus.*
*Iob. 2.*
*Tob. 2.*
*Isa. 1.*
*Simile.*
*Labores immittit deus vt emendemur.*

F G H

A res immisisset, conuersus fuisses vt alij.

*Neque hic peccauit &c.* Ad interrogationem discipulorum respondit dominus, ait Cyril. neque ipsius cæci peccato, neque suorum parentum factum esse vt cæcus nasceretur, non tamen omnino negat hac responsione ipsum cæcum, aut parentes, peccatum aliquod contraxisse, habuerant enim originalis contagij, & viuendo aliquid peccatorum super addiderant. Quis enim vitam hic aget insons criminis? Sed non illo ipso illorum peccato factum est, vt à natiuitatis exordio visu priuaretur, quin potius vt manifestentur opera Dei in illo, vt scilicet in illius illumi natione declaretur gloria diuinitatis Domini, & illius splendor eorum qui nouerunt signum oculos feriat. At vero sciscitari, hic quispiam posset, nunquid iste cæcus iniusta passus est, quod cæcus fuerit natus sine culpa? Minime profecto, quin potius beneficium accepit per hanc cæcitatem: nam & mirabilius visum recepit, quam si à principio natiuitatis accepisset, & ea occasione interioribus oculis est illuminatus, atque ad Christi fidem integre perductus. Quid enim profuit Iudæis, à vitæ exordio oculos corporis integros habuisse, cum animo prorsus cæcutirent? nonne maius iste cæcus est beneficium assecutus, qui ad tempus visu corporis captus, postea & interius & exterius est videndi facultate donatus?

*Cyr. in Ioan. li. 6 c. 16.*

B

*Quæst.*

*Resp.*

*Labores ad commodũ nostrũ mittit deus*

C

*Ioan. 4.*

*Me oportet operari dum dies est.* Hoc enim propositum saluator ante oculos semper habebat, hic erat eius potus & cibus, humanæ scilicet salutis opus absoluere, cuius gratia à patre missus fuerat in mundum. O si nos hac in re saluatorem nostrum imitari studeremus, vt finem ad quem à Deo conditi sumus, ob oculos poneremus! O si ex tam multis Diei horis, quas inanibus verbis & cogitationibus insumimus, vna saltem aliqua à nobis ipsi rationem exigeremus, cur à Deo conditi, cur redempti, cur tot ac tantis beneficijs affecti sumus! A Deo enim esse omnia condita, & nos ab eo vniuersa tum corporis, tum animæ bona accepisse, nemo est qui nesciat. Quis autem dubitare posit, hunc tantum artificem pulcherrimum hoc opus, nullo fine proposito condidisse? Nunquid ait Propheta, vane constituisti omnes filios hominum? Cum enim nullum sit animal, quod non proposito sibi fine aliquo operetur, quid fingi monstruosius potest, quam summam illam sapientiam frustra hominem nullo sibi proposito fine fecisse? Præsertim cum multo maiori Deus consilio hominem, quam cætera omnia fabricatus fuerit.

*Opera nostra ad Deum diriguntur*

D

*Psal. 88.*

Quem autem finem tantus artifex in hoc tam pulchro opere, E quod sexto tãdem die absoluto huius mundi opificio, perfecit, sibi proposuit: num vt domos ædificaret? vt plantaret vineas? vt voluptatibus indulgeret? vt vitam in otio consumeret? vt iure vel iniuria opes vndique relicturus congereret? Quis adeo væsanus est, vt hoc vel fingere cogitatione audeat? Quare hominem condidit Deus, vt beatitudinem sibi compararet præclaris actionibus & vitę meritis. Cum ergo in hoc nobis breuis huius vitę vsura data sit, quanta quęso est hominum cæcitas F & peruersitas, vt huius finis prorsus obliti, nil aliud in vita quærant, quam quod pecudes & bruta quærunt, quæ ventri & pabulo destinata sunt? Quamuis enim verbis & fide quam profitemur, aliam nobis felicitatem propositam esse fateamur, rebus tamen ipsis & institutione vitæ, nil aliud quam præsentia bona captamus, tantoque studio congerendis his intenti sumus, vt finis ad quem nos dominus procreauit, prorsus obliuiscamur, nilque minus agamus, quam id cuius gratia conditi sumus: quod perinde est, acsi quis Parisios discendi gratia à nobilibus parentibus mitteretur, & magnis ibi sumptibus G sustentaretur, cum interim ipse relicto studio, se totum partim ludis, partim mechanicis artibus addiceret. Qua re quid absurdius, quid ve nobilibus parentibus indignius? Hanc autem cæcitatem & dementiam Hierem. designauit, cum ait; sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Pedes autem animæ affectus eius & desideria sunt, quæ non minus illam, quam pedes corpus, quocunque voluerint ferunt.

*Creauit nos De⁹ ad beatitudinẽ obtinẽdam.*

*Tẽporalibus curis a uocamur abspiritualibus.*

*Simile.*

*Thre. 1.*

*Venit nox quando nemo potest operari.* De illa nocte dicitur, in inferno autem quis confitebitur tibi? Item ligatis manibus & pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores. Denique discedite à me maledicti in ignem æternum. Præter hunc autem H diem & noctem generalem, ait Chry. cuique nostrum itidem suus est dies & sua nox, dies quidem, totum huius vitę tempus quod conceditur ad operandum: nox vero quando iam nullus poterit operari. Operæ pretium est ergo vt Pauli consilio diligenter pareamus dicenti, dum tempus habemus, operemur bonum: neque sapientis monita negligamus, qui ait: ante obitum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibũ. Itẽ ante mortẽ cõfitere, viuus & sanus cõfiteberis. Demũ de mortuis dicit spirit⁹, vt requiescãt à laborib⁹ suis: opera enim illorum sequuntur illos. Nonne quęso manifesta esset insania, si pauper

*Cyr. in Ioan. li. 6. c. 14.*
*Psal. 6.*
*Matt. 22. & 25.*
*Conuersionẽ non differamus.*
*Gal. 6.*
*Ecclesi. 14*
*Ecclesi. 17*
*Apo. 14.*
*Simile.*

A si pauper qui solum argenteum nummum haberet, magna in ciuitate sumptuosa ædificia videns, alia similia vellet ipse ædificare? Tu igitur maiori insania es taxandus, qui cum tam pauper temporis sis vt nescias an crastina die sis victurus, magna tamē tecum machinaris, dicens: anno venturo hæc & illa faciam, post bieniū illa & alia exequar, Cęterum de quadam anima sancta sub nomine mulieris Sap. dixit, manum suam extendit ad fortia & digiti eius apprehenderunt fusum: Sed quæ vires obsecro sūt manus ad fusum applicare? Si diceret ensem, vel hastam arripuisse, vel leones dilaniasse, bene quidem dictum videbatur. Sed si recte animaduertis, magnum quidem opus est & insigne: mulier enim amēs, manus in colu ponit, prudens vero in fuso: nam anima iusti dominum recta conscientia & sanctis operibus expectat, amens uero cum suis vanis cogitationibus, quas putat se posse pręstare aliquando.

*Tempus non frustra impēdamus.*

*Pro. 31.*

*Occupationes noxias aeclinemus*

B

*Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.* Molestissime quidem fero ait, Chry. quod tot nobis propositis bonis, desidemus, & animo deficimus, & vt hic splendide habitemus, omnia facimus vt autem in cælo paruū vel cōparemus, nil. Dic quæso, vbi hic domum habere velles, in deserto ne, & aliquo paruo oppidulo? nō puto, sed in regijs & magnis ciuitatibus, vbi & rerū copia, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius opifex & autor Deus est, in qua domum minore quam hic sumptu, minore labore condere & ædificare poteris: edificant eam manus pauperum, hæc optima ędificatio, & maxima sapientia, sicut quam hic facimus, summa dementia. Etenim siquis te in Persidem visurum regionem illam, & mox reuersurum duceret, iuberetq. vt illic domum strueres, nonne eius amentiā reprehenderes, ac si inutilem suaderet impensam? Cur non idem in hoc mundo facis, quem paulo post relinques? sed filijs relinquam inquies, at illi paulo post te etiam sequuntur, & nonnunquā præcedent: itidem & eorum posteri, quod etiam te anxium reddet, cum hæredes tuos non diutius possessuros videas: illic autē nulla huiusmodi suspicio, sed immutabilis & tibi, & filijs, & nepotibus manet possessio, si eandem virtutem imitabuntur. Illā domum Christus ædificat, quo ædificante non opus est alium opificem euocare: idcirco antequam veniat nox, talem tibi quære opificem.

*Chry. in Io. ho. 55.*

*Simile*

*Edificemus in cælo.*

C

*Simile.*

*ædificia superflua reprehenduntur.*

D

*Terrena parui pendamus.*

*Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo* Ideo autem non aqua vtitur ad lutum faciendum, sed sputo, ait Cyr. vt nil ascribatur fonti, sed discas quoniam virtus oris eius, oculos aperuit cæci:

*Cyr. in Io. l. 6. c. 15.*

& deinde vt non videatur cuiquam ex virtute terræ esse curatio, E
iussit oculos lauari. Cęterum expuens dominus in terram, fecit
lutum, & oculos cæci inunxit, nam sputum quidem quod à
1. Co. 11. capite & in os defluit, diuinitatem Christi significat, quia caput
Eccle. 24. Christi Deus: & æterna sapiētia apud Ecc. Loquitur, ego ex ore
Sap. 7. altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Et Salo
Psal. 84. mon de ipsa, vapor est virtutis Dei, & emanatio quædam maie
Isa. 53. statis eius syncera: lutum vero de terra, sacratissima Christi caro
Ioan. 1. est, de sacrosancta virgine sumpta, vt ait Psal. veritas de terra F
orta est. Item Isa. ait, & ascendet sicut virgultum coram eo,
& sicut radix de terra sitienti. Expuens ergo in terram, lutum
fecit, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. In
hac quidem admiranda cæci curatione primum illud intelligimus, sæpe dominum hisce rebus, quas nos perniciem allaturas credimus, commoditatibus & saluti nostræ consulere. Alijs enim dominus vxorem, alijs maritum, alijs liberos, alijs patrimonium, alijs deniq, corporis salutem eripit, quæ omnia cum nos perniciosa esse arbitremur, tēporis tamē successu intelligi-
*Calamitates vtiles.* mus ea nobis maxime salutaria extitisse. Sic legimus Eliseum G
prophetam, amaras aquas iniecto sale dulces reddidisse: sic Isa.
4. Reg. 2. ficorum massa regis Ezechiæ vlcus sanasse quæ si naturam rerū
Isa. 38. spectes, magis illud exulcerare & inflammare, quam sanare debuisset. Huiusmodi enim fere sunt medicamenta diuina, quæ
*Aduersitatibus non succūbamus.* cum carni molesta & humanæ prudentię noxia videantur, præter spem tamen & opinionem nostram, mentis humanæ vulnera sanāt. Quo circa nemo piorum, rebus aduersis & contra voluntatem suam fluentibus, animum deponat, nec spem abijciat, quandoquidē dominus hoc preclarissimo munere electos suos donauit, vt omnia illis cooperentur ad bonū. Quam rem licet
instantia tempora minus ostendant, futura tamen sępe declarāt H
Rom. 8. Porro saliua cum luto coniuncta, inquit Galfri. est sapientia æ-
*Galfri. super hunc locum.* terna cum carne coniuncta, quæ admiranda coniunctio facta est cum verbum caro factum est Hæc non solum est pura & munda, sed etiam miserias nostras & maculas mundat. Hoc lutum
Ioan. 1. ponitur cum creditur. Cęterum quia fides sine operibus mor-
Iaco. 2. tua est, idcirco iussit ei vt iret ad lauandum se, hoc est ad sacra-
*Simile.* menta percipienda.

*Gratia qua tū illustrat animam.* *Itaq. vicini.* Hanc vicinorum hęsitationem fratres, ad spiritualem transferamus: quæro enim à vobis, si sola lux corporeis oculis reddita, vsque adeo hominem illum immutauit, vt vicini cum quibus fuerat à puero versatus, illum non cognoscerent,

A cerent, quanta quæso erit animę illius transformatio, quæ cum in densissimis tenebris quam diutissime vixerit, nouo diuinæ gratiæ lumine perfusa, omnes viuendirationes comutauit? *Quomodo aperti sunt tibi oculi?* Querũt ait Chry. quomodo aperti sint oculi, nunquid magia aliqua? quod alibi cum sanandi modũ intelligere nequiuissent, calumniati sunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia. *Non est hic homo a Deo.* Vnde apertissime colligere licet fratres, quanta sit malitiæ & peccati cæcitas, quanta humanæ sapientiæ obscuritas, & quanta B demum hominis à Deo derelicti obstinatio, stultitia, & amentia atque adeo quanto studio peccatum omne vitare debeamus, & Deo semper adhærere. Et illud Samuelis præceptum implere, nolite recedere à tergo domini, sed seruite domino in omni corde vestro, ne hoc certissimo vitæ duce amisso, in hæc adeo tremenda præcipitia deturbemur. *Hic est filius vester.* Pharisæi quia cæcum iam illuminatum, attonitum reddere non valuerunt, sed videbant eum intrepide benefactorẽ suũ prædicantem, per parentes eius putabant Christi miraculum obscurare, ait Cyril. *Da gloriam Deo.* Neque ei manifeste dicunt, nega quo C niam Christus te curauit, sed sub prætextu religionis ad hoc eũ inducere volunt, dicentes, da gloriam Deo. Quasi dicant, confitere quia hic nil est operatus, nega quod accepisti: hoc plane non est gloriam dare, sed Deum potius blasphęmare. *Maledixerunt ei, & dixerunt, tu discipulus eius sis.* Maledictum hoc, tu discipulus illius sis, veniat super nos Christianos, ait Cyrillus quemadmodum Rebecca dixit filio suo Iacob timenti maledictionem sibi pro benedictione illatum iri à patre suo Isaac, si deprehenderet simulationem illam, qua fingeret se esse Esau, in me sit ista maledictio fili mi: ita sane & in nos sit hęc pharisæorum maledictio.

*Chrysost.*

*Luc. 11.*

*Peccatum hominem excæcat.*

*1. Re. 12.*

*Cyr. l. 6. in Ioan c. 18.*

*Non debemus esse ingrati.*

*Gen. 17.*

D *Moysi locutus est dominus.* Animaduertite quęso, ait grauis quidam autor, qua arte callidus ille serpens suos illaqueet. Proponit enim illis verissimas atque certissimas scientias quę apud omnes in confesso sunt, ex illis vero male collocatis, pestilentissimos infert errores, quibus eos miserrime decipit. Quid enim verius, quam quod Moysi locutus sit Deus? Ex hac autem constanti veritate, hoc iam impudens mendaciũ collegerũt, *Hunc nescimus vnde sit.* Hic est fratres, Dęmõ ille meridianus & sagitta in die volans, à qua electos suos dominus paterna cura & pietate liberat. Hæ namque sunt periculosissimæ

*Lud. Gra.*

*Mali semper cauillantur.*

*Psal. 60.*

dæmonis sagittæ, quæ partim imagine virtutis, partim aliquibus verissimis sententijs interiectis, lethali plerumq. vulnere incautos sauciant, ac illos maxime qui nil aliud quam virtutem & veritatem omnibus rebus anteferunt. *In peccatis natus es totus. & tu doces nos?* Donec eum negaturum sperarunt, ait Chrysost. dignum cui crederent existimarunt, & semel atque iterum eum vocarunt. Quod si ei non credēdum dubitatis, cur aduocastis? cur iterum interrogastis? cum vera locutus est, & ideo maxima erat admiratione obseruandus, tunc accusant. *Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras.* Huius quidem cæci exemplo discimus, ait Cyril. quod qui propter veritatem & Christi confessionem, malo & contumelia aliqua afficiuntur, maxime à Deo honorantur. Vt enim qui propter Deum pecunias dispergit, eas maxime inuenit: & qui odit animam suam, is vel in primis amat, ita contumelia affectus propter Deum, is plurimum honoratur, à Deo quod de cæco vsu venit. Eiectus est de templo à Iudæis, & à tēpli domino inuentus est: à pestifero consilio liberatus, salutiferum est fontem consecutus: contemptus à contēptoribus Christi, ab angelorum rege honoratus est. Hæc sunt veritatis prēmia quæ assecutus est is, qui pro veritate fortiter decertauerat.

*Chrys. in Ioan. ho. 57.* E

*Cyril. l. 6. in Io. c. 21* F

*Ioan. 12. Compēsat Deus liberaliter labores propter se toleratos.* G

## *FERIA QVARTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO SECVNDA.

*Iniurias propter Deum condonemus.*



*Rateriens Iesus vidit hominem caecum a natiuitate.* Ioan. 9. Maxima certe consideratione dignum est, quod cum paulo ante vellent Christum lapidibus impetere vt constat ex cap. præcedenti, modo tamē tam beneficus & iniurię oblitus sit, vt pręstantissimum hoc miraculum faciat: sane vt inde discamus iniurias nobis illatas obliuisci & facile condonare, vt veniam nos etiam à domino impetremus. Vide enim quomodo Samuel grauissimā illam iniuriam condonauerit, cum scilicet, ademperunt ei populi gubernationem, imo etiam addidit dicens, absit à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectam. Vide quomodo etiam benefaceret his qui ipsum

*Iniurias facile condonemus.* H

*1. Reg. 12. Iniurias condonare salutare est.*

A qui ipſum iniuria affecerant. Debemus ergo patienter iniurias condonare, vt ita per ipſas veniam à domino impetremus. In cuius rei figuram, hæbrei ſerpentibus icti, viſu ſerpentis pendentis curabantur. Item philiſthæi à muribus infeſtabantur, & à muribus curabantur, quos offerebant. Sane quādo pater virga percutere vult filium, non tam filius virgam contuetur, quam vultum ipſius patris, & curat ipſum placare: ſic ergo tu non tam inimicum attendere debes qui te perſequitur, quam Deum à quo tale flagellum procedit, & eum placare debes. Vnde Dauid dicebat, pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam: ſiquidem quamuis tu hunc inimicum vlciſcaris, non deerit Deo aliud inſtrumentum perſecutionis. Iob quidē nō attribuebat Chaldæis deuaſtationem ſubſtantiæ ſuę, ſed potius ad Deum conuerſus dicebat, dominus dedit, dominus abſtulit. Cęterum qui bonos perſequuntur non inultum id auferent: ſiquidem ipſis comminatur Deus per Iſa. dicens: væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt &c. Quamuis autem malorum conditio ſit perſequi bonos, tamen boni pacem ſemper procurant cū ipſis, vt conſtat in Iacob & Eſau, item in Dauide & Saul. Porro fateor quidem difficile eſſe iniurias condonare: at vero non vnico ſtatim gradu ad hoc culmē aſcendis, ſed quaſi multis gradibus & conſiderationibus, ſiue volatibus more accipitris. ſi enim illū amas & illi benefacis, quia ipſe te odio proſequitur, & mala tibi infert, id quidē difficile videtur: at vero ſi conſideres Dei mandatum, & pręmium tibi propoſitum, ac multa quidem commoda etiam temporalia, nō per inde erit difficilis aſcenſus Si quis tibi dicat vt centum des alicui aureos, id tibi difficile videtur: at vero ſi dixerit quod ſi eos condonaueris, ipſe tibi quingentos condonabit quos ipſi debes, iam tunc non erit difficile Adde quod Deus id tibi præcipiat, ſi enim ſerui Abſalonis cū audirent verbum hoc eius, ego ſum qui pręcipio, ſtatim paruerunt, quanto magis tu pręcipienti Deo obtemperare debes? ô nos miſerabiles qui à gentilibus nos ſuperari ſinamus! illi quidem ante falſos Deos ſuos ſeipſos proſtrabant, & filios ſuos ipſis sacrificabant, ad ſimplex verbum dæmonis in idolo loquentis, & nos Deo vero ſalutariter præcipienti nō parebimus? Quare non vlciſcamur nos, ſed potius Deo vindictam reſeruemus: quod ſi id expectare tibi difficile videtur, melius multo eſt vt apud iudicem iniuria decernatur & proponatur, quam ſi proprijs manibus te vindicare velis. Explicans quidem Caie. verba illa, dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis meę, dicit quod

*Figura ex Num. 21. 1. Re. 6. Simile. Psal. 108. Iob. 1. Isa. 10. Gen. 32. 1. Re. 24. Simile. Simile. iniurias quomodo condonabimus. 2. Re. 13. Psal. 105. Iniurias propter Deum condonemus.*

quod quamuis ibi aperte non declaretur quem diligeret, tamen ex tēpore quo psalmus cōpositus est, satis cōstabat, quod diligeret Saulē, quē poterat interficere, & noluit: dicit ergo, dilexi Saulē, vt ita Deū habeam propitium in necessitatibus meis. Sic etiā Deū habebis propitium, si dauidem imiteris. Audi etiā quid Seneca moneat: dissensio inquit ab alijs, & reconciliatio á te incipiat. Noli expectare vt alter tibi coronam auferat, ait Chry. sed potius tu prior reconciliationem quære, & salutariter tibi consulentes audi, noli tuæ sentētiæ integre siue potius pertinaciter hærere: siquidē in Leui. iubebat Deus vt sibi integrū animal nō offerretur, sed dilaniatū prius. Aliter enim nisi volueris cōdonare, vide quomodo à Deo similē reportabis mēsurā, dicēte Christo, sic pater me' cælestis faciet vobis, nisi remiseritis vnusquisq. fratri suo. Sic etiā nolebat Deus sibi in lege offerri animal integri vnguis, sed bipartiti. Nec vero solum in alia vita, sed & in hac interdum solet Deus eos punire qui iniurias non remittūt Dic enim quæso si filius quē virga percutere vis, eā tibi frāgat, nōne maiori incensus ira aliā quæres & eum grauius castigabis? Sic ergo intelligas inimicos tuos esse virgam Dei, Hie. 47. ó mucro domini, vsquequo non quiesces? quomodo quiescet, cū dominus præceperit ei? Item Hie. 25. Assumā Nabuchodonosor &c. Melius est ergo quod hanc virgā & persecutionē amplectaris, quā si te ipsum vlciscaris, præstantiusq. est vt virgam hanc de osculeris more discipulorum in schola, quam si eā frāgas. Vnde Dauid dicebat, virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, baculus est qui me sustentat, & virga quæ me persequitur.

*Psal. 104* *Caiet.* *1. Re. 24.* *Sen.* *Chry. ho. 12. in Mat.* *Leui. 1.* *Leui. 1.* *Mat. 18.* *Deut. 4.* *Simile.* *Hie. 47.* *Hie. 25.* *Simile.* *Psal. 22.* E F G

### *Tempus laudabiliter impendamus.*

*Me oportet operari opera eius qui misit me, dū dies est* si Christ' ita tempus occupabat, cur nō etiā nos ipsū imitamur, bene & laudabiliter tempus terendo? Recordemur obsecro salutare illud consiliū quod dedit Deus Arsenio & Antonio, cū ait, si vis saluari, fuge honores, & homines. De tribus quidem maxime dolebat Cato Censorinus, nempe quod per mare nauigasset, cū posset p terrā ire, itē quod secretum aliquod reuelasset, & quod diem traduxisset absq. laudabili aliqua occupatione. Vnde Apo. ait, videte fratres quomodo caute ambuletis, nō quasi insipiētes sed vt sapiētes, redimētes tēpus, quoniā dies mali sūt. Quaobrē bene distribuamus tēpus ipsū tū pro bono & salute animæ, tū etiā pro salute corporis. Sic volebat Salomon Diuidi infantem.

*Arse.* *Anto.* *Cato. Cen.* *Ephe. 5.* *3. Reg. 3* H

Vide ob-

A Vide obsecro quantum dolerent Aegyptij, propterea quod in angustias tantæ famis deuenerant propter suam inertiam. Et certe mali ita dies ipsos perdunt, & perperam consumunt, vt Deus autor diei & noctis vt inquit Dauid, tuus est dies, & tua est nox non videatur velle etiam ipsos cognoscere. Si enim aliquis tibi generosum & præpinguem equum accommodasset, tu vero eum restitueris macilentũ & perditum, maleq. affectum, diceret ille vtiq. tibi, hic equus non est meus quem tibi accõmodaui: sic ergo cũ tu dies quos tibi Deus ad lucrandum concesserat, restituas B macilentos & sine fructu, dicet tibi Deus, sicut dixit ipsi Hierusalẽ, quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua &c. Vnde Dauid dicit, viri sanguinum, non dimidiabunt dies suos: appellat peccatores viros sanguinũ, quia nesciũt sanguine Christi domini propter ipsos effuso, bene vti, adeo vt quodãmodo in ipsis videatur illud quadrare, quod ille male de Magdalena dicebat, vt quid perditio hæc vnguẽti? Certe qui in hospitio comedit quãuis ad libitum sine vlla cõsideratione varios & delicatos exposcat cibos, nihilominus tamẽ obseruatur diligẽter ab ipso hospite, & numerantur omnia sigillatim, neque potest discedere, quin omnia accurate persoluat: sic ergo quamuis nos modo C pro libito nostro vtamur tempore, strictam tamen impensi temporis reddituri sumus rationẽ. Vnde Dauid dicebat, imperfectũ meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Stultum sane illum iudicaremus, qui cũ quatuor dũtaxat haberet argenteos nummos ad familiam sustentandã, eos tamẽ insumeret in delicatis emẽdis plumis, quibus pileũ suũ decoraret: sic ergo stultior tu es iudicandus, qui tẽpus tibi à Deo cõcessum ad animæ salutem procurandã, insumis potius in vanitatibus & vitijs. ô deplorandã perditorũ hominũ cęcitatem! Quid enim miserri D mæ illę animæ quæ apud inferos torquẽtur, non facerent, si hãc tẽporis oportunitatem, quã nos vacuam abire patimur, inuenirent? Si peruersus ille Antiochus tanta promittebat quid quęso istę non facerent? Salomõ quidẽ ait, vade ad formicã piger, & cõsidera semitas eius, & disce sapientiam, quæ, cũ nõ habeat ducẽ & pręceptorem, parat in ęstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. ô vtinam hanc vnam nobis dominus prudentiam immitteret, ut mentis nostræ aciem, non ad præsentia solum, sed ad futura etiã protẽderem⁹: hoc est enim quod magnus ille propheta ciuibus suis desiderabat, cũ diceret: vtinã saperẽt & intelligerent, & nouissima prouiderent. Nouissimum autem omniũ vitæ nostræ finis est. Cur autẽ ab hoc fine oculos mẽtis

Gen. 41. Psal. 73. Simile. Tẽpus nõ male impẽdamus. Luc. 19. Psal. 54. Mat. 26. Simile. Rationem reddemus male impẽsi temporis. Psal. 138. Simile. Tempus pretiosissimum est. Simile. 2. Ma. 9. Pro. 6. Exemplũ formicæ. Deut. 32.

auerti-

auertimus? formica in æstate ad futuram hyemis sterilitatem præ E
*Tempus bene impē damus.* cauendam, opportuno tempore alimēta congerit. Sic enim quodammodo ratiocinari videtur: æstas fæcunda est, & alimentorū copiam suppeditat, quam sterilis hyems nequaquam præstat: in æstate igitur reponamus, quo in hyeme vescamur, ne fame intereamus. Si igitur ad hunc modum formica sibi consulit, cur qui
*Appli. si.* ratione præditi sumus, non eodem modo nobis consulimus? Hoc nobis pręsens hæc vita est, in qua magnam meritorum copiam parare nobis licet, quod illis æstas. Item hyems est nobis sterilis, status post mortem, cum non est satisfaciendi tempus: cur ergo in hac vitæ æstate non colligimus, quo in alterius hyeme vescamur? Cur hanc tēporis opportunitatem vacuam abire F
*Eccles. 9.* sinimus, nunquam iterum redituram? nonne hoc est quod nos opportune Salomon admonet: cum ait, quodcunq. potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, erunt apud inferos quo tu properas? Quid autem ex hac negligentia consequi necesse est, nisi quod idem Salomon ait, pro
*Pro. 20.* pter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non
*Matt. 25.* dabitur ei? Sic enim fatuæ illę virgines mendicarunt dicentes, domine, domine aperi nobis, quibus respōsum est, amen dico vobis, nescio vos. G

*Pænitentiam & conuersionem non differamus.*

*Venit nox, quando nemo potest operari.* Vide obsecro quam sit
*Eccles. 3.* stultum differre conuersionem nostram vsq. ad noctem, in qua
*Hie. 8.* nemo poterit operari. Sane quidem omnia tempus habent, vt ait Eccles. & ei qui tempus opportunum non obseruat, dici potest illud Hie. miluus in cęlo cognouit tempus suum, turtur & hirundo &c. Veruntamen in rebus ad salutem pertinentibus, omne tempus huius vitæ opportunum est, nec est quod conuersionem differamus ad tempus opportunius. Vnde Dauid dice- H
*Psal. 54* bat, vespere, & mane, & meridie, narrabo & annunciabo, & exau
*Simile.* diet vocem meam. Terra quidem vno anno cessare debet, vt sequenti melius fructificet: at vero vt in virtute fructus reporte-
*Ioan 8.* mus, semper in eā perseuerare debemus: & in omni loco Deo
*Iob 2.* seruire possumus: siquidem adultera veniam obtinuit in tēplo:
*Luc. 7.* Iob in sterquilinio proficiebat: Centurio in ciuitate, & in cam-
*Mat. 15.* po Chananæa. Nolimus ergo serotinas arbores imitari, quæ se-
*Dissi.* ro fructum reddunt, & aliquando propter sæuam hyemem non
*Iude epis.* possunt fructus maturescere. Vnde Iudas Apos. ait, quasi arbo

res au-

A res autumnales infructuosæ. Sic ergo multi solent differre cõ
uersionem suam vsque ad tempus infirmitatis & instantis mor *Simile.*
tis. Mirum sane est quod canis alicubi conclusus vel ligatus, nũ
quam cesset latrare, donec soluatur, & tamen miser peccator *Psal. 118.*
non cognoscat carcerem suum & compedes quibus vincitur.
Exhortans quidem se ipsum Dauid ad pænitentiam, & nos, dice
bat, memor fui iudiciorũ tuorũ à seculo domine, & consolatus
sum. Sed vide sancte vates, quod potius videbare dicturus & cõ
turbatus sum, cum noueris quam terribiliter punierit angelos
B protoparentes, & alios. Veruntamen respondebit vtiq. quod
quamuis terribilia sint Dei iudicia, nemo tamen veniam postu-
lauerit, quin eam obtineret. Vnde apud Isay. ait, si reuer- *Isa. 30.*
tamini, & quiescatis, salui eritis. Et apud Ezech. nolo mor *Ezech. 33.*
tem peccatoris, sed vt conuertatur. Quod si quis obijciat ex
Paulo quod Esau non inuenerit locum pænitentiæ & si cum la- *Heb. 12.*
chymis quæreret. Item quod regi Saul nil profuerit, quam- *1. Reg. 15.*
uis diceret, peccaui: nec etiam Antiocho profuerint suæ pro- *1. Ma. 9.*
testationes: dicendum est quod ficte veniam peterent, sicut do- *Gen. 7.*
cet textus. Quamobrem vere ad dominum conuertamur, cũ *Chry. in*
C tam breuis & incerta sit vita nostra: quid enim scimus, an bre- *Gen.*
ues etiam vitæ nostræ dies adhuc breuiores reddat, sicut fecit *Psal. 54.*
in diluuio? vt obseruat Chry. Vnde Dauid dicebat, viri san-
guinum non dimiabunt dies suos. Maxime quidem nos pude-
re debet peccatorum nostrorum, cum videamus qualibus ver *Psal. 9.*
bis statum peccatoris vocet Deus: ait enim per Psal. conuertan- *Psal. 6.*
tur peccatores in infernum, si nõ conuertantur, & erubescãt val *Conuersio*
de velociter. Vide quomodo vocet infernum, miserabilem, sta *nẽ non dif*
tum peccatoris. Et certe quamuis insigne Dei opus sit conuer- *feramus.*
sio & iustificatio peccatoris, tamẽ requiritur nostra voluntas. Vn *Zach. 1.*
D de per Zach. ait, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.
Vide quanta sit Dei misericordia, vt in nostra ponat manu con
uersionem & iustificationem nostram. Sane quod Christus *Ioan. 8.*
in terra & puluere scriberet peccata pharisæorum, significare *Hie. 17.*
voluit, quod facile in hac vita deleantur peccata, si veniam po-
stulemus at vero de impænitentibus dicitur, peccatum Iuda scri
ptum est stylo ferreo in vngue adamantino. At vero qui ad do- *Pænitẽtia*
minum ex toto corde conuertitur, facile statim vnico suspirio *quantũ cõ*
omnia delet peccata. Quid igitur cessas ad Deum redire? Consi- *ducat.*
dera obsecro futurum tempus, quando non erit pęnitentiæ lo- *Psal. 50.*
cus: nunc ergo dicamus cum Dauide, secundum multitudinem
miserationum tuarum dele iniquitatem meam: non ait obliuis-

Heb. 11. Gen. 27. cere, quia quæ obliuiscimur, interdum redeunt in memoriam E
sed dele. Consideremus ergo quid dicat Apos. statutũ est omnibus hominibus semel mori, idcirco non expectemus sero conuersionem nostram vt Esau, sed statim conuertamur.

Ilie. 6. Simile. Cum ergo nescias mortis horam, esto semper paratus, nõ expectes graues infirmitates: siquidem tales infirmitates & labores non solum cum adsunt nos conturbãt, sed etiam cum cogitantur, sicut constat ex illo Hieremię, quando comminabatur hebręis eorum ruinam futuram, ipsi dicebant, audiuimus famam eius, & dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Quamobrem dolendum sane est, quod si ludamus vilem etiam pecuniam aliquo ludo, diligenter attendimus ne perdamus, & tamen pro salute æterna obtinenda, nec tantillum quidem solicitamur. Refert certe ex Hierony. Adrianus horribilem quandam sententiam, nempe quod vix ex centum millibus hominum, quorum mala fuit vita in morte diuinam indulgentiam obtinebit vnus. Quod an verum sit, Deus nouit: illud interim nostrum est, diligenter obseruare ne in peccatis perseueremus, sed ad dominum statim conuertamur, hoc inquam ad nos pertinet curare, cum diuino auxilio, quod semper nobis aderit. Itaque vt Pau. nos monet, abundantius oportet nos obseruare ea, quæ audiuimus, ne pereffluamus. Porro fur appellatur mors, quandoquidem nobis vitam furatur, & tempus merendi, tum etiam inopinata irrumpit. Quid quæso faceret, si quis ad hanc vitam reuocaretur ex inferno ad pænitentiã agendam? Quamobrem finge animo quod ad infernum descenderis, & quod ab eo ad hanc vitam reuocatus es vt pænitentiam agas. Vnde Eccle si. nos monet dicens, ante obitum tuum operare iustitiam quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Vide obsecro quo modo iam inde à teneris annis concesserit baptista in desertum vt pęnitentiam ageret, qui quidem non solum non commiserat adulteria, aut furta, sed etiam diligenter cauere volebat, ne leui saltem maculare vitam famine posset. Quid ergo cessas ad Deum conuerti miserabilis peccator? num expectas vt te infernus absorbeat? an vt repentino domus tuæ casu occumbas? sane si non conuerteris, hæc longanimis Dei expectatio, erit ad maiorem condemnationem tuam. Et quamuis certo nosses, te vsque ad vltimam senectam esse victurum, statim tamen pænitentiam agere deberes, ne in peccatis inueterasceres. Vnde Dauid dicebat, putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie

Margin notes: Adria. 4. Sen. de pænit. q. 1. D. Hie. — F (beside "audiuimus") — G (beside "ad domi-") — Occasiones conuersionis nostræ non negligamus. — Simile. — Eccle. 14. — H (beside "quo-") — Exemplũ — Penitentiã procrastinare, dementia est. — Psal. 37. Simile.

A facie insipientiæ meæ. Sane atramenti macula si statim eluatur, minus vestem inquinat, at vero si ibi diutius maneat, vestem turpiter fœdat: sic ergo periculosum est, velle differre conuersionē suā vsq ad senectā & seniū, atq. adeo mortē. Vnde tales dubiā apud doctores aliquos faciunt salutē suā, vt cōstat ex Aug. in quodā sermone de sanctis innocētibus, & l.5. ho. 4. & habetur de pæ. dis. 7. c. siquis. Vide etiā D. Ambro. l.2. de pę. c. vlti. & Hugo. l.2. de sacra. par. 14 cap. 5. *D. Aug. de pæ. d. 7 c. siquis. Ambro. Hugo.*

B

## APPENDIX.

*Fecit lutum.* Quis vnquā dixisset quod lutū redderet visum? videbis sane rudem & ignarū aliquē hominē herbā quandā cōculcātem, & tamē accedēs peritus in proprietatibus herbarū se demittit, & herbā diligēter colligit, ac plurimi facit. Sic ergo cum Christus probe nosset luti proprietatem, propterea se inclinauit & saliua sua lutū fecit, intelligens probe quod nullū esset pręstātius collyriū ad oculos inūgēdos Et certe recordatio ꝙ puluis sim' & in puluerē cōuertendi, plurimū iuuat spiritualē visum. *Simile. Cognitio sui quantū cōducat*

C *Vade, & laua in natatoria siloe.* Dic quæso bone Christe, si luto sanādus est, cur iubes vt se lauet? si etiā aqua sanatur, cur lutum admisces? Quod si tua gratia eū curare debes, cur lutū vel aquā applicas? Sane significare vult, quod quāuis solus De' curare nos possit, nihilominus tamen vult vt aliquid ex nobis ipsi præstemus, atq. ita quidē diligentissime & accuratissime laboremus, quasi nos totam salutem videremur operaturi, & pręstituri, atq. quidquid præstiterimus, totum Deo offeramus, & ab eo acceptum recognoscamus, petamusque eius benedictionem & incrementum, atque applicationem pręciosissimi sanguinis eius. *Faciamus quod in nobis est, & Deus iuuabit nos.*

D Atque id quidem est contra cęcos Lutheranos, dicentes quod nos ex parte nostra nihil debemus operari, sed tollunt & de medio auferunt bona opera. Apertum quidem est quod flumen ipsum ad quod misit Elizeus Naaman vt ibi lauaretur, eam vim mundandi à lepra non habebat, & tamen voluit vt hoc ex parte sua præstaret, vt scilicet se septies illa ablueret aqua: sic ergo quamuis Deus det gratiam & gloriam, nihilominus tamen vult vt aliquid ex parte nostra præstemus & operemur. *Cæci Lutherani nō agnoscunt bona opera. 4. Reg. 5.*

*Quomodo aperti sunt tibi oculi?* Mirum plane est quod statim atque dedit Deus habilitatem aliquam alicui, vel scientiam, aut diuitias, vel dignitatem, statim sint multi qui ipsi inuideant, & detrahant, reuocando in memoriam hominum *Inuidorū plenus est mundus.*

eius auos, & proauos atque maiores omnes, & illis omnibus E
detrahendo, tum etiam varias calũnias huic inferendo & perniciosissimas iniurias. Sed non debemus propter inuidos cessare à bonis operibus pręstandis, sed potius aperte Christum cõfiteri sicut faciebat hic cęcus: quantumuis sciamus non defuturum Iudam aliquem, qui obmurmuret de effusione prætiosissimi vnguenti Magdalenæ super Christum. Nam & hi qui calumniantes dicebāt de hoc cæco, nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? ijdem etiam de Christo quidem murmurabant dicentes, nonne hic est filius Fabri? F

*Detractores flocci pēdamus.* *Ioan. 12.* *Mat. 13*

## FERIA QVARTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA.

***Itinerantes bonum omnibus dent exemplum.*** G



*Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum.* Ioan. 9. Vide quam mirificum etiam prætereũdo daret Christus virtutis exemplũ: nõ ita multi itinerantes & viatores segerũt hoc tempore, quin potius statim ipsis videtur quod quia iter faciũt exēpti sunt à ieiunio, & a missa audienda, & ab horis persoluendis, atq. ita se tradunt cātiunculis prophanis, & alijs huiusmodi lasciuijs, relinquentes interim bonum exemplũ, donec domũ suá peruenerint. Videāt obsecro isti, quo modo Christ' se occuparet in sanctis operib' in ipso itinere, sanādo leprosos, prædicādo Samaritanæ, resuscitādo filiũ viduę, consolando Chananæam, illuminando cæcos, conuertendo Zachæũ & iustificando: & deniq. loca omnia tanquam sol illuminabat. Item in Actis Apo. legimus de Eunucho illo reginæ Cādacis, quod in curru legeret Isaiam, atque ita meruit à Deo illuminari, accedente ad eum Philippo, & baptizante ipsum. Christus etiam vt narrat Marcus, in ipso itinere instruebat quidem discipulos suos & percontabatur ab ipsis, quem dicunt homines esse filium hominis? vt inde discamus quá honeste & sancte etiam in ipso itinere nos occupare possimus contra quam faciant multi itinerantes, quia scandalizant loca omnia, per quę prætereunt. Plurimum ergo niti debemus H

*Bonum exemplum in itinere demus.* *Luc. 17.* *Ioan. 4.* *Luc. 7.* *Mat. 15.* *Mar. 10.* *Luc. 19.* *Simile.* *Act. 8.* *In sanctis occupationibus nos exerceam'* *Mar. 8.*

A vt famam bonam integrã & illæſam conſeruemus, & vitioſum exẽplum non demus, cũ videamus homines procliues ad malũ. Videmus ſiquidem in bello, quod ſi miles aliquis fugam paret, multos inducat ſuo exemplo ad ſugiendum: item ſi piſcis aliquis erumpit ex ſagena, alij ſequuntur piſces: & ſi ouis aliqua ſe præcipitat, cæteræ conſequuntur: cum in horto cæpit fugere vnus diſcipulus, reliqui eum ſequebantur. Vnde Eccleſiaſti ait, fili non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Super quæ verba dicit Lyra, quod non debe- B mus prauum dare exemplũ, præſertim cũ terra corpis humani ſit facilis ad illud accipiendum, aliter enim fructum metemus in inferno. Nec vero ſolum curare debemus vt mali non ſimus, ſed etiam ab ſpecie mali abſtinere debemus: vnde præcipiebat Deus in Leui. vn nõ ſolũ lauaretur locus in quo eſſet lepra, ſed etiam ſępe veſtes ipſę lauarentur. Recordare obſecro quantum nocerent ſuo prauo exemplo, exploratores illi, qui terrę promiſsionis detrahebant, dicentes eſſe pernicioſum locum & periculoſum, ac propterea à Deo puniti ſunt. Vide obſecro quomodo Deus puniri iuſſerit illud prauum exemplũ C illius qui ligna colligebat in ſabbatho. Nõ igitur debes cuiquã prauũ ſuggerere exemplum, neque exiſtimes quod Deus propterea obliuiſcatur ſcelus tuum, quia illud ſtatim non punit vel fulmine, vel repentina morte, ſicut fecit cum Anania & Sapphyra. Vnde Eccleſiaſt. ait, etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Item Pau. ait, an diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis? an ignoras, quoniam benignitas Dei ad pænitentiam te adducit? tu vero ſecundum duritiam tuam &c. Cur igitur, qui cupidus es diuitiarum, has tam D inſignes Dei diuitias contemnis? Hoc etiam inſinuare voluit regius vates cum ait: Deus iudex iuſtus, & patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies? Quaſi dicat non: veruntamen inquit niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit.

Vide obſecro prauum exemplum Saulis quantum nocuerit armigero ſuo, qui videns dominum ſuum ſe interfeciſse, ipſe etiam ſe ipſum interfecit. Vnde certe inter cæteras cauſas propter quas auarus diues volebat, vt monerentur fratres ſui ne ad illum locum venirent tormentorum, erat quoniam videbat ſi venirent, cumulari ſibi tormenta, propter prauum exẽplũ quod ipſis dederat. Quamobrem nemini demus occaſionem offendendi Deum vel opere, vel verbo: ſiquidem miſerabile

*Itinerantes nemine ſcandalizent. Similia.*

*Mat. 26. Eccleſ. 7*

*Prauũ exemplum plurimum nocet.*

*Leui. 13. Num. 4.*

*Num. 15. Exemplũ prauũ quomodo puniat Deus Acto. 5. Eccleſ. 5. Rom. 2.*

*Pſal. 7.*

*1. Reg 31. Luc 16. Exemplũ prauum quãtũ noceat danti & accipiẽti.*

profecto est, quod passim incidamus in turpes & inhonestas E
confabulationes, adeo vt potius barbari quam Christiani vi-
*Simile.* deamur. Et certe quemadmodum medici ex ipso pulsu, & qua
litate linguæ, cognoscunt etiam naturam ipsius febris: sic etiam
vir malus ex' ipsa lingua, & confabulatione deprehenditur,
*Mat. 12.* nam voces sunt signa earum quæ sunt in animo notionum.
*Socra.* Et Christus ait, ex abundantia cordis os loquitur. Item So-
*1. Re. 16.* crates dicebat, quod vnusquisque qualis esset, oratione de-
clarabat. Sane de Dauide dixit minister quidam Saulis, vi-
di virum prudentem in verbis, non ait in rebus tantum, sed
etiam in verbis, vt sciamus quod inde dignoscatur vir aliquis F
qualis sit, & propterea sit magna quidem custodia ori nostro
adhibenda. Iustitiæ ergo Dei consonũ est, vt sicut præmio af
*Exemplũ bonũ premiatur Deus.* ficiuntur, qui bene lingua sua vtuntur, sic etiam puniantur
qui ea abutuntur. Vnde Aegyptij qui lingua & opere co-
nabantur ad idololatriam inducere hębreos, submersi sunt, &
in infernum descenderunt. Satis quidem intelligebat Da-
niel, quomodo prę miaretur Deus eos qui bonum dabant
*Scandalizantes alios quomodo puniat Deus* exemplum, cum diceret: Qui ad iustitiam erudiunt multos,
quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Item sacrę lite
ræ etiam satis aperte declarant, quam prauum darent exem- G
plum filij Heli, comedendo carnes sacrificantium, cum dicũt:
erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino,
*Dani. 12.* quia detrahebant homines a sacrificio domini. Plurimum ergo
*1. Re. 2.* nocet aliquis suo prauo exemplo, & præsertim si fuerit insig-
*Simile.* nis aliquis vir. Nam quemadmodum cum saxum aliquod in
*Exemplũ prauũ insignis viri quantum noceat.* præcipitium tendit', multos secum lapides comportare solet
sic etiam illustris vir peccando, multos sæpe prauo suo e-
xemplo inficit & contaminat, plusquam plebeius. Vide præ-
terea ex illa murmuratione Iudæ de vnguento Magdalenæ,
quid secutum fuerit, nam vt ait textus, videntes discipuli H
*Ioan. 12.* indignati sunt, quandoquidem totum collegium infamare vi
*Isa. 14.* debatur. Potest' igitur dici de viro malo illud Isay. tu popu-
*Ambro. l. de para. c. 6.* lum tuum occidisti. Porro diuus Ambro. dicit, quod cum Eua
intelligeret se solam debere à paradiso eijci, induxit etiam
ad peccandum ipsũ Adam, ne sola remaneret, & vide quãta ma
*Exo. 21.* la inde secuta fuerint. Præcipiebat quidem Deus in Exo. vt qui
alicui vulnus aliquod infligerent, impensas omnes curationis
persoluerẽt, tum etiam quidquid is lucrari potuisset si sanus es
set. Vide igitur quanto magis obligatus erit ille qui vulnus a-
liquod spirituale inflixerit, & prauum exemplum dederit:
curet igi-

curet igitur huiusmodi damna reparare quoad potest. De his quidem qui prauum dant exemplum, dicit Abacuc propheta: vę qui congregat auaritiam malam domui suę, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali: cogitasti confusionem Domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua: lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ędificiorum est, respondebit. Dic quæso si rete expansum haberes ad aues illaqueandas, & dum multitudo auium prope est vt comprehendatur, veniret aliquis, qui strepitu vel funda omnes fugaret aues, nonne contra hunc plurimum indignareris? Sic ergo Deus contra te irascetur, qui ex suis retibus prauo tuo exemplo homines abigas atq. dispergas. Vide igitur quomodo tegeras, siquidem modicum fermentum, vt ait Apostolus totam massam corrumpit. Sic malum exemplum Herodis multos incitauit ad interfectionem puerorum innocentium: nam fere inferiores sequi statim suos superiores solent. Vnde quando regina Vasthi noluit venire ad conuiuium Assueri, dixerunt principes, non solum læsit regina Vasthi regem, sed omnes populos & principes, qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri: egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos atque hoc exemplo omnes principum coniuges, persarum, atq. Medorum, parui pendent imperia maritorum. Præterea cum viderent principes Babylonię, quod rex Balthasar prophanaret sacra vasa templi, statim idipsum fecerunt Cum audirent Herodem dicentem quem ego decollaui Ioannem, ipse surrexit à mortuis, statim existimarunt quod Christus esset baptista Vnde colligas quantū incūbere debeant maiores, ne malū inferioribus suis exhibeāt exemplū. Nō vacat sane mysterio, quod cum Moyses de creatione mūdi tractaret, nō fecerit mentionem aperte de creatione angelorū, & de eorum ruina, ne scilicet inde aliqui occasionē peccandi arriperent, cum audirent tam nobiles creaturas peccasse.

*Abacuc. 2* — *Simile.* — *Exemplū prauū quātū noceat.* — *1. Cor. 5.* — *Praui consultores quantū noceant.* — *Esth. 1.* — *Dan 5.* — *Mar. 6.* — *Mat. 18.* — *Gen. 1.*

Margin letters: B, C, D.

*Peccatum quantum noceat.*

QVis peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus nasceretur? Quamuis propter peccata mortalia propria, hic cæcus nasci non posset, nihilominus tamen cum tantopere discipuli domini fugerent peccatum, idcirco percontantur quis peccauerit. Et nescio certe quorsū nos pariter nō fugiam' peccatū vidētes tanta incommoda quæ inuectat: siquidē nobis aufert spirituales

*Peccatum valde timent serui Dei.* — *Mat. 6.* — *Luc. 12.*

thesauros quos in Deo repositos habemus, imo etiam ipsum E
*Peccatum quantum noceat.* Deum à nobis separat, qui cum à nobis discesserit, in quas non deueniemus miserias? Cōmendans quidem Deus obseruantiã legis, ait vt bene sit tibi: quasi sibi velit, quod sine Deo parum
*Deut. 15. 12.* quidem nobis reliqua sint profutura. Si modo tot homines peccata committunt, cũ grauissima proponũtur tormẽta, quid
*Timorem Dei abiecimus.* quæso facerent, si magna præmia peccantibus proponerẽtur? de Iudæa quidem conqueritur Deus per Hie. dicens, facilitate fornicationis suæ contaminauit terram. Item Dauid admirando F
*Hie. 3.* tantam facilitatem in peccando, ait. Propter quid irritauit im-
*Psal. 9.* pius Deum? Quasi diceret, non videtis quomodo pro rele-
*Ezech. 12.* ui & puerili statim vir malus peccet? Et apud Ezech. ait, violabant me ad populum meum, propter pusillum hordei & fragmen panis, hoc est pro rebus vilissimis, & absque aliqua occasione. Vnde colligas quam multos ad se attrahet
*De AntiChristo* dæmon per AntiChristum, qui multos adferet doctos, & multas proponet diuitias, cum sit futurus monarcha orbis, vt ait
*Gre. in Iob.* Hierony. Item arte magica vtetur, & videbitur miracula facere, vt docet secunda Thes. item varijs tormentis homines G
*Hiero. in Da. 2.* concutiet, item eius carnifices videbuntur his qui cruciabuntur, facere miracula, & ita maxime affligentur nisi fuerint in fi-
*The. 2.* de constantes. Iustum enim iudicium Dei erit, vt insinuat
*Gre. 32.* Apostolus quod qui tam facile se à Deo vero separarunt, An
*mo. c. 26.* tiChristo coniungantur & cruentę bestiæ ex magna vi tormẽ-
*2. The. 2.* torũ, ideo permittit illis Deus operationẽ erroris, vt credant
*Facile statim Deũ offendim⁹.* mendacio. Si ille quidem à pęna non excusatur qui propter diuitias peccat, aut propter metum tormentorum, neque etiam excusatur à supplicio sempiterno, quam quęso sufficientem excusationem dare poterit is, qui facile statim propter H leuissimas occasiones in peccatum labitur? Sane astutus dæmon cum videret leuius fore peccatum primorum parentum, si obliti præcepti peccarent idcirco statim voluit ipsis prę-
*Gen. 3.* ceptum ipsum in memoriam redigere, dicens: cur præcepit vobis Deus, ne comederetis ex omni ligno paradisi? Tanto enim grauius est peccatum, quanto magis consulto & de industria perpetratur, atque cum illa consideratione quod
*Luc. 15.* Deum grauiter offendamus. Hoc quidem filius prodigus insinuare voluit, cum dicebat: pater, peccaui in cælum & coram te: quasi dicat, agnoscens probe quid facerem & cum me conscientia ipsa remorderet. Hinc etiam in veteri lege constituebatur quidem magna differentia inter ea pec-

cata quæ

A cata quæ ex instituto & cōsilio perpetrabātur, vel ex ignorātia. Leui. 4.
Vnde Hierem etiam ait, iudicate mane iudicium, ne forte egre- Hier. 21.
diatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui ex
tinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. Porro Apost. 2. Cor. 8.
tractans de paupertate illa in primitiua Ecclesia, ait: altissima
paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum, quia
supra virtutem voluntarij fuerunt: quo magis audita & delibera
ta est virtus, eo magis meritoria est: sic etiam quanto consultius
& deliberatius fuerit peccatum, eo etiam grauius erit.

*Peccatum eo grauius, quanto consultius agitur.*

B

### *Peccator reuertatur ad Deum.*

CVm igitur probe nouerit Deus quantas peccatum ipsum mi
serias ad portet, idcirco per Isa. nos ad se vocat, dicens: om-
nes sitientes venite ad aquas. vbi etiam in Hebræo habetur cum
quodam magno affectu, quasi diceret, ô vos omnes sitientes. Mi Isa 55.
serabiles sane sunt illi, qui ad talem clamorem non concurrunt:
magna siquidem cum suauitate solet Deus eos tractare qui pecca
ta derelinquunt & ad ipsum conuertuntur. In Vi. Patrum legi-
tur quod abbas Panuphius plurimum admiraretur, quod Onu-
C phrius per 70. annos in deserto habitasset sine vllo humano con Vi. patrū
sortio, & sine cibo quem aliquis homo coxisset: cui tamen dice 1 p fol. 57
bat hic quod non debebat ex eo mirari, quoniam ineffabilis erat
suauitas qua Christus seruos suos tractabat, nec erat, qui tantā
suauitatem posset explicare. Omnes igitur ad Deum conuerta-
mur, vt tali diuinitus pascamur suauitate, siquidem vt ait Iob,
etiam stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis
homo & putredo, & filius hominis vermis? Quamuis enim tibi

*Solitarios visitat de' magna cū suauitate.*

D mundus videaris ante oculos tuos, forte tamen ante oculos Iob. 25.
Dei mundus non es. Vide enim obsecro quantū fallerentur fra-
tres Ioseph, cum dicebant vt morte moreretur is, in cuius sacco
scyphus inueniretur, & tamen inuentus est in sacco Bēiamin: Gen. 44.
quid igitur scis miser an in confessione tua probe examinaris cō
scientiam tuam? Noli igitur de te ipso præsumere, sed dic cum
Ioanne, si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi
nos seducimus. Vide etiam quid Pau. Dicat, qui iudicat me, 1. Ioan. 1.
Dominus est. Et Iob ait, nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut 2. Cor. 4.
videt homo, & tu videbis? Quæ cum ita sint, probe conscientiam Iob. 1.
nostram discutiamus, & ad dominum reuertamur, qui nos be-
nigne recipiet. De Dauide quidem dicitur, quod conuenerunt
ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære 1. Reg. 22.
alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Multo i-

*de nobis non præsumamus.*

gitur melius ad Deum cõuenire debemus omnes qui in peccatis E
*Innocem' dominum in nostris necessitatibus.* & tribulatione aliqua versamur. Sic enim recepisti bone Deus Paulum persecutorem, sic Petrum qui te negauerat, sic Magdalenam, quæ te tantopere offenderat: sic latronem, qui ad extremam vsque vitam pænitentiam distulerat: atque hoc quidem pacto domine tua ineffabilis clemẽtia & misericordia omnibus manifestatur, in talibus præsertim exemplaribus.

Considerans quidem Dauid insignẽ Dei misericordiã, & quomodo peccatores ad pænitentiam recipiat, ait: abyssus abyssum *Psal. 41.* inuocat: quasi diceret, misericordia domini est veluti abyssus, F & peccatum etiam est tanquam abyssus, sed omnis iniquitatis, vnde abyssus peccatorum debet accedere ad abyssum infinitæ mise- *Heb. 12.* ricordiæ Dei, vt tandem ibi absorbeatur. Inuocemus ergo Dei misericordiam, dum modo opportunum datur tempus. Accessistis ait Pau. ad sanguinis aspersionem melius loquentem, quam *Simile.* Abel. Sic ergo iũgamus opera nostra & conuersionem nostram cum huiusmodi infinito sanguine, atque ita facile animæ nostræ salutem negotiabimur. Sane medici cum quis infirmus est, suadent ei, vt aerem commutet, & ad patriam suam tendat, vt ita sa- *Zach. 13.* lutem consequatur: sic ergo peccator qui infirmus est, debet ad G *Peccatores recipit de' ad pænitẽtiam.* serenitatem illam patris sui Christi accedere, & ibi tanquam in patria sua salutem animæ recuperabit. Vnde Zach. ait, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Est enim tã patens fons iste, vt locus vbi natus est, portas non haberet. Audi peccator Christum te vo- *Gen. 45.* cantem ex præsepio, & vagientem. Lachrymæ quidem Ioseph, timorẽ omnẽ fratrũ absterserunt, & præsertim cum diceret, ego sum Ioseph frater vester quem vendidistis, nolite pauere: sic etiã *Peccatores vocat deus vt conuertantur.* nobis dicit Christus, ego sum frater vester, quem minima dele- H ctatione vendidistis, nolite pauere, sed ad me reuertimini. Videte quod venit hora, in qua mortui idest peccatores, audient vocem filij Dei. Audite vocem meam, ait per Hie. & ero vobis *Hie. 7.* Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via mea *Obstinati quam sint peruersi.* quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. Sed audite quid addat, & non audierunt, neque inclinauerunt aurẽ suam, sed abierũt in voluptatibus suis, & in prauitate cordis sui. Non igitur ita *Act. 9.* faciamus, sed potius Deum vocantem audiamus, & considere- *Simile.* mus quam suauiter tractauerit Paulum recens conuersum, & quomodo miserit ad eum Ananiam, vt ipsum instrueret, & ei cibum ministraret: sic igitur se geret nobiscum, imitando venatorem, qui benigne tractat & pascit accipitrem suum, quamuis

non ita-

A non statim ad primam eius vocationem venerat.

APPENDIX.

*Ætatem habet, ipse de se loquatur.* Non audebant parentes publicare tantum miraculum, cum pauperes essent, ne à Pharisæis indigne tractarentur: videbant enim quantas afflictiones & iniurias inferrent ipsis pauperibus: atque cum probe nouissent quod filius ipsis libere responderet, propterea remittũt eos ad ipsum, dicentes, quod ętatem haberet. Nam videas quod multi peruersi iudices tantum patibulum, vel verbera, vel alia huiusmodi supplicia parata habeant pauperibus, quos suspendunt aliquando iniuste, vt sint quasi territamentum quoddam auium in ficulnea. Vnde fit vt soli pauperes videantur timere ministros iustitiæ, si quidem diuites non perinde timẽt, cum nullum videant sui status in patibulo pẽdere. Quamobrem probe Ecclesi. monet tales iudices dicẽs: noli fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere potentes.

*Iudices mali pauperes iniuste affligunt.*

B

*Simile.*

*Peruersi iudices in pauperes tantum sæuiunt.*

*Ecclesi. 7.*

FERIA QVARTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

C

## CONCIO QVARTA.

*Compatiamur afflictis.*

PRÆTERIENS *Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate.* Ioan. 9. Vide obsecro quomodo non modo Christus viscera suæ pietatis aperuerit huic cæco, restituendo illi visum, sed etiam discipuli, qui videntur mouere quæstionẽ, quis peccauerit, propter compassionem eius, quam habebant. Sic etiam nos animum piũ habere debemus erga proximos, cũ præsertim videamus etiã inter barbaros hãc pietatis & cõpassionis virtutẽ maxime viguisse. Vnde D. Aug. ait quod Marcus Marcellus Romanus, qui Syracusas vrbem ornatissimam cepit fertur eam prius fleuisse ruituram, & ante eius sanguinem, suas illi lachrymas effudisse: Gessit & curã etiã pudicitię in hostes seruãdę. Nã prius quã vrbem victor iussisset inuadi, constituit edicto, ne quis corpus liberũ violaret: euersa est tamen ciuitas iure bellorum, nec vspiam legitur ab imperatore tam casto & clementi fuisse præceptum, vt quisquis ad illud vel illud templum fugisset non abiret illæsus. Si ergo barbari homines ita inuicem compatiebantur, cur non magis nos afflictis cõpatiemur? Nã certe aliqui sunt quibus cõgruere videtur illud Dani. cor eius ab humano conuertatur, & cor feræ detur ei.

*Compatiamur miserabilibus personis.*

D

*D. Aug. li. 1. de ci. dei c. 6.*

*Exemp.*

*Liui. lib. 25.*

*Tẽpla sũt venerãda.*

*Dan. 4.*

Porro

Amb. in 1. ad Tim. c. 4. Porro Ambr. ait, quod his qui misericordię & pietati student, auxilia Dei non deerunt etiam in præsenti vita, & in futura immortalitatem habebunt cum gloria. Exercitium quidem corporale modicum vtile est, ieiunare enim & abstinere à cibis, non multũ videtur prodesse, si absit pietas, cuius ope iuuatur ieiuniũ ad dominum promerẽdum. Denique eos qui erga fratres largi sunt, in vitam ęternam proficere, Euangelicus sermo testatur. Augus. (D. Aug. in trac. de mise. & ora.) Præterea tractans de pietate & misericordia, inquit, quod sola misericordia tantummodo videtur ab excessibus liberata, dum omnia odiosa sint si transcenderint modum: ipsius enim excessus placet, & quanto ad maiora incrementa processerit, tanto (Hec. Pin. Ezech. 3.) ampliorem reportat laudem. Eos Deus consolatur, ait alius autor, qui alienas calamitates vt proprias sentiunt, earumque dolore tanguntur, & communem vtilitatem optant: charitas enim, (Phil. 3. Autor.) vt ait Apost, non quærit quæ sua sunt. Sed heu quam pauci sunt (Pauperes negligũtur) qui pauperum compatiantur! Grauissimus plane labor est, pauperem negotium agere cum diuite aliquo parum clemente. Quoties enim frequentat eius domum misellus? accedit interdũ mane, & interdum vesperi, & nunquam conueniendi diuitem inuenitur aut locus, aut vlla temporis opportunitas. Semper enim (Vix datur locus pauperi agendi cum diuite.) habet excusationem ad pauperem dimittendum, iam dicunt illũ adhuc cubare, iam vero esse occupatum in vestiendo, modo eũ preces fundere, modo ire velle ad sacrum: nunc vero mensæ accumbere, nunc expositum esse ad solem: rursus grauissimis negotijs præpediri, aut ludere animi gratia, tandem iam concedere cubitum: quibus quidem procrastinationibus, miser ille semper vagatur, & frustratur. Quocirca nolle pauperẽ cum huiusmodi diuitibus negotium gerere, quantumuis fere de vitæ discri- (Rhodul. Ar.) mine agatur, non est mirandum, præsertim cum vix vnquam se exhibere soleant conspectui pauperum, nisi oleãt eos, aliquid muneris adferre. Non simus etiam ait alius autor, de numero (Iacob. 2. Autor.) illorum qui malis Christianis, non solum non compatiuntur, sed etiam eos execrantur, & non solum non orant pro eis, sed etiam inuident siquis pro ipsis oret. Et quare hoc? quia viscera pietatis & charitatis non habent, nec attendunt quoniam iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. (Epis. ad Phile.) Vide obsecro quantis visceribus charitatis apud Philemonem intercedat Paulus pro Onesimo, quem in ipso carcere conuertit vt ad locum suum rediret. Et ita ait, gaudium magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater: propter quod multam fiduciam habens in

Christo

A Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sis talis vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi: tu autem illum vt mea viscera suscipe: forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes, iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne, & in domino. Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me: si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa: ego B Paulus scripsi mea manu: ita frater ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo: confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Vide obsecro qui viscera pietatis non habes, quam præclare afflictum hunc Onesimum commendet & consoletur Paulus. Magni quidem animi est & pij, compati afflictorum & impotentium: vnde Romani olim cum sub protectione sua Ptolomæi filium recepissent, eum defenderunt ab exercitu Antiochi, vt scribit Iusti. Cæsar item auxiliatus fuit Parthorum regi, quem protegendum susceperat in bello Hispanico, vide etiam quomodo Abdemelech cōpassus Hieremiæ, festinauit vt liberaret eum à lacu Abraham cū sciret Loth ipsum fuisse in captiuitatem arreptum, statim compatiens ad eum liberandum incubuit. Darius cum Daniel in lacum leonum fuisset immissus, præ dolore dormire non potuit, & incænatus cubitum concessit. Rubē fratri suo Ioseph compatiēs, nitebatur liberare eum. Cum Iezabel persequeretur Prophetas, Abdias compatiens, abscondit ab illa centum ex eis. Mortis periculo se exposuit Esther, populi sui miseriæ compassa, vt eundē ab interitu vindicaret. Discipuli domini cōdolebāt Chananææ, filiam deploranti Item hodie compatientes huic cæco dicunt, D quis peccauit? Christus dominus etiā dolori Marthæ & Mariæ compassus est, & fleuit.

*Intercedamus pro afflictis.*

*Oremus pro calamitosis.*

*Exemp.*

*Iusti. lib. 31. Iusti. li. 42.*

*Hie. 38.*
*Gen. 14.*
*Dan. 6.*
*Gen. 37.*
*3. Reg 18.*
*Esther. 4.*
*Mat. 15.*
*Ioan. 11.*

### *Amemus nos inuicem.*

VAde, & *Laua in natatoria Siloe*. Vide quam præclara opera faceret Christus inter Iudæos, quamuis ipsi eū odio haberēt, vt inde discamus quomodo proximos nostros amare debeamus, & benefacere eis. Et certe quamuis videar merito iuxta sententiā Ecclesi. posse abstinere ab huius virtutis tractatione, cum dicat, vbi non est auditus, non effundas sermonem, nihilominus tamē

*Amemus proximos.*

*Friget charitas in mundo*

*Ecclesi. 32*

ne in me

ne in me videatur defectus esse amoris, & quia omne animal dili E
*Ecclesi.13.* git sibi simile, idcirco primo reducam in memoriam his qui charitatem non habent, quomodo Christus propter charitatem & dilectionem nostram venerit in mundum, vt nos charitate coniungeret & sibi copularet, cum interim nos nihil fere aliud quam discordias & rixas tractemus: quod certe ex eo prouenit quia Christo non adhæremus tanquam centro nostro. Vnde sicut lineæ quo minus in centro vniuntur, eo etiam magis interse dissident, sic etiam nos nisi Deo coniungamur tanquam centro nostro, magnas inter nos discordias & rixas excitabim⁹. Vnde Ioã. ait, si quis dixerit quia diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est: qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum F quem non videt quomodo potest diligere? hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Sane qui disco ludunt, albo tegunt metam ipsam, vnde qui non tetigerit album, quomodo poterit ad metam peruenire? Sic ergo Deus est meta & terminus ac finis noster, & proximus est ipsum album, si ergo tu non peruenis ad dilectionem proximi, quomodo Dei dilectionem attinges? Vult quidẽ Deus vt nos inuicẽ diligamus, & proximum nec verbo etiam lædamus. Vnde dixit Deus ad Laban, caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. Vnde & Laban dixit, quid possem facere filijs & nepotibus meis? Sic tu G igitur debes dicere cum vis proximum offendere, quid possum facere contra proximum & fratrem meum, cum mihi Deus eum commendet? Sane quanto longius absunt à patria ipsi quidẽ exules, tanto magis seinuicẽ diligunt & iuuant: sic ergo magno Dei consilio factum est, vt in hoc positi exilio, alijs indigeremus, & alij alios iuuaremus: de alijs enim creaturis non dicimus quod sint exules. Et certe nullis alijs creaturis ita congruit vt concorditer viuere debeant, ac nobis, quandoquidem ab vno parente originem ducimus, tum etiam Iesum Christum patrem habemus secundum spiritum. Item angeli omnes simul fuere creati, & bru H ta bina & bina, at vero homo vnicus prius creatus est, & inde cæteri homines propagati sunt, vt inde discamus quam cõcorditer viuere debeamus, vt ait Augu. Sane quemadmodum pictor nudã tabulam non incrustat auro, sed prius eam diligẽter præparat: sic certe verus & syncerus amor non insidet nisi animo diligenter & bene præparato, hoc est prius se amet, id est saluti animæ incumbat & virtuti se tradat, aliter enim verum proximi amorem non habebit. Inter cætera quidem instantis iudicij signa, illud tradidit Christus dicens, tunc scandalizabuntur multi, & inuicem.

*Ioan. 11.* *Discordiã odit Deus.* *Simile.* *1. Ioan. 4.* *Amemus deũ & proximum.* *Gen. 13.* *Ne afficiamus iniuria proximum cum simus exules & nos inuicem amemus.* *Aug. li. 12 Ciui. c. 21.* *Simile.* *Mali non amant ex animo.* *Mat. 24.*

A cem tradent, & odio habebunt inuicem, quoniam inquit abundabit iniquitas, refrigeſcet multorum charitas: quaſi dicat, cum ſint mali, neſcient amare proximos ſuos. Vt ergo bene amemus, *Ioan.15.* debemus prius incipere à nobis. Eſt quidem hoc amoris præceptum præcipuum in lege Euangelica: vnde Christus ait, hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem: vnde ſatis conſtat quã ſit ſuaue iugum Euangelicum, cum in amore fundetur. Præcipiebat quidem Deus in Num. Vt ornamenta templi non portarentur à iumentis, ſed humeris hominum, vt inde diſcamus *Num. 7.* *Lex Dei quam ſit præclara.*
B quod legem Dei portare indigni ſint qui more brutorum viuūt, & digni ſint illi qui prudentia & ratione ornantur. Vnde Deut. 5. dicitur, quis det, talem eos habere mentem, vt timeant me, *Deut. 5.* & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt bene inquit ſit eis, & filijs eorum in ſempiternum. Vide præterea quo modo dilectionem proximi tanquam propriam ſibi vendicet Deus: vnde per Iſa. ait, hæc requies mea, reficite laſſum, & *Iſa. 28.* hoc meum refrigerium. Vide etiam quantopere Moyſes diligeret populum, qui dicebat, aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi nō *Exo. 32.*
C facis, dele me de libro tuo. Sed vide quanto magis eum diligeret Deus, cui quaſi cum querela dicebat moyſes, cur afflixiſti ſeruum tuum, & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vt *Num. 11.* dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum? Sed nos hunc tantum amorem nolumus imitari, *Amemus nos inuicē* amando nos inuicem: & propterea indignans Mal. ait, nunquid *Mal. 2.* non Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque veſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum?
D Præcipiebat quidem Deus in Exo. quod ornamenta templi ita *Exo. 26.* diſponerentur, vt alia ex alijs penderent, in quo ſignificabatur hoc præceptum charitatis, vt ſcilicet nos inuicem amaremus. Item in Gen. habetur quod dixerit Ioſeph fratribus ſuis, cum *Gen. 45.* mitteret eos cum iumentis tritico onuſtis, ne iraſcamini in via: quaſi diceret, vt poſſitis vos mutuo iuuare. Sic ergo nos debem⁹ hoc præceptum charitatis ſeruantes, nos mutuo iuuare dum *Nos mutuo iuuemus.* verſamur in via ad cęlum, ne aliter oneri peccatorum ſuccumbentes, condemnemur.

Per amorē Dei amor proximi gignitur & per amorē proximi amor Dei nutritur. Nã qui amare proximū negligit, profecto Deū *D. Gre. ſu per Euangelia.* diligere neſcit, & tunc plenius in Dei dilectione proficimus, ſi in eius dilectionis gremio de proximi charitate lætamur. Amor Dei amorem ꝓximi generat: & amorē ꝓximi calefacit amor Dei.

*Calumi-*

*Calamitates vtiles sunt.* E

*Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos.* O felicem calamitatem, quamuis à natiuitate durasset! siquidē tantum attulit bonum, vt non solum corporalem visum reciperet, sed etiam spiritualē. Et certe ex omnibus calamitatibus plurimū proficiemus, si consideremus, quod nobis à Dei manu proueniant, & ad nostram quidem salutem: multi enim cum longe aliter eas excipiāt, idcirco infelices habent successus. Philisthæi quidem cum vidissent primo dagonem ipsum de suo loco remotum, existimantes id casu quodam factum esse, dissimularunt, & cum in pristinum locum restituerunt, at vero postquam compererunt eum secundo de loco pulsum & confractum, existimarūt id à fortiori quadam procedere virtute, atque ita remedium procurarunt. Solet ergo Deus calamitates nobis immittere, vt ex eis resipiscamus: quod si adhuc cęci fuerimus, plures adhuc immittere solet, donec tandem ad cor redeamus, & dominum nos vocātem intelligamus: quasi cum fit ille ludus, vt qui capite est velato, diuinet quisnam ipsum tetigerit. Sic ergo nos cæci sumus, & statim nolumus Deum nos vocantē audire, sed percontamur, quis peccauerit, nos, aut parentes? semper ergo debemus statim omnes calamitates quæ nobis eueniunt, peccatis nostris ascribere, vt ait Greg. vel euenire putemus ad maius meritum nostrū. Sane quando mulier aliqua vult lintheum aliquod à maculis purgare, & candidum reddere, illud sapone solet infercire & quodammodo obscurare, at vero id est quidem, vt candidius illud reddat: sic ergo Deus afflictiones nobis immittit ad maius commodum nostrum. Attamen væ illis qui huiusmodi calamitatibus non modo non proficiunt, sed etiam deteriores redduntur, dequibus Nahum ait, facies eorum sicut nigredo ollę: quæ quidem postquam per aliquos dies in olla indurata est, vix elui potest. Sane antequam agricola aruum semēte impleat, prius illud arat, & occat, atque pessundat, sed tamen omnia facit propter maiorem vtilitatem ipsius agri. Sic ergo priusquam Deus tranquillitatem & quietem seminet in nobis, solet prius nos laboribus & afflictionibus exercere, vt ita tandem diligenter præparemur, & apti atque idonei reddamur ad cælestes suauitates & delectationes percipiēdas. Videas certe aliquos, qui simulatque labore aliquo premuntur, statim petant à Deo se liberari, & longe remoueri afflictionem illam: sed longe satius & præstabilius est, vt se totos remittant diuinæ voluntati, vt eos liberet cum sibi opportunius videbitur, atque ita conformemur diuinæ voluntati. Etenim vlcus illud perfectius. F G H

*Aduersitates quāta adferāt cōmoda.*

*1. Reg. 5.*

*Calamitates a Deo nobis immittuntur*

*Simile.*

*Calamitates mittit Deus vt ipsum agnoscamus.*

*D. Grego.*

*Simile.*

*Labores eueniunt nobis ad maius meritū*

*Nahum 2*

*Simile.*

*Simile.*

*Post tribulationes mittit deus nobis tranquillitatē.*

*Oratio qualis esse debeat.*

*Simile.*

A fectius & accuratius sanatur, quod paulo diutius in purgatione manserit, quam illud quod statim clauditur, nam paulo post recrudescit. Sic ergo te totum Deo curandum permitte, tanquam omnium optimo chirurgo, nec velis te affligere in calamitatibus & laboribus, ipse enim nouit quid tibi sit vtile, & solet seruis suis similes immittere labores ad commodum eorum. Vnde Pau. dicebat, ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis &c. Propter quod ter dominum rogaui, & dixit, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perfici- B tur. Postula igitur tu à domino patientiam ad tolerandum, & cætera eius voluntati permitte. Vnde Dauid dicebat, tu es refugium à tribulatiõne quę circundedit me: vnde respondit ipsi Deus, intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac qua gradieris, & firmabo super te oculos meos. Vide ergo quod non dicat se liberaturum ipsum, sed quod instruet eum quomodo se gerere debeat. Et certe quemadmodum veterani milites plus gaudent tempore belli quam pacis, quoniam tempore belli melius ipsis prouidetur: sic etiam seruus Dei qui patientia armatus est, gaudet certe in laboribus, potius etiam quam in prosperitati- C bus, cum ibi plus lucrari videatur: & quia considerat quod chirurgus prius vulnus pertentat suis instrumentis vt melius curetur; item optimus musicus, fides ipsas torquet & distendit, vt ad exquisitum numerum perueniant. Adde quod hoc pacto Christus ipsum participem facit laborũ suorum, & meritorum passionis. Vnde in Apo. dicitur, quod angelus ille qui effundebat vas iræ, illud in solem effundebat, vt inde intelligamus quod iusti sunt magis participes laborum Christi, qui sunt tanquam D sol, vt declarat Greg. Vnde Apost. dicebat, sed etsi immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis: id ipsum & vos gaudete & congratulamini mihi. Hinc etiam hoc ipsum declarauit Deus Ananiæ, cum ait de Paulo, ego ostendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

*Calamitates medicina animæ*

*2. Cor. 12.*

*Suis Deus immittit labores.*

*Psal. 9.*

*Simile.*

*Simile.*

*Apo. 16.*

*Greg.*

*Psal. 2.*

*Acto. 9.*

## APPENDIX.

*Vidit hominem cæcum.* Debet quidem dæmon prius hominem cæcare in peccatis, vt ipsum pertrahat ad subiectionem suam, sicut Philisthæi prius excæcarunt Samsonem, antequam moleret, ne ita videret quid faceret: sic dæmon prius excæcat hominem ne videat qua via ipsum ducat & per quæ præcipitia. Si enim

*Indic. 16.*

*Excæcat malos dæmon.*

miser peccator videret qua via eum ducat dęmon, & quo tandem eum prouehat & protrudat, non vtique eum sequeretur: tum etiam si videret & consideraret diligenter, quanta cum suauitate Deus suos tractet, & quantam habeant conscientiæ securitatem & dulcedinem, non pateretur se excæcari, & ita in infernum protrudi: siquidē his mundanis delectationibus eos prius dęmon excæcat vitiosos, tanquam stercore hirundinum, vt legimus de Tobia. E

*Conscientia peruersa excruciat hominem. Tob. 2.*

*Fecit lutum.* Nullus est tam mentis inops, qui non videat quod lutum sit & puluis, at vero id considerat tanquam de longinquo, ac propterea Christus lutum appropinquare facit vsque ad oculos, vt hac ratione diligentius vitam nostram componamus, habentes quasi in oculis mortem ipsam. F

*Mortem meditemur.*

*Fecit lutum.* Apposuit commissuram de eodem panno, ipse enim lutum erat, & propterea lutum ipsi apposuit: non enim potest commodius vestis aliqua reparari, quam de eodem panno: neque vlla re commodius videtur vita emendari, quam cognitione sui.

*Cognitio sui plurimū valet.*

## FERIA QVINTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE. G

## CONCIO PRIMA.

*Teophy. in Luc. 7.*



IBAT Iesus *in ciuitatem quæ vocatur Naim.* Luc 7. Postquam Centurionis seruum etiam absens sanauit, ait Teophy. aliud rarius facit miraculum, vt nequis dicat, ecquid noui in hoc seruo contigit? fortassis alioqui non fuisset mortuus. Propterea mortuum qui efferebatur suscitat, non solum autem verbo facit miraculū, sed & loculum tangit, vt discamus quod corpus eius, corpus viuificum sit: quoniā enim caro eius facta est propria verbi omnia viuificantis, propterea viuifica est & apta, tollitque mortem & corruptionem. Porro resedit mortuus & cœpit loqui, vt ne apparenter tantum quibusdam suscitatus videatur: nam veræ resurrectionis signum fuit residere & loqui: inanimatum enim corpus neque residere neque loqui potest. H

*Ineffabilis Christi virtus.*

*Luc. 4. Mat. 9.*

*In ciuitatem Naim.* Beata ciuitas, beata domus, & beatus est ille nūcupandus, ad quem Dominus accedit, siquidem bona multa ab eo

A tā ab eo accipiet. Venit Christus domū simonis, & socrus eius liberatur à febre: venit ad Matthæum, & expublicano efficitur Apostolus: venit in domum Zachæi, & salus facta est ei: venit denique in hanc ciuitatem Naim, & mortuum suscitat adolescentē. E diuerso autem is à quo dominus discedit, aut longe abest, multis miserijs implebitur. Idcirco dixit Martha domino, domine si si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Vnde maxime cauendum est ne tibi dicat dominus sicut olim Iudæis, vos dereliquistis me, & ego derelinquo vos. Luc. 19. Ioan. 11. 2. Par. 12.

B *Et ibant cum eo discipuli eius.* Comitabantur Christum, sicut Elisæus qui magistro suo dixit, viuit dominus, & viuit anima tua, non derelinquam te. Vnde in persona horum dicebat Iob, vestigia eius secutus est pes meus. Reddituri erant Apostoli rationem de omnibus quæ gessit Christus, à Baptismo Ioannis vsque ad Ascensionem Domini, vt Petrus dixit, atq; ideo indiuidui comites erant & testes miraculorum eius. Iucundum etiam erat Apostolis Christo adhærere: dixit enim Petrus Christo, quo ibimus? verba vitæ habes. 4. Reg. 2. Iob. 23. Act. 1. Ioan. 6.

*Et turba copiosa.* Propter signa quę faciebat super his qui infir-
C mabantur, & vtinam miracula quæ Christus singulis diebus tecū operatur, tecum efficerent ut illum sequereris. Obserua autem quod prius eum Apostoli, & statim post illos turba multa: nam quando prælati priores Christum sequuntur, statim post illos tēdunt subditi & inferiores: siquidem eodem modo quo pastor Iacob virgas ponebat vel cum cortice, vel sine illo, coram oculis ouium, eodem inquam modo oues pariebant agnos varios: ita plane si bona opera pastores & prælati coram oculis subditorum proponunt, eadem ipsi subditi sequuntur & pariunt. Prior qui in ciuitate Niniuæ pęnitentiam egit, fuit rex ipse, qui prius
D surrexit de solio, quem secuta est vniuersa ciuitas. Prior etiam qui prophanauit vasa templi fuit Balthasar, quem protinus alij secuti sunt, vbi facile videas quantum valeat maiorum exemplū. Qando Iosue Iordanem transiuit cum arca, prius transierunt sacerdotes, atque furor cessauit, & ita omnes securi transierunt: refert enim multum, vt prælati & sacerdotes, & qui pręsertim animarum curam habent, priores sint in virtute amplectēda. Ita Isa. cum dixit, omne caput languidum, omne cor mærens, statim subdit, à planta pedis vsque ad verticem capitis, non est in eo sanitas: quando prælati qui capita sunt infirmantur, necesse est corpus, id est reliquos subditos ægros esse: nam quando princeps & gubernator Reipub. nō rectè in administratione se gerit Prælati bonum dent exemplū. Gen. 30. Iona 3. Dan. 5. Iosue 4. Exemplū bonū prælatorū plurimum cōducit. Isa. 1.

*Ecclesi. 10* se gerit, tota Respub. periclitatur. Vnde in Ecclesi. legitur, secundum iudicem populi, sic & ministri eius: qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea. E

*Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis.* Habemus quidem portas ait Greg. per quas mortui efferimur, corporis videlicet sensus, de quibus ait Propheta, qui exaltas me de portis mortis. Hæ sunt enim portæ per quas mors ingreditur, & per quas mortuus effertur. Nam quod per illas mors ingrediatur, testatur alius Propheta qui ait, intrauit mors per fenestras nostras: qui enim vidit mulierem ad concupiscendum eam, mortem per oculorum fenestras admisit: qui vero seminat inter fratres discordias, & iniquitatem in excelso loquitur, per oris portam mortuus effertur. Et quidem mihi hoc significare videtur iuuenis extra ciuitatis portam delatus quem suscitauit Iesus. Signat enim hominem delectatione mortuum, & per praui operis indicia, iam extra portas perlatum. Obsecro domine Iesu vt cunctas meæ ciuitatis portas iustitiæ facias, vt ingressus in eas confitear nomini tuo, cum iustis intrantibus per ipsas, vt mors ibi ingressum non habeat, & passio non dominetur, sed occupet salus muros eius, & portas illius laudatio. F

*Gr. in illa ver. Psal. 5. penit. a voce gemitus mei.*
*Psal. 9*
*Hie. 9.*
*Mat. 5.*
*Pro. 6.*
*Caueamus ne intret mors per sensus*

*Cum autem appropinquaret.* Appropinquat quidē Iesus, quia cum ipse appropinquat nobis, quemadmodum sol incremētum tribuit plantis & herbis, sic Christus sua propinquitate tribuit nobis vitam & salutem. Portæ autem ciuitatis appropinquat, quia porta per quam egreditur mors, ingreditur vita, nam consensu voluntatis mortuus es in peccatis, & eodem consensu resipiscere debes, & idcirco sine contritione post quam peccasti saluus fieri non potes. Præterea cum defunctum videris ad sepulchrum ferri, cōsiderare debes te mortalem esse, iuxta illud Ecclesi. memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Semper recolenda tibi memoria terra ipsa in quam cōuertendus es: facile namque contemnit omnia, qui sępe cogitat se moriturum. G H

*Simile.*
*Peccatum quantum incommodet.*
*Ecclesi. 38*

*Ecce defunctus efferebatur.* Scilicet ad sepeliendum, antiquitus enim, vt ait Lyranus, loca sepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus inficerentur habitatores ciuitatum. Multi quidem defuncti efferuntur ad tartara vsque, nimium & inordinate de Dei misericordia præsumentes. Confidunt siquidem sine vllis meritis suis sine vlla virtutis exercitatione saluos se omnino esse futuros. Cæterum quēadmodū his qui flumen aliquod per ponticulum traijciunt conspicilijs vtentes quæ grandiora

*Lyra in Luc. 7.*
*Simile.*

A grandiora quam sint referant corpora accidere plerumque solet vt propter defectum illum conspiciliorum eorundem, ex ponticulo præcipitentur, putantes illum ampliorem esse: ita profecto his in hominibus qui inordinate & inique de diuina misericordia præsumunt, contingere solet vt præcipitentur in tartareas & sempiternas pænas. Quocirca nos hac de re monitos reddit Ecclesi. cum ait, de propitiatu peccatorum, noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas, miseratio domini magna est. Hunc porro adolescentem varij baiuli ad sepulturam efferebant: ita varia vitia animam ipsam ad interitum inferũt. Sicut enim auis quæ vnico tantum pede vincitur, quamuis alas ipsas solutas habeat, & pedem etiam alterum, non potest tamen in volatum se abripere, sed satis est ipsi venatori si vnico tantum pede vincta sit: ita quamuis varia quis præstare nõ videatur vitia, sed vnico dumtaxat grauissimo irretitus fuerit, illud quidem sufficientissimum est, vt à dæmone tanquam venatore astuto vinciatur. *Ecce defunctus.* Redẽptor noster, ait Gre. puellam in domo, iuuenem extra portam, in sepulchro autem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe quasi mortuus iacet in domo qui latet in peccato: iam quasi extra portam educitur, cuius iniquitas vsque ad inuerecundiam publicę perpetrationis grauatur. Sed hos ad vitam miseratus reuocat, quia plerumque diuina gratia non solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ consuetudinis pressos, respectus sui lumine illustrat.

*Multi nimis præsumunt de Dei misericordia: Ecclesi. 5.*

*Simile.*

*Peccatum vnum interitum adfert.*

*Greg. li 4 Mo. c 29.*

*Perseuerare in vitio quantum noceat.*

*Et hac vidua erat.* Multi quidem comitabantur & consolabantur viduam istam quæ filium vnicum miserabiliter lugebat, quem quidem præclare instituerat sicuti par est instituere adolescentes: hi enim maximo pudore, castitate, & vrbanitate, ac modestia, cæterisque virtutibus præditi esse debẽt, omnis porro defectus & vitium in hac ætate periculosum est maxime, ne forte sic imprimatur & inhæreat in tenera ætate, vt ex longa consuetudine tandem tanquam in alteram naturam conuertatur. Quod si adolescentes omni fulgere virtute debent, quid de viris dicemus, an non par est, vt isti omni etiam eniteant virtutũ ornamento? Cęterum tametsi nulla ætas secura sit, vt omnem effugere posse omnino videatur infirmitatem, aut simile aliquod infortunium, sed potius sicut vasa fictilia seu vitrea, siue noua sint, siue vetera, omni exponuntur fractionis periculo, ita etiam pariter iuuenesque, senesque. Verumtamen adolescentes ipsi quodammodo videntur magis eiuscemodi periculis obnoxij, propterea

*Autor.*

*Parẽtes diligẽter instituant liberos.*

*Caute viuamus.*

terea quod minus fere incolumitatis suæ rationem habeant, sed E
potius in mille se pericula imprudenter conijciant: proinde sint cautiores ipsi adolescentes, discant prudentiam, virtutem diligenter percipiant, vt de his qui se ita gesserint merito dici illud possit, cor canum in iuuenili pectore. Quemadmodum si quis vasa varia fictilia siue vitrea diuendat tametsi alia ex eis grandiora, alia vero minora sint, alia artificiosius constructa, alia vero crassius, nonnullaque pulcherrima forma prædita, & alia de formi, non potest is inquam certo confirmare quod tandem ex eis diutius duraturum sit, si nil vitij in omnibus pariter inesse sciat, cum præsertim reipsa sæpe expertus fuerit illud diutius durare, quod minus duraturum putauerat, & illud quod recẽtissimum erat à fornace minus perdurasse expertus est, quam vetustissimũ. Ad eundẽ modũ nullus est in hac fragili vita constitutus, quamuis adolescentia floreat, & optimam contemperationem sortitus fuerit, qui sibi certo polliceri possit, se longiorem esse vitam protracturum, quam senem aliquem virum. F

*Simile.*

*Adolescentes non cõfidant in robore suo*

*Mors oẽs mordet.*

*Et hac vidua erat.* Vidua non videbat Christum dominum nec aliud fortasse minus cogitabat quam de eius aduentu, Christus tamen probe videbat planctum viduæ, quod quidem maximum nobis solatium esse debet, quod scilicet necessitates nostræ & afflictiones ab ipso videantur, imo quod sit in via vt eis medeatur: & idcirco maxima semper fiducia debemus confidere: & si moram fecerit, expectemus eum, quia veniens veniet, & non tardabit. G

*Magnãnostri curam gerit De°*

Abacuc 2

*Et hac vidua erat.* Et ob id non minoris habita à domino, nam coram oculis Domini potius æstimatione sunt digni qui à mundo destituuntur, quam qui ab eo complectuntur. Hæc mulier orbata erat humano auxilio, quæ nec maritum habebat, nec filium cum ad sepulchrum vnicus deferretur, quæ omnia ipsum domini subsidium ei citius attulerunt, dominus enim custodit aduenass, pupillum & viduam suscipiet. Nunquid etiam vidisti Ioseph in Ægypto venditum, & ab omnibus derelictum? Sed aduerte quanto cum honore eum dominus ab his omnibus eripuerit. Optime quidem regius vates dicebat, tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor Item alibi, prope est dominus his qui tribulato sunt corde. Item Ecclesi. ait, dominus non despiciet preces pupilli, nec viduam, si emittat & effundat loquelam gemitus: maioribus enim necessitatibus facilius & citius Dominus fauet: mundus autem potentibus & diuitibus opem fert, pauperes vero contemnit. H

*Viduas amplectitur Deus.*

*Psal.145.*
*Gen. 39.*
*Gen. 41.*
*Psal. 9.*
*Psal. 33.*
Ecclesi. 35
*Pauperes protegit Deus.*

Et turba

A *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Felix turba quæ vnico dũtaxat operi misericordiæ intenta, scilicet in sepeliendo mortuo, tantum miraculum potuit videre. Quam multi remanserunt in populo qui ignauos se dicebant & infelices appellabant, quod mortuum non fuerint comitati, vt hoc miraculum videre possent. Fauet Dominus & sua mirabilia ostendit his qui se in operibus misericordię exercent. Dauid misit ad agendum gratias hominibus Iabes Galaad, quia corpus Saul sepelierant, dicens, benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum &c. Abraham etiam maxime laudatur, quia sepeliuit magnifice vxorem suam. Sic Ioseph tulit corpus Iacob ab Ægypto vsque in terram Chanaam, itinere sane longo & molesto. Curam sepulchri fecit Ioseph cum adiurauit fratres suos vt asportarent ossa eius in Chanaam. Vide etiam quid faceret Moyses & Tobias, qui huic operi misericordiæ intentus, acceptus fuit Deo, & Angelus hoc opus commemorauit, & laudauit in eo. Nec minor laude dignus est Iudas Machabæus eo quod interfectos Iudæos sepeliri fecit, & pro eis pecuniam misit Hierosolymam in templum. Item illæ mulieres sanctę quæ primo diluculo ad Christi corpus vngendum surrexerunt, quia in hoc pietatis opere se exercebant, dignę fuerunt angelum inuenire, qui eas consolatus est, & dixit quid agendum esset vt Christum inuenirent, vt ex his tandem intelligas, media esse accommodatissima ad inueniendum Christum, opera hæc pietatis quæ proximis impendimus: & sic istæ mulieres prius Christum videre meruerunt quam Apostoli. Quin & apud gentiles & Barbaros, hoc sepeliendi mortuos officium, honestum & laudabile est reputatum: Alexander quippe, vt refert Iusti. corpus Darij interfecti matri, vxorique suæ liberaliter tradidit vt sepeliretur. Et Annibal idem fecit tribus illis Romanorum ducibus quos interfecerat. Hinc etiam laudatur Cymon, cuius patrem in vinculis mortuum, cum nollent Athenienses sepelire, ipse met permisit se in vinculis detineri, vt pater debito honore sepeliretur. Quãobrem ab Ethnicis Imperatoribus etiam in fauore sepulturę statuuntur iura Et Ecclesi.ait, mortuo ne prohibeas gratiam. Isti igitur qui misericordia cum mortuo vsi sunt, meruerunt Christum inuenire, & hoc insigne miraculum videre. Porro qui sequebantur funus apud se considerabant, quod nõ longo ab hinc tẽpore eodẽq; incertissimo,

Marginal notes: *Sepeliant mortuos.* — *2. Reg. 2.* — *Gen. 23.* — *Gen. 50.* — *Exo. 13.* — *Tob. 12.* — *2. Ma. 12.* — *Mar. 16.* — *Praeclarũ opus esse sepelire mortuos.* — *Iusti. li. 11. & 12.* — *Exemp.* — *Ecclesi. 7.* — *Autor.* — *Mortẽ recordemur.*

(Section letters B, C, D in left margin at "stis eum", "plum", "corpus Darij".)

ipsorum funus, & domesticorũ suorum esset procurandũ, & cor E
2. Reg. 3. pora terræ commendanda: ac propterea vicissim talia pietatis opera exercebant. Sic etiam Dauid non solum luctum ostendit in morte Abner, sed etiam sequebatur Pheretrum.

Lyra. in Luc. *Quam cum vidisset Iesus, misericordia motus super eam.* Tum quia erat vidua, vt ait Lyra, tum quia non habebat alium filium à quo posset in senectute sustentari. *Noli flere.* Quasi dicat, cito consolata eris. *Noli flere.* Multi quidem Christiani, mortem ipsam quę naturæ debetur, nimis exhorrescunt, qui interim carnis re-

Mortẽ nõ timeamus surrectionem sperant, cum tamen plerique Ethnici eam non sperantes, non perinde metuant & contremiscant. Refert quidem

Bap. Ful. Exemp. Baptista fulgo. Quod cum Dyon Syracusanus cum amicis confabularetur, nũtiumq; allatum esset de filij obitu, magno atque e- F

Senec. Exemp. recto animo mandaret eum illico sepulturæ tradi atque ad amicorum colloquium nõ minus iucundo & hilari vultu reuerteretur. Prodidit etiam seneca de quodam Canio, quod cum latrunculis colluderet, & à prætore comprehenderetur, vt propter scelera quæ commiserat, capite truncaretur, forti quodam animo & minus perturbato collusori diceret, memineris quod ludum vicerim & sponsionem, ne post obitum meum forsan te iactes victorem euasisse, huiusque rei testem produxit ipsum prætorem. G

Dioge. Cum aliquãdo rogaretur Diogenes quid tãdem ex Philosophię studio reportasset fructus: hunc ait fructum reportaui, quod scilicet ad omnem fortunæ euentum præparatum & præexercitatũ

Antigo. Exemp. animum habeam, vel si vita ipsa in discrimen vocetur. Antigonus cum interfectum filium è medijs armis & prælio, humeris reportaret, tantum abfuit vt fleret & tristaretur, vt potius gloriaretur quod tam gloriose occubuisset.

*Noli flere.* Vide quantum profuerint lachrymæ alienæ, vt

Chry. in Ma. ho. 6 Christus mortuo compareretur, ait Chry. & cum ad vitam reuocaret: quanto igitur putas tuas profuturas lachrymas pro H sceleribus purgandis quę commisisti? Tu vero pro tantis pec-

Securitatẽ falsam habemus. catis pęnas daturus, securus sedes, miserabili risu, lugendisque facetijs te simul, aliosque disperdens, & de sola deliciarum voluptate solicitus, bona ęterna contẽnis. In secularibus enim iudicijs quantumlibet post acceptam sententiam lamenteris & lugeas, non tamen effugies flendo supplicium. Hic vero si toto corde ingemueris ad Deum, soluisti repente sententiam, veniamque

Mat. 5. meruisti: idcirco multa nobis de luctu loquitur Christus,

Simile. & beatificando lugentes. Si tanti aquam rosaceã facimus propter odorem illum qualemcũque quẽ præsefert: quanti quæso facere

lachrymarum

A lachrymarum aquam ad peccata commissa deflenda debemus, quæ ea ipsa peccata abstergit? Quemadmodum sæpe post largissimos quosdam imbres, aura quædam exoriri salubris solet, serena, & suauissima: ad eundem modum post lachrymarum imbrem oriri solet serenitas quædam in spiritu, & quies, atque hilaritas.

*Simile.* *Lachrymæ plurimum possunt.* *Chry. ad po ho. 6.*

*Tetigit loculum, illi autem qui portabant steterunt.* Cum Deus tangit loculum nostri corporis, ait Chry. laboribus & afflictionibus, argumentum quoddam videtur salutis animæ, sicut contra
B cum afflictionibus non pulsat, contrarium videtur argumentũ. Vnde Dauid ait, bonũ mihi quia humiliasti me. Porro loculus diminutiuum est à loco, & dicitur locus vbi iacet mortuus: mortuo enim paruus locus sufficit, cui viuenti lata domus & alta nõ sufficiebant palatia: mors fatetur quanta sint hominum corpuscula. Hoc considerent qui alta palatia & domos deauratas fabricant in præsenti vita, quæ commodata nobis est ad æternam felicitatem obtinendam. Peregrinus viator patienter tolerat nocte vna in pauperrimo hospitio dormire: solatur enim se quod sequente die in proprio lecto domi suæ requiescet. Sic illi sancti
C & antiqui patres in casulis habitauerunt, vt ait Pau. si vero sancti illi patres longam vitam habituri, casulis & tugurijs vtebantur, quare tu hoc tempore in quo vitę multo breuiores sunt, tã superba nimia cũ solicitudine ædificas palatia?

*Psal. 118.* *ædificia sint moderata.* *Simile.* *Heb. 11.*

*Adolescens tibi dico surge.* Si sanctus ille Dauid animum & voluntatem induxisset interficiendi inimicum Saulem, potuisset quidẽ id facere cum eum dormientem inuenisset, at vero quia viscera pietatis habebat, quamuis Abisai ad id eum induceret, noluit tamen Saulem interficere, imo potius clamando eum à somno excitauit. Aduerte igitur ó homo qui peccati somno indulges, &
D confidis in hasta tanquam Saul, hoc est in viribus & adolescentia, inquiẽs, in senectute ad pænitentiam me conuertam, quod iustitia Dei vt Abisai, dicit quod moriaris, siquidem in obliuione & somno peccatorum manes: at vero Christus dominus clementissimus, qui propitiatio est pro peccatis nostris, ceu alter Dauid, iram & vindictam patris detinet & protendit, cumque ipse sit offensus, nihilominus semper clamans ad te dicit, tibi dico peccator surge, ideoq. aufert tibi hastam & vas aquę, & immittit tribulationes & labores vt cognoscas malitiam tuam, & ad Deum te conuertas misericordiam petiturus, vt Saul dixit peccaui. Aduerte ergo ne dominus veniens, te inueniat vt Isboseth etiam dormientem, quem latrones interfecerunt: si enim

*1. Re. 26.* *Conuersionẽ nõ differamus.* *1. Ioan. 2.* *Afflictiones mittit Deus propter nostrũ cõmodum.* *2. Re. 4.*

veniente Christo in hora mortis dormiēs fueris, morte æterna E
D. Bon. in Luc. 7. Mar. 5. Ioan. 11. morieris: Quare si ad ea quæ incerta sunt te præparas, quorsum obsecro ad mortem, quæ incertissima nos manet, te non præparabis? *Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui*. Probata fuit vita puellæ in ipsa cibi sumptione, in quo vita vegetatiua denotatur, quę est per nutrimentum, & vt ait D. Ioan. vita vero Lazari comprobata est ex ambulatione, in quo vita sensitiua significatur: sed tamen huius adolescentis vita manifestata est per locutionem, in quo rationalis vita signatur: vt sic
Cor. Iāse. in ser. Do. 6. post pē te. Christus ostenderet se esse dominum animæ cum suis omnibus F
potentijs. *Quia propheta magnus surrexit in nobis*. Dicunt autem magnus, vt ait Ianse. Vel quia ex ipsa miraculi magnitudine videbant eum alijs prophetis potentiorem, vel quia intelligebant eum esse illum prophetam à Moyse promissum in Deut.
Deut. 18. hoc est Messiam expectatum. *Et quia Deus visitauit plebem suam* Hoc est curam se plebis suæ habere iam declarauit, cum nullos mittens longo tempore prophetas, visus sit nostri oblitus,
Deus quod promittit præstat. nec singularem nostri rationem habere: aut si turba dominum fuisse Christum credebat, visitasse dicunt Deum plebem suam quod promissa sua in populo Iudaico iā complere cœperat. Cir G
ca hanc historiam obserua, dominum ex omnibus mortuis vnū tantum excitasse sola misericordia ipsum commouente, nulliusque precibus interpellatum, idque filiam viduæ. Sic enim demonstrauit se viduarum lachrymis maxime commoueri, quemadmodum id vbique de Deo scripturæ prædicant. Sic & viduæ
3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Act. 6. solius filium suscitauit Elias, & Elizeus viduæ inopiam miraculo olei multiplicati subleuauit, & Petrus precibus viduarum flexus: puellam nomine Dorcadem suscitauit. Ex quibus docemur, vt viduis, & alijs miserabilibus personis subueniamus.
Docemur etiam exemplo huius adolescentis suscitati à domi- H
Viduis auxiliemur. no, vt resuscitati & expergefacti à vitijs, ad virtutum opera nos erigamus, & certissimum etiam vitæ documentum loquendo præbeamus, confessione scilicet peccatorum nostrorum, & gratiarum actione pro tanto beneficio.

Allegorice prædicta adolescentis resurrectio, Typum gerit futuræ resurrectionis generalis, nam sicut dicit Christus. Adolescens tibi dico surge. Ita tunc clamabit & dicet. Surgite mortui venite ad iudicium. Solius enim diuinæ prouidentiæ & virtutis est suscitare mortuū ad vitam: eo quod à priuatione ad habitum naturaliter non est regressus.

A *FERIA QVINTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO SECVNDA.

*Mors nemini parcit.*

B *Ibat Iesus in ciuitatē Naim &c.* Luc. 7. Sane quod mors nemini parcat, vt constat etiam ex hodierno Euangelio, apertissimum est, quandoquidem à primo parente vsq. ad nostra tēpora omnes mortui sunt, prȩter Eliā & Enoch, qui etiā postquā perfecerint munera sibi à Deo iniuncta, morientur, vt docet D. Tho. vt inde intelligas quam mēdax fuerit dæmon qui dixit, nequaquam moriemini. Et certe ætas quæ magis videtur posse morti resistere, est ipsa adolescentia, quæ tamen vt videmus in hoc Euangelio, morti succumbit. Cur igitur hoc non consideramus? Sane ita se res habet quod sicut quando aliquis aliquid emit, cum solutione expectata, & non pecunia illico numerata, parum considerat quod emit, vel non, perinde ac si statim solueret: sic etiam nos cum non statim moriamur, propterea de morte parum cogitamus, at vero Deus quæcunq. facimus siue bona ad præmiandum, siue mala ad puniendum, in memoria habet. Mardochȩus quidem ante palacium Assueri positus, non recordabatur quid pro rege fecisset, & tamen Assuerus eius bona opera scripta habens, ea compensauit. Scribit Ambro. quod si homo prius viderit basiliscum, moritur basiliscus, at vero si contra fiat, moritur homo. Mors igitur est tanquam basiliscus, & idcirco tu curare debes vt eam prius videas, antequam te ipsa inuadat. Equus quidem ne timeat cum cursum conficiet per viam aliquam, prius per eam lento gradu ducitur, vt eam recognoscat: sic ergo tu prius meditari debes mortem, vt postea cum in ipsa versaberis minus paueas. Porro illud obseruandum est, quod si moriatur insignis aliquis vir, vulgus dicat hodie celebrari exequias siue honores talis domini, cum tamen melius diceretur celebrari Dei honorē supra talem hominē, vnde Dauid ait, qui aufert spiritū principū. Gloriabantur quidē Moabitæ quod fortes haberēt muros ex lateribus, & tamen dicit eis Deus per Isa. ne id faciant, quoniā facile eos Deus euertet. Vide enim quā minima animalcula, videlicet ciniphes miserit ad oppugnandam potentiam

*Elias & Enoch.*
*Tho. in Apo. 2.*
*Gen. 2.*
*Adolescentes non detent in suo robore confidere.*
*Simile.*
*Mortem nō obliuiscamur.*
*Esth. 6.*
*Amb. ser. 10. in psal. 118.*
*Simile.*
*Simile.*
*Psal. 75.*
*Isa. 25.*
*Exo. 8.*

potentiam & superbiam Pharaonis. Sic ergo non debes confi- E
*Mat. 24.* dere in tua adolescentia & robore, quandoquidem Deus modica febricula illud destruet: atque idcirco vigilare debes, quoniā qua hora non putas, filius hominis veniet. Parum quidem profuit huic adolescenti ad mortem euadendam, quod esset adolescens, & quod esset vnicus matris suæ, siquidem nihil est quod te
*Psal. 145.* possit à morte liberare. Vnde Dauid ait, nolite cōfidere in prin
*Psal. 81.* cipibus, in filijs hominum in quibus non est salus. Item alibi cū dixisset, ego dixi dij estis, addidit tamen, vos autem sicut homines moriemini. Quasi diceret, quantumuis insignes sitis, nihilo F
*Ecclesi. 7.* minus tamen, morti succumbetis. Quare Eccles. nos monet di
*Luc. 12.* cens: memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sed cum nos quasi de longinquo spectemus mortem & inferni pæ
*Iob. 17.* nas, inde fit vt in tot labamur peccata. Vnde diues ille dicebat, anima mea multa habes bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Sed non ita segerebat Iob qui dicebat, solum mihi superest sepulchrum: quasi dicat, hęc erit hereditas mea, quandoquidem de agro non dicent post mortem quod sit meus, sed tamen dicent quod hoc sit sepulchrum meum. Item alibi ait, cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec ve-
*Iob. 14.* niat immutatio mea. Sæpe quidem videas quod parentes sint po G
tius hæredes suorum liberorum, quam contra, & ita fit vt nul-
*Conuersionem nō differamus.* la sit ætas secura: noli ergo bona opera ad testamentum vsque differre, nescis enim an tempus habiturus sis ad illud condendū. Non debes expectare Dei indignationem contra te sicut Pha
*Exo. 14.* rao fecit cum suo exercitu, quando dixit, fugiamus Israelem dominus enim pugnat pro eis contra nos. Vnde Dauid opportu-
*Psal. 6.* ne dicebat, saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniā non est in morte qui memor sit tui, id est in inferno.

Parum quidem videmur considerare sortem illam quæ supra H
nos cadet in morte: nam certe videas pro temporali Cathedra a
*Simile.* licuius vniuersitatis, magnam ex vtraq. parte fieri diligentiam,
*Securitas non est in hac vita.* & animos esse suspensos quousquetandem sors ipsa supra aliquem ceciderit: cur non igitur maiorem adhibemus diligentiā, ad sedem & cathedram in gloria comparandam? Quamobrem mundanos potius honores sperne, & voluptates huius seculi, considerans quam breuem habeant exitum. Vnde Pau. ait, cum dixerint pax & securitas, repentinus superueniet interitus. Itē
*1. The. 5.* de Hebræis ait psal. adhuc escę erant in ore ipsorum, & ira Dei
*Psal. 77.* descendit super illos, sic ergo videmus quod quamuis mali aliquas habeant delectationes, nihilominus tamen in ipsis delicijs mors

A cijs mors intercipere eos solet, sicut cõstat in rege Balthazar, & Holopherne. Vnde Iob ait, velut somniũ auolãs nõ inuenietur, transiet sicut visio nocturna: sicut aliqui qui tameņ ad mortem damnati sunt, somniare solent quod sint diuites, vel quod in lautissimo aliquo conuiuio versentur. Cum ergo tam breuis sit & incerta vita nostra, offeramus florem ætatis domino, nam regibus optima quæque offerri solent. Vnde Iacob dicebat filijs suis sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera. Item reges obtulerunt Christo pretiosissima queq. B Sed nos contra facimus, dantes scilicet mundo florem ętatis nostræ, & tempus quod perditum iudicamus, Deo. Si eleemosynã facimus id quidem est, de rebus iam prope corruptis: si ornamẽta aliqua damus Ecclesię, ea sunt iam prope detrita. Sed audiamus quid dicat Mala. Maledictus inquit dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino quia rex magnus ego, dicit dominus. Det igitur adolescẽs florem ętatis suę domino.

*Dani. 5. Iudith 16. Iob. 20. Vita nostra breuissima est. Gen. 43. Mat 2. offeramus Deo pretiosiora queq. Mal. 1. A dolescẽs seruiat domino.*

Fortasse hic adolescens cum hæres esset, & sine patre, incipiebat iam vitijs sese dare, atque idcirco ne ad grauiora laberetur, C morte sublatus est. Periculosus quidem est adolescens diues, & qui frænum non habet. Vnde Dani. ait, vidi furentem leænam exeuntem á mari, quæ nulli parcebat, & alas habebat vt aquilæ: & obstupenda quidem res inde secuta est, nam aspiciebã inquit, donec euulsæ sunt alę eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Per hanc quidem leęnam potest intelligi ipsa iuuentus, & per alas libertas, debent igitur parentes huiusmodi alas auferre, vt ita desinant esse leones, & fiant homines. Vnde etiam Hie. ait, ecce prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, id D est, ecce ego vos moneo viam, per quam tanta pestis ac malorum multitudo venit, esse libertatem. Videas quidem auiculam auiario conclusam, semper sibi exitum quęrere, & tamen cum aliquando aufugerit, & cantando sibi placet in viridi ramo, comprehenditur ab aliquo accipitre & interficitur: sic etiam iuuenis qui non vult sub obedientia parentum manere sæpe perit. Vnde Dauid ait, dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.

*Dan. 7. Iuuentus periculosa. Nimia licentia nocet iuuenibus. Hie. 34. Simile. Nimia libertas quãtũ incommodet adolescẽtibus. Psal. 80.*

*Sepelire mortuos quam sit laudabile.*

ET *turba ciuitatis multa cum illa*. Plurimum quidem Deo placet, quod officiosi simus circa mortuos humãdos & sepulturę tradendos

*1. Re. vlti.*

dos. Vnde.1.Re.legimusq́ postquã de Saule philistæi, triũpha E
*Sepeliamus mortuos.* rũt, cũ mortuũ inueniẽtes cũ filijs, amputarũt ipsi caput, & arma in tẽplo sui idoli posuerũt, atq. corpus de muro suspẽderũt, irridentes ipsum. Quod cũ resciuissent habitatores Iabes Galaad, nocte illuc euntes tulerunt corpus Saulis & liberorũ eius, & honorifice sepelierũt. Id cum venisset in notitiã Dauidis, gra-
*2.Re.2.* tias ipsis egit pro huiusmodi bono opere, & ait, benedicti vos à domino, qui fecistis misericordiam hãc cũ domino vestro Saul & sepelistis eum, & nunc retribuet vobis quidẽ dominus misericordiam & veritatẽ, sed et ego reddam gratiã eo quod fecistis verbum illud. Vide etiam quam honorifice Abraham sepelierat F
*Gen.23.* Sarrã coniugẽ suã. Itẽ quã honorifice fuerint sepulturæ tradita
*Gen.50.* ossa ipsius Iacob. Quin & Ioseph commendauit fratribus, vt os-
*Gen.50.* sa sua asportarent in terrã patrũ suorũ & ita in tumulo seruata
*Iosue 24.* sũt per quadringẽtos annos. Vnde etiã in Exo. dicitur, tulit quo-
*Exo.13.* q. Moyses ossa Ioseph secũ, eo quod adiurasset filios Israel, dicẽs, visitabit vos Deus, afferte ossa mea hinc vobiscum. Vide etiã
*Tob.12.* quomodo angelus commendauerit curam quam collocabat Tobias in sepeliẽdis mortuis. Sic ergo nos soliciti simus in hoc misericordiæ opere præstãdo, cũ firmiter credamus carnis resurrectionẽ. Vnde Iob ait, & rursum circundabor pelle mea, & in car- G
ne mea videbo Deum saluatorem meũ. Firmiter etiam hoc ip-
*Iob.19.* sum credebat Iudas Macchabæus, qui iussit afferri Hierosolymã
*2.Ma.12.* duodecim millia dragmas argenti, vt ibi offerrẽtur pro mortuis iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui
*Oremus pro defunctis.* ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis, sed quia considerabat quod hi qui cũ pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam, idcirco orauit pro mortuis, & obtulit pecuniam illã. Quamobrem sancta est & salubris cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Vide ergo quomodo lucreris mul- H
ta bona, tradendo & comitando mortuos ipsos ad sepulturam, nam prętterquam quod præclarum misericordiæ opus exerces, memoriam etiam refricas ipsius mortis, quæ sane consideratio
*Hie. epis. ad Pau. de scrip. Eccle.* longe vtilissima est ad vitam nostram emendandam. Vnde D. Hiero. ait, facile contemnit omnia qui sæpe cogitat se moriturum. Videns quidem aliquis, quod ille obierit & breui quidem tempore, facile in memoriam venit quod sit ipse etiam mor-
*Eccle. in pro. defunctis.* talis, & quod breui morietur, dicitque cum Ecclesia. Quid sum miser tunc dicturus, quem patronum rogaturus, dum vix iustus sit securus? Iustus quidem erat diuus Cypri. & tamen solicitus

A erat de ratione quam Deo redditurus erat, dicebatq. væ peccatis meis! cui monti dicturus sum domine, vt cadat super me? Si ergo iste sanctus timebat, quid facies tu miserabilis peccator? Si iste qui martyrium sumebat pro Christo, id dicebat, quid te securum arbitraris vir flagitiosissime? Itaq. mortuos ipsos contemplare & eos ad sepulturam comitare, vt ferreum istud pectus emollias. *Cypri.* *Mortuos ad sepulturam comitemur.*

Deflendũ sane est quod tam cito hoc nostro tempore obliuiscamur defunctos, quamuis multa nobis reliquerint bona. Lau-
B datur quidem in sacris literis Ruth quod mortuos nõ obliuisceretur, vnde dixit Noœmi de ipsa, benedicta sit à domino, quoniã eandem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit et mortuis. Nõ ita multi faciunt hoc tempore, sed statim post mortem obliuiscuntur etiam parentes & fratres. Sed attendant quid Pau. dicat, si quis inquit suorum, & maxime domesticorum curã nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vnde quæso existimas illud esse vulgatum dictum, absentium nullam esse memoriam, nisi quod statim obliuiscamur mortuos & eos qui à nobis absunt? *Ruth. 2.* *1. Tim. 5.*
C Et sepe videas, quod cum parentes multas passi sint miserias propter filios, ipsi tamen ingratissimi sunt erga mortuos parentes. Audiant ergo quid dicant eorum animæ in purgatorio: Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me: ad quas tamen voces aures nostras obturamus tanquam aspides. Non igitur simus tam ingrati erga mortuos, sed saltem canes ipsos imitemur. Narrat enim diuus Amb. ex Pli. quod cum quidam interfecisset in itinere aliquo dominum canis cuiusdam, nunquam tamen canis ipse ex corpore mortuo recesserit, sed potius latratus quosdam tanquam gemẽs ediderit: cumque ad eos latratus multi vndiq. concurrerent, ve-
D nit etiam cum ea multitudine occisor, quem cum canis vidisset, statim cum morsibus aggressus est, ex quo tandem indicio captus, confessione propria damnatus est. Cur igitur infelix & ingratissime nate, parentis mortui non compatieris, cuius canis etiam compatitur? Sic ergo expectare debes fore tuos heredes & successores contra te ingratissimos. *Defunctos statim obliuiscimur.* *Iob. 19.* *Psal. 57.* *D. Ambro. Pli. l. 5. na. his.* *Exemplũ gratitudinis canis.*

*Misericordes simus & clementes*

*Misericordia motus super illã.* Si nos iactam' christianos & gloriamur, imitemur ergo Christum in misericordia ait enim ide Christus apud Mat. estote misericordes, sicut & pater vester cęlestis *Mat. 5.*

misericors

misericors est Et certe in iudicio de operibus misericordiæ & E
*Mat.* 25. pietatis examinabimur. Sed dices tu, nonne de adulterijs & furtis, & alijs huiusmodi etiam examen subibimus? Respondeo quod sane de omnibus reddituri sumus rationem, sed vtique si operibus misericordiæ vteremur, & in his nos exerceremus, præstaret etiam nobis Deus auxilium, vt ab illis liberaremur pec-
*Misericordes cur liberentur.* catis, & tandem proximum diligeremus. Vide igitur quantum valeat misericordia & charitas erga proximum. Sane si liberales F & misericordes fuerimus erga proximos vtique cum fiducia accedemus ad Deũ dicentes: fac mecum domine misericordiam, qui non fui crudelis sed misericors cum proximis meis. Vide obsecro domine quod barbarus ille rex Alexander, cuidam petenti eleemosynam, ciuitatem dedit: sic ergo tu cælestem mihi ci-
*Alexã. exemp.* uitatem concede. Nam certe misericordiæ quibus mortales vtũtur, si cum tua misericordia comparentur, sunt instar fumi ad solares radios comparati. Vnde de nostra misericordia ait Oseas, misericordia vestra tanquam nubes matutina, & quasi ros mane
*Simile.* pertransiens. De misericordia vero Dei canit Ecclesia, Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Siquidem magis pro- G
*Osea.* 6. prium est Dei ipsa misericordia, quam sit proprium ignis calefacere: Si igitur gloriamur quod filij Dei sumus, debemus eum
*Ecclesia.* in misericordia imitari, quam ipse tantopere sibi tanquam pro-
*Psal.* 129. priam vendicat: vnde Dauid ait, apud te propitiatio est: Quasi dicat non apud me, vt inde intelligamus quanta sit differentia inter misericordiam Dei & nostram. Et certe quamuis propter
*Simile.* quodcunque bonum opus, nos ostendamus esse filios Dei, nihilominus tamen id præcipue ostendimus per opera misericordiæ & charitatis: non enim solemus dicere aliquos similes propte- H rea quod manus habeant similes, sed quod in vultu & facie similes sint: sic ergo quamuis Deo ascribamus, & tribuamus om-
*Psal.* 144. nes virtutes, præsertim tamen charitatem, & misericordiam. Vn-
*Psal.* 16. de Dauid ait, miserationes eius super omnia opera eius. Sic ergo Deo similamur maxime per misericordiã: & de immisericordibus dici potest, adipem suum concluserunt, hoc est omnino crassitudinem siue pinguedinem concluserunt, idest viscera sua ne vllo misericordie affectu attingi possent. Et addit dicens, os eorum locutum est superbiam. Timete igitur fratres hanc cordis duritiem & immisericordiam fugite, audite quid dicat Iaco.
*Iaco.* 2. quod iudicium, sine misericordia fiet illi, qui non fecerit mise-
*4. Reg.* 4. ricordiam. Quanta autem bona sibi comparet vir misericors, figuratum habemus in vidua illa. 4. Reg. 4. quæ quidem ex

modi-

A modico oleo in tantam deuenit abundantiam vt omne ęs alienum dissoluerit: sic enim anima peccatoris vidua manens sine sponso suo Christo, multis est debitis obnoxia, & ęternæ morti addicta, ac propterea vtatur misericordia erga proximum, vt ita tandem Dei freta auxilio, debita omnia exoluat & diluat: quærat vacua vasa, idest pauperes ipsos, & eos misericordia sua impleat, atque ita etiam ipse misericordiam consequetur. Vnde Ecclesi 16. dicitur, omnis misericordia facit vnicuique locum, secundum meritum operum suorum. *Eccle.16.*

B Plurimum quidem minatur Deus duris & immisericordibus dicens apud Isa. iratus sum super populum meum, dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias, super senem aggrauasti iugum tuum valde, & dixisti, in sempiternum ero domina, & nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter: veniet super te malum, & nescies ortum eius &c. Si ergo Deus tantopere indignatur in babylonios quod inhumani essent in populum Israeliticum, qui tamen propter atrocitatem scelerum in captiuitatem ductus fuerat, quanto magis indignabitur in eos qui seruis suis infestissimi erunt & immisericordes, atque mutuam sa-C lutationem negant? Dic infelix, si Deus cum peccas, tibi negaret omnia sua beneficia, quid quæso faceres? Caue igitur ne tuam duritiẽ puniat, sicut punita est duritia ipsius Nabal. Sane quod Deus dixerit apud Oseam, misericordiam volo, & non sacrificium, idem est ac si diceret, nolo sacrificium sine misericordia. Inter cæteras causas afflictionum Aegyptiorum, illa vna fuit, quod essent crudeles erga proximos, & hospites captiuos facerent. Vide quæso quanta misericordia vsus fuerit cum Miphiboseth ipse Dauid, etiam ad mensam suam ipsum excipiens quãuis paralyticum: vt inde intelligamus quod quamuis pauper sit D paralyticus & claudus in virtute, quia tamen propter Deum petit eleemosynam, idcirco benigni erga ipsum esse debemus, sicut etiam Dauid cum Miphiboseth benignus erat propter patrem suum. *Isa. 47.* *Crudeles displicẽt Deo.* *Nos inuicem diligamus.* *1. Re. 25.* *Osea. 6.* *2. Re. 9.* *Afflictis cõpatiamur.*

## APPENDIX.

*Filius vnicus matris suæ.* Quis vnquã dixisset quod in tã florẽte ætate hic esset moriturus? sed quis etiã dixisset, quod Nabuchodonosor cũ se per somniũ existimaret arborẽ esse firmissimam auditurus tamen esset vocem illã, succidite arborẽ & pręscindite *Mũdo nõ est fidendũ.*

ramos eius, extendite folia eius, & dispergite fructũ eius? Quare quamuis robustus sis & iuuenis, non tamen propterea de viribus tuis confidere debes, sed potius circunspecte viuere & cõscientiam tuã diligenter discutere. Audi enim quid dicat Ezech. ego dominus qui exiccaui lignum sublime. Itẽ Dauid ait, quod dominus aufert spiritum principum.

*Dani. 4. Ezech. 17. Psal. 46.*

*Noli flere.* Vide obsecro quantũ fleret hæc mulier propter mortem corporalem filij, non equidẽ tantopere deflemus nos animæ mortẽ: cuius rei causã esse puto, quia hanc mortẽ nõ videamus sicut illam: sicut etiam altius in mente reponimus mortem alicuius quam oculis cernimus, quã si nobis dicatur quod mille mortui sint in bello: item præsentem viperam vel leonem magis timemus, quã centũ leones qui sunt in sylua. Hinc ergo fit quod cum animam non videamus, idcirco fortasse eius mortẽ negligimus, cũ tamen plus valeat anima vna, quam corpora omnia, & quã sol & luna. Vnde colligas quanta sit stultitia nostra, vt solum moueamur rebus quas cernimus tanquam bruta. Colligitur etiam quod cum tãtopere sensibus ducamur, plurimũ nobis vtile est sepulturis interesse, vt hoc pacto mortẽ recordemur. F G

*Obiectum præsẽs plurimum mouet. Simile. Videre homines sepelire multũ conducit.*

## FERIA QVINTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

### CONCIO TERTIA.

*Mortis meditatio quantum conducat.*

Erat *Iesus in ciuitatẽ Naim.* Luc. 7. Satis quidẽ in hoc adolescente robusto & florenti ætate, constat, quam sit incerta mortis hora, & quomodo debeamus vigilare in hac vita ne insolescamus, sed potius bona opera præstem'. Cinis quidem antea arbor erat procera, viridis & formosa, vbi primũ autẽ abscissa fuit arbor illa statim exaruit, & pulchritudinẽ suam amisit, postmodum vero in ignẽ coniecta, resoluitur tandem in cinerẽ, amittitq. colorẽ suũ atq. figuram. Quid ergo apti' hominis imaginẽ adũbrare potest? videbis hominem egregiũ, firmo robore, & viuo colore præditũ, diuitem, potentẽ, apud omnes gratiosum, & deniq. in quo effingẽdo sibi natura & fortuna plurimũ placuisse videãtur, inuadit eum mors et quasi obtruncat, statim videbis eum exanguem, & pallido quodam H

*Mors certa & incerta. Simile. Simile.*

A quodã colore deformatũ, postmodũq. in cinerẽ, putredinẽq. conuersũ. Imperatores & reges, qui sua potẽtia atq. imperio vniuersũ orbẽ perterrebãt, vide quo tandẽ redacti sint. Vbi duces illi Romani, qui tã ouãtes & gloriosi magno omniũ applausu vrbẽ ingrediebãtur, vbi Cæsares, vbi Pompeij, & alij huiusmodi principes? Ecce febricula vna, aut audax & cita mors, hos qui totũ orbẽ suo premebãt imperio, ita inuasit vt tandẽ in puluerẽ redacti sint, qui tamẽ antea, terra, mariq. gloriosissimi habebãtur. Mirũ sane est quod Paulo ante vidisses animosum quendã ho-

*Mors quã cito hominem dissolnat.*

B minẽ & velut leonem, eundẽ tamẽ postmodũ humi videas prostratũ imbecillũ & miserabilẽ, tuncq. nobiscũ ratiocinamur, & cũ alijs etiã loquentes percõtamur: nõne iste nudius tertius vel quartus, bellissime valebat? nõne formosissimus, lætissimusq. erat, ac nemini concedebat? vide nunc quomodo eum muscæ absq. vlla contradictione peruadant, quãtoq. agmine eundem aggrediãtur? Miraris certe apud te, atq. tacitus rem cõtemplans ais: væ misero mihi, qui nõ longo ab hinc tempore, eodẽq. incertissimo, similem miseriã sum experturus! Quid me misero fiet?

*Morti nullus potest resistere.*

C Aliud etiam est in arbore, quod hominis typũ ingerit: etenim aperte videmus quod quamdiu arbor firma et stabili hæret radice, facile eius species, nomenque dignoscitur, sit ne oliua, an ficus, an malus: at vero si in cinerem abscissa arbor tandem redigatur, nullus est qui valeat dijudicare: eundem enim colorem habet cinis ille qui ex oliua relinquitur, atque ille qui ex malo vel alia arbore expressus est: non enim discernas cinerem humilis arbusti, à cinere sublimis & proccrissimæ cedri, ex alto libano eductę. Ita plane homo quamdiu viuit, habetur in pretio, & ab omnibus cognoscitur, & honoris gratia salutatur, at vero

*Simile.*

*Mors omnes exaquat.*

*Mors quomodo immutat rerũ vices.*

D si in puluerem reducatur, nullo cũ discrimine à cęteris discreueris, neq. sit ne princeps an plebeius, vlla cognoueris ratione. Quod etiam in comędijs agẽdis fieri quotidie contẽplamur, idẽ in hac mortali vita accidere, ipsis temporis momentis experimur, vt scilicet quamdiu in theatro versantur personæ, facile inuicem discernantur: cum autem depositis vestibus theatrum deserũt, illico quales essẽt haud facile iudicemus. Quod Octauianus ille facile intelligens, videns se à medicis derelictum, circunstantibus dixit: qualis quæso amici suauissimi, vobis videtur vitæ humanę fabula & repręsentatio?

*Simile.*

*Exemp.*

Mirũ plane est quod homines falsã sibi quandã securitatẽ vitę persuadeãt, quæ incertissima est, & nõ persuadent sibi accurate, id quod verissimũ est & certissimum, se fore breui interituros.

*Lud Gra.*

Multos videmus quotidie florente ętate præditos interire, & tamen non mouemur, sed quia dũtaxat vnũ inter multos videmus senẽ mori, nobis persuademus nos fore peruẽturos ad eius dies & ætatẽ, atq. ita negligimus pænitentiam agere neq. enim consideramus vltimum suplicium, neq. iudicium seuerissimum. Sicut enim qui videt aliquem ex India cum prosperitate aduenisse, & multis diuitijs locupletatum, solet statim sibi persuadere, sibi ita debere contingere si illuc proficiscatur, neq. considerat eos qui perierunt in ipso itinere, qui multi sunt, aut eos qui illic mortui sunt, vel qui in seruitutẽ arrepti, vel qui in aliquo prælio ceciderunt, vel etiam non considerat multos, qui pauperes potius remaneant inde. Sed propter vnius qui in prosperitatẽ venit, exẽplũ, sibi persuadent multi secum ita actum iri, fallentes seipsos, neque considerantes quod multi moriuntur repente, vbi illuc proficisci secum deliberarunt. Ad eundem plane modum nonnulli sunt qui statim sibi persuadent se diutius esse victuros, propterea quod senem aliquem videant ad prouectam & maturam ætatem peruenisse, & in ea mortuum fuisse, & non considerant multo plures & prope innumerabiles qui in ipso ætatis flore decesserunt. Quibus autem oculis & qua mente suam quisque vitam spectare debeat, hoc proposito exemplo declarabo. Sunt quidem inter hominum commercia, hoc est emptiones & venditiones, census quidam perpetui qui redimi non possunt: sunt etiam qui possunt, quos alijs nominibus, emphyteosim, & pactum retrouendendi appellare solent: hęc vita quam accepimus fratres, non priori emphyteosi, sed pacto retrouendendi quam similis est: qui autem hac lege agrum vel domum possidet, nil certi sibi pollicetur, cum in alterius partis arbitrio sit, pecunia data pristinam hæreditatem recuperare, quam tamen alij citius, alij vero diutius prout facultas tulerit redimunt. Quid autem obsecro vita nostra aliud est, quam hæreditas quædam, cum hoc pacto possessa? quam is qui mortis & vitæ claues habet, cum ei placitum fuerit, aliquando quidem celerius, aliquando vero tardius repetit. His igitur oculis, hac conditione vitam nostram inspiciamus, vt ex Deo semper pendeamus, vt de ancipiti exitu nostro soliciti semper simus vt nullam nobis vitæ diuturnitatem polliceamur: non enim vita nostra instar perpetui census aut emphyteosis donata nobis est, quod tamen multi re ipsa testari videntur, sed quam quoties vitæ & mortis dominus voluerit, repetere potest.

*Mortẽ nõ obliuiscamur.* E

*Simile.*

*Mors nobis videtur tardare.*

*Simile.*

*Mors interdum nos repente inuadit.* G

*Exemp.*

*Omnes ad mortem obligamur.*

*Mors semper nos paratos inueniat.* H

Cæterum Arist. inter omnia terribilia, vltimũ atq extremũ esse mortem

A mortem ait hoc enim mors à ceteris corporis incõmodis distat, quod ea nõ vno aliquo bono vt cæteræ calamitates, sed omnib' simul vitæ bonis hominẽ spoliat, nilq. prorsus ei relinquit, nõ di uitia, nõ opes, nõ patrimoniũ, non lucis huius vsum, nõ dulces amicos, nõ fratres, nõ vxorẽ, nõ liberos, nõ quauis alia necessitudine cõiunctos, horũ enim omniũ societatẽ & cõiunctionẽ vna mors dirimit. Hinc rex ille Madianites cũ iã esset moriturus sic cine inquit separat amara mors? Acerba quidẽ est seculi amatoribus hęc separatio: longe tamen istis acerbior est vbi ad mor B tis aditum ventum sit, rationis reddendæ cogitatio. Vidẽt enim verũ esse quod Apos ait, omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq. propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Quomodo igitur qui hoc firma fide tenent, opportune se ad hoc periculum præparare renuunt? Quomodo iudicium hoc in quo de sempiterna vita, equidem ipsa aut in sẽpiterna morte sentẽtia referenda est, nõ perhorrescut, nõ se ad hoc opportune præparãt? Nã vt venator in angustia locorũ prædã expectat vt eã cõprehẽdat, sic dæmõ in angu- C stia mortis insidiatur homini, vt possit eum comprehendere. Vnde Climacus ait, sicut cibis omnibus panis vilior est & magis necessarius: ita præstat omnibus fere operibus mortis cogitatio. Itẽ, qui mortis inquit, diuiniq. memoriã iudicij semper in se ipso continere cupit, curisq. secularibus distrahendum se exponit is ei similis est, qui dum natat, manibus plaudere vult.

*Aris.* *Mors omnia vastat* *1. Re. 15.* *Rom. 14.* *2. Cor. 5.* *Cli. de memo. mortis grad. 6*

### *Filij obediant parentibus.*

*Filius vnicus matris suæ.* Fortasse hic adolescens non erat vt de D cet obediẽs parẽtib', & propterea immatura morte perijt, quod fortasse videtur innuere textus, dũ ait, misericordia motus super eã, non ait super eũ. Et certe superfluum videtur mihi nunc lõga oratione docere quã obedientes esse debeãt filij parentibus quoniã id manifestissimũ est, vt docet Aris. sicut siquis vellet probare niuẽ esse albã. Tanta est huius præcepti dignitas de honore parentũ, vt primũ obtineat locũ in secunda tabula: itẽ in hæbræo sunt qui legant vel vertant onera pro honora, vt intelligamus quod beneficijs debeam' afficere & onerare parentes. Porro in Eccle. dicitur, sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suã: item qui honorat patrẽ suũ, iucũdabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur, vbi aduerte quod prius nos moneat de honore matrum, quæ imbecilliores sunt, siquidẽ parẽtes

*Vidua aliqua non bene educant liberos.* *Aris. in Top.* *Parentes honorandi.* *Eccle. 3.*

ipsi siue patres, satis ipsi etiam minacibus verbis se facient hono- E
rari. Vnde Tobias dixit filio suo, cum acceperit Deus animam
meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuę omnibus diebus vitæ eius &c. Sic videmus quod qui obediens fuerit parētibus suis, etiā à filijs sibi obedietur: & cū propter Deū obediēs extiterit, etiā Deus id remunerabitur. In Gen. quidē legimus quod cū Chā iniuria affecisset patrem suum Noe, ait pater maledictus Chanaā: vbi nota quod peccat filius, & ipse maledicit nepotem, vt inde intelligamus quam grauis sit maledictio patris, & quomodo filius ingratus punietur in filijs ingratis: item aduerte quomodo ibi tunc incæpit seruitus, cū dicat ipsi, seruus seruorū erit fratribus suis. Qui patrem non honorat, tractandus est vt seruus. F Sē quidē qui parentē honorauit, sex centos vixit annos, & ędificauit Hierusalem ac fuit eius rex, vt dixit Isido. & trecentos natus erat annos atque nonaginta, cum obtulit panem & vinum, nam ibi appellatur Melchisedech sacerdos Dei altissimi, vt inde intelligas quomodo Deus honore afficiat eos qui parentes honorant.

*Matres honore prosequamur. Tob. 4. Gen. 9. Sem adificauit Hierusalem vt ait Isido l. 5. Ethy.*

Porro multas legimus datas maledictiones peruersis filijs & inobediētibus in sacris literis, & multa supplicia: siquidē in Deut. præcipitur lapidari filius inobediens. Item Prouer. 30. dicitur, oculum qui subsannat patrem, & qui despicit matris suę partū G suffodiant ei corui de torrentibus, & comedent eum filię aquilę idest quod aues sint illius cadaueris sepultura. Cæterū apud Valētiā del Cyd contigit aliquando, quod cum adolescens quidam ad patibulum duceretur propter falsum quoddam testimoniū, magnis quidem vocibus in ipso supplicij loco positus, dixit se iuste quidem mori non propter illud falsum crimen quod sibi imponebatur, sed quia in eodem loco, sacrilegas manus cōtra matrē iniecisset, cui ipsa maledixit dicens, faxit Deus vt in hoc ipso loco suspendaris. Videāt igitur parētes quomodo maledicant, & filij quomodo obediant. Si Iacob ita indignabatur cōtra laban, H quod male cōpensaret eius sudores, quāto iustius cōqueri poterūt parētes de filijs inobediētibus, pro quib' tātos exātlarunt labores? Et certe maxima est dignū cōsideratione, quod cū multa alia haberent pharisæi, tamē Christus eos reprehēderit quod nō honorarēt parentes, cū ait: quare & vos transgredimini mādatū Dei &c. Cum igitur tanta à parentibus acceperint filij beneficia, graue scel' est nō honorare parētes. Sūt certe ingrati filij, instar ramorū arborū qui cū à radice suā virtutē accipiāt, ipsi interim nil in radicem refundunt. Considera obsecro quam infelicem habuerit

*Deut. 21. Pro. 30. Exemp. Inobedientes filios quomodo puniat Deus. Simile. Gen. 28. Parētes nō honorare graue scelus est. Mat. 15. Parētibus plurimum debemus.*

A habuerit finē & exitum Absalon, qui inobediens extitit patri: & quomodo pius pater defleret mortē eius infelicē. vt inde colligas quāto plus parētes natos suos diligunt, quā cōtra ab ipsis diligantur: & vtinam nō sint hodie multi Absalones. Cæterū super illa verba Isa 14. tu autē proiectus es de sepulchro tuo, ait Glo. quod hebrei dicunt, filiū ipsius Nabuchodonosor metuentē ne pater iterum ad regnum rediret, post exactos septem illos annos quibus belluino more vixerat, eū interfici iussisse & exenterari, B atque auibus trecentis dedit deuorandum, quin etiam cum sibi adhuc satis securus non videretur, aues etiam ipsas dilaniari fecit, vt inde intelligas quanta sit ingratitudo quorūdam filiorū. Vnde Eccles. ait, quam malæ famæ est, qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Certe Esau quamuis peruersus, videbatur honorare patrem suum, cum nollet viuente patre interficere ipsum Iacob, sed dicebat, venient dies luctus patris mei, & occidā Iacob fratrem meum. Item Cain non audebat ante patrem interficere fratrem suum Abel, sed eum in campum eduxit: & tamen tu nil vereris, mille dare molestias parentibus tuis. Quod si filij pleriq. tam ingrati sunt erga paren- C tes viuos, quid quæso poterunt de ipsis sperare post mortem? Non ergo debent talibus filijs committere bona facienda pro ipsorum anima Legimus siquidē quod pater quidam reliquerit cuidam filio suo ingrato, duos accipitres in vltimo testamento quorum vnum esse volebat pro hærede, alterum vero vendi iubebat, & ex pretio, sibi aliquid boni pro anima celebrari: accidit vero vt vnus accipiter auolaret, & filius ait: ille erit pro anima patris mei.

*2. Re. 17. & 18.* *Parentes plurimum amant filios.* *Isa. 19.* *Exēp. pranum.* *Eccle. 3.* *Gen. 27.* *Gen. 4.* *Exēp. pranum.*

*Lugeamus peccata nostra.*

D *Noli flere.* Si pro morte corporali aliorū ploramus, quid quæso nobis est pro morte animę nostræ faciendum? Si amicorum exilium lachrymis prosequimur, quod non sint ad tempus patriam visuri, quid sumus pro illis facturi, qui sunt a cęlesti quidem patria, ad ęternum exilium damnati? Nolite flere mortuū ait Eze. nec lugeatis super eum fletu: plangite eū qui egreditur quia non reuertitur vltra, nec videbit terrā natiuitatis suæ. Ac si dicat, ne prosequamini lachrymis funera vulgi, sed æternū regni vestri exiliū in Babyloniā, infernus est Babylonia, hoc est cōfusio, null' ordo sed sēpiternus horror ibi inhabitat. Illi patria expulsi in sempiternū exiliū mittuntur, qui à cœtu sanctorū separati, in pœnas æternas relegantur. Deploremus igitur scelera

*Pin. in Ezech. 6.* *Simile.* *Plurimum conducunt lachrymæ.* *Iob. 10.*

non solum nostra, sed etiã aliena. Oratio inquit Hiero. Deũ vocat, sed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit, lachrymis obtinuit Magdalena criminum remissioné, & fratris mortui reditũ ad vitam. Et Christus videns ciuitatem, fleuit super eam. Quare ergo nos videntes animæ nostræ ciuitatem sceleribus inquinatã de qua dixit regius vates, vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia: quare inquã nos multas lachrymas nõ emittem', & scelera nostra deplorabimus? Orãdũ quidé est cũ lachrymis & gemitu, ait Lau. Iusti. Cũ enim esset inquit scriptura, Anna amaro animo, orauit dominum flens iugiter, & abunde obtinuit quod petiuit. Nemo ad Deum flens accessit, qui non iustam petitionem suam acceperit: nullus ab eo beneficium iustum optauit: qui non impetrarit, ipse est enim qui cõsolatur flentes, dolétes curat, pænitentiam informat. ô humilis lachryma, tua est potentia, tuum regnũ, & tribunal iudicis, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis, nõ est qui te ad Deũ accedere vetet. Si sola intres, vacua non redibis. Quid multa? vincis inuincibilem: inclinas filium virginis, aperis cælũ, fugas diabolum: tu cibus animarũ, roboratio sensuũ, abolitio delictorum, vitiorũ exterminiũ, virtutũ præuia, gratiç soliũ, refectio pænitentiũ, & lauacrum culparũ. Tu odor vitæ, sapor spiritus, gustus indulgentia, sanitas redeuntis innocentiç, reconciliationis iucunditas, serenatæ conscientiæ suauitas, & electionis æternæ spes valida. Qui te comitem habebit, gaudeat, quia post vltionem securus abibit. Quæ cũ ita sint, luge peccatũ, ait Chry. ne pænam defleas: responde iudici priusquam in prætorium veniat. An ignoras eos qui iudicem mitigare volunt, non ipso in examine causæ, sed priusquam iudicij ingrediatur locum, beneuolum sibi facere, vel amico mediatore, vel præsule, vel modo alio sibi iudicem conciliare? Igitur & Deo non sessionis tempore suadendum erit iudici, ante vero iudicij tempus mitigabilis est iudex. Vnde Dauid, præoccupemus faciem eius. Illic magnum iudicem ars Rhetoris nulla decipiet, & nullius personæ mitigabitur potentia, sed tremendũ & implacabile erit iudicium. Hic vero iudicem exorabimus & placabimus. Item alibi idem Chry. ait, nõ morté, non iacturã, sed peccatum, vt dicã sicut Dauid inquit, lauabo per singulas noctes lectum meũ lachrymis stratum meum rigabo: & rursum exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Ablue lachrymis peccatorum sordes, frontem verbera, pulsa pectus in sensum veni, eorũ

Marginal notes: Hie. in Isa. — Luc. 7. — Ioan. 11. — Luc. 19. — Psal. 54. — Lau. Iust. li. de lig. vi c. 9. — 2. Re. 1. — Lachryma quantum possint. — Chry. de pæ. ho. 5. to. 5. — Psal. 94 — Chry. ho. 2. ad po. — Psal. 6. — Psal. 118.

Section letters: F, G, H

A ni eorum quæ peccasti. Vnde tibi inest tanta lætitia? ait August. nunquid iam diabolum vicisti? nunquid iam inferni pœnas euasisti? nunquid iam de exilio ad patriam venisti? nunquid de tua electione securitatem accepisti? an forte in obliuionem venit, quod dominus dixerit, væ vobis qui ridetis? Et è contra dicitur, beati qui lugent. Rursum per Salo. dicitur, nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum reseruãtur in certa. Comprime ergo inanem lætitiam, quia nec dum euasisti pęnalem ærumnam. Nõne apud omnes vęsanus iudicatur is, qui B tenebris reclusus carceris gaudere conatur? Ablue igitur te lachrymis tuis, ait Ambr. Laua fletibus: si tu ipse te fleueris, alius te non flebit: nam si Saul fleuisset peccata sua, Samuel eum non fleuisset. Habet vnusquisque quod fleat mortuos suos. Mortui sumus quando peccamus, mortuus est sermo malusqui exijt ex ore: exit enim de sepulchro malo, sepulchrum patens est guttur eorum, ait Psal. Vnde Apost. dicit, imitatores mei estote Vult nos delictorum meminisse nostrorum. Paulus nõ habebat quod lugeret, ex quo in Christum credidit, & tamen priora deflebat dicens, quia non sum dignus vocari Apost. quia persecutus sum C Ecclesiam Dei Humiles quidem ait Lau. Iust. cum redeunt ad se, & discutiunt quales sunt, quantis sint onerati peccatis, quot astricti vinculis, quot hostes vndique instent, non modo visibiles, sed etiam inuisibiles, acerrimi quidem, item quam multis beneficijs obligati sint, nec non in quali detẽti sint custodia, cõpungũtur, suspirant, & lachrymas profundunt, Prophetæ exemplo qui dicebat, lauabo per singulas noctes &c. Lugent itaque frequẽter humiles, & interioris cubiculi stratum rigant, vt delictorum suorum maculas tergant, & compunctione flebili debita soluãt, ac malæ consuetudinis neruũ disrumpant, valeantque cum Pro- D pheta cantare: dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Cæterum cum peregrinationis suæ miserias meditantur, & cælestis Hierusalẽ cõsiderãt gaudia, nec nõ ab his se abesse cõspiciũt, ex humillima deuotiõe cõmoti, fletũ suũ ingeminãt dicẽtes: quẽadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat aĩa mea ad te Deus. Fuerũt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte. Cõuersi etiã ad dñm dicũt: educ de custodia animã meã. Merito igitur humiles taliter lugẽtes, cõsolationẽ à Deo promissam cum exultatione indubitatæ spei expectare debẽt, dequa in Apo. Absterget Deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctorũ, & non erit amplius neque luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio oĩa.

Aug. lib. de conflic. vi. & vir. c. 21. to. 9.
Luc. 6.
Matt. 5.
Ecclesi. 9.
Amb. li. 5 in Luc.
1. Reg. 15.
Psal. 5.
1. Cor. 4.
Lau. Iust. lib. de hu. c. 10.
Psal. 6.
Psal. 115.
Psal. 41.
Psal. 141.
Apo. 21.

# FERIA QVINTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO QVARTA.

*Magna est virtus verbi Dei.*

IBAT *Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim.* Luc. 7. Magna certe erat vis prædicationis Christi, cum dicat F Euangelista quod turba copiosa ipsum sequebatur. *Orphe.* *Simile.* Orphęum iactant fabularum scriptores, cantus & citharæ suæ dulcedine, implacabiles etiam tygrides demulsisse, & quercus commouisse ac saxa. Qua quidem hyperbole eruditi viri, non tam fabulam quam eloquentiæ vim & proprietatem, quę ferrea quoque pectora interdum mollit, indicare voluerũt. *Eccles. 4.* Verissime enim ab Ecclesi. dictum est, tibia & cithara suauem *Can. 2.* faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis Item Can. 2. dicitur, mel & lac sub lingua tua. Christus igitur tygrides & G quercus, hoc est publicanorum & peccatorum corda, ita illexit, vt post se traheret, & in doctrinæ suæ admiratione suspen- *Verbũ Dei quam sit efficax.* sos teneret. Vide quam efficax sit verbum Dei, nam Paulus audito Dei verbo, ex persecutore Ecclesiæ mutatur in bene- *Luc. 14.* factorem. Magdalena ex peccatrice, iusta efficitur. Vnico audito verbo Euangelij Antonius & Franciscus conuersi sunt, *Psal. 44.* nempe si vis perfectus esse, &c. Vnde Dauid ait, diffusa est *Ioan. 7.* gratia in labijs tuis. Petrus etiam dicebat, verba vitæ ęternæ habes. Ministri etiam Pharisæorum dicebant, nunquã sic locutus est homo. Item Isa. ait, quomodo descendit imber & H *Isa. 55.* nix de cælo & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & perfundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meũ quod egreditur de ore *Exo. 16.* meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque vo- *Simile.* lui & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Scriptum est de manna, quia secundum tempus illud, si quis id ita sumpsisset, & nutriretur ex eo: si vero quis contra Dei præceptum voluisset *Ori. ho. 3. in Num.* assumere, non frueretur ex eo sed vermes ebullirent ex eo. Et ita fiebat vt vna & eadem species mannæ, alijs vermes & putredi- *Ori. ho. 5. in li. Iud.* nes generaret, alijs vero salubrem cibum conferret. Igitur & nostrum manna verbum Dei est, ait Ori. & apud nos ergo sermo Dei alijs vertitur ad salutem, & alijs ad pœnam. Item alibi ait

A idem Orig. vinum sanos & commode degentes iuuat, & sicut scriptura dicit, cor hominis lætificat: febricitātibus vero si sumpserint, perniciem continuo parit: ita fit vt eadem res, cuiusmodi est verbum Dei, vni quidem vitam, alij autem conferat mortem. Nec vero mirum est quod passim regius vates dicat verbum Dei suauius esse melle, nam vt dicit Hila. mel in ore, etiam in faucibus dulce est, extra regionem enim oris, saporum nullus est sensus, sed Dei verba intima penetrantia, non in ore modo sibi placentia, sed illic dulcia, vbi cognitio-
B nis, & prudentiæ & intelligentium sensus est: & ideo eloquia in faucibus, in ore mel dulce est Sed vt mel per ęgritudinem, æstumque febrium, ea quæ acciderint ori amara mitia facit: ita animæ nostræ amaritudines, & tristes cupiditatum febres, infusa Dei eloquia mitificant, si modo non ore contineantur, sed faucibus deuorentur. Vnde Mac. dicit, debent qui verbum Dei audiunt, in suis ipsorum animis opus verbi demonstrare: nam verbum Dei non est otiosum, sed habet opus quod peragatur in anima, proinde appellatur opus, vt opus quoque inueniatur apud eos qui audiunt. præstat ergo dominus opus veri
C tatis audientibus, vt verbum in nobis fructuosum reperiatur. Beatus ait Ioan. qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea: nam tempus inquit breue est. Porro quale sit periculū verbum Dei audire nec proficere, vix vlla oratio satis explicare poterit. Certe inter cætera reprobationis signa, quę sancti patres designarūt, hoc in primis numeratur autore Paulo qui ait: terra venientem super se bibens imbrem, proferēs autem tribulos & spinas his à quibus colitur, reproba est, & maledicto proxima, cu
D ius consummatio in combustionē. Quid his verbis vel apertius, vel formidabilius? Non protinus de ęgri salute desperamus quāuis grauiter ægrotet, si adhuc medicamentis aliquo modo iuuatur, at cū morbus in dies ingrauescit, & medicamenta nil conferunt, quæ spes salutis reliqua est? Quis autē dubitat; ęgroti animi medicamentum esse Dei verbū? At hoc frustra ęgrę mēti adhibitū, imminētis exitij maximū argumētū est. Hinc legim⁹ Paulū quāuis miti & placido ingenio esset, tanta tamē acrimonia aduersus Elymam magū, quod Dei verbis obsisteret, incāduisse, vt eum subita cæcitate, & his acerbissimis verbis feriret. O plene oī dolo, & oī fallacia, fili diaboli &c. Sed quā multi modo in Ecclesia sūt, qui sibi ipsis Elymas magus effecti sūt? Quā multi in quos merito illud iactari posset, qđ de suis olim ciuib⁹ Propheta querebatꝰ? ecce verbum Dei factū est illis in opprobriū, & non suscipient illud.

*Eccle. 40.* *Hila. in Psal. 18.* *Simile.* *Macchar. ho. 50.* *Apo. 1.* *Heb. 6.* *Simile.* *Pessimum est inanitū ex verbo Dei nō proficere.* *Act. 13.* *Hie. 6.*

Quilibet

Quilibet ergo concionator, illa quoque domini saluatoris apud E
*Isa.* 49. Isa. verba poterit vsurpare, ego autem dixi, in vacuum laboraui. vane & sine causa fortitudinem meam consumpsi. Quisquis in anima sua virtutis radices defigere cupit, illud in primis præstare debet quod de viro iusto ait Dauid, in lege domini fuit voluntas eius & in ea meditabitur die & nocte. Cibus animę est verbum Dei, ait Greg. & vt acceptus cibus stomacho languente reijcitur, sic sermo Dei ab inconstante repellitur. Cæterum quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. F

*Psal.* 1. *Gre. in Euang. ho* 10.

*Verbū dei multi quasi inniteau diunt.*

Porro hæc turba quæ Christum sequitur, non modo in tēplo & synagoga intra mænia ciuitatis audiebant verbum, sed per mōtes & ad deserta properabant vt illud audirent: nos autem iuxta Ecclesias habitantes, parum itineris ambulare nolumus, vt concionem audiamus. Surgent vtique isti in die iudicij sicut Niniuitæ, aduersus impios, & condēnabunt eos. Attende obsecro quą diligentia mundani mundo inseruiant & mundana quærant, Magnam adhibemus solicitudinem ad audiendas res vanas, cum tamen minimam adhibeamus in audiendo verbo Dei, & his procurandis quæ ad salutem animæ nostræ spectant. Cogito mecū G ait Sen. quam multi corpora diligenter exerceant, & quam pauci ingenia: quantus ad ridiculum spectaculum concursus, & quanta circa bonas artes solitudo existat. Vnde Chry. ait, nonnulli tā misere affecti sunt, vt diutius audiendo ne nomina quidem librorum intelligant, nec pudet, nec verentur tam negligenter in Dei concionē ingredi: libentius ad ludos tendunt & comędias, quam ad concionem. Quid hac dementia peius? Hæc quidem frequenter vobis dicere statui, verumtamen veritus sum ne frustra & sine causa mihi odiū cōparē, video enim non iuuenes tantum, sed & senes insanire, quorum gratia maiorem in modum erubesco, cum video virum canitie venerabilem, eam labefactantem, H & filium secum trahentem. Quid hoc magis ridiculum? filius à patre impudentiam discit? mordent hæc vos verba? Hoc & ego volo: verba vos commo nefaciant, vt per opera à turpitudine liberemini.

*Sen. li.* 11. *epis. ep.* 81

*Chry. ho.* 51. *Ioan.* 10. 3.

*Verbū dei libēter audiamus*

*Inspirationibus diuinis pareamus.*

T*Etigit loculum, hi autem qui portabant steterunt.* Et ideo tetigit Christus vt ipsi stetissent, eademque ratione nos ipsos tangit suis inspirationibus, vt à peccatis cessemus. Ideo mihi crede, tibi malum omne contingit, quod gradum non comprimis.

Cum

A Cum enim ad malum aliquod perpetrandũ pergis, inspiratione Deus te vocat, & interius ictu aliquo pulsat dicens: vide quid facias, mortem enim æternam inquiris, & finem peccati non prospicis. Tu vero neque his acquiescis, sed contentiose vltra progrederis, nec semitas tuas consideras, Ne tardes conuerti ad dominum, ait Ecclesi. nec differas de die in diem: non debes differre panem daturus, & differs indulgentiam accepturus? Si miserando, alterum non differs ait Aug. miserere animæ placens B Deo: exhibe & animæ tuę eleemosynam: nec dicimus vt tu eides, sed ne repellas manum dantis & sanctas inspirationes. Porro alii qui vocantur, & non audiunt: alij vero audiunt quidem & parent vocanti domino: quod quidem auxilium speciale, ad pauciores videtur spectare, ad illos videlicet quos diuinæ gratiæ liberalitas, hoc tanto munere donare dignatur, quę cum nemini ad salutem desit, nullique iniuriam faciat, qui nil cuiquam debet, salua integritate iustitiæ, quosdam hoc ad se auxilio vocat, nec illis accusandæ ipsius iustitiæ ansam prębet, & istis amplissimã prædicandæ eius misericordiæ materiam tribuit. Hoc igitur super abundanti auxilio & Matthæus Euangelista & cæte- C ri Apostoli à Domino vocati sunt. Ex his autem quæ diximus, aperte liquet, cuius periculi sit, à gratia excidere, & in lethale peccatum labi prę sertim si quis in eo diutius persistat. Quisquis enim hoc facit, in manifestum discrimen salutis suæ causam adducit: incertum enim est an Deus illum superabundanti auxilio ad pænitentiam vocet, & incertum est etiam an is sufficienti auxilio, quod nemini deest, vti recte velit, cum plurimos atque adeo innumerabiles pene videamus, qui hoc auxilio ad meliorem mentem non redeunt. Vtrinque igitur huius hominis cõuersio incerta est. Quod igitur maius periculũ esse potest, quam D hoc tantum salutis æternę negotium in tam apertum discrimen conijcere? Quod quidẽ periculum tanto maius est, quanto diutius lapsus homo in peccato iacet: graui namque pondere consuetudinis pressus, tanto difficilius à peccato surget, quãto plura peccauit. Vnum quodque enim peccatum velut pondus quoddam est quod onere præiacenti adiungitur, vnde iniquitas velut talentum plumbi esse dicitur. Quemadmodum ergo qui vires habet, vt quinquaginta librarũ põdus portare possit facile, si huic ponderi noua pondera adijcias, difficilius illud portare valeat: ita qui à recenti peccato, quod esset facilius non surgit, quin potius noua peccatorum pondera veteribus adiungit, multo difficilius surget. Quid igitur hic dicent, qui multos iam annos

in peccati

*Vocat nos Deus variis modis.*

*Ecclesi. 5.*

*Aug. contra Cresgram. li. 3 c. 66. & li 4. c. 53 to. 7.*

*Quomodo præster de' speciale auxilium.*

*Perseuerantia in peccato quam sit periculosa*

*Differre cõuersionem quam sit periculosũ*

*Zach. 5.*

*Simile.*

in peccati cęno volutantur? Si enim vt Propheta dicit, iniquitas E
*Zach. 5.* est quasi talentum plumbi, quo labore qui sub tam multorum
*Adr. Pon* pondere pressus iacet, à peccato surget? vt enim recte Adrianus
*Obstinati* pontifex ait, raro homines secundum vltimum potentiæ operá
*peiores* tur, quod hac in re opus esse videtur, cum peccatum tot sce
*mortuis.* lerum accessionibus fuerit auctũ. O sane lamentabilis res, quod
*Matt. 11.* mortui Deum audiant, & non viui! Quid hoc, quod viui sur
*Mat. 25.* diores sint mortuis? Quod tot menses & annos habites in pecca
to mortali, & Deus te terret tũ laboribus, tum per suos concio- F
natores, & audire recuses? Quid hoc, quod non habẽtes aures
audiant, & quod si hic Christum non audias, dicentem, venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, audies eum dicentem,
ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & ange-
*Ephe. 5.* lis eius? vnum ergo ex duobus elige, vel audire hic vbi dulcis est
*Psal. 94.* vocatio, vel audire sentẽtiam illam tantopere pertimescendam,
quam Deus contra peccatores & malos pronunciabit, dicens, i-
te maledicti. Qui noluerit audire venite, audiet ite, velit nolit.
*Vocat nos* Surge ergo tu qui dormis, & illuminabit te Christus. Hodie igi
*Deus pas* tur si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra Quid G
*sim ad se.* quæso arbitraris esse mortem vicini, vel alterius proximi, nisi
*Simile.* vocationem quandam, qua te Deus vocat vt ad se conuertaris,
*Inspiratio* & mortalis conditionis recorderis? Sed videris imitari quosdã,
*nes Dei nõ* qui cum comedant in nocte media ante diem cinerum, & sen-
*negligam'* tiant duodecimam horam, dicunt esse expectandum aliud horo
*Gen. 42.* logium in ciuitate: sic etiam tu cum vides aliquem mori, alium
adhuc & alium expectandum censes. Non igitur te ita geras, sed
statim Deum vocantem audi In cuius rei figuram Iacob desides
filios increpauit & solicitauit dicens, quare negligitis? audiui H
*Iona 1.* quod triticum venumdetur in Ægypto, descendite, & emite
nobis necessaria, vt non consumamur inopia. Dormiebat Ionas
sopore graui, & gubernator nauis redarguit eum dicens, quid
*Iudic. 4.* tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, si forte reco
*Iudic. 16.* gitet Deus de nobis, & non pereamus. Sisara iacens opertus
*Hie. 7.* pallio, clauo concussus est in terra à Iael. Samson dormiens inter
genua Dalilæ fuit captus, & indigne tractatus. Porro Hier. 7.
dicit dominus contra eos qui respuũt salutares suas admonitio
*Isa. 5.* nes, quia locutus sum apud vos mane consurgens, & loquens,
*Psal. 80.* & non audistis, & vocaui vos, & non respondistis, faciã domui
huic, sicut feci Silo, & proijciam vos à facie mea. Itẽ illud
Isa. auferam sepem eius, & erit in conculcationem. Item Da-
uid ait, non audiuit populus meus vocem meam, ideo dimisi

eos

A eos secundum desideria cordis eorum. Porro si quis sponte sua agros tuos nullo pretio, sed sola charitate inductus, deriuatis aliunde aquis irrigaret, non dubium, quin illum vicissim amares: tu tamen illo ipso tempore quo Deus pluuijs suis irrigat agros tuos diuinis inspirationibus, illum nouis sceleribus violas & offendis: hoc autem quid aliud est, quam quod filij Israel in deserto fecerunt? Domino enim in monte leges dictante, quibus ad sempiternæ felicitatis viam eos dirigeret, illi tamen in valle positi vitulum fabricant, quo eũ ad iracundiã impijssime B prouocarent.

*Simile.*

*Exo. 32.*

### *Timor Dei quantum conducat.*

ACcepit *autem omnes timor, & magnificabant* Deum. Satis quidem ex his verbis constat, quam salutaris sit Dei timor, cum magnificarent Deum. Mirari prorsus non desino, ait Lau. Ius. quonam modo fiat, vt hi apud quos per fidem constat alteram esse vitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus intollerabilia irrogantur supplicia, non compungantur iugi- C ter, & timeant, conuersationemque suam laudabiliter ducant, non qualem commendat mundus, sed qualem approbat Deus: præsertim cum decurrente tempore absque interuallo quotidie cognoscant se appropinquare morti, atque astare iudici qui falli non potest cum sapientia sit, nec terreri, cum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, cum sit diues, neque illi quidquam occultari, cum omnia nuda & aperta sint ei, qui nullius personam accipit, nullumque delictum impunitum relinquit, sed cuncta hominum errata districta examinatione dijudicat, singulis merita condigna retribuens. D Quod si testimonia etiam quæras, propter quæ Deum timere debeas, multa in medium proferri possunt. Vide siquidem quomodo combusserit Deus duos illos filios Aaron, quod ausi essent accedere ad sanctuarium. Quid commemorem quam seuere punierit Angelos malos, & quantum diluuium in orbem immiserit, quomodo Sodomam combusserit, hierico deuastauerit, Amalechitas destruxerit, Hierusalem euerterit & Samariam? Ex his igitur & multis alijs satis liquet quantopere Deum timere debeamus, cum videamus tanta eum se ueritate persæpe vti. Vnde Apost. dicit, horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Cæterũ præceperat olim dominus filijs Israel, vt si ad expugnandam aliquam ciuitatem accederent,

*Lau. Ius. de contẽp. mun. c. 1.*

*Timeamꝰ Deũ quoniã veniet iudicium.*

*Leui. 10.*
*Iosue. 6.*
*1. Reg. 15.*
*Gen. 7.*
*Thre. 4.*
*Osee 14.*
*Heb. 11.*
*Deu. 20.*

primum ei pacem offerrent, quam si ciues recepissent, cunctus E
populus qui in ea esset, saluus & incolumis relinqueretur: si ve-
*Ex misericordia dei proficiamus.* ro eam accipere renuissent oppugnari iubebat & interfici omne masculinum in ore gladij Hanc legem quam dominus hominibus erga homines tulit, ipse etiam cum hominibus simili tenore custodiuit: prius enim pacem & misericordiam suam hominibus offert, nolentes vero eam recipere, aut ea in suam perniciem abutentes, debitis supplicijs pro eo ac eorum improbitas meretur, plectit. Misericordiam ergo suam prius offert, in eos
*Chry. ho. 6 in 1. ad Timo. 4.* vero qui misericordiam reijciunt exercet iustitiam. Imitare pueros, ait Chry. qui scholis traduntur & liberalibus disciplinis, F
qui cum viderint socios & contubernales suos rationem reddere eorum quę didicerint, eosque qui negligentiores fuerint, cædi,
*Timeam' Dei supplicia.* ac per singulos discuti, concidique verberibus, admonetur quid de se sperare debeant, & pene præ timore moriuntur: acsi quis ex socijs eos flagris plurimis forte ceciderit, nequaquam irascũtur, cum metus ille animum penitus occupauerit neque magistrum interpellare audent, sed vnum tantum intuentur, quo pacto scilicet ingredi & egredi sine verberibus posint, solumque id tẽpus semper versatur ante oculos, & cum excesserint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate, tu vero stans, ac G
*Galfri.* pro tuis sceleribus deprecans, non exhorrescis aliorum peccata
*Psal. 24.* animo? væ peccatori qui in securitate degit, ait Galfri. quia repẽtina ei superueniet calamitas, & turbatio. Si iusti & sancti timent, quęnam igitur erit peccatoris securitas? Beneplacitum est domino super timentes eum, ait Propheta: & in eis qui sperant
*Chry. in ser. quomodo primus ho. prælat. sit omni crea. to. 1.* in eo. Vtrumque enim habere oportet, & timorem & spẽ, quia timor nos solicitat, & spes ipsa solatur. Vinum timoris, animæ vulnera sanat, & oleum spei nostræ in Deum similiter. Timete dominum patientem ait Chry. ne seuerum iudicẽ sentiatis: corrigat te dilatio differentis, ne censura puniat iudicantis: facile e- H
nim obsequio tuo facies Deum propitium, si conuersus iam mutaueris vitium. Cum vsura enim redditur quidquid dilatione temporis fæneratur: nec esse iam poterit impunitum, cui mora temporis non potuit dare remedium.

Satis quidem nouerat, ait Lau. Iust. regius vates, quantum
*Lau. Ius. lib. de lig. vi. c. 4.* conduceret timor Dei, cum diceret: venite filij audite me, timorem domini docebo vos, non cursus syderum, non rerum naturas, neque cælorum secreta, sed domini timorem docebo: il-
*Psal. 33.* lorum enim scientia sine Dei timore inflat, timor autem domini
*Psal. 111.* absque scientia illorum saluat. Beatus nãque vir non qui multa nouit,

A nouit, sed qui dominum timet,& in mandatis eius volet nimis. Non aliud is debuit sapientiæ suæ & doctrinæ exordium sumere, quam à timore domini, nam & ipsius sapientiæ initium est timor domini. Porro de hoc sancto timore dicit Isa. à timore tuo domine concepimus,& peperimus spiritum salutis. Non laudo timorem illum qui oritur ex amore sui & & diffidẽtia Dei: de eo enim ait Dominus, nolite timere pusillus grex: sed laudo timorem de quo ait Deus, Dominum Deum tuum timebis. Item Iosue ait, timete Deum, & seruite ei corde perfecto. Et a-
B pud Mat. timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Conuertite quæso paulisper, ait grauis quidam doctor, mentis oculos ad Niniuitarum pænitẽtiam. Ingressus quidem Ionas in ciuitatem, magnis vocibus clamare quidem cæpit, adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur, & statim omnes pænitentiam egerunt. Qualis autem erat, quamque miseranda illius magnæ vrbis imago, cum vno atque eodem tempore, hinc balatus pecorum inde mugitus boum, hinc rugitus esurientium iumentorum, inde clamor paruulorum atque fæminarum trepidãtium aerem compleret, & omnia confusis vocibus personarent.
C Quæ igitur huius tantę pænitentiæ causa extitit? non alia certe quam mortis metus & pręsentis vitę amor: cuius etiam vel dubia spes, adhunc tantum mærorem, timorem & luctum impulit, ait enim rex, quis scit si cõuertatur & ignoscat Deus,& non peribimus? Nunc ad vos fratres, si huius momentaneæ vitæ amor, si mortis metus, quæ momento temporis vitam eripit, tantum hominibus mærorem atque pauorem incussit, quid nos facere par est, ante quorum oculos & sempiterna vita, & sempiterna item gehennæ mors proposita est? Quis igitur adeo stupidus, adeoque sibi ipsi inimicus erit, qui hoc tam salutare cõmer-
D cij genus, non libenter amplectatur, in quo breui, exiguoque labore, tot pænas vitare, totque bonis frui valeat? O detestabilem amentiam! ô stuporem execrandum! ô amentiam, & spiritualem animorum phrenesim, quæ homines in tanto periculo constitutos, ridere, ludere, epulari, & lætum diem agere facit. Ad hanc sane hominum cęcitatem explicandam, verba desunt, mens deficit, affectus succumbit,& omnes ingenij humani vires exiguæ videntur Cæterũ resurrectiones septẽ fuerunt ante Christi resurrectionem, præcedentes. Quarum prima est filij Sareptanę. Secunda filij Sunamitidis, tertia quã fecit Helisæus quarta quæ fuit in Naym, quinta filię Archisinagogi 6. Lazari, 7. in Christi passiõe multa corpora sanctorum. 8. fuit Christi

*Isa 26.*
*Deut. 6.*
*Iosue 24.*
*Mat 10.*
*Lu. Gra.*
*Iona 3.*
*Timeam' Deum & pænitentiã agamus.*
*Iona 3.*
*Timem' temporalẽ mortẽ potius quam æternam.*
*Magna est cæcitas nostra.*
*D. Amb. super Luc*

## *FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO PRIMA.



*RAT quidam languens Lazarus.* Ioan. 11. Multi cum aliquem bonum & Deo acceptum, mali aliquid vt morbum, vt paupertatem, & huiusmodi perpeti vident, perturbantur, ait Chry. sane ignari hoc maxime Dei amicis contingere. Nam & Lazarus & amicus Christo, & ægrotus erat, vt ex mittentibus intelligitur. Porro inter omnia miracula quæ fecit Dominus noster Iesus Christus, vt ait D. Augustin. Lazari resurrectio præcipue prædicatur. Et Cyril. ait, quod inter omnia miracula quæ Dei filius vt suam panderet diuinitatem operatus est, supereminet hoc, & quasi quendam obtinet principatum. Nam idcirco mori permisit Lazarum, vt eũ nouo & omnibus seculis admirando ordine suscitando, sese vitæ, mortisque dominum declararet. Suscitauerat dominus filiam Iairi principis Synagogæ, ait Chrysolo. Sed adhuc funere calente, sed adhuc mediante morte, corpore adhuc præsente, adhuc inter homines homine morante. Suscitat & vnicum matris, sed sic vt retineret pheretrum, vt anticiparet sepulchrum, vt corruptionem suspenderet, & præueniret fœtorem, vt ante mortuo vitam redderet, quam tota mortuus iura mortis intraret. Circa Lazarum vero quod geritur, totum singulare est, cuius mors, cuius resurrectio, commune nil habet cum prædictis, quem circa & vis tota mortis impleta est. Cæterum & ideo mortem Lazari vsque ad quatriduanum tempus protendit, vsque ad fœtorem præualere permittit, vt discipuli dubium non haberẽt, posse dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum seruum vidissent post quatriduum surgere iam fœtentem, & crederent illum facile posse sibi vitam reddere, qui alium taliter reuocarat ad vitam.

*Chry. in Ioan. ho. 61. to. 3.* F

*Aug. trac. 49. in Io, to 9.*

*Cyril. in Ioan. li. 7 c. 14.* G

*Chrysolo. ser 63.*

*Marci. 5.*

*Luc. 7.*

*Resurrectio Lazari celeber rima.* H

*Maria autem erat quæ vnxit dominum.* Historiæ scriptor proprio cognomine Mariæ prætermisso, ab insigni virtutis officio illã cognominat. Familiare enim est his qui præclaris facinoribus nomen suum clarius reddiderunt, omisso proprio cognomine, ab egregio virtutis opere nouum sortiri cognomen. Sic enim apud Romanos Scipio ab Aphrica deuicta Aphricanus est appellatus. Sic etiam M. Fabius Maximus, quia cunctatione sua Anniba-

*Scipio cur dictus Africanus.*

A Annibalis vires fregit, & Rempub. periculo liberauit, cunctator est appellatus. Atque vt de nostris exemplum illustrius commemorem, sic etiam Paulus qui se Apostolum in literis suis cognominare solebat, vbi propter Euangelij prædicationē in carcerem & vincula coniectus est, prætermisso Apostoli nomine, quasi vinculorum nomen esset illustrius, vinctum se Christi Iesu in epistolis inscripsit. Sic ergo Maria nostra ab illo singulari pietatis officio, quo dominicos pedes lachrymis lauit, capillis tersit, & vnguento vnxit, non modo nomen, sed etiam honorem & gloriam, nulla vnquam obliuione delendam, adepta est. *Roma.1.* *Ephe.3.* *Luc.7.*

B

*Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: domine, ecce quem amas infirmatur.* Perinde est acsi dicerent: tua hic domine causa agitur, amici tui salus periclitatur: amici ergo fidem & veræ amicitiæ leges æquum est te seruare, & hanc salutis causam, tuam ducere, quandoquidem amicorum omnia sunt communia, vt fertur, siue illa secunda, siue aduersa sint, maximeque proprium veræ amicitiæ sit, amicis in rebus aduersis non deesse. Hinc Demetrius Phale. Dicere solitus erat, amicos in rebus lætis adesse vocatos debere: in aduersis non vocatos. Quocirca merito Epicurus à Seneca reprehenditur, qui amicum quærendum esse dicebat, vt haberet homo qui sibi ægrotanti assideret, qui succurreret in vincula coniecto: imo vero ait Seneca, amicum quæram cui ægroto ego assideam, & circumuentum hostili custodia liberem, vt habeam pro quo mori possim, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam. Hoc enim verę amicitiæ proprium est. Ingrauescente igitur in dies Lazari morbo, legationem sorores ad dominum his verbis misere. *Amicos quomodo tractet de⁹.* *Deme. Pha.* *Epicu.* *Sene.* *Amici ad quid parandi.*

C

*Domine ecce quem amas infirmatur.* Breuis quidem oratio, sed fide tamen & dilectione longa. Magna enim fiducia orationem fecit breuiorem: neque enim crediderunt longis verborum ambagibus, multisque aut rationibus, aut obsecrationibus opus esse ad eius misericordiam excitandam, qui intra se miserandi & benefaciendi in ipsa sua bonitate causam habebat. Sic regius vates cum delictorum suorum veniam peteret, non in suis meritis, sed in illo ipso quem orabat, miserandi rationem ponit, cum ait: quia apud te propitiatio est: hoc est Domine in te quidem ipso causam habes cur mei miserearis. Etsi enim ego commisi vnde me damnare possis, tu non amisisti vnde saluare soles, nēpe naturalē bonitatē & clemētiā, quarū *Oratio qualis esse debeat.*

D

officio maxime delectaris. Qua enim liberalitate fons influit, E
sol illuminat, terra germinat: eadem ille misericordiæ parens omnium miseretur, & omnes suppliciter ad se confugientes, benigne recipit: cuius rei sorores istę non modo fidem habebant, sed etiam frequenter periculum fecerant. Porro Cyril. ait quod dominus nunciata infirmitate Lazari, quousque quatriduum post mortem eius compleretur, suscitare distulit, vt mirabilius suscitaret: permisit vt moreretur, sepeliretur, & dicerent quoniam fætet, vt nullus posset dicere quoniam non- F
dum defunctum eum suscitauit, sed stupor fuit,& non mors. *Infirmitas hæc non est ad mortem.* Admiratione dignum est, ait Chry. quod audientes sorores infirmitatem illam non esse ad mortem, inde mortuum videntes, non sunt scandalizatę, cũ contra videretur accidisse, sed ei obuiam potius exierunt magna cum fiducia. *Sed pro Dei gloria.* Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis pro fuit, ait Aug. hoc est ergo quod ait non est ad mortem, quia ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent in Christum.

*Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eo-* G
*dem loco.* Cur non statim accurrit, vt amicis supplicantibus opem ferret? In promptu ratio est, euentus namque consilium domini facile declarat: si enim statim abisset, non vitam mortuo, sed salutem ægro reddidisset, quam alius naturæ, alius medicinæ, alius etiam casui tribueret, pauci diuinæ virtuti: atque ita opus hoc nec tam magnifice gloriam Dei illustraret, nec tantum homini beneficium contulisset, ideoque dedita opera distulit remedium, vt maius impenderet beneficium. En quo tēdat diuinę miserationis dilatio, quantumque vtilitatis ex ea dilatione sequatur. Medicus enim ille cælestis sicut potest sanare, ita scit quan- H
do vtiliter sanare debeat: frequenter enim cito concessa nocēt, quæ diu dilata profuissent. Hinc discamus fratres, patienter domini misericordiam præstolari: non enim tardat dominus: saluti nostræ magis hac mora consulitur: ideoque pij omnes propheticum illud in mente semper habere debent, qui crediderit, non festinet: etsi moram fecerit, expecta eum, quia veniēs veniet, & non tardabit. Quod quidem sanctus ille Iob tot modis à Deo specie tenus destitutus ita cōstāter faciebat, vt vere dicere potuerit, etsi me occiderit, sperabo in eum, hoc est, poterit mihi mors vitam eripere, spem eripere nullo modo poterit quidem mors ipsa. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Quasi dicat, ait Lyra. Si voluntatem habebant me lapidandi, modo

*Magna Dei misericordia.*

*Cyril. in Ioan. li. 7 c. 15.*

*Chry. in Ioan. ho. 61. to. 3.*

*Aug in Io tract. 49. to. 9.*

*Quæst.*

*Respon.*

*Differt Deus remedia ad maius bonum nostrum.*

*Isa 28.*

*Iob 13.*

*Lyra. in Ioan. 11*

A modo tamen non facient, quia mutato tempore potest voluntas mutari: erat enim prouerbiũ apud Iudęos, & adhuc est apud nos, quod loquẽdo de mutatione propositi dicitur: duodecim horæ sunt diei, & ideo saluator vsus est tali modo loquendi. *Si quis ambulauerit in die, non offendit.* Id est vt ait Ambr. qui Christum in omnibus sequitur, per eius vestigia vsque ad æternæ lucis soliũ transmeabit: sicut ipse patrem pro nobis adhuc in corpore constitutus orat dicens; pater volo vt vbi ego sum, ibi sint & hi qui in me crediderunt. *Lazarus amicus noster dormit.* Cur dormientem B appellat quẽ mortuũ sciebat? Causam ipse insinuat cum amicum nominat, Dei enim amici non mori, sed dormire dicuntur, cum extremum diẽ claudũt. O felicissimos illos, quorum mors non mors sed somnus appellatur. Amicus vocatus est Lazarus, & postea resuscitatus est fætidus, ait Aug. vt ostendatur quod quamuis peccauerit homo, si tamẽ fiat amicus Dei, viuere poterit spiritus eius, sed interdum magno opus erit clamore & multorũ fletu, & prius tolletur lapis, atq; cordis duritia ex animo pelletur, quã tollẽt intercessores & prædicatores, verbo Dei. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos.* Scio inquit quia mortuus est, ait C Aug. ęger enim, non mortuus fuerat nunciatus, sed quid lateret eum qui creauerat & ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait, gaudeo propter vos, vt credatis, quia non ibi erã, vt iam inciperẽt admirari, quia dominus dicere potuit mortuum, quod nec viderat, nec audierat. *Inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Quatuor dies dicit, ait Lyra. ad certitudinem mortis, quia licet sint aliquæ infirmitates latẽtes, quibus videtur aliquis mortuus ad tempus, hoc autem nõ durat per quatuor dies. *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Verum enimuero, ait Chry. etiam cum alijs malis hic muliebris morbus iam præualuit, ostentant planctus & dolores suos, cruen D tant brachia, scindunt capillos partim ob dolorem, partim ad ostentationem. Nonne te Deum offendere arbitraris? Quænam insania? nonne ridebunt gentiles? nonne fabulam putabunt religionem nostram? Dicent enim nullam esse resurrectionẽ, illusiones omnia Christianorum dogmata & fallacias putabunt. Haud enim aliter quam si nil post mortem remaneat, mulieres aliquæ lamentantur. Certe si firmissime crederẽt mortuum iustum non esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, non vtique tanquam si perisset deplorarent, non tantas efferrent voces incredulitatis indices. Non ita gentiles videntur effæminati: multi apud eos Philosophati belle videntur: nam cum mater aliqua

*Lyra in Ioan. 11.*

*Amb. lib. 2 de myst. Pascha. c. 5.*

*Ioan. 17.*

*Aug. li. de ... & fal. pan. c. 3. to. 4.*

*August. in Ioan. trac 49. to. 9.*

*Lyra. in Ioan. 11*

*Chry. in Ioan. ho. 61. tom. 3.*

*Flere defunctos nimium quã ... vituperabile.*

audisset filium in bello cecidisse, mox rogauit quomodo se respub haberet. Et alius Philosophus cum audisset pro patria filiũ cecidisse, vt fortiter occubuisse cognouit, in capite statim coronam repôsuit. Ideo pudere nos debet quod cum gentiles ita sapiant, nos tamen adeo imprudentes simus qui mysterium resurrectionis credimus. Vis mortuum honorare? alia via tibi procedendum est, videlicet vt pro eo ores & eleemosynas des. E

*Exemplũ*
*Exemplũ*

*Calamitates ad nostrum commodũ mittit Deus.*

*Lazarus mortuus est.* Solet tibi Deus interdum auferre filium, propterea quod nouit te pro ipso sæpe illicite bona acquirere, & tamen post eius mortem adhuc idipsum facis: quid ergo de te sperandum fuerat si vixisset? Moritur filius vt viuere possit pater, & tamen pater vtrumque perdere vult. F

*Resurget frater tuus.* Vide obsecro quantam dilationem, quantasque interrogationes & responsiones pręmittat dominus, quã varias etiam conditiones antequam in hanc vitam Lazarum reuocaret: non ita se gessit in duobus illis alijs quos suscitauit. Hic enim Lazarus quatriduanus, vetus peccatum iam consuetudine firmatum signat. Cum ergo priores illos duos mortuos dominus simplici verbo vita donauerit, hunc vero tam insolito modo, non obscure declarauit quantum hoc peccati genus ab alijs differat, siue peccati grauitatem, siue remedij difficultatem spectare velis. Voluit igitur cælestis magister tot signis & cæremonijs ingens malum consuetudinis & vetusti sceleris periculum designare. *Vbi posuistis eum?* Scisti quia mortuus sit, & vbi sit sepultus ignoras? ait Aug. sed ista significatio est, quia sic perditum hominem quasi nescit Deus: nõ ausim dicere nescit. Quid ille nescit? Sed quasi nescit: vnde hoc probamus? Dominum audi dicturum in iudicio: non noui vos. Quid est, non noui vos? non vos video in luce mea, non vos video in illa iustitia quam noui. Sic tanquam nesciens talem peccatorem: dixit: vbi posuistis eum? Talis est vox Dei in Paradiso postquam homo peccauit, Adam vbi es? mulieres increpat, ait Chrysolo. hoc est quem ego posui in Paradiso, in regione vitæ, ecce vos vbi posuistis eum *Lachrymatus est Iesus.* Mariæ loquenti nil Christus loquitur, ait Cyril. neque ea dixit quæ sorori dixerat, turba enim aderat multa, & non erat tempus illorum verborum, sed condescendit & humiliatur, ostendens in se naturam humanam. Quia enim miraculum magnum erat futurum, & multos per id lucraturus erat, sua condescensione & lachrymis attrahit testes, & humanam monstrat naturam, infremendo & seipsum turbando. Porro fremitus iste in Christo, processit ex eius indignatione G H

*Mar. 5.*
*Luc. 7.*
*Mala consuetudo difficile tollitur.*
*Aug. in Ioan. trac. 49. to. 9.*
*Mat. 7. & 25.*
*Chrysol. ser. 64.*
*Cyril. in Ioan. lib. 7. c. 20.*

A gnatione contra diabolum, cuius inuidia & suggestione mors intrauit in orbem terrarum, quam breui erat debellaturus, & mortis aculeum sua morte destructurus. Infremuit igitur quasi minas Sathanæ & morti intentans, quę & ipsum Lazarum strauerat, *Lachrymatus est.* Erudiens nos quomodo charos nostros vita defunctos, moderatis & lege rationis temperatis lachrymis flere debeamus. Nam ex toto nec compati, nec flere, ferinum potius videtur. Audiamus ergo Apost dicentem, nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini &c. Sap. 2. Moderate lugēdū

B *Lachrymatus est Iesus.* Age vero paulo altius huius dominici fletus causæ indagandæ sunt: magnam siquidem rem esse necesse est, pro qua rerum omnium dominus lachrymas fundit. Homines enim temere frequenter lachrymari solent, qui vt Propheta ait, frustra pro rebus nihili conturbantur: Dei vero filiū hoc est Dei sapiētiam, quis frustra lachrymari credat? Cum is præsertim nec flagellis cęsus, nec spinis coronatus fleuisse legatur. Ter enim illum fleuisse Sacrę literæ produnt. Primumquidem cum à Martha hodie audiuit vbi Lazarus esset positus, deinde quando videns ciuitatem, fleuit super illam, ac denique cum pro nobis in 1. The. 4. Psal. 38. Ioan 11. Luc 19. Heb. 5.

C cruce clamore valido & lachrymis orauit. Quaquidem in re immensa eius charitas elucet, qui in suis doloribus numquam, pro nostris autem sæpe lachrymatus est. Ad huius igitur diuini fletus causam, sciendum est inter alia sapientum & stultorum discrimina, hoc vel præcipuum esse, quod insipientes in rebus quas cernunt nil aliud quam res ipsas, hoc est externam rerum faciem cernunt: sapientes vero ex rebus omnibus quas vidēt, Philosophandi ansam arripiunt, dum ex his quæ vident, ad ea quæ non videntur, vel ex causis effectus, vel ex effectibus causas agnoscunt. Hoc igitur in loco dominus cum de Stulti solū videntur præsentia videre.

D morte & sepultura sermo incidisset, in mortis causam videlicet peccatum, oculos coniecit, quod huius tanti mali origo extitit: inuidia enim diaboli peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors. Cū ergo tumuli ei locus ostensus esset, eius sentētię quæ aduersus hominē propter peccatum lata est, illi venit in mentē, puluis es, & in puluerē reuerteris: nō ergo propter viri iusti mortem, quæ prætiosa est in conspectu Domini, lachrymatur, quæ nec humanis quidem lachrymis digna est; sed quoniam mors primogenita peccati filia & effectus erat, in effectu causam, & in filia matrem, hoc est peccatum à quo mors processit, cōtēplatus est. Vtrāq; igitur Christ⁹ hōis miseriā deflet, peccatum scilicet & peccati pænā, in cui⁹ deformitate causę suæ, Rom. 5. Gen. 3. Psal. 115. Mors propter peccatum.

hoc est peccati deformitatem vidit. Quid enim est cadaueris E
horrifica specie vel odore tetrius, vel aspectu truculentius, vel
contagio pestilentius? In hac igitur horrenda specie, peccati
fęditatem & vidit & horruit. Annon igitur hæc causa digna fuit
quæ ipsi quoque salutis & vitæ fonti, lachrymas excuteret?
*Vt vidit eam plorantem.* Lugenda quidem est mors viri optimi,
propterea quod plurimum videatur Reipub. nocere. Vide enim
Gen. 18. obsecro propter intercessionem iusti Abrahę quomodo Deus
vellet parcere Sodomæ si paucissimi tantum ibi essent iusti. Vi-
de etiam quomodo in euersione Sodomæ, Deus inde eduxerit F
Loth. Aliquando igitur Deus nos punit in morte alicuius iusti.
Gen. 19. Quando voluit Deus destruere & punire Hierusalem, prius inde
*Boni quã sint vtiles Reipub.* eduxit regem Ioas, & post quam eius virtutes recensuit, dixit ei
quod dormiret cum patribus suis, ne videret tanta mala gentis
suæ. Sunt ergo iusti columnæ quędam reipub.
4. Reg. 22 *Ecce quomodo amabat eum.* Consuetudo est hominibus ait Cy-
Cyr. in Io. li. 7. c. 21. ril. mortuos lugere, quos charos in vita habebant. Secundum
ergo hanc consuetudinem Iudęi dominum flere putabant, cum
tamen potius humanam dominus miseriam deploraret, duræ G
mortis seruituti subiectam, & tristem Lazari deflebat sortem
Que. ad hanc vitam miseriarum plenam reuocandi. *Tollite lapidem.*
Res. Sed quare dicet quispiam, non lapide iacente suscitauit eum?
Nonne poterat qui corpus mortuum voce mouit, etiam multo
Ioan. 9. magis lapidem mouere? Sed noluit hoc facere, vt eos testes faciat
miraculi & non dicant quod in cæco dixerunt, non est hic. Ma
nus enim & accessus ad monumentum, testabãtur quod ipse est.
Vnde & Chrysolo. ait, inter diuinas virtutes, humanum Chri-
Chrysolo. ser. 65. stus requirit auxilium? non sufficit amouere lapidem, qui mor-
tem sufficit effugare? Sepulchri claustra reserare non valet, qui H
portas tartari pręualet aperire? Sed dixerat per Prophetam, au-
Ezech. 11. feram cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum:
præcipit ergo vt Iudæi ipsi cor lapideum tollant, euoluant per
fidiæ saxum, silicem duræ incredulitatis excludant, quate-
nus animæ per infidelitatem mortuæ, de sepulcro pectoris pro
silirent.

*Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* In primis gratias
Cyril. li. 7. Ioan. c. 22 agit de præteritis, quod eum audiuerit pater, vt ad maiora
post modum accipienda beneficia nos instruat, si prius de ac-
Ori. in Io. to. 28. ceptis gratias egerimus. Porro inquit Orige. quod simulat
que sublatus est lapis ille, regressa est anima Lazari in corpus
ipsius, ita vt quando Christus dixisset gratias ago, quidem
statim

A statim effecta esset susci tatio Lazari. Vnde ait, si homines Deo seruientes ita protinus Deus audit, vt dicat, ecce adsum, quid de oratione Christi dicendum erit? Certe vel antequam preces incipiat, suscitationem concedit pater. Erat igitur oraturus pro Lazari suscitatione Christus, & ecce præcurrens pater audit statim quæ in oratione dicenda erant, & idcirco gratias agit: orationem quidem adiunxit, sed præcurrente eius orationem illo qui ei dixerat, antequam loquaris, dicam, ecce adsum, & quasi auditus in his quę cogitasset quidem, sed nondum dixisset, hęc ait: pater gratias ago tibi quoniam audisti me: in quo duo facit, dū & gratias agit pro his quę consecutus erat in lazari causa, & circunstantem populum ad fidem adducit. Se autem auditum esse cognouit, quoniam spiritu intellexit animam Lazari esse restitutam, cum ad corpus missa esset ex animorum regione, & cum eā intrantem per eum locum vnde lapis sublatus est, vidisset, pater ait, gratias ago tibi quoniam audisti me. Itaq. postquam patri egisset gratias, magna voce vsus est, quę Lazarum è sepulchro eduxit, quod quidem fuit & alterum miraculū. Et aduerte quod voce sublata non postulat à patre vt Lazarus viuat: sed viuenti potius iam Lazaro imperat vt egrediatur foras: non ait surge, sed ait magna voce, Lazare veni foras.

*Orige. de resurrectione Lazari sententia.*

B

*Notabile miraculū.*

C

*Lazare veni foras.* Mortuo Lazaro qui magna mole premebatur, nequaquam dicitur, reuiuisce, ait Grego. sed Lazare veni foras, ex qua scilicet resurrectione intelligimus qualiter nos suscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur, veni foras, vt nimirum homo in peccato suo mortuus, & per molem prauæ consuetudinis iam sepultus, qui intra conscientiam suam absconsus iacet per nequitiam, à se ipso foras exeat per confessionem, Mortuo enim, veni foras dicitur, vt ab excusatione & occultatione peccati, ad accusationem accedat. Vnde Dauid ab illa tanta mole patrati facinoris reuiuiscens, ad vocem domini quasi foras exijt, dum per Nathan correptus, quod fecerat accusauit. Quia igitur hæc occultationis culpa in humano genere vehementer excreuit, bene beatus Iob cum diceret, si abscondi peccatum meum, interposuit, quasi homo: hominis quippe esse proprium conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descendit. *Magna voce clamauit.* Quam difficile surgit, ait Aug. quem moles prauę consuetudinis præmit, sed tamē surgit, & occulta gratia intus viuificatur. *Et statim prodit qui erat mortuus, ligatus &c.* Ligatus exijt, ait Cyr. vt non putaretur esse phantasma. Sed & hoc quod exibat ligatus non videbatur minus esse miraculum:

*Gre. l. 22. Mo. c. 13.*

D

*Dimittamus peccata.*

*2 Re. 12.*

*Iob. 31.*

*Gen. 3.*

D. *Aug.*

*Cyril l. 7. in Ioan. c. 23.*

iussit autē dominus eū solui, vt videlicet tāgentes & ei appropinquantes, videant quia vere est ille. *Veni foras*. Tunc tartarus ait Chrysolo. ligatus manibus & pedibus, Lazarū retulit ad superna, timens & tremens, nedū soluit, ne dū moras facit, ne dum tardius refert vnum, omnes cogeretur adferre: sic factus est viuorū relator, qui raptor esse consueuerat mortuorum. Hanc diuinæ virtutis Vocem audiuit terra, audiuit cælum, audierunt inferi manes, audiuit etiam surdissima & inexorabilis mors, & tantę vocis tonitru perterrefacta, præcipienti paruit, & depositum quod seruandum acceperat, reddidit. Adhuc teter cadaueris fætor in naribus astantium erat, cum ad hanc vocem vident (mirabile dictu) rediuiuum corpus attolli & in sublime à terra erigi, cui nec mors, nec vincula quibus ligatū erat, impedimēto fuere quo minus è tumulo prodiret, & corā astātibus ambularet. Itaq. inferi animā, terra corpus, mors vtrūq. restituit. Hoc igitur Lazari miraculum, maximum diuinitatis Christi testimonium dabat, adeo vt omnes Iudæorum tenebras tanta lux discutere sufficeret: ea tamen eorum cæcitas extitit, vt hoc tanto signo non modo nō deposuerint perfidiā, sed etiā inde occasionē sūpserīt dominū crucifigēdi: sicut enim in desperato morbo sæpe in venenū remedia vertūtur: ita mētes obduratę, etiā remedijs interdū deteriores fiūt ideo orādus est Deus ne nos in reprobum sensum cadere permittat.

*Chry. ser. 65.* — *Infernus & mors obediunt Christo.* — *Mali ex bonis eliciūt mala* — *Simile.* — E — F — G

## FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO SECVNDA.

*Calamitates immittit Deus amicis suis.* — H



ERat quidam languens Lazarus. Io. 11. Satis quidem ex hoc euāge. cōstat, quomodo Deus soleat amicis suis calamitates immittere & quā sint vtiles ipse calamitates, cōtra quā sentiāt multi, qui potius existimant prę clare secū actū iri, cū omnia sibi ad libitū eueni [illegible]t: in quorū persona loquens Dauid ait, quorū filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Sed contra ait propheta: beatus populus, cuius dominus Deus eius. In illo etiam errore illorum de quibus loquebatur propheta, loquentes versabantur amici Iob. cum dicerēt, quis enim vnquam

*Calamitates vtiles.* — *Psal. 143.* — *Prosperitates humanæ periculosæ.*

A quam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem &c. Veruntamen magnæ est dementiæ existimare quod solis malis veniant calamitates, & quod ipsi Dei amici semper in prosperitate versentur. Vnde propheta interrogabat dicens: quare via impiorum prosperatur? &c. Item Abacuc dicit, quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? impius præualet aduersus iustum &c. Item Iob ait, abundant tabernacula prędonum, & audacter prouocant Deum cum ipse dederit B omnia in manus eorum. Sed tamen intelligere debemus quod Deus interdum malis dat prosperitates, vt eos ita ad se cõuertat & alliciat: tum etiam aliquando vt aliqua eorum bona opera cõpenset. Contra vero iustis veniunt calamitates, vel vt aliqua leuia quæ commiserunt, hic persoluant, vel vt materiam habeãt amplius merendi & alijs exhibeant egregium patientiæ exemplum. Hinc ergo facile colligas quantus sit vulgi error existimantis eos esse felices qui semper in prosperitate versantur, & contra eos infelices qui calamitatibus premuntur. Cæterũ miscet Deus dolores cum gaudijs in hac vita, more pharmacopola C rum, qui dulcia cum amaris, & frigida cum calidis miscere solẽt Lætus quidem erat Dauid cum victoria quadam potitus esset: sed tamẽ statim nũtiũ accepit de morte amici sui Ionathæ, est ergo magna Dei misericordia erga nos, vt gaudia huius vitæ nobis contẽperet cũ fletu. est etiã magna misericordia quod postquã præclare operati simus, calamitatẽ aliquã incurramus: sicut contra nõ videtur felix nostræ salutis indiciũ quod cũ male operati fuerimus, tamen laboribus non premamur, sed potius in iucundis semper versemur. Sane cum Iob Deo sacrificasset, ecce quantæ calamitates ei successerint, & quomodo cõuiuium in lu D ctũ cõuersum fuerit, quomodo bona oĩa ei' dilapidata sint & vastata. Vide etiã quãta calamitate percussus fuerit Tobias qui tam diligẽter occupabatur in sepultura mortuorũ. Vide etiam in hoc Euãgelio quãta calamitate percussæ fuerint Maria & Martha propter mortem fratris, cum tamen passim occuparentur in obsequijs præstandis, & cibis parandis ipsi Christo. Cæterũ obserua quod istæ calamitates quæ viris iustis eueniunt, tandem in gaudiũ cõuertuntur: & nõ prosperitates quæ malis cõtingunt. Vnde Baruch ait, nutriui illos cum iucunditate, & dimisi illos cum fletu & luctu.

Labores quidem dat nobis Deus, vt vita nostra ceu horologiũ quoddã præclare cõsonet: vt enim sine põderibus horologium statim

*Iob. 4. Magna est dementia eorum qui cẽsent malis tantum cõtingere calamitates. Hie. 12. Abacuc. 1. Iob. 12. Prosperitates cur veniãt malis. Calamitates cur eueniant bonis. Simile. 2. Re. 1. Iob. 1. Tob. 2. Calamitates quomodo Deus mittat amicis suis. Baruch. 4 Simile.*

in peccati cęno volutantur? Si enim vt Propheta dicit, iniquitas E
Zach. 5. est quasi talentum plumbi, quo labore qui sub tam multorum
Adr. Pon pondere pressus iacet, à peccato surget? vt enim recte Adrianus
Obstinati pontifex ait, raro homines secundum vltimum potentiæ operā
peiores tur, quod hac in re opus esse videtur, cum peccatum tot sce
mortuis. lerum accessionibus fuerit auctū. O sane lamentabilis res, quod
Matt. 11. mortui Deum audiant, & non viui! Quid hoc, quod viui sur
Mat. 25. diores sint mortuis? Quod tot menses & annos habites in pecca
to mortali, & Deus te terret tū laboribus, tum per suos concio- F
natores, & audire recuses? Quid hoc, quod non habētes aures
audiant, & quod si hic Christum non audias, dicentem, venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, audies eum dicentem,
ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & ange-
Ephe. 5. lis eius? vnum ergo ex duobus elige, vel audire hic vbi dulcis est
Psal. 94. vocatio, vel audire sentētiam illam tantopere pertimescendam,
quam Deus contra peccatores & malos pronunciabit, dicens, i-
te maledicti. Qui noluerit audire venite, audiet ite, velit nolit.
Vocat nos Surge ergo tu qui dormis, & illuminabit te Christus. Hodie igi
Deus pas tur si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra Quid G
sim ad se. quæso arbitraris esse mortem vicini, vel alterius proximi, nisi
Simile. vocationem quandam, qua te Deus vocat vt ad se conuertaris,
Inspiratio & mortalis conditionis recorderis? Sed videris imitari quosdā,
nes Dei nō qui cum comedant in nocte media ante diem cinerum, & sen-
negligam' tiant duodecimam horam, dicunt esse expectandum aliud horo
Gen. 42. logium in ciuitate: sic etiam tu cum vides aliquem mori, alium
adhuc & alium expectandum censes. Non igitur te ita geras, sed
statim Deum vocantem audi In cuius rei figuram Iacob desides
filios increpauit & solicitauit dicens, quare negligitis? audiui
Iona 1. quod triticum venumdetur in Ægypto, descendite, & emite H
nobis necessaria, vt non consumamur inopia. Dormiebat Ionas
sopore graui, & gubernator nauis redarguit eum dicens, quid
Iudic. 4. tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, si forte reco
Iudic. 16. gitet Deus de nobis, & non pereamus. Sisara iacens opertus
Hie. 7. pallio, clauo concussus est in terra à Iael. Samson dormiens inter
genua Dalilæ fuit captus, & indigne tractatus. Porro Hier. 7.
dicit dominus contra eos qui respuūt salutares suas admonitio
Isa. 5. nes, quia locutus sum apud vos mane consurgens, & loquens,
Psal. 80. & non audistis, & vocaui vos, & non respondistis, faciā domui
huic, sicut feci silo, & proijciam vos à facie mea. Itē illud
Isa. auferam sepem eius, & erit in conculcationem. Item Da-
uid ait, non audiuit populus meus vocem meam, ideo dimisi

eos

A eos secundum desideria cordis eorum. Porro si quis sponte sua agros tuos nullo pretio, sed sola charitate inductus, deriuatis aliunde aquis irrigaret, non dubium, quin illum vicissim amares: tu tamen illo ipso tempore quo Deus pluuijs suis irrigat agros tuos diuinis inspirationibus, illum nouis sceleribus violas & offendis: hoc autem quid aliud est, quam quod filij Israel in deserto fecerunt? Domino enim in monte leges dictante, quibus ad sempiternæ felicitatis viam eos dirigeret, illi tamen in valle positi vitulum fabricant, quo eũ ad iracundiã impijssime B prouocarent.

*Simile.* *Exo. 32.*

### *Timor Dei quantum conducat.*

ACcepit autem omnes timor, & magnificabant Deum. Satis quidem ex his verbis constat, quam salutaris sit Dei timor, cum magnificarent Deum. Mirari prorsus non desino, ait Lau. Iust. quonam modo fiat, vt hi apud quos per fidem constat alteram esse vitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus intollerabilia irrogantur supplicia, non compungantur iugi-C ter, & timeant, conuersationemque suam laudabiliter ducant, non qualem commendat mundus, sed qualem approbat Deus: præsertim cum decurrente tempore absque interuallo quotidie cognoscant se appropinquare morti, atque astare iudici qui falli non potest cum sapientia sit, nec terreri, cum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, cum sit diues, neque illi quidquam occultari, cum omnia nuda & aperta sint ei, qui nullius personam accipit, nullumque delictum impunitum relinquit, sed cuncta hominum errata districta examinatione dijudicat, singulis merita condigna retribuens.
D Quod si testimonia etiam quæras, propter quæ Deum timere debeas, multa in medium proferri possunt. Vide siquidem quomodo combusserit Deus duos illos filios Aaron, quod ausi essent accedere ad sanctuarium. Quid commemorem quam seuere punierit Angelos malos, & quantum diluuium in orbem immiserit, quomodo Sodomam combusserit, hierico deuastauerit, Amalechitas destruxerit, Hierusalem euerterit & Samariam? Ex his igitur & multis alijs satis liquet quantopere Deum timere debeamus, cum videamus tanta eum seueritate persæpe vti. Vnde Apost. dicit, horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Cæterũ præceperat olim dominus filijs Israel, vt si ad expugnandam aliquam ciuitatem accederent, primum

*Lau. Iust. de contẽp. mun. c. 1.* *Timeamus Deũ quoniã veniet iudicium.* *Leui. 10.* *Iosue. 6.* *1. Reg. 15.* *Gen. 7.* *Thre. 4.* *Osee 14.* *Heb. 11.* *Deu. 20.*

primum ei pacem offerrent, quam si ciues recepissent, cunctus E
populus qui in ea esset, saluus & incolumis relinqueretur: si vero eam accipere renuissent oppugnari iubebat & interfici omne masculinum in ore gladij. Hanc legem quam dominus hominibus erga homines tulit, ipse etiam cum hominibus simili tenore custodiuit: prius enim pacem & misericordiam suam hominibus offert, nolentes vero eam recipere, aut ea in suam perniciem abutentes, debitis supplicijs pro eo ac eorum improbitas meretur, plectit. Misericordiam ergo suam prius offert, in eos vero qui misericordiam reijciunt exercet iustitiam. Imitare pueros, ait Chry. qui scholis traduntur & liberalibus disciplinis, F
qui cum viderint socios & contubernales suos rationem reddere eorum quę didicerint, eosque qui negligentiores fuerint, cædi, ac per singulos discuti, concidique verberibus, admonentur quid de se sperare debeant, & pene præ timore moriuntur: acsi quis ex socijs eos flagris plurimis forte cæciderit, nequaquam irascũtur, cum metus ille animum penitus occupauerit neque magistrum interpellare audent, sed vnum tantum intuentur, quo pacto scilicet ingredi & egredi sine verberibus posſint, solumque id tẽpus semper versatur ante oculos, & cum excesserint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate, tu vero stans, ac G
pro tuis sceleribus deprecans, non exhorrescis aliorum peccata animo? væ peccatori qui in securitate degit, ait Galfri. quia repẽtina ei superueniet calamitas, & turbatio. Si iusti & sancti timent, quęnam igitur erit peccatoris securitas? Beneplacitum est domino super timentes eum, ait Propheta: & in eis qui sperant in eo. Vtrumque enim habere oportet, & timorem & spẽ, quia timor nos solicitat, & spes ipsa solatur. Vinum timoris, animæ vulnera sanat, & oleum spei nostræ in Deum similiter. Timete dominum patientem ait Chry. ne seuerum iudicẽ sentiatis: corrigat te dilatio differentis, ne censura puniat iudicantis: facile e- H
nim obsequio tuo facies Deum propitium, si conuersus iam mutaueris vitium. Cum vsura enim redditur quidquid dilatione temporis fæneratur: nec esse iam poterit impunitum, cui mora temporis non potuit dare remedium.

Satis quidem nouerat, ait Lau. Iust. regius vates, quantum conduceret timor Dei, cum diceret: venite filij audite me, timorem domini docebo vos, non cursus syderum, non rerum naturas, neque cælorum secreta, sed domini timorem docebo: illorum enim scientia sine Dei timore inflat, timor autem domini absque scientia illorum saluat. Beatus nãque vir non qui multa nouit,

Ex misericordia dei proficiamus.

Chry. ho. 6 in 1. ad Timo. 4.

Timeam' Dei supplicia.

Galfri. Psal. 24.

Chry. in ser. quomodo primus ho. prælatus sit omni crea. to. 1.

Lau. Iust. lib. de lig. vi. c. 4. Psal. 33. Psal. 111.

A nouit, sed qui dominum timet, & in mandatis eius volet nimis. Non aliud is debuit sapientiæ suæ & doctrinæ exordium sumere, quam à timore domini, nam & ipsius sapientiæ initium est timor domini. Porro de hoc sancto timore dicit Isa. à timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Non laudo timorem illum qui oritur ex amore sui & & diffidētia Dei: de eo enim ait Dominus, nolite timere pusillus grex: sed laudo timorem de quo ait Deus, Dominum Deum tuum timebis. Item Iosue ait, timete Deum, & seruite ei corde perfecto. Et a-
B pud Mat. timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Conuertite quæso paulisper, ait grauis quidam doctor, mentis oculos ad Niniuitarum pænitētiam. Ingressus quidem Ionas in ciuitatem, magnis vocibus clamare quidem cœpit, adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur, & statim omnes pænitentiam egerunt. Qualis autem erat, quamque miseranda illius magnæ vrbis imago, cum vno atque eodem tempore, hinc balatus pecorum inde mugitus boum, hinc rugitus esurientium iumentorum, inde clamor paruulorum atque fæminarum trepidātium aerem compleret, & omnia confusis vocibus personarent.
C Quæ igitur huius tantę pænitentiæ causa extitit? non alia certe quam mortis metus & pręsentis vitę amor: cuius etiam vel dubia spes, adhunc tantum mærorem, timorem & luctum impulit, ait enim rex, quis scit si cōuertatur & ignoscat Deus, & non peribimus? Nunc ad vos fratres, si huius momentaneæ vitæ amor, si mortis metus, quæ momento temporis vitam eripit, tantum hominibus mærorem atque pauorem incussit, quid nos facere par est, ante quorum oculos & sempiterna vita, & sempiterna item gehennæ mors proposita est? Quis igitur adeo stupidus, adeoque sibi ipsi inimicus erit, qui hoc tam salutare cōmer-
D cij genus, non libenter amplectatur, in quo breui, exiguoque labore, tot pænas vitare, totque bonis frui valeat? O detestabilem amentiam! ô stuporem execrandum! ô amentiam, & spiritualem animorum phrenesim, quæ homines in tanto periculo constitutos, ridere, ludere, epulari, & lætum diem agere facit. Ad hanc sane hominum cęcitatem explicandam, verba desunt, mens deficit, affectus succumbit, & omnes ingenij humani vires exiguæ videntur. Cæterū resurrectiones septē fuerunt ante Christi resurrectionem, præcedentes. Quarum prima est filij Sareptanę. Secunda filij Sunamitidis, tertia quā fecit Helisæus quarta quæ fuit in Naym, quinta filię Archisinagogi 6. Lazari, 7. in Christi passiōe multa corpora sanctorum. 8. fuit Christi

*Isa 26.*
*Deut. 6.*
*Iosue 24.*
*Mat 10.*
*Lu. Gra.*
*Iona 3.*
*Timeam' Deum & pænitētiā agamus.*
*Ione 3.*
*Timem' temporalē mortē potius quam æternam.*
*Magna est cæcitas nostra.*
*D. Amb. super Luc*

## *FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.* E

## CONCIO PRIMA.



RAT *quidam languens Lazarus.* Ioan. II. Multi cum aliquem bonum & Deo acceptum, mali aliquid vt morbum, vt paupertatem, & huiusmodi perpeti vident, perturbantur, ait Chry. sane ignari hoc maxime Dei amicis contingere. Nam & Lazarus & amicus Christo, & ægrotus erat, vt ex mittentibus intelligitur Porro inter omnia miracula quæ fecit Dominus noster Iesus Christus, vt ait D. Augustin. Lazari resurrectio præcipue prædicatur. Et Cyril. ait, quod inter omnia miracula quæ Dei filius vt suam panderet diuinitatem operatus est, supereminet hoc, & quasi quendam obtinet principatum. Nam idcirco mori permisit Lazarum, vt eũ nouo & omnibus seculis admirando ordine suscitando, sese vitæ, mortisque dominum declararet. Suscitauerat dominus filiam Iairi principis Synagogæ, ait Chrysolo. Sed adhuc funere calente, sed adhuc mediante morte, corpore adhuc præsente, adhuc inter homines homine morante Suscitat & vnicum matris, sed sic vt retineret pheretrum, vt anticiparet sepulchrum, vt corruptionem suspenderet, & præueniret fætorem, vt ante mortuo vitam redderet, quam tota mortuus iura mortis intraret. Circa Lazarum vero quod geritur, totum singulare est, cuius mors, cuius resurrectio, commune nil habet cum prædictis, quem circa & vis tota mortis impleta est. Cæterum & ideo mortem Lazari vsque ad quatriduanum tempus protendit, vsque ad fætorem præualere permittit, vt discipuli dubium non haberet, posse dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum seruum vidissent post quatriduum surgere iam fætentem, & crederent illum facile posse sibi vitam reddere, qui alium taliter reuocarat ad vitam. F G H

*Chry. in Ioan ho. 61. to. 3.* *Aug. trac. 49. in Io, to 9.* *Cyril. in Ioan. li. 7 c. 14.* *Chrysolo. ser 63.* *Marci. 5. Luc 7.* *Resurrectio Lazari celeberrima.*

*Maria autem erat quæ vnxit dominum* Historiæ scriptor proprio cognomine Mariæ prętermisso, ab insigni virtutis officio illã cognominat Familiare enim est his qui prę claris facinoribus nomen suum clarius reddiderunt, omisso proprio cognomine, ab egregio virtutis opere nouum sortiri cognomen. Sic enim apud Romanos Scipio ab Aphrica deuicta Aphricanus est appellatus. Sic etiam M. Fabius Maximus, quia cunctatione sua Anniba-

*Scipio cur dictus Africanus.*

A Annibalis vires fregit, & Rempub. periculo liberauit, cunctator est appellatus. Atque vt de nostris exemplum illustrius commemorem, sic etiam Paulus qui se Apostolum in literis suis cognominare solebat, vbi propter Euangelij prædicationē in carcerem & vincula coniectus est, prætermisso Apostoli nomine, quasi vinculorum nomen esset illustrius, vinctum se Christi Iesu in epistolis inscripsit. Sic ergo Maria nostra ab illo singulari pietatis officio, quo dominicos pedes lachrymis lauit, capillis tersit, & vnguento vnxit, non modo nomen, sed etiam ho- *Rom.* 1. *Ephe.* 3. *Luc.* 7.

B norem & gloriam, nulla vnquam obliuione delendam, adepta est.

*Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: domine, ecce quem amas infirmatur.* Perinde est acsi dicerent: tua hic domine causa agitur, amici tui salus periclitatur: amici ergo fidem & veræ amicitiæ leges æquum est te seruare, & hanc salutis causam, tuam ducere, quandoquidem amicorum omnia sunt communia, vt fertur, siue illa secunda, siue aduersa sint, maximeque proprium veræ amicitiæ sit, amicis in rebus aduersis non deesse. Hinc Demetrius Phale. Dicere solitus erat, ami- *Amicos quomodo tractet deus.* *Deme. Pha.*

C cos in rebus lætis adesse vocatos debere: in aduersis non vocatos. Quocirca merito Epicurus à Seneca reprehenditur, qui amicum quærendum esse dicebat, vt haberet homo qui sibi ægrotanti assideret, qui succurreret in vincula coniecto: imo vero ait Seneca, amicum quæram cui ægroto ego assideam, & circumuentum hostili custodia liberem, vt habeam pro quo mori possim, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam. Hoc enim verę amicitiæ proprium est. Ingrauescente igitur in dies Lazari morbo, legationem sorores ad dominum his verbis misere. *Epicu.* *Sene.* *Amici ad quid parandi.*

*Domine ecce quem amas infirmatur.* Breuis quidem oratio, *Oratio qualis esse debeat.*

D sed fide tamen & dilectione longa. Magna enim fiducia orationem fecit breuiorem: neque enim crediderunt longis verborum ambagibus, multisque aut rationibus, aut obsecrationibus opus esse ad eius misericordiam excitandam, qui intra se miserandi & benefaciendi in ipsa sua bonitate causam habebat. Sic regius vates cum delictorum suorum veniam peteret, non in suis meritis, sed in illo ipso quem orabat, miserandi rationem ponit, cum ait: quia apud te propitiatio est: hoc est Domine in te quidem ipso causam habes cur mei miserearis. Etsi enim ego commisi vnde me damnare possis, tu non amisisti vnde saluare soles, nēpe naturalē bonitatē & clemētiā, quarū

officio maxime delectaris. Qua enim liberalitate fons influit, E
*Magna Dei misericordia.* sol illuminat, terra germinat: eadem ille misericordiæ parens omnium miseretur, & omnes suppliciter ad se confugientes, benigne recipit: cuius rei sorores istę non modo fidem habebant, sed etiam frequenter periculum fecerant. Porro Cyril. *Cyril. in Ioan. li. 7 c. 15.* ait quod dominus nunciata infirmitate Lazari, quousque quatriduum post mortem eius compleretur, suscitare distulit, vt mirabilius suscitaret: permisit vt moreretur, sepeliretur, & dicerent quoniam fætet, vt nullus posset dicere quoniam non- F
dum defunctum eum suscitauit, sed stupor fuit, & non mors. *Chry. in Ioan. ho. 61. to. 3.* Infirmitas hæc non *est ad mortem.* Admiratione dignum est, ait Chry. quod audientes sorores infirmitatem illam non esse ad mortem, inde mortuum videntes, non sunt scandalizatę, cũ contra videretur accidisse, sed ei obuiam potius exierunt magna cum fiducia. *Sed pro Dei gloria.* Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis pro fuit, ait Aug. hoc est ergo quod *Aug in Io tract. 49. to. 9.* ait non est ad mortem, quia ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent in Christum.

*Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eo-* G
*dem loco.* Cur non statim accurrit, vt amicis supplicantibus o- *Quæst. Respon.* pem ferret? In promptu ratio est, euentus namque consilium domini facile declarat: si enim statim abisset, non vitam mortuo, sed salutem ægro reddidisset, quam alius naturæ, alius medicinæ, alius etiam casui tribueret, pauci diuinæ virtuti: atque ita opus hoc nec tam magnifice gloriam Dei illustraret, nec tantum homini beneficium contulisset, ideoque dedita opera distulit reme *Differt Deus remedia ad maius bonum nostrum.* dium, vt maius impenderet beneficium. En quo tẽdat diuinę miserationis dilatio, quantumque vtilitatis ex ea dilatione sequatur. Medicus enim ille cælestis sicut potest sanare, ita scit quan- H
do vtiliter sanare debeat: frequenter enim cito concessa nocẽt, quæ diu dilata profuissent. Hinc discamus fratres, patienter domini misericordiam præstolari: non enim tardat dominus: sa *Isa 28.* luti nostræ magis hac mora consulitur: ideoque pij omnes propheticum illud in mente semper habere debent, qui crediderit, non festinet: etsi moram fecerit, expecta eum, quia veniẽs *Iob 13.* veniet, & non tardabit. Quod quidem sanctus ille Iob tot modis à Deo specie tenus destitutus ita cõstãter faciebat, vt vere di- *Lyra. in Ioan. 11* cere potuerit, etsi me occiderit, sperabo in eum, hoc est, poterit mihi mors vitam eripere, spem eripere nullo modo poterit quidem mors ipsa. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Quasi dicat, ait Lyra. Si voluntatem habebant me lapidandi,

modo

A modo tamen non facient, quia mutato tempore potest voluntas mutari: erat enim prouerbiũ apud Iudęos, & adhuc est apud nos, quod loquẽdo de mutatione propositi dicitur: duodecim horæ sunt diei, & ideo saluator vsus est tali modo loquendi. *Si quis ambulauerit in die, non offendit.* Id est vt ait Ambr. qui Christum in omnibus sequitur, per eius vestigia vsque ad æternæ lucis soliũ transmeabit: sicut ipse patrem pro nobis adhuc in corpore constitutus orat dicens; pater volo vt vbi ego sum, ibi sint & hi qui in me crediderunt. *Lazarus amicus noster dormit.* Cur dormientem B appellat quẽ mortuũ sciebat? Causam ipse insinuat cum amicum nominat, Dei enim amici non mori, sed dormire dicuntur, cum extremum diẽ claudũt. O felicissimos illos, quorum mors non mors sed somnus appellatur. Amicus vocatus est Lazarus, & postea resuscitatus est fœtidus, ait Aug. vt ostendatur quod quamuis peccauerit homo, si tamẽ fiat amicus Dei, viuere poterit spiritus eius, sed interdum magno opus erit clamore & multorũ fletu, & prius tolletur lapis, atq; cordis duritia ex animo pelletur, quã tollẽt intercessores & prædicatores, verbo Dei. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos.* Scio inquit quia mortuus est, ait C Aug. ęger enim, non mortuus fuerat nunciatus, sed quid lateret eum qui creauerat & ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait, gaudeo propter vos, vt credatis, quia non ibi erã, vt iam inciperẽt admirari, quia dominus dicere potuit mortuum, quod nec viderat, nec audierat. *Inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Quatuor dies dicit, ait Lyra. ad certitudinem mortis, quia licet sint aliquæ infirmitates latẽtes, quibus videtur aliquis mortuus ad tempus, hoc autem nõ durat per quatuor dies. *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Verum enimuero, ait Chry. etiam cum alijs malis hic muliebris morbus iam præualuit, ostentant planctus & dolores suos, cruen D tant brachia, scindunt capillos partim ob dolorem, partim ad ostentationem. Nonne te Deum offendere arbitraris? Quænam insania? nonne ridebunt gentiles? nonne fabulam putabunt religionem nostram? Dicent enim nullam esse resurrectionẽ, illusiones omnia Christianorum dogmata & fallacias putabunt. Haud enim aliter quam si nil post mortem remaneat, mulieres aliquæ lamentantur. Certe si firmissime crederẽt mortuum iustum non esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, non vtique tanquam si perisset deplorarent, non tantas efferrent voces incredulitatis indices. Non ita gentiles videntur effæminati: multi apud eos Philosophati belle videntur: nam cum mater aliqua

*Lyra in Ioan. 11.*
*Amb. lib. de myst. Pascha. c. 5.*
*Ioan. 17.*
*Aug. li. de ... & fal. pan. c. 3. to. 4.*
*Augus. in Ioan. trac 49. to. 9.*
*Lyra. in Ioan. 11*
*Chry. in Ioan. ho. 61. tom. 3.*
*Flere defunctos nimium quã ... ·*

audisset filium in bello cecidisse, mox rogauit quomodo se res- E
*Exemplū* pub haberet. Et alius Philosophus cum audisset pro patria filiū
*Exemplū* cecidisse, vt fortiter occubuisse cognouit, in capite statim coronam repôsuit. Ideo pudere nos debet quod cum gentiles ita sapiant, nos tamen adeo imprudentes simus qui mysterium resurrectionis credimus. Vis mortuum honorare? alia via tibi procedendum est, videlicet vt pro eo ores & eleemosynas des.

*Calamitates ad nostrum commodū mittit Deus.*

*Lazarus mortuus est.* Solet tibi Deus interdum auferre filium, propterea quod nouit te pro ipso sæpe illicite bona acquirere, & tamen post eius mortem adhuc idipsum facis: quid ergo de te sperandum fuerat si vixisset? Moritur filius vt viuere posit pater, & tamen pater vtrumque perdere vult. F

*Resurget frater tuus.* Vide obsecro quantam dilationem, quantasque interrogationes & responsiones prémittat dominus, quā varias etiam conditiones antequam in hanc vitam Lazarum reuocaret: non ita se gessit in duobus illis alijs quos suscitauit.
*Mar. 5.* Hic enim Lazarus quatriduanus, vetus peccatum iam consuetu
*Luc. 7.* dine firmatum signat. Cum ergo priores illos duos mortuos dominus simplici verbo vita donauerit, hunc vero tam insolito modo, non obscure declarauit quantum hoc peccati genus ab alijs differat, siue peccati grauitatem, siue remedij difficultatem G spectare velis. Voluit igitur cælestis magister tot signis & cæremonijs ingens malum consuetudinis & vetusti sceleris periculum designare. *Vbi posuistis eum?* Scisti quia mortuus sit, & vbi sit sepultus ignoras? ait Aug. sed ista significatio est, quia sic perditum hominem quasi nescit Deus: nō ausim dicere nescit. Quid ille nescit? Sed quasi nescit: vnde hoc probamus? Dominum audi dicturum in iudicio: non noui vos. Quid est, non noui vos? non vos video in luce mea, non vos video in illa iustitia quam noui. Sic tanquam nesciens talem peccatorem: dixit: vbi posuistis eum? Talis est vox Dei in Paradiso postquam homo peccauit, Adam vbi es? mulieres increpat, ait Chrysolo. hoc est quem ego posui in Paradiso, in regione vitæ, ecce vos vbi posuistis H eum *Lachrymatus est Iesus.* Mariæ loquenti nil Christus loquitur, ait Cyril. neque ea dixit quæ sorori dixerat, turba enim aderat multa, & non erat tempus illorum verborum, sed condescendit & humiliatur, ostendens in se naturam humanam. Quia enim miraculum magnum erat futurum, & multos per id lucraturus erat, sua condescensione & lachrymis attrahit testes, & humanam monstrat naturam, infremendo & seipsum turbando. Porro fremitus iste in Christo, processit ex eius indignatione

*Mala consuetudo difficile tollitur.*

*Aug. in Ioan. trac. 49. to. 9.*

*Mat. 7. & 25.*

*Chrysol. ser. 64.*

*Cyril. in Ioan. lib. 7. c. 20.*

A gnatione contra diabolum, cuius inuidia & suggestione mors intrauit in orbem terrarum, quam breui erat debellaturus, & mortis aculeum sua morte destructurus. Infremuit igitur quasi minas Sathanæ & morti intentans, quę & ipsum Lazarum strauerat, *Lachrymatus est.* Erudiens nos quomodo charos nostros vita defunctos, moderatis & lege rationis temperatis lachrymis flere debeamus. Nam ex toto nec compati, nec flere, ferinum potius videtur. Audiamus ergo Apost dicentem, nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini &c.

*Sap.* 2.

*Moderate lugēdū*

B *Lachrymatus est Iesus.* Age vero paulo altius huius dominici fletus causæ indagandæ sunt: magnam siquidem rem esse necesse est, pro qua rerum omnium dominus lachrymas fundit. Homines enim temere frequenter lachrymari solent, qui vt Propheta ait, frustra pro rebus nihili conturbantur: Dei vero filiū hoc est Dei sapiētiam, quis frustra lachrymari credat? Cum is præsertim nec flagellis cęsus, nec spinis coronatus fleuisse legatur. Ter enim illum fleuisse Sacrę literæ produt. Primum quidem cum à Martha hodie audiuit vbi Lazarus esset positus, deinde quando videns ciuitatem, fleuit super illam, ac denique cum pro nobis in

*1. The.* 4.

*Psal.* 38.

*Ioan* 11.
*Luc* 19.
*Heb.* 5.

C cruce clamore valido & lachrymis orauit. Quaquidem in re immensa eius charitas elucet, qui in suis doloribus numquam, pro nostris autem sæpe lachrymatus est. Ad huius igitur diuini fletus causam, sciendum est inter alia sapientum & stultorum discrimina, hoc vel præcipuum esse, quod insipientes in rebus quas cernunt nil aliud quam res ipsas, hoc est externam rerum faciem cernunt: sapientes vero ex rebus omnibus quas vidēt, Philosophandi ansam arripiunt, dum ex his quæ vident, ad ea quæ non videntur, vel ex causis effectus, vel ex effectibus causas agnoscunt. Hoc igitur in loco dominus cum de

*Stulti solū videntur præsentia videre.*

D morte & sepultura sermo incidisset, in mortis causam videlicet peccatum, oculos coniecit, quod huius tanti mali origo extitit: inuidia enim diaboli peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors. Cū ergo tumuli ei locus ostensus esset, eius sentētię quæ aduersus hominē propter peccatum lata est, illi venit in mentē, puluis es, & in puluerē reuerteris: nō ergo propter viri iusti mortem, quæ prætiosa est in conspectu Domini, lachrymatur, quæ nec humanis quidem lachrymis digna est; sed quoniam mors primogenita peccati filia & effectus erat, in effectu causam, & in filia matrem, hoc est peccatum à quo mors processit, cōtēplatus est. Vtrāq; igitur Christ⁹ hōis miseriā deflet, peccatum scilicet & peccati pœnā, in cui⁹ deformitate causę suæ,

*Rom.* 5.

*Gen.* 3.
*Psal.* 115.

*Mors propter peccatum.*

hoc est peccati deformitatem vidit. Quid enim est cadaueris E
horrifica specie vel odore tetrius, vel aspectu truculentius, vel contagio pestilentius? In hac igitur horrenda specie, peccati fęditatem & vidit & horruit. Annon igitur hæc causa digna fuit quæ ipsi quoque salutis & vitæ fonti, lachrymas excuteret? *Vt vidit eam plorantem.* Lugenda quidem est mors viri optimi, propterea quod plurimum videatur Reipub. nocere. Vide enim

Gen. 18. obsecro propter intercessionem iusti Abrahę quomodo Deus vellet parcere Sodomæ si paucissimi tantum ibi essent iusti. Vi- F
de etiam quomodo in euersione Sodomæ, Deus inde eduxerit Loth. Aliquando igitur Deus nos punit in morte alicuius iusti.

Gen. 19. Quando voluit Deus destruere & punire Hierusalem, prius inde

*Boni quã sint vtiles Reipub.* eduxit regem Ioas, & post quam eius virtutes recensuit, dixit ei quod dormiret cum patribus suis, ne videret tanta mala gentis suæ. Sunt ergo iusti columnæ quędam reipub.

4. Reg. 22 *Ecce quomodo amabat eum.* Consuetudo est hominibus ait Cy-

Cyr. in Io. li. 7. c. 21. ril. mortuos lugere, quos charos in vita habebant. Secundum ergo hanc consuetudinem Iudęi dominum flere putabant, cum tamen potius humanam dominus miseriam deploraret, duræ G
mortis seruituti subiectam, & tristem Lazari deflebat sortem

Que. ad hanc vitam miseriarum plenam reuocandi. *Tollite lapidem.*

Res. Sed quare dicet quispiam, non lapide iacente suscitauit eum? Nonne poterat qui corpus mortuum voce mouit, etiam multo

Ioan. 9. magis lapidem mouere? Sed noluit hoc facere, vt eos testes faciat miraculi & non dicant quod in cæco dixerunt, non est hic. Manus enim & accessus ad monumentum, testabãtur quod ipse est. Vnde & Chrysolo. ait, inter diuinas virtutes, humanum Chri-

Chrysolo. ser. 65. stus requirit auxilium? non sufficit amouere lapidem, qui mor- H
tem sufficit effugare? Sepulchri claustra reserare non valet, qui portas tartari pręualet aperire? Sed dixerat per Prophetam, au-

Ezech. 11. feram cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: præcipit ergo vt Iudæi ipsi cor lapideum tollant, euoluant per fidiæ saxum, silicem duræ incredulitatis excludant, quatenus animæ per infidelitatem mortuæ, de sepulcro pectoris pro silirent.

*Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* In primis gratias

Cyril. li. 7. Ioan. c. 22 agit de præteritis, quod eum audiuerit pater, vt ad maiora post modum accipienda beneficia nos instruat, si prius de ac-

Ori. in Io. to. 28. ceptis gratias egerimus. Porro inquit Orige. quod simulat que sublatus est lapis ille, regressa est anima Lazari in corpus ipsius, ita vt quando Christus dixisset gratias ago, quidem

statim

A statim effecta esset suscitatio Lazari. Vnde ait, si homines Deo seruientes ita protinus Deus audit, vt dicat, ecce adsum, quid de oratione Christi dicendum erit? Certe vel antequam preces incipiat, suscitationem concedit pater. Erat igitur oraturus pro Lazari suscitatione Christus, & ecce præcurrens pater audit statim quæ in oratione dicenda erant, & idcirco gratias agit: orationem quidem adiunxit, sed præcurrente eius orationem illo qui ei dixerat, antequam loquaris, dicam, ecce adsum, & quasi auditus in his quę cogitasset quidem, sed nondum dixisset, hęc ait: *Orige. de resurrectione Lazari sententia.*

B pater gratias ago tibi quoniam audisti me: in quo duo facit, dũ & gratias agit pro his quę consecutus erat in lazari causa, & circunstantem populum ad fidem adducit. Se autem auditum esse cognouit, quoniam spiritu intellexit animam Lazari esse restitutam, cum ad corpus missa esset ex animorum regione, & cum eã intrantem per eum locum vnde lapis sublatus est, vidisset, pater ait, gratias ago tibi quoniam audisti me. Itaq. postquam patri egisset gratias, magna voce vsus est, quę Lazarum è sepulchro eduxit, quod quidem fuit & alterum miraculũ. Et aduerte quod voce sublata non postulat à patre vt Lazarus viuat: sed viuenti *Notabile miraculũ.*

C potius iam Lazaro imperat vt egrediatur foras: non ait surge, sed ait magna voce, Lazare veni foras.

*Lazare veni foras.* Mortuo Lazaro qui magna mole premebatur, nequaquam dicitur, reuiuisce, ait Grego. sed Lazare veni foras, ex qua scilicet resurrectione intelligimus qualiter nos suscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur, veni foras, vt nimirum homo in peccato suo mortuus, & per molem prauæ consuetudinis iam sepultus, qui intra conscientiam suam absconsus iacet per nequitiam, à se ipso foras exeat per confessionem, Mortuo enim, veni foras dicitur, vt ab excusatione & oc- *Gre. l. 22. Mo. c. 13.*

D cultatione peccati, ad accusationem accedat. Vnde Dauid ab illa tanta mole patrati facinoris reuiuiscens, ad vocem domini quasi foras exijt, dum per Nathan correptus, quod fecerat accusauit. Quia igitur hæc occultationis culpa in humano genere vehementer excreuit, bene beatus Iob cum diceret, si abscondi peccatum meum, interposuit, quasi homo: hominis quippe esse proprium conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descendit. *Magna voce clamauit.* Quam difficile surgit, ait Aug. quem moles prauę consuetudinis præmit, sed tamẽ surgit, & occulta gratia intus viuificatur. *Et statim prodit qui erat mortuus, ligatus &c.* Ligatus exijt, ait Cyr. vt non putaretur esse phantasma. Sed & hoc quod exibat ligatus non videbatur minus esse miraculum: *Dimittamus peccata. 2 Re. 12. Iob. 31. Gen. 3. D. Aug. Cyril l. 7. in Ioan. c. 23.*

iussit autē dominus eū solui, vt videlicet tāgentes & ei appropinquantes, videant quia vere est ille. *Veni foras.* Tunc tartarus ait Chrysolo. ligatus manibus & pedibus, Lazarū retulit ad superna, timens & tremens, nedū soluit, ne dū moras facit, ne dum tardius refert vnum, omnes cogeretur adferre: sic factus est viuorū relator, qui raptor esse consueuerat mortuorum. Hanc diuinæ virtutis Vocem audiuit terra, audiuit cælum, audierunt inferi manes, audiuit etiam surdissima & inexorabilis mors, & tantę vocis tonitru perterrefacta, præcipienti paruit, & depositum quod seruandum acceperat, reddidit. Adhuc teter cadaueris fætor in naribus astantium erat, cum ad hanc vocem vident (mirabile dictu) rediuiuum corpus attolli & in sublime à terra erigi, cui nec mors, nec vincula quibus ligatū erat, impedimēto fuere quo minus è tumulo prodiret, & corā astātibus ambularet. Itaq. inferi animā, terra corpus, mors vtrūq. restituit. Hoc igitur Lazari miraculum, maximum diuinitatis Christi testimonium dabat, adeo vt omnes Iudæorum tenebras tanta lux discutere sufficeret: ea tamen eorum cæcitas extitit, vt hoc tanto signo non modo nō deposuerint perfidiā, sed etiā inde occasionē sūpserīt dominū crucifigēdi: sicut enim in desperato morbo sæpe in venenū remedia vertūtur: ita mētes obduratę, etiā remedijs interdū deteriores fiūt ideo orādus est Deus ne nos in reprobum sensum cadere permittat.

*Chry. ser. 65.* E

*Infernus & mors obediunt Christo.* F *Mali ex bonis eliciūt mala*

*Simile.* G

## *FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

### CONCIO SECVNDA.

*Calamitates immittit Deus amicis suis.* H



*Rat quidam languens Lazarus.* Io. 11. Satis quidem ex hoc euāge. cōstat, quomodo Deus soleat amicis suis calamitates immittere & quā sint vtiles ipsæ calamitates, cōtra quā sentiāt multi, qui potius existimant prę clare secū actū iri, cū omnia sibi ad libitū euenirent: in quorū persona loquens Dauid ait, quorū filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Sed contra ait propheta: beatus populus, cuius dominus Deus eius. In illo etiam errore illorum de quibus loquebatur propheta, loquentes versabantur amici Iob. cum diceret, quis enim vnquam

*Calamitates vtiles. Psal. 143.*

*Prosperitates humanę periculosa.*

A quam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem &c. Veruntamen magnæ est dementiæ existimare quod solis malis veniant calamitates, & quod ipsi Dei amici semper in prosperitate versentur. Vnde propheta interrogabat dicens: quare via impiorum prosperatur? &c. Item Abacuc dicit, quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? impius præualet aduersus iustum &c. Item Iob ait, abundant tabernacula prędonum, & audacter prouocant Deum cum ipse dederit B omnia in manus eorum. Sed tamen intelligere debemus quod Deus interdum malis dat prosperitates, vt eos ita ad se cõuertat & alliciat: tum etiam aliquando vt aliqua eorum bona opera cõpenset. Contra vero iustis veniunt calamitates, vel vt aliqua leuia quæ commiserunt, hic persoluant, vel vt materiam habeãt amplius merendi & alijs exhibeant egregium patientiæ exemplum. Hinc ergo facile colligas quantus sit vulgi error existimantis eos esse felices qui semper in prosperitate versantur, & contra eos infelices qui calamitatibus premuntur. Cæterũ miscet Deus dolores cum gaudijs in hac vita, more pharmacopola C rum, qui dulcia cum amaris, & frigida cum calidis miscere solẽt lætus quidem erat Dauid cum victoria quadam potitus esset: sed tamẽ statim nũtiũ accepit de morte amici sui Ionathæ, est ergo magna Dei misericordia erga nos, vt gaudia huius vitæ nobis contẽperet cũ fletu. est etiã magna misericordia quod postquã præclare operati simus, calamitatẽ aliquã incurramus: sicut contra nõ videtur felix nostræ salutis indiciũ quod cũ male operati fuerimus, tamen laboribus non premamur, sed potius in iucundis semper versemur. Sane cum Iob Deo sacrificasset, ecce quantæ calamitates ei successerint, & quomodo cõuiuium in lu D ctũ cõuersum fuerit, quomodo bona oĩa ei' dilapidata sint & vastata. Vide etiã quãta calamitate percussus fuerit Tobias qui tam diligẽter occupabatur in sepultura mortuorũ. Vide etiam in hoc Euãgelio quãta calamitate percussæ fuerint Maria & Martha propter mortem fratris, cum tamen passim occuparentur in obsequijs præstandis, & cibis parandis ipsi Christo. Cæterũ obserua quod istæ calamitates quæ viris iustis eueniunt, tandem in gaudiũ cõuertuntur: & nõ prosperitates quæ malis cõtingunt. Vnde Baruch ait, nutriui illos cum iucunditate, & dimisi illos cum fletu & luctu.

*Iob. 4. Magna est dementia eorum qui cẽsent malis tantum cõtingere calamitates. Hie. 12. Abacuc. 1. Iob. 12. Prosperitates cur veniãt malis. Calamitates cur eueniant bonis. Simile. 2. Re. 1. Iob. 1. Tob. 2. Calamitates quomodo Deus mittat amicis suis. Baruch. 4*

Labores quidem dat nobis Deus, vt vita nostra ceu horologiũ quoddã præclare cõsonet: vt enim sine põderibus horologium statim

*Simile.*

statim disturbatur, sic etiam hominis vita, nisi laborum aliquo E
pondere prematur, conturbari statim videtur. Sane Dauid quã-
2.Re. 11. diu persecutionem saulis habebat & patiebatur, præclare segere
Num. 21. bat, cum vero in otio versaretur, statim turpissime peccauit. Itẽ
Simile. hebrei pressi afflictionibus in Aegypto, ad dominum accede-
bant, at vero cum suauissimo manna pascerentur, contra domi
num murmurabant. Qui igitur hic nesciet laboribus bene vti,
in alia vita ab eisdem consumetur. Præterea calamitatibus ape-
Ale. Ma. ritur nobis quanta sit nostra fragilitas. Vnde Alexander Mag-
Sen. ad nus cum videret se telo quodam transfixum: nunc noui inquit
luc. epi. quanta sit hominum fragilitas, & quod me deludatis cum blan-
60. diendo dicitis quod sim Iouis filius. Vnde Apos. ait, gaudeo in F
2.Cor. 12. infirmitatibus meis. Solet enim se gerere Deus sicut rex aliquis
Simile. terrenus, cui rebellis facta est aliqua ciuitas, siquidem muros e-
ius expugnat, vt ita tandem eam recuperet, atque cum ceperit eã
reædificat: sic ergo Deus laboribus & calamitatibus peccatores
Osee. 6. oppugnat, vt tandem ad ipsum conuersi insignia ab eo munera
Psal. 136. accipiant. Nam certe labores nos ad Deum adducunt. Vnde
Ose. ait, in tribulatione sua mane surgunt ad me. Veruntamen
Dauid non id expectabat, cum diceret, si oblitus fuero tui Hie-
rusalem, obliuioni detur dextera mea: quasi diceret, nolo calami
Deut 30. tates expectare, sed in principio lætitiæ meę. Moyses quidem di G
cebat de populo hebręorum, cum ergo venerint super te om-
nes sermones isti, & tactus pœnitudine cordis tui, reuersus fue
ris ad Deum in toto corde tuo &c. quasi dicat, labores enim ipsi
quos sustinebis, te redire compellent. Porro varios modos per
Eccle. 1. quos nos Deus ad se trahit, significare voluit Eccle. cũ ait, mul
tiplicationem ingressuum illius, quis intelligit? Alios enim
Deus per honores & prosperitates ad se trahit, alios vero per
calamitates. Sane sicut carnes vel pisces salimus vt conseruentur
Simile. sed postea cum his vesci volumus, salem extergimus: sic etiam
Deus hic suos sale tribulationum aspergere solet ne corrumpã- H
tur, sed in alia vita omnem laborum salem abstergit. Vnde in
Apo. 21. Apo. dicitur, absterget Deus omnem lachrymam &c. Item Can.
Can. 2. 2. iam hyems transijt etc. Sed cur bone Deus ita tuos seruos la-
Simile. boribus afficis, plusquã alios? Netẽ pl fert qui testudinem pul-
Sap. 3. sat: sic etiam Deus etsi omnibus det labores, præcipue tamen ser
uis suis. Vnde sap. 3. in multis bene disponentur. quoniam Deus
Iona. 1. tentauit eos, & inuenit eos dignos se &c. Figuram huius rei ha-
bemus cum Ionæ soli relictis cæteris, immissa est calamitas, cũ
tamẽ multi ibi essent idololatræ. Quare non miremur quamuis
videamus

A videamus in prosperitate malos, est enim id pessimum eorum indicium. Cæterum etiam mittit Deus interdum calamitates, vt ex alienis laboribus & afflictionibus sapiamus, sic thuribula eorum qui sacerdotum vsurpabant officium, ibi defixa fuerunt ad sempiternam memoriam posterorum. Sunt igitur boni lapides angulares & ideo poliantur necesse est: vnde Ecclesia canit, tunsionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis &c. *Num. 16.* *Simile.* *Eccle. a.*

*Vera amicitia qualis esse debeat.*

B

*Ecce quem amas infirmatur.* Veri quidem amici cõstantes sunt in amore tam in prosperitate quam in aduersitate: sic vides quo modo ad Christum amicum Lazari, statim sorores miserunt: itẽ dixit Christus post mortem, Lazarus amicus noster dormit. Nõ ita se gerit mundus, sed potius statim in paupertate te deserit. Vide quot haberet amicos Aman in prosperitate, at vero in aduersitate nullum habuit, sed potius contra ipsum dixerunt regi, quod trabem parasset ad suspendendum Mardochæũ. Vide quã C paucos haberet Ioseph amicos in carcere. Vnde bene ait propheta, maledictus homo qui confidit in homine. Et Isa. ait, confidis in baculo harundineo: vt enim si nitaris baculo harundineo, statim frangitur, & te præcipitat, sic etiam si in mundo confidas, perturbaris, & deijceris. Vnde Dauid ait, beatus cuius De' Iacob adiutor eius. Amicitiæ enim mundanæ fictæ sunt & palliatę. Vnde Pau. nos monet dicens, quod dilectio nostra debet esse sine simulatione. Sed hodie sunt amicitię mundanæ ad delicta patranda, contra quam moneat Apos. cum ait, odientes malum, adhærentes bono. vera quidem amicitia, quo plus progre- D ditur, eo augetur magis sicut motus naturalis semper redditur velocior. Non enim amicitia Christi & Lazari etiã post mortẽ dissoluta est, sed semper permansit: nos vero amicitiam nostram statim dissuimus & discerpimus, & occasiones captamus amicitiæ frangendę. Vnde Apos. ait: miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi. Cæterum veteres Romani ita describebant veram amicitiam, vt pingerent formosissimum quendam adolescentem nudo capite, veste abiecta & hirta indutum, & in fimbria vestimenti eius scriptum erat, vita & mors: in fronte vero: æstas & hyems, habebat vero latus vsque ad cor apertum, brachium vero retortum illud digito demonstrabat: in corde deniq. hęc verba scripta continebãtur, longe & prope. Sane in eo quod adolescentem pingerent, designabant

*Amici in aduersitatibus cognoscuntur* *Esth. 7.* *Gen. 40. & 41.* *Hie. 17.* *Isa 36.* *Simile.* *Psal. 142.* *Rom. 2.* *Simile.* *Amicitia qualis esse debeat.* *Gal. 1.* *Amicitia quomodo pingerent Romani.*

bant quod amicitia semper firma conseruari debet, & non debet E
vetustate deleri: quod autem veste esset detrita, significabatur
quod amicus paratus sẽper esse debeat ad labores pro amico su-
Amici cõ- stinẽdos: caput etiã apertũ significat, quod non debet se negare
ditiones. amicum: Item vnus titulus significat quod in morte & vita se di
ligere debeãt: alter vero quod tam in prosperitate quã aduersita
te: latus apertũ vsq ad cor, fidelitatem insinuat: digitus indicans
significat quod operibus amicitia ostendi debeat. Item per aliũ
Leges ami titulum significatur quod in præsentia & absentia debet ami-
citiæ. cus pro amico respõdere. Videant ergo qui se amicos iactant,
vtrum has conditiones diligenter obseruẽt. Sane in domo re-
Simile. gia, quodlibet officium honorificum est, quanto magis, si fueris F
intimus amicus regis? Cur igitur diligenter non incumbes vt
Dei amicitiã tibi compares? Porro amicus has quinq. cõditiones
Arist. 8. habere debet, vt ait D. Tho. & Aristo. nẽpe vt sit bonus, item vt
Ethi. c. 13. sit prudens, quoniam difficile admodum est negotiari cum insi-
D. Tho. pientibus, & cum malis non est vera amicitia, tertia vt sit con-
22. q. 23. a. stans & nõ mutabilis: deinde seruet secreta: & denique sit sua
3. uis in sua confabulatione. Discurre igitur per singulas, & vide
bis quam sit optimus amicus Christus. Præclare igitur di-
2. Re. 15. ctum est Moysi, ostendam tibi omne bonum: in creaturis qui-
Ruth. 1. e- dem bona dispersa sunt, in Deo vero vnita. Vnde Aug. dicit G
tiam mag quod vel pro vnica dumtaxat fruitionis diuinæ hora, omnes to
na amici- tius mundi labores tolerati, perpessi quidem essent cum maxi-
tia. mo fęnore. Accessit quidem aliquando Ethai ad Dauid cum
fugeret Absalon, & dixit ei, viuit dominus, & viuit dominus
meus rex, quoniam in quocunque loco fuerit dominus meus
rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. ô si nos ita fi-
Psal. 72. deliter amicitiam cum Christo seruaremus! Vnde Dauid di-
cebat, mihi autem adhærere Deo bonum est: sed nos solum
2. Re. 17. verbo videmur adhærere & non factis. Non ita Vercellai se ge-
rebat cum Dauide, quin potius in laboribus eius attulit ei H
frumentum, farinam, mel & alia quam plurima pro suis mi-
2. Re. 19. litibus: cumque Dauid in prosperitate versaretur, & vellet quę
pro ipso fecerat compensare, nil tamen accipere voluit. Pau
Simile. cos quidem hoc tempore inuenies tales amicos, quin potius si-
cut postquam expressisti malum medicum, statim illud in ter-
Pu. Mi. ram proijcis, sic vtique nos despicimus amicos, postquam eo-
Plu. rum crumenam emunximus. Publius quidem Mimus sena-
Sen. tor Romanus sententiam protulit, quam Plutarcus maxime ce
lebrat, cũ ait, bonus sua causa non est dicendus bonus idest nõ
potest.

A potest appellari bonus qui solum ob suam vtilitatem est bonus. Et Senec. ait, non est amicus qui solum sui causa amicus est. Vide igitur quam syncerus sit amicus Deus, qui nostrorum bonorum non indiget, sed ipse potius nobis amplissima semper largitur bona: at vero nos fictam quandam habemus amicitiã. Vnde Ioan. nos monet dicens, filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. *Vera Dei amicitia. 1. Ioan. 3.*

B

*Quanta nobis bona ex laboribus contingant.*

*Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.* Satis quidem hinc constat quanta sit laborum vtilitas, siquidẽ Christus cũ Lazarus infirmaretur, adhuc ibi mansit duobus diebus. Solet interdum Deus peccatoribus etiam immittere labores, vt in viam redeant, quod si etiam non profecerint, aliquando acrius vrget, tanquam bonus chirurgus cũ nouacula carnem scindit. Sic ergo Deus aliquando nos laboribus vocat, cum tamen nos adhuc id non sentientes, tribuimus potius hæc alijs causis: si vinea tua perit, dicis a perflante vento & vrente factum esse: Si frumentum non colligis, dicis à calamitate id factum esse: si domus comburitur, dicis fuisse negligentiam alicuius famuli: si moritur filia, dicimus ex sua intemperantia perisse: si moritur hęres, iam tunc incipimus aliquantulum id sentire. Vnde Dauid ait, cum occideret eos, quęrebant ipsum. Sed caueamus ne nobis eueniat sicut Pharaoni. Sane calamitatibus nobis immissis, monet nos Deus dicens, redite præuaricatores ad cor. Item vide quomodo in arca Noe propter tantos labores animalia non generarent, sic igitur labores nos continent in timore domini, ne praua gignamus opera. Sed multi deteriores potius redduntur in laboribus & calamitatibus, nec sciunt ex ipsis proficere, cum tamen contra diceret Dauid, tribulatio inquit & angustia inuenerunt me mandata tua meditatio mea est. Porro tractans propheta de laboribus seruorum Dei, ait: transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Vocat quidem tribulationes ignem: quoniam sicut ignis comburit quidem paleas, sed aurum purificat: sic calamitates purificant Dei seruos. Vnde Sap. tertio dicitur, tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Mare quidem nil mali egit hebræis tanquam Dei seruis, & tamen demersit Aegyptios. Vnde Sapien. 10. dicitur, transuexisti illos per aquam nimiam, inimicos

*Labores vtiles. Simile.* C *In calamitatibus cordato procedamus. Psal. 77. Exo. 11. Isa. 46. Gen. 7. Laborib[us] proficiam[us].* D *Psal. 118. Psal. 65. Sap. 3. Exo. 14. Sap. 10.*

autem

autem eorum demersit mare. Magna quidem fuit tribulatio duarum istarum sororum, sed tamen vide quam cito Christus eas fuerit consolatus. In hoc sane differunt iusti à malis quod quam uis hic affligantur, postea tamen maxima habituri sunt gaudia: mali vero contra. Vnde Isa. ait, ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus dominus. Item alibi ait, vade populus meus in cubicula tua, claude ostia tua super te: abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio, vt notet breuitatem: sic Ioannes vocat horam totum tempus vitę bonorum, cum ait: venit hora vt omnis qui interficit vos &c. Item Pau. ait; quod in præsenti est momentaneum & leue &c. Quare videtur se Deus gerere instar fabri ferrarij, qui ignē habet ad ferrum domandum, & aquā ad contemperandum, atque vtrunque necessarium est vt perpolitū inde ex fornace egrediatur ferrum: sic ergo Deus in ignem laborum conijcit seruos suos, & interdum consolationum suarum aqua eos refrigerat. Vnde Pau. ait, benedictus Deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt hoc pacto etiam nos consolemur proximos in pressuris ipsorum. Item Petrus ait, Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos in æternam suā gloriam &c. Modicum passi, ipse perficiet &c. Quis ergo exanimari poterit in laboribus, cum tam pium habeamus patrem? Sane quemadmodum si in carcere grandi ære alieno pressus versareris, & aliquis diues tibi proijceret marsupium pecunia conferτum vt omnia debita persolueres, quamuis te crumenę impetu aliquantulum feriret non propterea iratus esses, considerans tantum bonum tuum, sic etiam quamuis Deus te calamitatibus feriat, quia tamen tanta ex inde tibi bona proueniunt vt prodelictis tuis satisfacias, non est certe quod indigneris aut moleste feras, sed potius dic cum Tobia, benedictum est nomē tuū Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies. Contra tamē qui nesciunt proficere ex laboribus, possunt illud Petri dicere, per totam noctem laborantes nil cepimus. Item Dauid ait, dissipati sunt, nec compuncti: Et Sopho. vlulate inquit habitatores pilę: vbi declarat Hiero. per pilam, pistillum quo aliquid in mortario tundimus: quasi dicat habitatores mūdi, in quo quasi pistillo quodam calamitatum omnes tundūtur. Verum quemadmodum aliqua interdum reperiuntur in mortario grana, quę inania sunt cum tunduntur, & fructum nullum reddunt

Isa. 54. Isa. 26. Ioan. 16. 2. Cor. 4. Simile. 2. Cor. 1. 1. Pe. 5. Simile. Tob. 3. Luc. 5. Psal. 34. Sopho. 1. Hie. in Soph. Simile.

E F G H

A reddunt: sic aliqui ex calamitatibus non proficiunt, de quibus dicit, vlulate habitatores pilæ quasi dicat, vos qui ex salutari pharmaco nescitis proficere. *Aliqui nesciunt proficere ex laboribus*

## APPENDIX.

*Domine iam fœtet.* Sororibus fœtebat, non Christo, sic peccatũ fœtet ante te ipsius proximi, nõ tamẽ ante Deũ, si de ipso pœnitentiã agat. Isa. 40. sicut pastor gregẽ suũ pascet: vide enim quã B sint benigni pastores erga oues suas infirmas. Porro aduerte talẽ esse progressum in peccatore, qualẽ vides in Lazari infirmitate: moritur, sepelitur, fœtet, quoniam sensim peccator ex minimis ad maiora delabitur: amputemus ergo omnes peccatorum occasiones. Vide præterea quod quo magis Christus accedebat ad mortem, eo præclara etiam faciebat miracula, vt ita nos etiam progrediamur in virtute & proficiamus semper: sicut videmus etiam naturales motus in fine velociores. Sed multi non ita faciunt, sed quo magis in senectutem tendunt, eo etiam magis vitijs deteriores redduntur. *Isa. 40. Simile. Perseuerare in peccato quantũ noceat. Simile. Senes quales esse debeant.*

C

## FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA.

*Aduersitates vtiles.*

D ERat quidam languens Lazarus. Ioan. 11. Aperte quidẽ ex hoc euang. constat quam sint vtiles aduersitates, si quidẽ eas Deus amicis suis immittit. Quin & matrem suã sétire voluit calicẽ afflictionũ & dolorũ, nõ solũ in cruce, sed etiã cũ dixit ei Simeõ, & tuã ipsius animã pertransibit gladius. Dat etiã Deus quibusdã amicis suis labores interdũ ne insolescãt in tãtis cœlestibus donis: aliquãdo etiã ad maius meritũ ipsorum. Dic quæso bone Christe, cum tantum diligas Lazarum & sorores eius, quorsum tantos eis labores immittis? Hæc inquit sunt amicorum meorum insignia, Vnde Grego. ait, sic in tritura areæ, grana sub paleis præmuntur, & rosa quæ redolet, crescit cum spina quæ pungit. Sic ergo si interroges agricolam quorsum post tot labores perpessos, collocet triticũ belluis *Mater Christi etiam dolores sustinuit. Luc. 2. Cur Deus suis labores aliquãdo immittit. D. Greg. Simile.*

calcandum in area, dicet vtique se id facere, vt granum ex paleis E
*Calamitates ad nostrum commodũ immittit de'.* mundum & lectissimum discutiatur: sic ergo interdum pauperes Deus pedibus diuitum quasi calcandos tradit, vt ita puriores euadant & magis mereantur, atque Christo pro ipsis patienti conformentur. Vnde Apo. 2. dicitur, hęc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit. scio tribulationem tuam: *Apo. 2.* quasi diceret, cum ego sciam tribulationem tuam, cognosce tu etiam meam. Conuenit igitur vt labores patiamur, vt ita tandẽ cælestia degustemus bona: sic Ioseph calicem tribulationum propinauit prius fratribus, vt postea quiete viuere possent. Vnde F *Gen. 44.* Dauid ait, transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in re- *Psal. 65.* frigerium. Item Apo. 7. hi sunt qui venerunt ex magna tribula- *Apo. 7.* tione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et Psal. 17. pro- *Psa. 17.* tector est omnium sperantium in se. Quod si queras quare tantis laboribus suos agitari permittat Deus? Respondeo id qui- *Iudith 8.* dem fieri ad commodũ animarum: vnde Iud. 8. dicitur, oẽs qui *Psal. 118.* placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Et Dauid ait, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Verũ enimuero non tantos adhuc labores immittit Deus, *Iob 13.* quantos possemus tolerare, eius tamen adiuti fauore. Vnde G Iob dicebat, etiamsi mę occiderit, sperabo in eum. Verumtamẽ plures afflictiones suis familiarioribus dare videtur Deus. Quod *Psal. 79.* significare visus est Dauid cum ait, potum dabis nobis cum la- *Exo. 24.* chrymis in mensura: mensura autem esse videtur vt amatus & domesticus plus tribuletur. Sane quando Moyses pacem composuit inter Deum & populum, aspersit sanguinem super totũ populum, & qui super erat, dispersus est ab eo supra altare, vt inde *Labores propter deũ toleremus.* intelligas quod quanto amicior eris Deo, tanto magis sanguinẽ fundere debes, & labores plures tolerare, nec solum contentus esse quod Christus propter te Crucẽ sustinuerit. Hæc igitur est H differentia inter Dei seruos & alios, quod alij solum videntur *Serui Dei pro Christo pati optant.* esse contenti quod sint tãtum sanguine Christi aspersi, id est cõtenti sunt modicis laboribus, at vero serui Dei cũ maiora expectent pręmia, idcirco sanguinem supra se effundi etiam volunt, idest cupiũt pro Christo plura pati. Vnde de Stephano legitur, *Ecclesia.* quod lapides torrentis, illi dulces fuerunt. Et Apost. ait gloria- *2. Cor. 7* mur in tribulationibus. Sane sicut latomus prius polit lapides *Simile.* antequam ipsos in angulis ipsis collocet, sic etiã Deus prius suos tunsionibus laborum ferit, antequam in gloria reponat, de qua *Psal. 121.* ait Psal. quod ædificatur vt ciuitas. Et Ecclesia Canit, vrbs bea- *Ecclesia.* ta Hierusalẽ dicta pacis visio, quæ construitur in cælis viuis ex lapidibus.

A lapidibus. Hi ergo lapides hic laboribus poliuntur, qui tamen tolluntur in cælo, iuxta illud Apoc. absterget Deus omnem lachrymam &c. Sicut facit pia mater cum filium ad se flentem videt accedere. Porro sicut qui nauem expugnare vult & capere, prius in altum bellica tormenta extollit, vt ita nauis sese ipsi dedat, cum autem videt eam adhuc renuentem, acrius quidẽ ipsam vrget & ferit: sic pijssimus dominus labores leues nobis primo immittit vt ad ipsum reuertamur: quod si adhuc rebelles nos B videt, acrius vrget, & grauiores immittit afflictiones, modo honorem nostrum impugnando, & modo filios charissimos e complexu eripiendo, ac denique infirmitate corpus nostrum percutiendo. Vnde Dauid ait, intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis: quasi diceret, quia nolunt blandis inspirationibus conuerti, forsan huiusmodi persecutionibus conuertentur. Sic Deus dixit Hieremię, sanctificabo super te interficientem virum, & arma eius, & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem &c. Hi igitur labores nobis eueniunt ab hoc diuino pastore, ad nostrũ commodum, qui nobis sicut pastor baculum proijcit, ne in veti C ta ingrediamur, & vt nos pertẽtet: sic etiam Hebræis dixit Moyses, adduxit te Dominus Deus tuus per desertum quadraginta annis, vt affligeret te atque tentaret, nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata quidem ipsa illius, annon. Sane sicut ensis bonus esse comprobatur, si cum inflectitur, non ita inflexus remaneat, sed potius ad suam rectitudinem reuertatur: sic etiam homo ille bonus esse iudicatur qui in calamitatibus non remanet in obliquitate vitiorum, sed potius rectitudinem iustitiæ conseruat. Debet quidem vita Christiani viri esse tanquam assiduus quidã conflictus tribulationũ: quam D assiduitatẽ tribulationũ, vocat Dauid multas tribulationes, dicens: multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus. Aliquando igitur seruus Dei debet incumbere ieiunijs, aliquando orationibus, & aliquando disciplinis.

*Apo. 21. Simile. Simile. Calamitates immittit Deus vt conuertamur. Psal. 17. Hie. 22. Simile. Deut. 8. Simile. Calamitatibus profiçiamus. Psalm 33.*

*Iniurias condonemus ad imitationem Christi.*

RAbbi *nũc quærebãt te lapidare, & iterũ vadis illuc.*? Varijs quidẽ argumẽtis & exẽplis deprehẽditur & manifestatur Dei clementia, siquidẽ cũ mũdus adeo abũdabat sceleribꝰ, tũc misit nobis Deus vnigenitũ filiũ suũ vt pro nobis pateretur. Vnde Pau. ait, commendat autem charitatem suã Deus in nobis &c. Quãobrẽ gratias agamus Deo nostro pro tantis beneficijs, & discamꝰ

*Magna Dei clemẽtia. Rom. 5. ineffabilis Dei misericordia.*

parcere inimicis nostris. Si enim rex tibi diceret vt quosdã inimicos ipsius caute comprehenderes, atque viuos ante ipsum adduceres, annon maximam in ea re diligentiam adhiberes? Sic ergo cũ inimici tui sint inimici Dei, nitere vt benefactis & muneribus ipsos deuincias, & ante Deum saluos & incolumes adducas. Vnde Psal. 59. dicitur, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos Quasi diceret, quin potius per amorẽ ducito eos. Hinc Apos. dicebat, si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c. Quasi diceret, hoc quidẽ pacto ipsum lucraberis beneficijs tuis, & tibi deuincies: nã vt Philosophi dixerũt, beneficiũ qui accipit libertatẽ amittit, & qui beneficia inuenit, cõpedes inuenit. Nõnullos quidẽ videas, qui parcũt quidẽ inimicis, at vero statim leuibus de causis iterũ in pristinas redeũt inimicitias. Qui quidem sunt instar carbonum cinere contectorũ, qui quamuis prope extincti videantur, nihilominus tamen ad leuiusculum flatum statim scintillas suas emittunt. Sed tamen considerare debẽt quam ex animo Christus in cruce oraret pro crucifigentibus se vnde non dixit domine, vel iudex, vel rex, sed pater ignosce veruntamen multi seruantes mundanas leges potius in vindictam incumbunt, neq. cõtenti sunt vt par sumant supplicium, quin potius longe grauius illud sumunt, quam sibi illatum sit non contenti sicut in veteri lege, vt oculum pro oculo eruant. Non igitur ita te geras, quin potius iniurias dissimula ac si eas non audires, & Christum imitare, qui quamuis vellẽt ipsum Iudæi lapidare, nihilominus tamen salutares ipsis dat moniriones: & post Resurrectionem tanquam oblitus mortis & tormentorum, misit Apostolos ad prædicandum per vniuersum orbem. Et certe si carni hoc pręceptum dilectionis inimicorum daret Deus, non esset mirum si recalcitraret, at vero cum illud det spiritui, mirum est quod huic præcepto non pareat. Adde quod offertur sibi amplissima materia meritorum. Valde igitur ignominiosum nobis est quod ex his non proficiamus. Vnde Isa. 23. dicitur, erubesce Sidon, ait mare: quasi diceret, plures habes dissensiones, quam sint inter barbaros. Et sicut Iacob & Esau in vtero pugnabant vter prior egrederetur: sic amor Dei & mundi in te pugnant, ita vt alter te incitet ad condonandum, alter vero ad vlciscendum. In tanta igitur pugna, audi Christum ad te clamantem, parce fili mi inimicis tuis, nam præmia tibi amplissima parata habeo. Vide obsecro quã gratũ sit Deo vt iniurias cõdonemus: siquidẽ ait, si steterint Moyses & Samuel corã me, nõ est anima mea ad

Margin: Simile. Parcamus inimicis. Psal. 58. Rom. 12. Inimicis benefaciamus. Simile. iniurias ex animo condonemus. Luc. 23. Exo. 21. Deu. 19. Mat 5. Multi se grauis vindicant. Luc. 24. Mat. 5. inimici maximam nobis dant merendi materiam Isa. 23. Gen. 25. Iniurias condonemus propter Christum Hie 15.

Section letters: E F G H

A mea ad populum illum quasi diceret, si id facere deberem, vt ait Augus̃t. propter hos vtique id præstarem, qui iniurias condona runt. Item Dauid cum sederet pacifice in regno, vt aliquod insigne obsequium Deo præstaret, ait, nunquid superest aliquis de domo Saulis, vt faciã cũ illo misericordiã domini? Nam sicut se vlcisci tuum est, ita parcere inimico, Dei misericordia est, & Deum tunc imitaris, qui oriri facit solem suum super bonos & malos. Sed dolendũ est quod plerosque hoc tempore videam' ficte ac simulate iniurias cõdonantes: itẽ alios certũ tẽpus ad id B præscribentes, & certas cõditiones, cũ tamẽ debeant vere & ex animo propter Deum parcere. Alios videas qui vt remittant iniurias, volunt prius à multis illustribus viris rogari, cum tamen ipsis sufficere deberet, vt qui ipsos læsit tantum veniam postularet. Considera igitur quomodo in iudicio interrogabit propter quem iniurias remiseris, an propter Deum, an propter homines. Quod si propter homines remisisti, mercedem hominum quærito. Sed tamen non id mihi volo, vt intercedentes nobiles & optimos viros repellamus, aut vt ipsi hoc præclarum munus componendi pacem inter discordes recusent: sed id velim, C vt præcipuum institutum iniurias condonandi, & parcendi inimicis nostris, sit propter Deum optimum maximum, à quo præmia amplissima nobis & cumulatissima parata sunt. Tum etiam id obseruare & ante oculos ponere debent qui remittunt iniurias, quod alter iam aperte fateatur culpam suam & delictum, & propterea dignus venia sit iudicandus. Vnde Dauid dicebat, iniquitatem meam ego cognosco. Sic etiam fratres Ioseph accesserunt cognoscentes culpam suam post mortem patris ad Ioseph, & non solum dixerunt ei: pater tuus pręcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, D obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum: sed etiam addiderunt, nos quoque oramus vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quæ verba tantum apud Ioseph potuerunt, vt ei lachrymas excuterent, cum tacite dicere viderẽtur, iam peccati quod commisimus nos pęnitet, atque Dei serui sumus, ideo potiori iure nobis venia debetur.

*D. Aug. Exo. 17. 1. Re. 12. 2. Reg. 9. Simile. Mat. 5. Iniurias multi simulate remittunt. Aliqui intercessores deposcunt vt iniurias condonent. Pacem inter discordes componamus. Psal. 50. Gen. vlti. Veniã implorent delinquentes eius quem offenderũt*

*Obstinatio animi detestabilis.*

*Domine fætet, quatriduanus enim est.* Per Lazarum iam fætentem intelligunt etiam doctores, virum in peccatis obduratum.

multos enim inuenias duros & obstinatos, de quibus dici potest illud Zacha. cor suũ posuerunt vt adamantẽ: hi enim adamantes sunt, & duriores adamante: siquidem adamantes hirci sanguine emolliri dicuntur, hos autem agni immaculati sanguis emollire non potest & flectere. Quare tandem ô peccator qui ob tua flagitia Dei filius nominari non mereris, sume tibi laterem, sume cor tuum Durum, & pone iuxta te, nam longe à te distat, & scribe in eo ciuitatem Hierosolymam cælestem. Satis quidem hic sub his verbis propheta declarabat, quanta esset duritia cordis ipsorum malorum, cum eos compararet rei tam duræ: medium etiam quo debet tanta duritia emolliri, declarauit: est enim tale medium commodum, consideratio cælestium bonorum & supernæ ciuitatis Hierusalem: sicut lapis tendit ad centrum, ita corde induratus tendit ad inferna. Vnde dicitur de obstinatis Aegyptijs, descenderunt in profundum quasi lapis: animæ vero in profundum inferni. Hoc quidem reperitur discrimen inter bonos & malos, quod mali etiam ipsis beneficijs peiores & duriores fiunt, boni vero quidquid acciderit, illud in suum cõmodum, vtilitatemque conuertunt. Sicut in historia beati Ignatij legitur quod quanto pluribus beneficijs illos satellites seu lictores qui ipsum vinctum deferebant, afficiebat, tanto magis in sanctum virum sæuiebant, & debacchabantur: at vero beatus Ignatius fortior & constantior animo fiebat, & sanctior reddebatur eorum furijs & leonum crudelitate, quibus laniandus traditus fuerat. Porro aliquos videas duriores immanibus saxis & durissimo ferro, quę vix ictibus superari tandem possunt. Sunt instar filiorum Heli, qui multis admonitionibus paternis à praua sua consuetudine auocari nõ potuerunt. Sunt instar hebræi populi qui nullis salutaribus Samuelis consilijs, à vitæ suæ prauitate atque pernicioso consilio destiterunt. Instar obstinati Saulis, qui neq. beneficijs Dauidis placabatur, neque etiam filij sui Ionathæ consilijs longe vtilissimis, à prauitate & malitia animi sui desistebat. Sunt item instar fatui illius Nabal, qui precib' Dauid & modesta oratione & petitione, magis ira & stultitia insaniuit. Sunt instar Pharaonis, qui nullis signis à sua pertinacia potuit deterreri. Sunt instar crudelissimi Cain, qui in pertinacia sua & inhumanitate magis magisque obstinatus fuit. Nos ergo nequaquam imitemur horum hominum obstinationem & peruersum animũ, sed potius instar Mathathiæ simus prompti

Marginalia (left): *Zach. 7.* — *Ezech. 4.* — *Obstinatio detestabilis.* — *Simile.* — *Exo. 15.* — *Simile.* — *Mali ï beneficijs deteriores redduntur* — *Boni laboribus meliores fiũt.* — *Simile.* — *1. Reg. 2.* — *1. Re 8.* — *1. Re. 18.* — *1. Re. 15.* — *Exo. 5.* — *Gen. 4.*

Marginalia (right): E — F — G — H

A prompti atque obediẽtiſsimi diuinis mandatis. Inſtar etiam patriarchæ Abrahæ, protinus diuina exequamur iuſſa: inſtar Naaman, qui tandem ſeruorum amplectens conſilium, prophetæ paruit. Inſtar Rechabitarum, qui paternis documentis conſtantiſsime inhærebant. Quam multos quęſo in Chriſtiano populo reperire licebit, qui vbi obſtinato animo ſceleſtum aliquod facinus ſuſcipere decreuerunt, ſi illis omnia Dei præcepta & conſilia, ſi terrores & minas ab eo propoſitas, ſi ſummum Crucis & redemptionis beneficium, ſi mortem, ſi iudicium, ſi gehennam, ſi cęleſtem gloriam, cæteraque fidei Chri- B ſtianæ myſteria propones, vt ab eo facinore deterreas: nihilo magis agas, quam ſi ſurdo caneres fabulam? Obturarunt enim ad hæc omnia ſicut aſpis aures ſuas, quæ non audit vocem incantantis Sapienter. Qui tamen ſi diuinis rationibus ommiſsis, humanis apud illos agere velis, & id facinus quod animo conceperunt, exiſtimationi eorum vel apud populares, vel apud principem officere probaueris, vinctas poſt tergum manus dabunt, & in tuam protinus ſententiam pedibus C venient. Quod omnia igitur ſacramenta fidei, & Crucis Chriſti memoria efficere nullo modo potuerunt, quiuis popularis auræ metus pleniſsime præſtitit. Apud hos igitur homines cuius autoritas & imperium magis valet, Dei ne, an mundi? Annõ his apertiſsime poſthabito Deo, mundus antefertur? Mundus maiori in prætio habetur, & mundo magis quam Deo obtemperatur? Mundi leges, mundique metus, diuinis legibus ac timori diuino anteponitur? Quid mea refert, quod tu verbis & appellatione Deum honores, ſi quod Deo debetur, mundo tribuis? hoc eſt ſi obedientiam & ho- D norem Deo debitum, ſpreto Deo, ad mundum defers? Recte ſane D. Aug. inquit: ó homo, viluit tibi Deus, viluit plane, cum viliſsima mundi commoda, & rumuſculi anteponuntur. Hæccine ſunt obſequia, hi honores, hic cultus eſt, qui tibi domine, creationis, redemptionis, cęterorumque beneficiorum iure debetur? Et quidem quod homines ante legem latam, mundi legibus parerent, non videbatur mirum, at nos qui non ſub lege, ſed ſub gratia conſtituti ſumus, quibus tot ſacramenta in humanæ infirmitatis remedium inſtituta, tot diuini amoris & timoris incitamenta, tot diuinæ bonitatis myſteria, totque Eccleſiæ voces quotidie aures noſtras feriunt, quam excuſationem dabimus? Sane dicere poſſumus cum Iſa. facti ſumus velut à principio cũ nõ dominareris

*1. Ma. 2. Ge. 17. & 22. 4. Re. 5. Hie. 35. Lu. Gra.*

*Obſtinatio deteſtabilis.*

*Pſal. 57.*

*Iniurias multi propter mundũ potius condonant quam propter Deũ.*

*Leges mũdanas multi potius quam diuinas ſeruãt*

*Auguſ.*

*Mali præferunt mũdũ Deo.*

*2. Cor. 3.*

*Magna duritia noſtra.*

*Iſa. 63.*

nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos. Sicut in cisterna turbida, fætida & limosa, quæcunq. infunditur aqua vel limpidissima, turbulenta redditur & corrupta: ita plane quæcunque infundas salutaria consilia in pectus fætidum obstinati hominis, frustra profecto ea insumuntur, & omnis impensus labor in eo immutando, superuacaneus est & prorsus superfluus. Impij & obdurati homines cum reprehenduntur, per similes mihi esse videntur calci ipsi nondum comminutæ & satis macerate, in quam si aquam inieceris, cum cætera frigida reddantur, ipsa tamen incenditur magis & inflammatur: ita enim isti hortationibus Christianis, diuinisque admonitionibus, quibus concupiscentiæ ardor in alijs refrigeratur & extinguitur, flammæque vitiorum mitigantur, nunquam proficiunt, sed potius semper deteriores euadunt. Et quemadmodum fax accensa tamdiu perseuerat & viget, quamdiu superest & subministratur cera ipsi mixo adhærens, ita plane obstinatio & pertinacia in impio tamdiu durat & permanet, quamdiu in membris superest, halitus & vita.

*Salutaria consilia spernimalis.* *Simile.* E F *Simile.*

## *APPENDIX.*

G

*Ecce quem amas infirmatur:* Cur igitur dicitur apud Isa. dicite iusto quod bene illi succedet? Sed dicendum est, quod omnia bene succedunt iusto: quamuis enim vna manu infirmitatibus & laboribus pulsetur, alia tamen sustentatur, veluti cum quis clauum aliquem parieti infigit, cum manu sustinet: sic ergo quamuis iustitia eum feriat, tamen misericordia ipsum sustentat. Vnde Psal. ait, iustus cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam.

*Quæst. Isa. 3. Resp. Simile. Psal. 36.*

*Maria autem erat quæ vnxit.* Quamuis quod Maria vnxerit Iesum, & præterea lachrymis rigauerit pedes eius, & capillis terserit, omnia inquam hęc in eius commodum redundant, nihilo minus tamen hæc Deus plurimi facit, & in suo catalogo tanquam propria describit: vt inde intelligas quantum recordatur obsequiorum erga se pręstitorum & quomodo ea pręmiaturus sit. Vide enim in iudicio quomodo singula sigillatim recensebit: ait enim, esuriui, & non dedistis mihi manducare.

H *Optimus remunerator Deus. Mat. 25.*

FERIA

A FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

# CONCIO QVARTA.

*Labores & afflictiones immittit Deus seruis suis.*

B ERAT *quidam languens Lazarus.* Ioan. 11. Videmus quidem manifeste in Lazaro, quomodo soleat Deus seruis suis afflictiones dare. Siquidem se gerit more eorum qui cum aurum ponderant, modo illud statuunt in vna statera, & modo in alia: sic etiam Deus modo prosperitatem, & modo aduersitatem eis dat, vt hac ratione mundus eorum valorem experiatur. Sic se gessit etiam cum beato Iob, siquidem cum fere omnibus diuitibus orientalibus prętulit: postea vero ita afflixit, vt in sterquilinio positus, nec testam haberet qua saniem raderet, imo etiam amicos haberet sibi contrarios: & tamen constantissimus semper & immobilis in virtute
C perseuerauit. Sic etiam se gessit cum Abraham, qui cum peregrinatus est in Geraris, multas passus est afflictiones, qui etiam ad tantam deuenerat prosperitatē, vt solis domesticis suis quatuor reges deuicerit, qui antea inops & mēdicus peregrinabatur. Sic etiam Paulus initio conuersionis suæ multas habuit cælestes cōsolationes, adeo vt raptus fuerit vsque ad tertium cælum, & tamen postea fuit in carceribus, & plagis supra modum: qui tamen tam prosperitatem quam aduersitatem bono animo tulit. Sed in plerisque tribulationes quidem pacem generant, at vero prosperitates discordiam. Siquidem leprosi illi tam Samaritani quam
D Galilæi coniuncte viuebant, quamuis alias non couterentur Iudæi Samaritanis. Porro de prosperitate Abraham & Loth dicitur, quod non poterat eos capere terra vt habitarēt simul, erat quippe substātia eorum multa, & tamen antea cum non essent perinde diuites, simul habitabant, nec lites habebant. Vnde Sap. dicebat, diuitias ne dederis mihi, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? Vide igitur quam sint vtiles labores & calamitates: hæ enim principem illum Synagogæ, ad Dominum ire compulerunt, cum eius filia infirmaretur. Sæpe quidem propter scelera nostra nobis Deus calamitates immittit, iuxta illud Tob. ipse castigat nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam

*Simile.*
*Aduersitates & prosperitates dat Deus suis.*
*Iob. 1.*
*Constantes simus in prosperis & aduersis.*
*Gen. 20.*
*Gen. 14.*
*Gen. 20.*
*2. Cor. 12.*
*2. Cor. 11.*
*Luc. 17.*
*Ioan. 4.*
*Calamitates vtiles.*
*Gen. 13.*
*Prou. 30.*
*Mat. 9.*
*Mar. 5.*
*Tob. 13.*

tu Domine flagellas & saluas, ducis ad inferos & reducis. Calamitates præterea in tantam prosperitatem sanctum Ioseph eue- E
*Gen.41.* xerant. Item calamitates homines frænare solent, ne ad mala & facinora se diuertant. Vnde Dauid ait: in chamo & fræno maxil
*Psal.31.* las eorum constringe, qui non approximant ad te. Vbi obserua quod prius chamo tamquam leuibus calamitatibus, & deinde fræno vtitur, idest maioribus. Sic etiam per Amos ait, ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris,& indi
*Calamitates ad nostrum commodũ immittit de⁹.* gentiam panum in omnibus locis vestris, & non estis reuersi ad F me dicit dominus:ego quoque prohibui advos imbrem,cum adhuc tres menses superessent vsque ad messem,& plui super ciuitatem vnam,& super alteram non plui, & non redistis ad me:percussi vos in vento vrente, & in ærugine multitudinẽ hortorum
*Amos 4.* vestrorum, & vinearum vestrarum, & non redistis. Misi ad vos
*Sterilitates mittit Deus propter scelera nostra Obstinati reprehenduntur.* mortem in via Ægypti: percussi in gladio iuuenes vestros,& ascendere feci putredinem castrorum vestrorum, & non redistis ad me:subuerti vos sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham, & non redistis ad me, dicit dominus.Cęterũ post calamitates, quomodo soleat Deus suis gaudia exhibere, mani G festatum est in ipso Abraham, cui cum dixisset Deus vt filium suum sacrificaret, quod erat sibi amarissimum,adeo vt diceret, ego vadam absque liberis, nihilominus tamen postea propter
*Gen. 15* tam promptum eius obsequium, multa ei Deus contulit beneficia& gaudia, atque reuelauit sacrificium filij Dei. Vnde & Christus dicebat Iudæis, Abraham pater vester exultauit vt
*Gen 22.* *Ioan.8.* videret diem meum, vidit & gauisus est. Vt inde intelligas quomodo etiam in hac vita incipiat Deus præmiari bonos. Vnde Apost. ait, gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribu-
*Rom. 5.* latio patientiam operatur, patientia autem probationem, pro H batio vero spem, spes autem non confundit &c. Sane cum in
*Simile.* hyeme ventus perflat, maxime homines molestat, cum frigus vigeat, non vero perinde in æstate, quin potius delectat: sic ergo cum in aliquo Dei charitas refrigescit, statim ventus tribulationũ ipsum molestat: si vero charitate incensus sit, gloriatur
*Can.2.* in tribulationib⁹. Vnde in Can. dicit sponsa, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: talis enim
*laboribus delectantur serui Dei.* arbor aspera habet folia& spinosos ramos,& saporem amarum, cum ergo talem fasciculum myrrhę tanti facit, declarat, quod plurimi faciat labores, & eos complectatur: nam per fasciculum myrrhę possumus etiam intelligere Christum,qui tantos pro nobis sustinuit labores, & ita nos cũ labores patienter toleramus,

Christo

A Christo conformamur. Atque idcirco non vult tibi indicare: quando sit tibi labores ablaturus, vt ita in patientia perseuerans, magis merearis, quasi per totam vitam toleraturus esses labores, atque ita tibi præmium dat, perinde acsi tota vita eos tolerasses, vt inde intelligas quam diuinas exquirat Deus inuentiones, quibus te ad ingentia euehat merita.

*Calamitatum cessationem ad maius meritum nostrum non indicat nobis Deus.*

B *Exemplum prauum quantum noceat.*

DOmine iam fetet Potest quidem per hunc fœtorem intelligi prauus ille malæ vitæ odor, quem improbi homines redolent, ex quo quidem prauo odore, multo perniciosior gignitur pestis quam ex mortuis corporibus. Quod si tantopere indignatur Deus contra eos qui piorum corpora affligunt, quanto magis indignabitur contra illos, qui bonos animæ corrumpunt mores, & ita dæmones imitantur? Sane cum Hierosolyma grauissime peccaret, minatur Deus Samariç quo-C niam ipsam corruperat, & ipsa Hierosolyma postea totam Iudæam contaminauerat. Vnde Mich. 1. dicitur, quod scelus Iacob? nonne Samaria? Quæ excelsa Iudęæ, nonne Hierusalem? Et ponam samariam sicut aceruum lapidum &c. Minatur ergo Deus talibus & eorum idolis: sic etiam vos si in malo & vitio perseueratis, destruet Deus, & idola vestra hoc est vanas delectationes vastabit, quoniam prauum proximis exhibetis exemplum. Contra vero, viros probos bonum redolentes exemplum, magnis præmijs afficiet Deus.
D Quare pestifera fugiamus exempla: nam Zach. 2. dicitur, ô Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. Cęterum quamuis quicumque prauum exhibet exemplum, plurimum peccet, præsertim tamen illi grauius peccant, quibus ex officio incumbit bonum exhibere exemplum. sicut grauius videntur delinquere medici & chirurgi culpabiliter interimentes ipsos infirmos. Scelus quidem Hieroboam qui vitulos conflauit ad adorandum, crebro sane repetitur in sacris literis, propterea quod multis extiterit causa perditionis & ruinæ: ita igitur eorum scelus grauissimum erit, qui autores sunt & stimuli, vt alij deum offendant, & præsertim si ipsis incumbat alios regere. Si ei inquit Chrysostom. qui vnum dumtaxat offenderit, expedit iuxta sententiã Christi, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris: & qui

*Simile.*
*Quantum noceãt qui in deprauata perseuerant vita.*
*Zach. 2.*
*Simile.*
*2. Reg. 12.*
*Chry. in ser. de sacer. to. 5.*
*Mat. 18.*
*1. Cor. 8.*

& qui fratris conscientiam offendit, vt ait Pau. in Christum peccat: quid tandem illis fiet, qui non vnum, non duos, non tres tantum, sed tam multos perdiderint? Idem etiam alibi ait, si sacrã aliquam ædem subuerti, graue & nefarium existimatur, quanto magis spirituale hoc templum, si ruinam patiatur? Quando homines constat sanctitate sacris ædibus longe præstare, quippe non parietum gratia, sed nostri huius templi, mortẽ Christus oppetijt. Circunspectemus itaque ipsi nos vndique, nulliq; vel tenuem querimoniæ causam præbeamus. Narrat Mat. quod adduxerunt paralyticum ad Christum, vt ipsum curaret, dicit etiam Lucas quod quatuor ipsum portarent: at vero nunc quatuor non inuenias, qui ad Christum ducant, imo sexcentos qui te ab ipso semoueant, & in infernum trudant. Multos in mundo inuenies, qui te vias inferni facile doceant, quique te adiuuent vt celerius in infernum abeas: at paucos vel nullos, qui te obsequium Dei doceant, & in eo adiuuent: imo inuenies si incipias Deo seruire, qui tibi dicant, & ad aures diabolice inculcent, ne modo hoc cures, quia hypocrisis est. Nondum iniquus Siba fidẽ his verbis imposuerat, non est nobis pars in Dauid, cum omnis populus eum statim secutus est. Eodem modo cum Abimelech regnum Israel vsurpauit, in suũ auxilium statim habuit omnes vagos, inopesque, & populum Sichem. Sic etiam cum perfidus Adonias regnum paternum voluit vsurpare, cum adhuc Dauid pater eius viueret, in suum auxilium statim venerunt Ioab & Abiathar, qui magnates erant in regno. Ad malum ergo plurimos fautores inuenies, & si in infernum præcipitare te volueris, non deerit qui calcaria addat, teque incitet. Vnde dominus per Zacha. minabatur eis qui adiuuabant gentes in destructione Hierusalem, dicens: ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Porro cum Abimelech scidit arboris ramum, & dixit, quod me vidistis facere, cito facite: secuti sunt cæteri ducem ipsum. Cæterum sicut mali pessimum alijs exemplum exhibent, sic etiam boni optimum dant exemplum & odorem. Vnde Apost. ait, Christi bonus odor sumus: hic autem odor esse debet constans atque perpetuus: siquidem parui fit bonum exemplum, nisi iuge fuerit quantum in nobis est, atque perpetuum. Semper enim Christi seruus conniti debet vt perseuerẽt in illo suaui vitæ odore atq; famę: Vt enim natiuus fons iugiter manat, vberrimumque flumẽ perenne esse solet: haud secus profecto verus Christi seruus semper in bene morata vita, redolentique fama perseuerare debet, ita vt

Marginalia: E; Chry. in ser. ne cuiquã frat. scã. pona. to. 5.; Mat. 9. Luc 4.; F; Exemplũ bonũ pauci dant, & malum multi.; 2. Reg. 20; G; Iudic. 9.; 3. Reg. 1.; Multi prauũ dãt exemplũ.; Zach. 1.; Iudic. 9.; H; 2. Cor. 2.; Similia.

A ita vt omnibus sese exhibeat lucidissimum quoddam bonorum morum exemplar, in quod ceu in tersum speculum omnes con tuentes, deprauatos mores corrigant & emendent. Prauũ enim exemplum contagio sicut cancer serpit in repub. ideoque velis & remis illud fugere debemus, ne multorum pernicies sequatur. Ad hæc colloquia etiam mala vitare debemus, & pestilentes societates ac contubernia, propter incommoda & detrimenta quæ inde oboriuntur. Peccatum enim earum rerum naturam imitatur, quæ quidquid attigerint destruunt & contaminãt. Sicut B enim modicum fermentum, conspersionem totam corrumpit, & parum aceti, totum pretiosi vini dolium acidum reddit, itẽ vnus homo peste laborans, totam plerumque inficit ciuitatem & torrens turbidus atque cænosus, si in riuum limpidissimum influat ipsum quoque cænosum & turbulentum reddit: adhunc plane modum peccatũ vbi in hominem influxit, totam generis humani naturam, quę in vno homine erat, contagio suo infecit atque corrupit. Hinc ergo perspicuum est facilius bonos malorũ con sortio corrumpi, quam malos bonorum societate meliores reddi. Hæc est enim magna illa generis humani miseria, quam Gre. C Na. lamentatur his verbis: hoc est quo vitium probitatem maxime superat, quodque ipse animaduertens, indignissime, acerbissime que fero, quod cum res facile mirabilis & prompta sit improbitas, nilque minoris negotij, difficultatisque sit, quam malum fieri, etiamsi nemo ducem se nobis ad vitium præbeat, rara tamen atque ardua est virtutis adeptio, quamlibet multis modis ad eam inuitemur atque trahamur. Quod etiam ab Aggæo animaduersum videtur, cum admiranda illa, verissimaque imagine vteretur: percontamini ex lege sacerdotes, num si caro sancta in veste cibum aliquem aut potionem, aut vas denique aliquod D tetigerit, rei admotæ dignitatem & sanctitatem protinus allatura est? quod cum sacerdotes pernegassent, percontamini rursus inquit, si qua res impura, hoc est si pollutus in anima, ista omnia tetigerit, num polluetur? Responderunt sacerdotes, polluetur. Caro ergo sancta non sanctificat quæ tangit, caro vero polluta polluit. Quibus verbis hoc significari videtur, virtutem eiusmodi esse, vt eam homines non nisi summo labore adipisci queant: quemadmodum nec humida materia, ignem facile concipere solet: contra vero ad vitiorum sordes, omnes fere mortales promptos, paratosque esse, non secus profecto ac stipula ad ignem ob naturæ societatem facile accenditur. Citius enim exiguũ vitium latissime serpit, quam vel copiosissima virtus se communicet.

Nam &

*Simile.*

*Confabulationes noxias declinemus.*

*Similia.*

*1. Cor. 5.*

*Simile.*

*Rom. 5.*

*Gre. Na.*

*Prauũ exẽplum potius quam bonum sectamur*

*Aggei 2.*

*Procliues ad malum sumus.*

*Simile.*

*Simile.*

Simile. Nam & exiguum absynthium, amarorem suum melli celertime E
impartitur, mel contra nec duplo maius dulcedinē suam absynthio infuderit.

*Mortem meditemur.*

*Quatriduanus enim est.* Aperte quidem ex toto Euang. constat quomodo semper mortis memoria in nobis vigere debeat. Porro de beato Antonio legimus, quod vt iugis mortis memoria, quæ ad vitam sanctè traducendam plurimum iuuat in eo vigeret, & nulla vnquam posset obliuione deleri, sibi sepulchrum quoddam & tumulum in habitaculum vbi moram faceret, prudentissime delegerat, & ne ab huiusmodi mortis memoria facile reuocaretur, quin potius diu in ea perseueraret, noluit vir sanctus vel cibi conquirendi gratia & famem explendi, hinc pedem auocare, sed potius cuidam hanc curam commiserat, vt quando sibi videretur expedire, aliquid ad vitam sustentandam largiretur. Viri iusti cum terram pedibus terant, animum habent insublimi, cogitationem ab omni scelere abducentes, mentem à corporis sensibus abstrahentes, & Deū animo contemplantes: qui patriam cælestem, & beatas illas sedes desiderant, à longe eas aspicientes, & se esse hospites super terram & peregrinos cogitantes. Anima quidem viri pij diuino amore incensi, inclusa in corporis cauea, etsi omnibus ad vitam humanam necessarijs circunfluat, patriam tamen suam, hoc est cælum ardenter appetit, & pijs illuc eundi suspirijs & desiderijs, flebili gemitu inflāmatur, vt finito hoc exilio, in sempiterno illo animarum beatarum domicilio requiescat. Omnis quidem Christianus etsi opibus abūdet, & tecta habeat magnifica, ebore & auro fulgentia, ad cælū tamen aspirare debet, & ad patriam desiderio & animo euolare, dicens cum Pau. cupio dissolui, & esse cum Christo. Cogitemus igitur nos qui ratione prediti sumus, quam fragilis, fluxaque sit vita nostra: quam velociter labatur tempus, vt sisti, cohiberiq; non posit, vt omnia quæ metitur, ad interitum ducat & trahat. Atque vtinam breue tantum esset spatium vitæ modo certum esset, modo reddendæ rationi non essemus obnoxij. Hinc autē illud merito torquere nos debet, quod & singulis horis instat periculum, & incorruptus atque integer adeundus est iudex, apud quē non solum eorum quæ facimus, sed etiam omniū quæ diximus reddenda est ratio, & omnium quę cogitauimus. Autor est Herodotus, solitum esse inter Ægyptios in magnis cōuiuijs, mortui hominis caput ante omnium conuiuarum oculos proponere. Mementote igitur tum inter edendum, tum inter pocula, quo tan-

Margin notes: Anto. Ab. Exemp. — Mortis memoria quā tum conducat. — F — Hec. Pin. in Ezech. 2 — Gloriā desiderāt serui Dei. — G — Phil. 3. — Gre. Nys. de pauper. aman. — H — Circumspecte viuam' — Herodo. Exemplū. Simile.

A la, quo tandem redigendi sitis. Et plane sicut panis necessarius est cibus ad vitæ sustentationem, ita etiam mortis meditatio nobis est pernecessaria ad vitam animæ sustentandam. Consuetudo porro est ipsius Dei, non solum verbis significare nobis res arduas, sed & signis quoque. Vnde ad significandam populi captiuitatem, pręcepit Hieremiæ, vt se catena circūdaret, & ita per ciuitatem ambularet, tum etiam adsignificandam deuastationem Hierusalem præcepit ei, vt lagenas duas confringeret: ita igitur non solum verbis nos monet mortem ipsam & iudicium imminere, verum etiam signa multa antecedentia præmittet ante ipsū iudicium. Cum ergo ita certa nos hæc maneant, nempe mors ipsa & iudicium, quorsum totis stertimus pręcordijs, & veluti aliud agentes dormitamus, cum tamen videamus quotidie vitam nostram breuiorem reddi? Christum ergo potius audiamus, dicentem vt similes simus hominibus expectātibus dominū suum. Felicissimi plane sunt qui talem ineuntes considerationem, quotidie sibi mori videntur, & quotidie se præparant ad aduentum Dei. Beatus vir qui semper est pauidus, inquit Sap. ex hoc siquidem timore nascitur in nobis maxima quædam securitas & præparatio contra insidias inimici nostri. Etenim peruersi dæmones instante mortis hora, cuiusque animam circum vallant, atq; omnia ante actæ vitæ scelera, illi ante oculos cernenda clarissime obijciunt, vt ad desperationem inducant. His igitur modis agonizantem & trepidum hominem, hostes obsident & vallant, nec modo vallant, sed etiam coangustant, cum illū de salute sua & futura sorte anxium & solicitum reddunt. Vident enim miseri eo tempore, se adiustissimi iudicis tribunal properare, quem sciunt nec muneribus deliniri, nec dolis decipi, nec cuiusquam potētia à seueritate ad gratiā flecti, nec vllis artibus à recto posse deduci. Vident se inter tempus & æternitatem positos, tēpus autem præterisse, & æternitatis infinita spatia instare, in quibus quæ ipsis sors sit obuentura ignorant. Quanta igitur angustia, quanta hic trepidatio, & animi angor & consternatio, & male actæ vitæ detestatio erit? Vere enim Christiani hominis vita, nihil aliud quam continuata ad mortem pręparatio esse debet. Nā sicut cum creditores sentiunt ipsum debitorem velle cedere foro, statim omnes cateruatim ad eum ruunt, sic etiam dęmones cū vident animam ex hoc corporis ergastulo semigrare, illico eam vallant, & misere diuexant. Quare mortem meditemur assidue, in qua non de fortunis, terrenisque possessionibus, sed de sempiterna vita, vel interitu, ferenda sententia est.

*Hie. 28.* *Hie. 19.* *Magna negligentia nostra.* *Luc. 12.* *Prouer. 28* *Dæmon in morte multos nobis tēdit laqueos* *Luc. 19.* *Iudicium Dei terribile.* *Mortis magna angustia.* *Simile.*

(Margin letters: B, C, D)

Sabbatho

## SABBATHO POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO PRIMA.

D. Amb. lib.3 epiſ. epiſ. 11. Simile.

DICEBAT Ieſus turbis Iudæorum, ego ſum lux mundi. Ioan. 8. Non vtique viſibilis, ait Ambr. Sed animarũ quæ in hoc mundo ſunt, intelligibilis claritudo, quibus ſe ſplendenti lumine rationabilis infundit prudentiæ, & vt prædicatur in Euang. incorporeæ virtutis, inflammans vapore ſecreta mentium, animorumque penetralia Quemadmodum lux hæc corporea grata illa quidem eſt & iucunda oculis: ita nil plane Deo ipſo gratius, nil eius amore iucundius & amabilius fingi, excogitarique poteſt Quid igitur tantopere obdormimus? Cur diuino amore pænitus non inflammamur? Certe quantum conijcio, hoc ex eo fit, quod minus Dei contemplationi inuigilemus, minus eius cognitioni ſtudeamus. Hinc, hinc inquam fit, vt propter tãtam ignorationem, minus Deum qui lux eſt mundi, diligamus, & quia eum non diligimus, nec etiã ſequamur. Antequam filius Dei fieret homo, ait Ber. omnia erãt in tenebris, & quouſque tandem ſplendidiſsimi radij de pulcherrima puerpera ſacratiſsima virgine egrederẽt, omnia in tenebris denſiſsimis, caligineque verſabantur, & quidem in paucis admodum, per exigua etiam lux elucebat. F

Parum diligim' deũ

Ber. in Can ſer. 33 G

*Qui ſequitur me.* Sequitur autem Chriſtum, ait Chry. qui inſiſtit mandatis eius, qui per viam doctrinæ eius ambulat, qui per veſtigia & vias eius currit, qui imitatur illa quæ Chriſtus fecit & docuit, ſicut Petrus ſuadet dicens. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Niſi Chriſtum ſequamur, ait alius autor, rectam tenere viam nõ poſſumus. Vnde pſal ait, ſpiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Item deduc me Domine in ſemitam mandatorum tuorũ, quia ipſam volui. Chriſtus ergo nos deducere debet, & eum ſequi debemus, ſi nolumus aberrare. Quod etiã ſignificabat olim columna illa ignis, quę per noctem illuminabat filios Iſrael eiſq; viam præmonſtrabat. Hinc & Moyſes dicebat, ſi nõ tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. Et Iſa ait, præcedet vos dominus, & congregabit vos. Chriſtum ſequere, & mundanos honores ſperne, cupiditates reijce, diuitijs noli cor apponere, quæ inconſtantes ſunt, & quaſi hyemalis quædam ſerenitas, mutabiles, tanquam H

Chry. de erudi. diſ. ho. 7. 10. 5- 1. Pe. 2. Hec. Pin. in Ezech. 13. Pſ. 142. Pſal. 118. Exo. 13. Exo. 33. Iſa. 52. Autor. Pſal. 61. Similia.

A les, tanquam luna ipsa flexibiles, siue quid aliud habeas his omnibus longe mobilius. Si ergo tantam patiuntur opes & diuitiæ mutabilitatem, quid de illo sentiendum erit, qui eisdem adhæserit, & seipsum quasi mancipauerit? Si graue centrum petit, & leue superum locum, si auis aerem concupiscit, si piscis aquam, quod hęc scilicet sint commodissima singulorum loca, quid nos tantopere torpemus, vt Deum ipsum non quæramus, vt eius vestigia non sequamur, vt eum feruentissime non diligamus? Est enim in eo noster conseruatiuus locus, est in eo nostrum firmissimum præsidium, quo ab impugnationibus multis & magnis infensissimorum hostium, mundi, carnisque defendimur & vindicamur. *Qui sequitur me.* Christū perpetuo sequi debemus, adeo vt neque diuitiæ, neque cupiditates nostræ, neque mundani honores, vel quidquam præterea nos impedire valeat quo minus eius vestigijs iugiter insistamus. Res siquidem istę mundanæ viles & perexiguæ, multos sæpe vsque adeo remorantur, vt eisdē sponte sua Christi viam intercludant. Et sicut pisciculus quidā marinus eius dicitur esse naturæ, vt ingentem etiam nauem plenis sinibus nauigantem remorari non minus soleat & obfirmare, quam si pluribus anchoris & funibus constringeretur: ita in plerisque accidit vt perexiguæ voluptates non minus eorum retardent cursum ad patriam tendentem. Quod quidem olim plorabat Propheta dicens, væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt dominū &c. Cæterum perfacile fere nobis apparet malum sequi, & perdifficile sectari bonum: vide enim quanta hominum multitudo Absalon sequeretur, & quam pauci sequerentur Dauidem. Quēadmodum nauigandi acus recta semper polum ipsum contueri solet, atque ipsi nautæ eiuscemodi gubernaculo nauigationē suā moderantur: ita plane vt vitam nostram præclare instituamus, vt cogitationes, dicta, & facta moderemur, sequamur semper Christum. Nam sicut pulli ipsi tādiu securi sunt, quandiu matris alis fouentur, vel ei proxime adhærent, tunc enim nullos reformidāt rapacis milui incursus, neque irremeabiles timent errores, at vero si à matre paulo longius euagentur, tunc quidem in maximo versantur periculo, ne scilicet à circūuolante miluo arripiantur: ita qui à Dei amore nō recedunt, sed eidem potius semper inhęrent, Christiq; vestigia sequuntur, liberi quidē sunt à rapacitate & laqueis hostis antiqui: sin autem à Deo per vitæ peruersitatem & scelerum atrocitatem elongentur, vsque adeo periclitantur, vt inter eos & infernum ipsum solus interesse vi-

*Similia.*

*Deum ex toto animo amemus.*

B

*Hec. Pin. in Ezech. 1.*

*Simile. Pli. li. 9. et 32. Ælia. l 12*

C

*Christum sequamur & non mūdum.*

*Isa. 1.*

*2. Reg. 15.*

*Simile.*

D

*Simile.*

*Securitatem nō habemus sine Deo.*

*In magno versantur periculo qui Christum non sequuntur*

deatur in certissimę, fragilisque vitæ murus. E

Tho. in Ioan. 8. lc. 2. Ioan. 14. Simile. Mat. 4. Cyr. in Io. l. 5 c. 18.

*Non ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ.* Idest lætitiā spiritualē, quā habet qui seruit Deo. *Nō ambulat in tenebris.* Ignorātiæ, ait D. Tho. quia ego sū veritas: nec culpę, quia ego sū via, neq. dānationis æternæ, quia ego sum vita. Dicit autē qui sequitur quia sicut quicūq. nō vult errare in tenebris, oportet vt sequatur eum qui lumē portat, ita quicūq. vult saluari, oportet quod sequatur Christum qui est lux, credēdo & amādo, & sic Aposto li secuti sunt eum. *Non ambulat in tenebris*, cum lumen vitæ, F promittit dominus habiturū eum qui ipsum secutus fuerit, nō de lumine isto corporeis spectando oculis verba facit, neq. de

Ioan. 6.

vita hac corporali, sed de spirituali loquitur, quin imo hisce verbis seipsum pollicetur seruis suis, qui est lumē vitæ, & vitā suis largiens æternam. Sequamur igitur indefesse Christū ducē

D. Tho. in Io. 8. le. 2.

vt tantis ab eo bonis locupletemur. *De te ipso testimonium perbibes* &c. Quasi dicant, vt ait D. Tho. ex hoc ipso quod tu de te testificaris, testimonium tuū non est verum: in hominibus enim nec acceptū, nec congruum est quod homo se laudet. Vnde Sap.

Pro. 27. 2. Cor. 10.

ait, laudet te alienus, & non os tuum: quia nō cōmēdabilis redditur, sed si à Deo cōmēdatur. Nō enim qui se ipsum cōmendat, G ait Apos. sed quē Deus cōmendat, ille probatus est. Cum solus Deus eum perfecte cognoscat, Deum autem nullus potest sufficienter cōmendare, nisi ipse se ipsum, & ideo oportet quod ip-

Iob. 16.

se de se ipso testificetur, & etiā de hominibus, iuxta illud Iob, ecce in cælo testis meus. Et ideo Iudei decipiebantur. *Tu de te ipso.* Vide quā praue loquantur, dicentes non esse verum: siquidē

Simile.

si dixissent non est admittendum testimonium tuum, aliquid vti que fortasse viderentur dicere, at vero bene potest aliquis testificari vere de se ipso, puta si testificetur quod non interfecerit hominem, quem reuera non interfecit. *Et si ego testimonium perhibeo de me ipso &c.* Quasi dicat si vos me cognosceretis, qui H

Amauit nos Christus plurimum.

vestra quæro commoda, longe aliter iudicaretis. Ad quē enim fideliorem poteris amicum accedere, quam ad Deum? Qui po

Exo. 14.

pulum suum de Aegypto contra crudelissimam Pharaonis voluntatem eduxit, & in terram lacte & melle manantem introduxit. Quemnam tui studiosiorem, fortioremq. ducē ipso Deo po

Iudic. 6.

teris deligere? Qui quidē assūpto infimæ sortis homine, frumētūq. purgante Gedeone, populum suum à Madianitis & Amalechitis felicissime vindicauit, atque ea ratione potētatus omnes humanos, humanasq. vires prostrauit, eneruauit, confudit. Sed Cuinam quæso potentiori res tuas committere poteris, quam

.ei qui

A ei qui & infimũ mira felicitate de puluere subleuat, & diuitē de sũma dignitate nō minori facilitate etiā deturbat, deijcit, percel lit, prosternit? Etenim ad Dei dũtaxat imperiũ, imo ad imperiũ Elisęi ex mādato Dei, filius quidā prophetarũ adolescentē illũ Iehu de medio fratrũ eductum, ad regni soliũ euexit, qui rex vn ctus tantũ assumpsit roboris, vt reges duos, Israel videlicet regē, & Iuda, expugnauerit & interfecerit. Errat quidē miserabiliter quicunq. se à Dei amicitia disiungit. Quod in Saulis fluctuationibus satis patet: furebat enim contra Dauidem præsertim.
B Sed quis audeat se à Dei amicitia seiungere, cum præsertim tam benigno, tamque dulci affectu nobis dicat per Zach. sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos.

*Psal. 112.*
*4. Reg. 9.*
*Amicitia Dei quan tũ valeat.*
*1. Re. 18.*
*Zach. 10.*

*Vos secundum carnē iudicatis, ego non iudico quenquā.* Quasi dicat vt ait Amb. ego vniuersorum redemptor, ego peccatorum remissio; non iudico, qui libenter indulgeo: ego non iudico, qui sanguine meo redimo peccatores, ego nō iudico qui malo vitā quā mortē peccatoris: ego nō iudico, quia nō dāno, sed iustifico peccatores. *vos secūdum carnem iudicatis* Noli vnquā leui statim de causa aliquē iudicare & condēnare: sæpe enim humanum
C fallitur iudiciũ, insontē interdũ dānando virũ, & eũ qui quāuis hodie mal' sit, crastina tamē die bonus erit. In Eccle. enim legitur, facile est in oculis domini subito honestare pauperē. Et rursũ, à mane vsque ad vesperā immutabitur tēpus. Te ipsũ iudica potius & dāna, nō autē alios, ignoras siquidē quid de illis dominus facturus sit. Quod si proximi tui opus non poteris fortasse excusare, intentionē interim excusabis quæ recta esse potuit: vel dices per ignorantiā eũ seu fragilitatē, nō per malitiā lapsum esse. Quod si nulla ex his ratione eũ poteris à peccato excusare, tecũ cogitare debebis illum grauissime à dæmone tētatũ forte
D fuisse, & quod si tu tā graui tentatione expugnatus fuisses, deterior fortasse extitisses. Apostoli itē dictũ memoria sēper volue, qui stat, videat ne cadat: si enim elatus in superbiā, seuerissimus judex aduers' fratrē tuũ fueris atq. iniquus, permittet fortasse Deus, vt in illud peccatũ incidas dē quo alterũ cōdēnas, vt vel sic iniquitatis tuæ & insaniæ pœnas luas. Vide enim quid cōtigerit vel etiā ipsi Petro, qui cũ pl' quā de cęteris, de se quodāmodo pręsumere videretur, dñum negauit. Cæterũ queādmodũ ocul' omnia circũcirca respicit, seipsũ nō contuetur, eodē modo illis cōtingit, quos nimia tenet solicitudo aliorũ vitas & facta perscrutādi, & suis interī supersedēdi, vt scilicet, min' seipsos cōtueātur, sed quouis talpa cæciores sint. Et sicut qui debili sũt aspectu

*Amb. l. 5. ep. epi. 20*
*Ezech. 18*
*Iudicia temeraria fugiamus*
*Eccle. 11.*
*Eccle. 18.*
*Res in meliorē partē interpretemur.*
*1. Cor. 10.*
*Mat. 26.*
*Simile.*

sæpius, libentiusque conspicilijs vtuntur, quam speculo, quo- E
niam speculum inspicienti eius formam & lineamenta multo ex
plicatiora & viuidiora reddit, conspicilia vero non referunt ip-
sum inspicientem, sed omnia alia clarius videre faciunt: ita eue
nit illis qui charitatis luce carent, ea enim solicitudine aliena ri
mantur vitia, vt alios nouis quodammodo oculis intueri videã
tur, se autem nullis, proprio enim excæcati amore, speculum
ipsum respuunt, hoc est seipsos non contuentur. Vnde & sa
pienter quidem antiqui Philosophi dixerunt quemuis hominẽ
duas humeris gestare manticas, in quarum posteriore sua, in an- F
teriore vero aliena portaret vitia. Quod præclare etiam poæta
expressit his verbis: vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Aliena etiam vitia in
Chrystallino intuemur speculo, cuius natura est, omnia maiora
quam sint facere, nostra vero in vitreo, quod rerum etiam ma-
gnarum paruã quandam repræsentat imaginem. Idem præterea
euenire plerisque solet, quod his qui eminus oppidum aliquod
contuentur, vsu venit. Nam vt illis apparet oppidum ipsum par
uum quamuis amplissimum sit, ita Ardelionibus, & hominibus
qui aliena curiose perscrutantur, sua vero parum curant, pro- G
pria delicta atrocissima & maxima, minima apparent, aliena ve-
ro vel minima facinora, intolerabilia iudicantur, quia scilicet
in proprijs delictis interpositum est ingens illud interuallum
amoris proprij. Cæterum pręcipiebat in lege veteri Deus, vt sa
cerdos coram speculo quod in sanctuario appensum erat, orna
retur, ne fortasse quid indecorum aut ineptum in ornatu ipso
esset: ita & tu si vis exacte tui cultum speculari animi, indue ter
tiam quandam personam eisdem moribus instructam, & tunc
quidem quasi in speculo quodam poteris te exactissime compo-
nere, ipsi Deo placiturus animæ tuæ sponso, nam ita demũ quæ H
reprehensione digna duces, tibi ipsi imputabis. Moyses quidem
manu sua virgã tenẽs, quãdiu eã tenebat, virgã esse iudicabat, si-
mul atque vero eam deponebat, in anguem conuersam statim
videbat: ad eũdẽ plane modum se habẽt erga autorẽ suũ vitia, si-
quidẽ quãdiu ea penes nos morari sinimus, placida esse vidẽtur,
sin autẽ à nobis propellãtur & in propria appareãt figura, serpẽs
quidẽ iudicãtur & venenosa. Vnde cũ Nathan ex Dei præcepto,
in Dei quidẽ persona parabolice Dauidis vitiũ depinxisset, ait,
viuit dominus, quoniã filius mortis est vir iste qui fecit hoc: non
potuit enim magnitudo criminis in tertia persona depicta ali-
quo modo occultari.

*Non debemus temere proximum iudicare.*

*Simile.*

*Persius in Saty.*

*Simile.*

*Similitu.*

*Alienos defectus potius quã nostros exploramus*

*Exod. 38.*

*Cognitio sui quantum iuuat.*

*Exo. 4.*

*Nos ipsos potius quã alios iudicemus.*

*2. Reg. 12.*

*Nostros cõsideremus defectus.*

*Vos secun-*

A *Vos secundum carnem iudicatis*. Neminem quantumcumque peccatorẽ, statim condemnemus & contemnamus, fieri enim potest, vt qui hodie peccator est, cras sanctissimus euadat. Quis enim quæso quondam Paulum vidit tantum scilicet Ecclesię aduersarium, qui eum iudicaret talem esse futurum, vt electionis vas & sanctitatis merito nuncuparetur? Quis obsecro eum cuius vita rapinis, fædissimisque latrocinijs consumpta fere fuit, ad eã aliquando viuendi conditionem peruenturum putasset, vt tantam felicitatem ex Christi oraculo consequeretur? Quis olim putasset, mulierem illam pecatricem in Dei Ecclesia & futurã & B vocandam ad memoriam sempiternam, totius exemplar sanctitatis, speculum pænitentiæ, errantiumque ipsorum splendidissimum quoddam lumen? *Acto. 9.* *Luc. 23.* *Luc. 7.*

*In lege vestra scriptum est, quia duorum &c.* Sed iam hoc tempore videmus quod in ore duorum etiam & trium testium reperiatur sæpe mendacium, qui sane non videntur considerare quã sit turpe mentiri, atque fædum, siquidem mendacium veritati, imo Deo qui est veritas & vita opponitur: ita nãque graue est mẽtiri, vt Iudas grauius æstimare viderẽ mẽtiri, quã fornicari. Ideo de Thamar cum qua fuerat fornicatus, mittens ei hædum, C & eam non inueniens, dixit, mendacij non potest nos arguere. Propter grauitatem mendacij non licet alicui ex quacunque causa mentiri, licet aliquando liceat & expediat veritatem tacere. Sic fecit Samuel, dicens: ad immolandum domino veni, & tamẽ aliud facere præcipue venerat, & nihilominus non proposuit. Mendaces quærunt decipere audientes: ideo primum mendaciũ fuit à diabolo per serpentem prolatum, scilicet nequaquam moriemini, vt hominem decipiendo traheret ad peccatum. Gabao-D nitæ callide cogitantes, Iosue mendacio voluerũt decipere, sed ille bono vsus consilio, pactum initum non fregit, sed eos vt meruerant, in seruitutem redegit. Vir Dei qui prædixerat Hieroboam destructionem altaris, à fallente Propheta mendacio est deceptus. Prophetæ mẽdaces suaserunt Achab vt iret ad pugnã, vbi grauiter est vulnerat'. Pessimũ mẽdaciũ inuenit Amã vt posset interficere Mardochæũ. Item multi mẽdacio tegũt proditiones suas. Sic Anthiochus post mendacia verba & pacifica ciuitatem plaga percussit. Rupit Anthiochus iuramentum, & mandauit destrui murũ. Alchimus proditorie volens esse summus sacerdos, Iudæ mendaciter detrahebat. Bacchides & Alchimus loquentes mendaciter factum aliter peruerterunt. Promisit Demetrius Ionathæ multa si liberat' esset, qui se postea alienauit ab eo *Deut. 17. & 19.* *Multi reperiuntur falsi testes* *Ioan. 14.* *Gen. 38.* *1. Reg. 16.* *Mentiri non est licitum.* *Gen. 3.* *Iosue 9.* *3. Reg. 13.* *4. Reg. 22* *Esth. 3.* *1. Ma. 1.* *1. Ma. 6.* *1. Ma. 7.* *1. Ma. 11.* *1. Ma. 13.*

Proditorie Triphon mentitus est simoni, quando argentum & E
*2.Reg.13.* obsides pro Ionathæ liberatione recepit, qui postea Ionatham
& filios eius interfecit. Mendaces vt plurimum sunt accusatores
aliorum, & relatores nouorum, qui semper addunt ad referen
da Sicut occiso vno de filijs Dauid ab Absalone, fama accusan
*Acto.16.* tium & referentium, venit, quod Absalon omnes filios regis in
*Acto.18.* terfecit. Insuper ab accusatoribus Pauli multa sæpe dicta sunt
mendacia, nempe à quæstuarijs, & ab Atheniensibus quibusdã.
*Falsi testes* Pessimi quidem sunt testes falsi, qui suis mendacijs & falsis asser
*peruersi.* tionibus, multos proditorie & inique faciunt condemnari. Sic F
*3.Reg.21.* duo falsi testes producti contra Naboth, eum iniuste lapida
ri fecerunt, mendaciter asserentes quod blasphemasset. Item illi
*Dan.13.* iniqui senes contra Susannam falsum perhibuerunt testimoniũ,
& eam voluerunt lapidari. Tum præterea falsi testes Stephanum
lapidibus obrui fecerunt. Mendaces sunt etiam sepe plerique ex
*Acto.7* cusando se à malis operibus de quibus aliquãdo arguuntur: mul
ta mendacia dixit quidem Pharao Moysi se excusando vt dimit-
*Exo.8.&* teret populum. Cæterum os quod mentitur, occidit animam,
*10.* aliquando etiam corpus: sicut Ananias & Sapphyra excusantes
se mendaciter coram Petro, diræ mortis sententiam incurrerũt. G
Mendacium aliquod officiosum videtur remuneratum aliquan-
*Acto.5.* do, sed in præsenti, non in futuro: sicut mendacium obstetri-
cum cum Pharaone, sed tamen id fecerũt vt filios Israel paruu-
los non necarent. Temporaliter remunerata est Raab quæ men
*Mẽdaciũ* tita est officiose, vt exploratores Israel liberaret: officiose mẽti
*officiosum* tus est Chusi pro saluatione Dauid, dicens Absaloni: sicut fui cũ
*Exo.1.* patre, ita ero tecum. Mentita est etiam officiose illa mulier, quæ
nuntios Dauid sub velamine abscondendo celauit. Sed tamen
*Iosue 2.* non inde intelligas licitum esse mentiri. Multos præterea videas
qui statim mendacia proferunt, propterea quod videant verita H
*2.Reg.17.* tem odium parere, qui videntur potius adulatores, vt si bene
loquuturi sint de aliquo apud eum qui ipsum oderit. Sicut vi-
*Veritas o-* demus quod Balaac dolebat quod Balaam benediceret populo
*diũ parit.* Israel, licet hoc verum esset, nec tantum eum honorauit, quan
tum decreuerat honorare. Iratus est Saul contra Ionatham quia
veritatem dicebat excusando Dauid. Cum veritatem dixisset
*Num.24.* Achior de populo Israel, indignatus est Holophernes, & voluit
*1.Reg.20.* eum occidere. Nam veritas odium parit, & præsertim quando
*Iudith.5.* corriguntur mali, ideo Ionathas filius Gedeonis, fuit interfe
*Iudic.9.* ctus ab Abimelech quãdo dixit veritatem arguendo eum. Cum
*2.Par.15.* Propheta increpasset regem Asa, iratus rex iussit eum mitti in
neruum.

A neruū. Sedechias etiā conïecit in carcerē Hieremiam. Ioan. quia *Hie.* 34.
arguebat Herodem, ideo pro veritate iussus est decollari. Odio
habebant Pharisæi veritatem Christi, cum reprehenderet hypo- *Mat.* 14.
critas. Item veritas parit odium in hominibus propter ipso- *Mar.* 6.
rum peruersitatem: nam quando Hieremias prædicauit veritatē, *Luc.* 14.
missus est à peruersis in lacum in quo non erat aqua. Daniel *Mat.* 24.
ostendit Bel & Draconem non esse deos, & missus est à peruer- *Hier.* 38.
sis inter Leones. Ex verbis veris Eleazari, in iram versi sunt *Dan.* 14.
impij qui in eum fuerant mitiores. Principes sacerdotum,
B cæsis Apostolis denunciauerunt ne in nomine Iesu veritatem
loquerentur. Audientes Pharisæi & Iudæi verba Stephani, dis *1 Ma.* 6.
secabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Mul *Acto.* 5.
tos denique aduersarios habuit Paulus propter veritatem *Acto.* 6.
quam prædicabat. *Acto.* 9.

*SABBATHO POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.*

## CONCIO SECVNDA.

C

*Virtutem sequamur & amplectamur.*

DICEBAT *Iesus turbis Iudæorum &c. Qui sequitur* *Ioan.* 8.
*me, nō ambulat in tenebris*. Ioan 8. Satis quidē ex his
verbis constat quantopere nobis Christus cōmēdet vt
virtutes cōplectamur, quā viā nos Christus docet, & *Vitia odio*
vitia odio habeamus quæ sunt tenebræ quædam. Satis quidē ma- *prosequamur.*
nifestū est quantū excellat virtutis iter, vitiorū viā, & quam sit a
mabilis ipsa virtus. Sed tamen difficultas quę reperitur in huius-
modi virtutis itinere, videtur multos retardare. Ad quod opti- *Virtutes*
D me intelligendum, obseruandum est quod Christiana vita duo *quà sint amabiles.*
præsertim spectare debet, nempe finem ipsum, & media ad
finem necessaria: porro finis pręcepti vt ait Apost. est charitas:
nam præcepta & consilia eo diriguntur vt Deum amemus & pro
ximum: porro, media varia sunt, & quidem ardua interdum; ve- *1. Tim.* 1.
rumtamen non perinde seruis Dei difficilia videntur, quo-
niam vt ait Pau. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerūt cū
vitijs & concupiscentijs. Cęterū nouitij etiā aliquā difficultatem *Gal.* 5.
habere vidēt, vt ait Orig. cū parū sint adhuc exercitati. Et Pau.
ait, velle adiacet mihi, pficere autē nō inuenio. Quasi diceret, ty- *Orig. sup.*
ronē habere quidē optima desideria, at vero cū sit inexercitatus, *Rom.* 7.

difficultatem aliquam ibi inuenit. Sicut qui non est assuetus fos- E
*Simile.* sioni, aut orationi, manus ipsas grauiter sibi lædere initio vide-
*Virtus circa difficilia versatur.* tur. Itaque tales tyrones in militia Christiana, magna vtantur patientia, & diuinum assidue fauorem implorent. Fateor etiam exercitatos solere etiam difficultatem quanduã inuenire quãuis non tantam. Vnde Sap. ait, corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & Apost. video inquit, aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ. Porro ad domandam carnẽ quo
*Sap. 9.* ties nobis huiusmodi difficultates proponit, vtile consilium est F
*Rom. 7.* considerare diligenter quod nobis impossibilia non præcipiantur. Vnde Apost. ait, fidelis est Deus, qui non patietur vos tẽ-
*1. Cor. 10.* tari supra id quod potestis. Tum etiam quod Deus semper nobis auxilium suum dabit: sic enim legimus quod in throno Sa-
*1. Par. 9.* lomonis erãt leones & manus, vt inde intelligamus, quod quãuis nobis occurrant difficultates tanquam leones, nihilominus tamen sunt etiam manus & auxilia. Cæterum si bene attendas partim quidem videbis difficile esse hoc iter ad thronum Salomo-
*Mat. 16.* nis & ad virtutem capessendam, & partim facile: nam difficile
*Mat. 7.* tibi videtur illud, siquis vult venire post me, abneget semetip- G
*Mat. 11.* sum &c. Item arcta est via quæ ducit ad vitam. Facile vero quia
*Baruch 3.* dicitur, iugum meum suaue est. Item Baruch ait, si in via Dei
*Pro. 21.* ambulasses, habitasses vtique in pace super terram Item Prou.
*Psal. 118.* 21. gaudium est iusto facere iustitiam. Et Dauid ait, in via testi-
*Quæst.* moniorum tuorũ delectatus sum. Si igitur quæras qui fieri pos sit, vt hæc via sit difficilis & facilis? Respondeo ratione diuerso
*Resp.* rum id fieri, siquidem difficilis est si vires nostræ attendantur, at
*Psal. 118.* vero facilis cum diuino auxilio. Vnde Dauid ait, viam manda-
*Psal. 33.* torum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sane qui cæle- H stia gustat, facilem hanc viam inuenit. Vnde Psalm. 33. gustate
*2. Reg. 17.* & videte quoniam suauis est dominus. Sed qui non sunt in his exercitati, onus quoddam sentire videntur, sicut Dauid cum se Saulis armis muniuit: nam arma quidem sunt ieiunia, orationes, & eleemosynæ, quæ inexercitatis difficilia videntur. Vn-
*Hebr. 12.* de Heb 12. dicitur, omnis disciplina in præsenti quidẽ videtur non esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum paccatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Sic videmus etiam difficilem reddi natationem nondum exercitato, item equitationẽ,
*Simile.* & tractationem armorum, quę tamen exercitatis facilia sunt & suauia. Sic igitur Christum assidue sequamur & virtutem complectamur, vt tandem huius rei suauitatem & dulcedinem maximam percipiamus. Sane quando spiritu Dei tangimur, statim

id in ipso

A id in ipso affectu apparet, neque enim diu vt ait Sap. ignem in si nu gestare possumus quin comburamur. Item cum cibus palato nostro non sapit, indicium est deprauationis stomachi; sic etiam indicium est deprauationis animæ cum cęlestia fastidimus. Dixit quidem Deus Moysi hoc ipsi dari signum quod de seruitute Ægyptiaca exirent, cum ipsi offerrent sacrificium in monte: sic ergo hoc est signum ad cognoscendum quod anima egressa sit de seruitute Ægypti hoc est dæmonis, cum scilicet Deo sacrificium offert: ante quidem sacrificabat diuitijs & mundanis ho B noribus, nunc vero iam Christum sequitur, & spernit mundana gaudia, iuxta illud Psal. renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & consolatus sum. Porro inconstantia quidem nostra causa est quod magnā sentiamus difficultatem in sequēdo Christum, siquidem statim sancta proposita & instituta deserimus. Vnde Iob ait, & nunquam in eodem statu permanet. Sic videas quod multi feruide quidem virtutis iter capessunt, & tamen tan quam aqua, quæ ex igne educitur, statim refrigescunt, & sicut statua Nabucodonosor in pedes fictiles desinunt. Vnde Hier. dicebat, filij Sion inclyti & amicti auro purissimo, quomodo cō C putati sunt vt vasa testea, opus manuum figuli? Et quidem præsertim huiusmodi inconstantia reperiri videtur in delicatis ho minibus: sicut enim bombyces cum delicate nutriantur, & viridi pastu semper recreētur, statim audito tonitru perterrentur & exanimantur, atque ab opere suo cessant siue in initio versentur, siue in medio: sic etiam se gerunt in bonis operibus, qui mundanis delicijs affluunt, de quibus quidem dici potest illud prophetę, filij Ephraim intendentes arcum, conuersi sunt in die belli. Et tamen in malo perseuerāt strenue, sicut ędificantes turrem Babel, de quibus dicitur, cęperunt hoc facere, nec desistent à D cogitationibus suis, donec eas opere compleant. At vero viri boni instar vaccarum se gerunt quæ arcam portabāt, nec à recto itinere desistebāt quamuis vitulorum boatus sentirent: sic enim ipsi quamuis sibi resistat mundus, familia, filij, & alia multa, nun quam tamen à sanctis operibus desistunt, neque audiunt carnis querelas, vel passionum suarum. Et hanc quidem perseuerantiā vehementer timet dæmon ipse, nam inchoationes bonas in multis expertus est, qui tamen nō perseuerarūt. Vnde in Exo. præcipiebatur vt in ora vestimenti sacerdotalis essent malogranata & tintinnabula: in malogranatis enim aperte significatur perseuerantia, siquidem habent coronam quandam, qua opus ipsum coronari debet. Vnde Apost. ait, non coronabitur nisi qui legitime

*Simile.*
Pro. 6.
*Simile.*
*Exo.* 3.
*Gustus cœlestium despere facit mundana*
Psal. 76.
*inconstantes sumus.*
*Iob* 13.
Simile.
*Dan.* 2.
*Thre.* 4
Simile.
*delectatio nes mundanæ quantū noceant.*
Psal. 77.
*Gen.* 11.
1. *Reg.* 11.
*Perseueremus in virtute.*
*Exo.* 28.
*Figura.*

gitime certauerit. Perseueremus ergo in virtute, vel ex ipsis formicis exemplum sumentes, quæ ex assiduitate sua, etiam in duro saxo viam quandam faciunt. Vnde Sap. ait, vade ad formicam piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Porro in 3. Reg. Legimus quod Salomonis templum septem annis ædificatum est: at vero Ioã 2. Legimus dixisse Iudæos Christo, quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, quod quidem fuit postquam illud Babylonici euerterunt. Vbi adumbratũ est quod perseuerans homo in gratia baptismali, breuiter perfectum Dei ædificium efficitur, si tamen non perseueret, cum difficultate ad perfectionis cacumẽ euadit Sane qui non perseuerat in virtute, similis videtur ei qui ex India cum multis veniens opibus, tandem ad portum prope accedens, naufragium incurreret. De talibus etiam dici potest illud Luc. Fiunt nouissima illius peiora prioribus. Nam dęmõ eum qui sibi aufugerat, grauioribus vincit catenis tanquam carceris custos: item si tibi ex auiario auicula auolarit, soles vbi eam recuperaueris, accuratius custodire.

*2. Tim. 2. Simile. Pro. 7. 3. Reg. 6. Ioan. 2. Simile. Luc. 11. Simile. Simile.*

E

F

### *Vitia excæcant homines.*

*Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Sane plerisque vitiosis hominibus accidere videtur quod accidit nonnullis qui ad ignem se calefacientes, dum nimium ibi morẽtur, tandem frigẽt cum ignis sensim extinguatur: atque ita cum potuissent concedere cubitum egregie calefacti si ignem deseruissent, postea deserente ipsos igne, frigidi recedunt: sic multi desiderium habentes de vitijs deserendis & mũdo relinquendo, id tandem expectant vt mundus ipsos cum maxima ignominia relinquat. Sunt quidem vitia instar Syrenum, quæ blandisq; cantilenis homines demulcentes, eos interficiebant, sic etiá dæmon depingit adeo fallaciter ipsas delectationes mundanas, vt ipsis miserabiles homines fallat & decipiat: atque ita tanquam belluæ quędam se ad hęc turpia patranda abijciunt & demittunt. Vnde dictum est quod omnis peccans est ignorans, siquidem non vult oculos aperire ne cognoscat quantam maiestatem offendat, atque ita in tenebris se turpiter perire patit̃. Quid quæso diceres de eo qui non vellet modicam sitim sustinere, sed potius biberet de vase pleno veneno? Quare tales homines caueant sibi ne incidant in illam terribilem Christi sententiá, in peccato vestro moriemini. Mirum est sane quod videamus plerosque ad negotia humana tam lynceos, cum interim in negotijs cælestibus cæciores sint talpis Tales certe monet Sap. cum ait, ne intuearis vinum quando flauescit, in nouissimo enim mordebit vt coluber

*Simile. Desidia quantum noceat. Simile. Simile. Peccans est ignorãs Simile. Ioan. 8.*

G

H

A coluber: sic enim negotia humana & delectationes mundanę initio quidem nobis blandiuntur, sed nouissima ad mortē ducunt. Pro. 23.
Vbi interim obserua quod dicat, ne intuearis, siquidem seruus Dei non solum non debet committere vitia, sed nec etiam ea debet intueri. Vnde Ezech. ait, fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident. *occasiones noxias euitemus.* Vide obsecro in quātam cæcitatē deuenisset Balaam, qui apertis oculis non videbat angelum, quem tamen asina videbat. *Ezech 12.* Sic Isaac cum caligarent oculi eius, potius tactui fidit, quam au- *Num. 22.*
B ribus, & ita deceptus est. Multi igitur ita se gerunt, qui potius *Gene. 27.* delectationibus quas tactu percipiunt, fidunt, quam fidei quæ est per auditum, quæ nos docet quam sint pretiosa inuisibilia bona quæ speramus. Ad tantam quidem cæcitatem mali deueniunt, *Magna cæcitas nostra.* vt & Dei timorē abijciant, & apud homines verecundiam. Vnde Propheta ait, in circuitu impij ambulāt. Nā sicut iumentū quod lagenas trahit ad hortos irrigādos, eandē semper calcat viam; sic vir malus in eisdem vitijs consenescit. Vnde Iob ait, ossa eius implebuntur vitijs adolescentię suæ, & cum eo in puluere dor- *Psal. 11.* mient. Quasi dicat, durant vitia in impijs vsque ad puluerē mor- *Simile.*
C tis. Vnde Sap. ait, adolescens iuxta viam suam, cum senuerit nō *Iob. 20.* recedet ab ea. Sane vir impius quasi nouos quotidie sapores & cōdimenta videtur in vitijs inuenire. Vnde Iob ait, cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua: si- *Pro. 22.* cut enim qui aliquid gustui suaue edit, illud solet per os voluere & reuoluere, sic etiam peccator in suis iniquitatibus delecta- *Iob. 20.* *Simile.* tur. Sed quæ maior insania potest excogitari, quam tot, tantaque pericula pro his rebus mundanis velle subire? in Num. quidem habetur quod cum tribus Ruben & Gad haberent pecora *Num. 32.* multa & inuenissent antequā transirēt Iordanē, fertilē quandam
D terrā, rogarūt Moysen vt sineret ipsos ibi habitare, qui tamē noluit, sed potius vt prius ad promissā terrā peruenirēt: trib⁹ ergo istæ se obtulerunt Moysi quod cū armis præcederēt in prima acie, si modo eis hoc beneficiū cōcederet. Vt inde intelligas quātis se periculis vitiosi homines exponāt ad pecora sua pascenda, *Vitiosi multa pro vitiis subeūt pericula.* hoc est ad inanes & caducas capiendas delectationes. Hic igitur amor sui & passiones propriæ solēt multos excæcare, sicut olim Samson miserabiliter amore Dalilæ excæcabatur, & ita ab ea i- *Simile.* nimicis tradebatur. Præterea etiam propter nimiam cupiditatem rerum temporalium passim in multa labimur flagi- *Iudic. 16.* tia, vt mendacia furta, periuria. Cæterum ex subiecta si- *Simile.* militudine videre poteris in quantis tenebris versentur quidē

impij

impij: si enim humanissimus pater amore filij sui flagrans, quē E
inter Turcas haberet captiuum, atque eatenis vinctum, & acer
bissimo carcere conclusum, venderet suam substantiam omnē
vt pretium redemptionis filij ad eum ferret, atque in ipso itine-
re indignissime tractaretur ab ipsis Barbaris per quos transibat,
*Vitia quā* tandem vero ad filium accedens narraret ei tot tantosque labo-
*difficulter* res quos pro filio exantlauit, cui filius procaci fronte & impu
*dimittātur* denti ore responderet, quod nollet ex captiuitate exire, sed po
tius discederet inde pater, & eum ibi habitare vsque ad extre-
*Mundus* mam vitam sineret, annon inhumanissimus talis filius & cęcior F
*quomodo* talpa esset iudicandus? Sic ergo inhumanior multo & cęcior
*homines* est miserabilis peccator, propter quem à peccati seruitute eruē
*excæcet.* dum, tantos Christus passus est labores, & vt inquit Pau. vt re-
sipiscere persuaderet peccatoribus à laqueis diaboli, à quo cap
tiui tenentur, & tamē ipse peccator pertinaciter in peccatis suis
*2. Tim. 2.* permanet, nec vult resipiscere. Et certe talis peccator similis esse
videtur ipsis Æthiopibus, qui crotalis, vestibus coloratis, & alijs
huiusmodi puerilibus rebus miserabiliter decipiuntur, & capti
*Simile.* ui ducuntur. Vnde Dauid ait, vendidisti populum tuū sine pre- G
*Psal. 43.* tio, idest permisisti propter eius scelera vt captiuus esset. Et cer
te sunt peccatores instar grauidarum mulierum, quæ carbones,
terram, & alia huiusmodi appetunt & edunt, vt deprauato appe
titui satisfaciant: sic enim ipsi turpes voluptates appetūt vt ipsis
*Simile.* se explere possint & exaturare, nec tamen id vnquam perficiunt:
sed sunt instar eorum qui vt sitim sedent, salem edunt, vel vt
*Simile.* ignem extinguant, oleum apponunt. Item illis accidit sicut ve-
natico cani, qui postquam venando & currendo defessus est, &
*Simile.* leporem comprehendit, à venatore ipso deluditur accepta præ H
da, & tantum relinquuntur in eius ore pili aliqui: sic etiam post
*Vitia ho-* quam peccatores in vitijs delassati sunt, tantum reportant ipsam
*mines de-* defatigationem, & non aliud lucrum, sed potius Dei iram.
*fatigant,* Porro quamuis sæpe Deus impedimenta multa & obstacula det
*& non sa-* peccatori ne in vijs suis perseueret, iuxta illud Oseæ, sepiam
*tiant.* viam tuam spinis: nihilominus tamen in vitijs persistit, etsi spi-
*Osea 2.* nas multas & sentes inueniat, & conscientiam lædat, atque hono
*Vitiorum* rem perdat: ordinauit enim ita diuina bonitas vt in vitijs reperi
*via asper-* rentur spinæ multæ, vt ita homines ab ipsis retraherentur, & ta-
*rima.* men in ipsis persistunt. Vide enim quantos sustineret labores
*3. Reg. 21.* Achab, & quantos gemitus & suspiria ederet, vt vineam Naboth
possideret & vsurparet, & tamen noluit à sua illicita vsurpatio
ne desistere. Item Saul per deserta loca & difficilia multis cum

laboribus

A laboribus persequebatur Dauidem quem oderat, nec vnquam voluit ab incæpto desistere: vide enim quomodo diceret illis qui latitantem Dauidem sibi denunciauerant, benedicti vos à domino, quia doluistis vicem meam: & tamen in tantis laboribus nunquam factus est voti compos. Non ita certe res se habet in virtutis via, siquidem tandem aliquando assequimur quod cupimus, & quietam vitam ducimus.

*1. Reg. 23. Vitiosi quã inquiete viuant.*

### *Laus in ore proprio vilescit.*

B TV *de te ipso &c.* Perperam quidem isti id Christo accõmodabant, siquidem ipse syncerum poterat sibi exhibere testimonium, sed tamen ex consuetudine quadam hominum loquendi, satis intelligitur quantum in proprio ore laus ipsa vilescat, quin potius si quid boni habemus, id totum Deo tribuendum est. Vnde Iaco. ait, omne datum optimum &c. Et certe multos videas hac in re turpissime peccare, vt scilicet seipsos iactent, & sua turpiter ostentent, qui vtique discipuli videntur Pharisæi, de quo inquit Christus quod diceret, ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo &c. Est enim dæmon adeo astutus, vt cum videt quod nobis impedire non potest bona opera, conetur vt inanem captemus gloriam, vt hac ratione, fructum boni operis perdamus. Quod Aposto. reprehendens ait, tu autẽ cum oleaster esses, insertus es in olea, noli gloriari aduersus ramos. Considera ergo qualis fueris antea, etsi quid habes boni, id totum Deo tribue. Si enim hebræi tam dilecti à Deo, ita turpiter lapsi sunt, & confracti eorum rami fuerunt, timere certe debes ne forte nec tibi parcat, cum naturalibus ramis non pepercerit: vbi hebræos vocat naturales ramos, dequibus ait, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamẽtum. Si igitur infrugifera arbor fueris sicut isti hebræi, caue ne à Deo derelinquaris, siquidem omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum excidetur. Porro ex subiecto quidem exemplo intelliges quam sint multi amici iactantiæ. Ferunt enim quod cum equites quidam se iactarent insolenter de fortitudine sua, ante quendam Castellæ regem, ita vt deprimerent fortitudinem Hectoris & Achillis, mulier quædam necromantica effecit vt ibi apparerent Hector & Achilles, cumque crudelissimam pugnam inter se inirent, statim inde recesserunt equites omnes & fugerũt. Tunc vero mulier ipsos irridens ait, vbi est modo fortitudo vestra & inanis iactantia? Sic igitur multos videas hoc tempore se inaniter

(C and D section letters appear in the left margin at "cimas do omnium" and "pepercerit" respectively.)

*Iaco. 1.*
*Multi turpiter se iactant.*
*Luc. 16.*
*Inanẽ gloriam fugiamus.*
*Rom. 11.*
*Iactantia & præsumptio detestabilis.*
*Rom. 9.*
*Mat. 7.*
*Exemplũ*
*Iactantia multorum quam sit ridicula.*

inaniter iactantes, & de virtute sua nimium gloriantes. Vnde E
*Ecclesi 37* Ecclesi. ait, ô præsumptio nequissima vnde creata es? &c. Item
*Ecclesi. 6.* alibi ait, ne extollaris in cogitatione tua velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Satis igitur hinc intelligas quam sint fatui illi qui per inanẽ gloriam sua perdere velint bona opera, & multa sibi incommoda cumulare. Annon stultissimus ille esset mercator iudicandus, qui cum haberet decem mille nummos aureos quos in mercibus insumere posset, illos impenderet in crotalis & sibilis, & alijs huiusmodi ludicris? Stultius vtique est quod cum possis præclaris operibus tibi cęlestes merces comparare, ex his potius inanem tibi compares gloriam & vanã iactantiam ac ostentationẽ. In Leui. quidem præcipiebatur, agrum ne semines diuerso semine, vt puta auenam cum tritico: sic igitur non debemus cum præclaris & solidis operibus, seminare auenam inanis iactantiæ: siquidem quamuis vtręque segetes videantur viriditatem quandam præse ferre, nihilominus tamen cum tempus messis aduenerit, satis cognoscetur discrimen ipsum, & differentia manifestabitur inter triticum ipsum & auenã: non est igitur quod modo inani laude te efferas & iactes, satis enim in alia vita apparebit vtrum solidum sis frumenti granum, an vero inanis auena & tanquam pabulum iumentorum.

*Ambitio quantum incõmodet* F

*Simile.*

*Se iactare quam sit fatuum.*

*Leui. 19.* G

*Simile.*

Porro irridens quidem beatus Iob, eos qui insolenter se iactant & magnifice de seipsis sentiunt & prædicant, ait, si habes brachium sicut Deus, circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus: quasi diceret, at vero cum sis vilis vermiculus, quorsum te tantopere iactas, & insolentissime effers? Idem etiam alibi docet quanta sit huiusmodi iniquitas, cum ait: si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas magna. Sed quæso te sancte Iob, an hoc tantum est malum, manum suam osculari? Est quidem inquit magna iniquitas, quandoquidem per manum intelliguntur opera: ille igitur dicitur manum osculari, qui opera bona quæ facit, sibi ipsi attribuit. Vnde in Apocal. dicitur, vtinã frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, & neque frigidus, neque calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Quasi diceret, peior vtique videtur ille, qui cum aliquid boni habeat, de illo quidem insolescit, neque Deo acceptum refert. Siquidem paulo ante dixerat, dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, pauper, & cæcus, & nudus

H

*Iob. 31.*

*Apo. 3.*

*Non debemus insolescere ex bonis operibus.*

A & nudus. Sed quorsum obsecro se iactabit miserabilis homo? Siquidem Deus est, vt ait Apost. qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona sua voluntate: non est ergo quod nos iactemus & gloriemur. Sane cum aliquis clericus Crucem gestat, quã uis videat omnes sibi aperire caput, & reuerenter coram ipso se habere, quidem non tamen ex inde se iactat & inaniter gloriatur, siquidem videt eam reuerentiam non sibi, sed Cruci exhiberi: quod etiam ex eo colligit, quoniam si solus sine Cruce ambulet etiam per plateam & incedat, vix reperitur qui ipsi aliquid dicat. Magna igitur est dementia tua, quod existimes tibi esse attribuenda bona quæ facis, & tuæ diligentię ac sedulitati, & non potius Deo optimo maximo. Quamobrem non ita equidẽ te gerere debes, sed potius cum ipso Apostolo Paulo dicere, soli Deo honor & gloria. *Phili. 2.* *Simile.* *Omne bonum desur sum est.* *1. Timo. 1.*

B

Nõ magna laude dignus videt̃, qui tãtũ miseris antefertur. Lasciuia & laus nunquam habent concordiam. Quam magnum est nolle laudari, & esse laudabilem Bonum est laudari, sed præstantius est esse laudabilem. *Senec. lib. de morib.*

C

## SABBATHO POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

## CONCIO TERTIA.

*Variis quidem modis solet Deus nos interius in anima erudire.*

DICEBAT *Iesus turbis Iudaeorum, ego sum lux mundi.* Ioã. 8. Sane sicut sol varia producit in visceribus terræ, virtutẽ suam communicando, interdũ quidem aurum, interdum argentum, tum etiã pretiosas Margaritas in conchilijs, & corallium in suis venis & ramis, item herbas & plãtas in aruis: sic etiã Deus in anima nostra varios producit effectus, & nos sẽper ad se vocat & allicit, atq; radijs lucis suę nos illuminat. Nos tamẽ tanquã ingrati resistimus sæpe tãtæ luci & illuminationi nostrę, neq; parere volumus diuinis præceptis. Mirũ sane est quod hebræi ita obseruarẽt præceptũ illud de custodiendo sabbatho, vt neq; ad defensionẽ propriã vellent illud violare, & tamẽ nos penitus omnia pręcepta Dei nostri negligam', qui certe nõ dormitat neq; dormit vt nos custodiat. Illi vt pceptũ illud nõ violarẽt de nõ edẽdis cibis vetitis, se morti libẽtissime exponebãt; & nos facili negotio statĩ pcepta, Dei infrigim', *similitudo* *Magna Dei proui dẽtia circa hominẽ.* *1. Mac. 2.* *Psal. 120.*

D

cum tamen

tamen potiori iure ad legem gratiæ seruandā astringamur? Ignominiosum certe nobis est, quod cum de puluere terræ nos Deus eduxerit, & ex filijs diaboli, filios suos fecerit, nihilominus tamen contra Deum factorem nostrum nos erigamus, & eius præcepta transgrediamur. Ignominiosum etiam nobis est quod cū nobis pręceptum non sit vt nobis delicate indulgeamus, sed potius Deum & proximum diligamus, nihilominus tamen huiusmodi amoris obliti, nos plusquam op⁹ sit turpiter amamus. Vis obsecro videre miserabilis homo, quantum Deo debeas, & quantam ipse tui curam gerat? dicit quidem Pic. Mirā. tractans de creatione rerum initio mundi, quod cum videretur post creationem rerum aliarum, nullum superesse locum homini ipsi, siquidem cęlos angeli occupauerant, pisces aquas, aues aerem, animalia reliqua terram, statuit Deus seipsum homini dare, vt diuinā hanc haberet hæreditatem. Vnde Dauid dicebat, dominus pars hæreditatis meæ &c. Item etenim inquit hæreditas mea præclara est mihi. In cuius rei figuram dixit Deus ad Aaron, in terra eorum nil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua. Hinc fit vt quamuis homo multas habeat diuitias, & honores, si tamen Deum non habeat, sine consolatione est, solus enim Deus ipsum satiare potest. Videtur quidem anima hominis instar auiculę cuiusdam in auiario conclusæ, quæ quamuis pulcherrimam habeat caueam, & redundanti abundet pastu, nihilominus tamen semper omnia diligenter explorat, vt possit tandem aliqua auolare, quandoquidem nouit non hunc esse locum suum, sed spatiosum aerem. Cognoscitur quidē aperte quā parum Deum diligamus, in eo quod parum doleamus quod ipsum amiserimus: tum etiā quod ipse semper nostri recordatur, cum interim nos eius non recordemur. O si semper diuinorum beneficiorum in nos collatorum memores essemus, quanta præmia consequeremur! Assuerus quidem in libro scripta habebat obsequia sibi & beneficia exhibita, vt posset ea remunerari, sicut videmus fecisse cum Mardochæo, quamuis sanguinem non fudisset: quāto igitur magis præstiterit, vt Dei beneficia iugiter quidem in memoria habeamus, qui pro nobis pretiosissimum sanguinem effudit, & nostri semper curam gerit absque vlla pręmij spe? Est quidem Deus tam liberalis erga nos, vt sæpe nos expectet vt ab ipso beneficia postulemus, quin potius ipse nobis ea vltro confert. Vnde per Iob ait, vbi eras quādo ponebam fundamenta terrę? Quasi dicat, ego te meritis & beneficijs mihi deuinxi etiam priusquam esses, vnde iuxta prouerbium bis videor dedisse,

*Facile dei precepta transgredimur.*
*Ingrati sumus erga Deum.*
*Pic. Miran. in quæst. de hom.*
*ineffabilis Dei amor erga homines.*
*Psal. 15.*
*Num. 18. & Deu. 18*
*Simile.*
*Res mūdanæ sine deo nō possunt nos satiare.*
*Esther. 6.*
*Grati erga Deum simus.*
*Iob. 38.*

E F G H

A dedisse, nam bis dat qui cito dat. Item Deu. 32. dicit, interroga maiores tuos, & dicent tibi, quando diuidebat altissimus gentes &c. Sic ergo dicit tibi Deus, vbi eras quando propter te homo factus sum, quando sacramenta institui, quādo te à peccati somnō excitaui? Te dormiente crescunt segetes tuę, abundant pecora & armenta, fit digestio in stomacho. Vnde Christus dicebat, sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet & increscat, dum nescit ille. Quare tanquam prouidus pater cum B nos dormimus, ipse pro nobis vigilat, & nobis radijs suæ clarissimæ lucis, & plantas, & animalia generat, & tamen nos ingratissimi id non considerabimus, de quo tamen strictam reddituri sumus rationem? Sane quacumque parte hanc diuinam lucem contempleris, inuenies eam te semper illuminantem, & medicinā tibi facientem. In Exo Quidem præcipiebatur vt totus agnus mā ducaretur, etiā ad pedes vsq;, vt inde intelligamus quod lux mūdi quacūque eam parte spectaueris, longe vtilissma est, & verus agnus Christus dominus semper est nobis salutaris. Vnde sponsa postquam per singula sponsum laudauerat, tandē ait quod toC tus est desiderabilis. Quamobrem semper hæc tanta Dei nostri beneficia nostros ante oculos habeamus. Præcipiebat quidem Deus in Lege, vt semper ignis ante altare arderet, & vt sacerdos ligna iugiter ministraret: vt inde intelligamus quod in memoria nostra iugis versari debet memoria beneficiorum Dei. Hinc Ecclesi. ait, ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Sic etiam antequam Deus legem daret populo, prius ante oculos ei constituit beneficia quæ acceperat, vt cum his grati essent, capaciores redderentur ad alia accipienda. Sic etiam propter hanc causā voluit vt manna tanto tempore conseruaretur: D est enim gratitudo tanquam clauis quędam beneficiorum. Vnde Dauid dicebat, ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam, quasi dicat semper sperabo noua beneficia, quandoquidem memor sum veterum quæ accepi. Vide denique quomodo grati essent sancti illi patriarchæ: nam Abraham cum dixit ei Deus, semini tuo dabo terrā hāc, ædificauit statī altare dn̄o.

*Deu. 32.* *Magna a Deo accepimus beneficia* *Mar. 4.* *Simile.* *Vide quā sumus deo deuincti.* *Exo. 12.* *Simile.* *Can. 5.* *Can. 6.* *Ecclesi. 1.* *Exod. 16.* *Psal. 7.* *Gen. 12.*

*Deum sequi quam salutare.*

*Qui sequitur me.* Multipliciter quidem vt ait D. Tho. aliquis sequitur Deū, mente per contemplationem, iuxta illud Oseę, sequemurque dominū. Vnde illi Deū habent præ oculis, & Deū cognoscunt, per modum contemplationis. Itē etiam sequimur dominum per obseruantiam mandatorum, iuxta illud Ioan.

*D. Tho. in Mat.* *Osea. 6.*

Oues meæ vocem meam audiunt & sequuntur me. Item per imi E
*Ioan.* 10. tatioñe operis iuxta illud Iob, vestigia eius secutus est pes meus. Item per conteptum sui & suorum, iuxta illud Mat. siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me Item per puritatem mentis & corporis, iuxta illud Apost. hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequũ tur agnum quocumque ierit. Inter cætera porro quæ gloriã Dei in terra prædicant, ait Lau. Iust. est socialis vita fidelium, eorũ præcipue qui spreto seculi luxu, abdicatisque à se diuitiarum, F honorum, & carnis illecebris, in monasteriorum claustris, voluntariæ seruitutis se vltro dedicarunt voto. Quis oro, diuinam bonitatem & sapientiam ineffabilem, laudum non extollat præconijs, cum vtriusque sexus homines pene innumerabiles, intuetur florere iuuentutis decore, corporis sospitate potiri, terrenarum facultatum abundare affluentia, possidere agros, vineas, domos, seruos & ancillas, parentum, amicorum, affiniumque generositate clarescere, sponte tamen renunciare seculo, illius pompas spernere propinquos omnes relinquere, atque sub ignoti quodammodo viri disciplina, per obedientię exercitium Christo domino militare? Hoc quippe humanæ consuetudinis & cõ G munis vitæ supergreditur limites: non enim naturalis pignorũ affectus patitur, vt contemnamus eos qui nos genuere, & in hãc visibilem mundi huius produxerunt lucem: non inquã lex cordibus innata mortalium, suadet, vt deserta vrbe propria, vniuersis relictis consanguineis, coæuis adolescentibus, familiaribus & notis, peregrinari pergamus ędes remotas, peragrare prouincias, ciuitates & castra, non vno, duobus, vel tribus annis, sed toto vitæ suæ decursu, atque spontanea deliberatione pati H famem, sitim, frigus & nuditatem, corpus quoque attenuare vigilijs, & quod his omnibus maius est, propriæ voluntatis debellare affectus. Nam natura ipsa trahit, vsus docet, impellit humana fragilitas, allicit socialis amor, mutua inclinant obsequia, vt quilibet rationis compos, in illo in quo natus est, habitet solo, & suorum affinium fruatur consortio. *Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris.* Quasi dicat, qui gloriatur se Christianũ esse, hoc potissimum intendat vt præceptis meis pareat. Si igitur vides creaturas omnes huic rei intentas, vt præceptis Dei pareãt, & nil aliud præterea pręmij se consecuturas sperent: cur tu homo solus inter cæteras, cui tam multa pręmia proposita sunt, Deo rebellis eris, & eius præceptis non parebis? Noli igitur mirari si tibi inobedientes sint filij, si cognati, si cęteri sub tua potestate con-

*Iob*.23.
*Mat*.16.
*Apo*. 14.
*Lau. Iust. li. de obe. c*.18.
*qui mundum propter Deũ relinquũt quãto sint digni præmio.*
*Amor dei quantas habeat vires.*
*Religiosa vita quam sit perfecta*
*Lud. Gra obediam° Deo vt nobis creatura obediãt*

A ſtate conſtituti & quod paſsiones etiam animi domare non poſ ſis, ſed potius tibi rebelles ſint: ſiquidē tu Deo tuo non vis obtē perare, & idcirco nec creaturę tibi obediunt. Iuſtum plane eſt vt omnes contra te inſurgāt creaturæ, & pugnet cōtra te vniuerſus terrarū orbis, cū tu velis rebellis eſſe Deo tuo. Admirationē quā dā conſtituit Propheta dicens: quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu jordanis quia cōuerſuſ es retrorſum? Sed poſtmodum reſpō det admirationi dicens: à facie dñi mota eſt terra, à facie Dei Iacob. Itē qui conuertit petrā in ſtagna aquarum, & rupē in fontes B aquarū: quaſi diceret, ſi terra quæ bruta & tarda eſt, & rupes immanes & duræ, ita Deo obtemperarunt, quid mirum eſt ſi veliuolum mare, & profluentia, à diuino præcepto nullatenus diſcedāt? obedit igitur cete Deo, obediunt leones, obedit ignis in fornace Babylonica, obediunt corui Elię, & cæli imbres non mittētes per ſpatium trium annorū cū dimidio: & quod etiam addendum eſt, ad petitionē Ioſue facit Deus vt ſol ſiſtat gradū in cęlo, & tu homo rebellis eſſe vis Deo tuo? Quid enim attinet dæmonē ſolo verbo deteſtari, abhominari, & audito eius nomine horrere, in terram expuere, & frontē ſigno Crucis munire, ſi tu mandatis C eius obtēperas, ſi ſpiritu eius duceris, ſi illius ſuperbiā, inuidiā, odiū in homines, mendacia & mores imitaris? Rurſum quid iuuat Chriſtum vocetenus dñm appellare, ſi illius imperium recuſas, ſi vniuerſa eius præcepta contemnis, ſi nullo eius amore aut reuerentia tangeris? Si tenebras magis quā lucē ſequi vis? Si pater inquit ille, ego ſum, vbi eſt honor meus? Si dñs ſum, vbi eſt timor meus? Itaq; ſi vere illū dñm appellas & adoras, da operā vt illum in ſpiritu & veritate adores. Quādo ergo reipſa Chriſtum Deum appellas, qui honores, qui diuitias, qui ipſam denique fœdiſsimā voluptatē, Deo antefers? O vere vētrē dignū tali cul- D tore Deū! Quid enim vilius, quid turpius, quid magis ſordidū, quā vētrē ſibi Deū facere? Annon pudet adeo nobilē creaturā, ſic à nobilitatis ſuæ dignitate degeneraſſe, vt tam turpis Dei obſequio addicta ſit? Agnoſcere quidē debemus quod vt Chriſtum ſequi poſsimus, eius nobis auxilium neceſſarium eſt, quod vbi agnouerimus, ſimul etiam intelligemus quod noſtræ vires non ſufficiant ſolæ ad Chriſtum imitandum & eius veſtigijs inſiſtēdum Plurimum quidem confert ad profectum noſtrum & virtutis incrementum, atque perſeuerantiam in ea, intelligere vnde nā hęc tāta nobis proueniāt bona, & quod omne datū optimū & omne donū perfectū, de ſurſū eſt deſcēdēs à patre luminū.

*Pſal. 113.* *Simile.* *Iona. 2.* *Dan. 6.* *Dan. 3.* *3. Reg. 17.* *Ioſue. 10.* *Obediamꝰ Deo & nō dæmoni.* *Mal. 1.* *Seruemus Dei māda ta vt eum quodāmodo honoremus.* *Fauorē diuinum imploremus adſeruandā eius legem.* *Iaco. 1.*

Si quid nos bonæ operationis dedimus, vt eius gratiam mereremur, vbi est quod Apost. dicit, gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donū est? Si nostra dilectio Deū præuenit, vbi est quod Ioannes dicit, non quia nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos? Si sine eius munere, nostra virtute eum sequimur, vbi est quod per Euangelium veritas protestatur, dicens, sine me nil potestis facere? vbi est quod ait, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum? vbi est quod iterum dicit, non vos me elegistis, sed ego elegi vos? si saltem dona bonorum operum, virtute nostra bene cogitādo præuenimus, vbi est quod rursum per Pau. tam salubriter dicitur, nō quia sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est? Idem etiam Greg. alibi ait, cum nos sine ipsius met Dei fauore non possimus eū sequi, necesse profecto est, vt eum oremus dicentes, trahe nos post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Vnde fratres charissimi oportet, vt illic sequamur corde, vbi eum corpore ascendisse credimus, & desideria terrena fugiamus. Nil nos iam delectet in infimis, qui patrem habemus in cęlis. Et hoc est nobis maxime perpendendum, quia is qui placidus ascendit, terribilis redibit, & quidquid nobis cum mansuetudine præcepit, hoc à nobis cum districtione exiget: nemo ergo indulta pænitentiæ tempora parui pendat: nemo curam sui dum valet, agere negligat, quia redemptor noster tāto tunc in iudicium districtior veniet, quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prerogabit.

Ephe. 2. 1. Ioan. 4. Ioan. 6. Ioan. 15 2. Cor. 3. D. Gre. in Euang. ho. 29. Cañ. 1. *Terrena cōtenam⁹.* *Conuersio nem nostrā non differamus.*

*Iudicia hominum quam sint falsa.*

*Vos secundum carnem iudicatis.* Maxime quidem à iudicijs temerarijs & repentinis cauere debemus, præsertim cum tam facile labi soleamus & errare. Videas enim aliquē multa relinquere post mortem pia legata, & egregium condidisse testamentum, quem dicas illico ad cælum euolaturum, & tamen fortasse propter aliqua nobis occulta peccata eodem nō ibit. Sunt quidem aliqui, qui propterea quod viderint aliquando fragilitatem aliquam proximi sui, ita de cætero prauam quandam opinionē de ipso concipiunt, vt censeant eius omnia opera semper fore mala. Sane isti non vident, quomodo sapientissimus Deus passim res ipsas in meliorem sortem & statum cōmutare soleat, vt videmus initio non fuisse contentum appellatione ipsius firmamenti, quin etiam cælum quoq; appellauit. Item Abrahæ dixit nequaquam vocabitur vltra nomen tuum Abram, sed Abrahā. Itē Iacob etiā dictus est Israel; & Simō dictus est Petrus.

*Iudicia temerari fugiamus.* *Alterū iudicare facile quam sit sæpe temerarium* Gen 1. Gen. 17. Gen. 35. Mat. 16

Vnde

A Vnde iuxta mutationem ipsarum personarum & rerum, nomina etiam Deus commutare solitus est: & tamen tu tam pertinax es in proximo dijudicando, vt semper existimes eũ malum esse, quẽ aliquando vidisti in fragilitatem aliquã incidisse Contra tãtã temeritatẽ præclare quidẽ Aug. ait, de occultis alieni cordis temere iudicare, peccatum est, & eum cuius opera non videntur nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehẽdere, cũ eorũ quæ homini sunt incognita, solus Deus iudex sit, quia iustus est & inspector verus. Idem etiam D. Aug. alibi ait, fallimur quidem in B iudicio nostro; quia simulatio in verbis & vultu circunuenit nos: in corde siquidem quid sit, videre non possumus. Quamobrẽ sequi Dei iudicium nos oportet, qui secundum cor, in quo vniuscuiusque sententia est, examinat singulos.

D. Aug. li. de ve. inuo. c. 21. tom. 3.

D. Aug. lib. 1. quaest ve. & no. testa. q. 18 to. 4.

*Vos secundum carnem iudicatis.* Cætera quidem, inquit grauis quidam autor, ex ipsorum natura æstimamus, & non ex adiunctis: vt si generosum equum emere in animo est, nudum cernere illum volumus: quod si quis illum auro & gemmis opertũ aduehat, ornamenta certe illa omnia adimi & auferri iubemus illico, dicimusque illa esse impedimento, quo minus integre equi C naturam intueamur Vbi vero de cuiuspiam honore & dignitate cogitamus, externa in primis & quę circa illum sunt, tanquã equi Phaleras obseruamus & reueremur. Magnus inquis ille est: quare? quia princeps est, magnas habet opes, stipatores quam plurimos pascit, curribus & equis, & pretiosis vestibus honestatur, & has ob res atque his similes, in admiratione cęteris est, si etiam non solum virtute omni destituatur, sed etiam vitijs omnibus sordidus sit. Hoc quidem est iudicare secundum faciem & secundum carnem. Tum etiam aliqui iudicant ex signis alijs quibusdam exterioribus, interiora ipsa, & D ita miserabiliter falluntur. Vnde Lau. Iusti. ait, altisona illa diuina tuba Apostolus Pau nos exhortatur admirabiliter in hunc modum, nolite inquit fratres mei ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Quod ideo dicebat, quia nouerat quam facile de factis alienis consueuerint iudicia fieri Nouerat inquam Deo esse odiosum, mentium proximorum velle secreta rimari Cæterum qui ad plenum ignorat se, atque sui interiores latebras penetrare non valet, quomodo poterit penetrare aliena secreta atque occulta? Impudentię quidem & temeritatis signum notissimum est, quempiam velle æstimare se scire, quod inuestigare non licet. Quamobrem audite

Isi. Clar. o-ra. de humi. to. 1.

Aliter de iudicat quam homines.

Lau. Iust. li. de vi. soli. c. 3.

1. Cor. 4.

Non debemus aliena corda iudicare.

omnes qui iudicia temeraria agere consueuistis, æterni iudicis E
prçconem, qualiter vos admonendo coerceat, qua ve sententia
audaciam repercutiat vestram, & ad sobriam humilitatem, sanaque consilia reuocet. Quis inquit hominum, scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in illo est? Quis quæso non erret in iudicando occulta proximorum, cum frequentissime fallatur quisque in proprijs? Si videris fornicarium, ebriosum, detrahentem, & liuore aspergentem, aliena rapientem, opprimentem innoxios, hisque similia facientem, ait idem Lauren. Ius. F
quæ omnino laudabilia non sunt, & recta nequeunt intentione agi, horum iudicium nequaquā temerarium est, quoniam talia per se nota sunt, & iudicata ex se atque damnata per legem: at vero vbi opus ambiguum est, & quo fiat animo ignoratur, definitum iudicium euitandum est, ne efficiatur homo temerariæ sententiæ reus, dum quod rectum est, arbitratur esse obliquum. Tales Propheta arguens dicit, væ qui dicunt malum bonum, & bonum malum. Dei ergo gloriam deprædari videtur, quicunque humanarum mentium assuescit arcana perquirere. O quam difficile ascendit supra se, quisquis operibus temerarie iudicando, grauatur alienis! Cæterum & spiritualiter iudicare se nescit, G
qui mentium curiose percontatur arcana, suimet opinione inflatus, extraneorum damnat errata, qui humilitatis censura debuit propria. Sane pertimescit humilis perscrutari mētium proximorum ignota consilia, sibi ipsi vtiliter vacans. Stat infatigabili cura super sui custodiā, vt motus mentis insurgētes agnoscat, omnemque interioris suæ domus componit familiam. Semetipsum etiam laudabiliter damnando dijudicat, quatenus tremendum æterni Dei valeat non formidare iudicium. Apostoli enim edoctus sententia, semetipsum ne iuste iudicetur examinat, euaginatumque tenet spiritualis censuræ gladium, vt æstimationis H
propriæ cogitatus interficiat noxios, atque humiliando se, oculorum insolentiam præmat. Hinc est quod sibi intendens, cæterorum minime perquirit errata, negligitque dum plangit propria, aliena iudicare delicta. Beatus plane humilis, qui omnium arbitratur se esse minimum, seque cūctorum voce veridica, vilissimum esse fatetur. Iacet in imo, & per gratiā eleuatur in summis, atque semetipsum vilipendendo despiciens, Deo & hominibus efficit charum quidem & amabilem. Inflari siquidem vir ipse humilis, & de se modeste sentiens, nescit, abhorret etiam alicui proximo suo detrahere, fratres que suos iudicare formidat, & renuit.

*1. Cor. 1.*

*Lau. Iust. vbi supra*

*Isa. 5.*

*non debemus temere iudicare.*

*Nos potius quam alios iudicemus.*

*Rom. 13.*

*Alienas conscientias nō explorat vir humilis, sed suam.*

Sabbatho

A SABBATHO POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

# CONCIO QVARTA.

*Per suos etiam angelos nos Deus illuminat.*

DICEBAT *Iesus turbis Iudæorum, ego sum lux mundi.* Ioan. 8. Sicut sol radijs suis nos illuminat & vniuersum terrarum orbem luce sua cõplet, sic etiã Deus per suos angelos nos illuminat: & sicut beneficio radiorum solis seruamur ne passim cæspitemus; sic etiam angeli custodiæ nostræ præpositi, nos à multis iniquitatibus seruant incolumes. Vnde Lau Iust. ait, singulis hominibus propriũ De^9 deputauit angelũ, quatenus ipsorum adiutorio valeant præsentis vitæ transire discrimina. Ipsi etenim sancti angeli aereas coercent potestates, ne ad libitum nos tentent, earum detegunt fraudes, vbique tanquam fidi comites nos tuẽtur dormientes, stantes, deambulantes, quiescentes, operantes: illuminãt quoque intellectum nostrum excitando, disponendo, & lumen in nos diuinum transformando, cum eleemosynas damus, cum oramus, nostras perferunt preces ad cælum, & oblationes Deo offerunt, nostris gratulantur profectibus, nostrisque virtutibus delectantur. O quanto exultant tripudio, cum aspiciunt crebris nos cœlum pulsare gemitibus, & assiduis orationibus diuinum flagitare suffragium! O quam suauiter lætantur si viderint nos sapienter psallere, deuote canere, legere frequenter, iugiter meditari, sine intermissione orare, maximum spei de salute nostra capiunt solatium, si super cordis nostri non dormitemus custodia. Idem etiam doctor alibi ait, magnam prorsus & inuiolabilem præbere debet fiduciam cunctis Deo militantibus, sanctorum angelorum concessa custodia. Nam si orant, eorum preces offerunt Deo: si pugnant, æque ipsi cum eisdem pugnãt. si quiescunt, nempe ipsi excubias agũt, ne quidquam mali ab aduersarijs patiantur. Si ignorant, docent eos: si cadunt, erigunt: si pusillanimes efficiuntur, sanctis exhortationibus eos roborãt & accẽdũt, & qua parte humana curuatur infirmitas, ea parte se opponunt casuris. Sicque custodiunt electos in omnibus vijs suis, ne forte offendant ad lapidẽ pedes. Mira quidẽ ait Ber. & vere magna dilectio charitatis, q̄ angelis suis, De^9 mãdauerit de te. Vide enim quis, quibus, & de quo, & quid mãdatum sit. Qui enim mandat est Deus & dominus exercituum: mandat autem angelis, hoc est nobilissimis creaturis. De quo porro man-

*Simile.* *similitudo* *Angeli nos illuminant & custodiunt.* *Iust. li. de cõnu. ver & ani. c.* *Quã- mã diligentiã adhibeant angeli circa custodiam nostram.* *Lau. Iust. li. de dis. & perfec. monas. c. 5* *Angelis custodibus quantum debeamus* *D. Ber. Psal. 90.*

datũ accipiunt angeli, nisi de miserabili peccatore, vt custodiãt eum? Quid porro mandat Deus, nisi vt custodiant te in omnibus vijs tuis, & quod in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum? Considerans tantum beneficium dicebat regius vates, quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Nunquid mandat vt contra folium quod vento rapitur, ostendant potentiã suã, aut quod stipulã siccã psequãtur? nũqd vt tollãt impiũ ne videat gloriã Dei? Nõ huiusmodi quidẽ mãdat De⁹ angelis, sed vt custodiãt te. Vide igitur quã merito dicatur Deus lux mundi, qui etiam per angelos suos nos illuminat. Hij vero angeli magna cura munus suũ obeũt, nõ iustos modo, sed iniustos etiã suę fidei cõmissos custodientes, quoniã diuinę prædestinationis arcanũ illis est incognitũ, quãdoquidẽ diuina electio & prædestinatio nullũ in prædestinati anima caracterẽ aut signũ imprimit, quod tamẽ sacramẽta quædã faciũt: ideo nõ intelligẽtes, improbos etiã homines custodiũt, quos an prædestinati sint ignorãt. Quid enim nõ custodiãt, qui videãt publicanũ cooptari in Euangelistã, & Ecclesiæ persecutorẽ, doctorẽ gẽtiũ fieri? Quid autẽ nobis præstãt angeli, dñs declarat in Exo. his verbis: ecce ego mittã angelũ meũ, qui præcedat & custodiat in via, & introducat in locũ quẽ præparaui tibi, sicut mali angeli semper mala suggerũt, ita contra boni semper honesta suadẽt. Cũ igitur has in animo tuo voces audis, ne inimico tuo parcas, ne reddas quod alteri debes, ne pauperi tribuas, has inquã voces & similes, certissime dæmonis quidẽ voces esse scias. Quãobrẽ sepi aures tuas spinis, & noli audire linguã nequã, & cũ Propheta dicito: narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed nõ vt lex tua. Cũ vero cõtra audis, parce veniã petẽti, redde quod alteri debes, libenter pauperi tribue, voces esse intelligas angeli de tua salute soliciti. O diuinã lucẽ, quæ ita nobis de talibus custodibus prouiderit! Nos diligunt angeli ait Lau. Iust. nostrãq; zelãt salutẽ tanquã ciuiũ suorũ & æterni regni cohæredũ. Non autẽ sub sanctorũ positos custodia angelorũ, formidare fas est, vt pugnem⁹ viriliter, vt in spirituali qua cõstituti sumus Christiana militia perseuerarenus, supernorum spirituũ diuina nos voluit sapiẽtia muniri adiutorio, eidemq; cõplacuit cælestis patriæ gloriam polliceri vincentibus.

Postquã dñs dixisset, ecce ego mittã angelũ meũ qui præcedat te, subdit protinus, obserua eũ, & audi vocẽ eius: nec cõtemnẽdum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomẽ meũ cum illo. Quid si addam, te non ab angelo solũ, sed ab ipso etiã

superno

Psal. 8. Iob. 2.

Deus per angelos nos illuminat.

Prædestinati soli Deo cogniti.

Angeli nõ norũt prædestinatos. Exo. 23.

Angeli boni nos ad bona inducunt.

Psal. 118.

Lau. Iust. li. de cas. con. ver. & ani. c. 8.

Exod. 23.

E F G H

A superno iudice videri? Ipse enim stat post parietem nostrum, res- *Can. 2.*
piciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Hoc autem mo-
do videt ille, qui peccata nostra per prophetā improperans ait:
ego tacens, et quasi non videns &c. Sed is tamen quem putamus
non videre, alibi ait: & faciebatis malum in oculis meis &c. Er- *Isa. 57.*
go & angelum & angelorum dominum nostris operibus semper *Isa. 65.*
assistere quidem considerantes, demus operam nequid purissi- *Hie. 29.*
mis eorum oculis indignum committamus, ne ve qui rationales
à Deo conditi sumus, pudore & verecundia ab elephantis supe- *Elephātes*
B rari patiamur. De his namque scriptum est, quod cum sobolis *verecundi*
propagationi dant operam, cōspectus hominum fugiant, & for- *Deū sem-*
te interuenientem occidant. Vide igitur quantum debeas huic *per præsen*
diuinæ luci, quæ te semper illuminat ne aliquid turpe cōmittas. *tem habea*
*mus.*

### *Malas societates fugiamus.*

*Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Multi societatem Dei *Hec. pin.*
Dimittentes, prauos & impios sectantur. Porro quamdiu in hac *in Ezech.*
mortali vita viuimus, permixti sunt boni & mali: hic reperitur *c. 10. &*
C Noe inter carnales homines, & Iob inter gentiles, Ioseph inter *11.*
Aegyptios, Tobias inter Niniuitas, Ezechiel inter Caldęos, sed
nihilominus Dei serui quamuis se in societate malorum per- *Maloe nō*
mixtos videant, seruant se tamen puros, incontaminatos, & fu- *imitemur.*
giunt etiam quantum in se est, huiusmodi societatem, ne vlla ra- *Exo. 34.*
tione contaminari valeant. Vnde loquens Deus cum populo Is-
raelitico, præcipiebat ei vt se abstraheret à philistinorum fami-
liaritate, dicens ei: caue ne vnquam cum habitatoribus terræ il-
lius coniungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Item in Num. *Num. 26.*
dicitur, recedite à tabernaculis peccatorum &c. Eam ob causam
D etiam prohibebat Deus immundorum animalium esus, vt refert *Euse. Pā.*
Euse. Pam in li. de prępa. Euan. Si igitur immunda animalia tan- *l. de pre-*
genda non erant, qui fieri potest vt sceleratos homines, quorū *pa. euan.*
vitia sunt omnibus perspecta, nobiscum coniunctos consuetu-
dine sine ignominia habeamus? Hoc intuens Psal ait, beatus vir *Psal. 1.*
qui non abijt in consilio impiorum & in cathedra pestilétiæ nō
sedit. Verbum autem sedere consuetudinem significat: Vnde idē
propheta ait, non sedi cum consilio vanitatis &c. Et Isa. ait, e- *Psal. 25.*
gredimini de babylone, fugite à Chaldæis. Et Hie. ait, recedite *Isa. 48.*
de medio babylonis. Esdras præterea in oratione quam habuit *Hie. 50.*
apud Iudæos, separamini inquit à populis terræ. Lictores Saulis *1. Esd. 10.*
quærentes Dauidem, cum ad diuinos vates accederent, vaticina- *1. Re. 19.*

ri cœperunt. Venit impius Saul,& ipse quoq. vaticinatus est. Ex E
*Bonam societatē amemus.* his ergo aperte cōstat quā perniciosū sit impiorū vti familiaritate,& cōtra quā vtile sit, inter bonos versari. Quod Antisthenes
*Antis.* intelligēs dicebat, absurdū esse nō repurgare à lolio triticū, hoc est nō amouere à repub. homines vitijs implicatos, ne sceleratorū societate boni viri inquinarētur. Ita locū illū interpretatur
*Plut.* Plu. asserēs nō minus detrimēti adferre homines iniquos bonis quā lolium tritico. Proditū est memorię à viris doctissimis, statuas Dędalicū essēt magno artificio perfectæ, nisi tamē arctissimis F
vinculis constringerētur, solitas esse dilabi & facile perfugere.
*Pla. in Mem. & in Hip. ma. & Aris. 1. po. & de ani.* Meminit huius historiæ in Mēnone,& in Hip. maiore Plato, & Arist. 1. Poli.& 1. de Ani. c. 3. refellens opinionē Democ. Philippū Comicū sequētis. Eodē ergo modo mores optimi, virtutum ornamentis illustrati, nisi fuerint virorū sapientia & charitate præstantium, consilijs & familiaritatibus roborati, facile fluent & fugient, atq. penitus amittentur. Multa porro sunt incommoda quæ incurrimus ex societate malorum, ait Aug. Nam hebræi
*D. Aug. l. de salu. docu. c. 44.* quidē cū cōmiscebātur alijs populis, deteriores reddebantur. Vide quo tandē redactus fuerit Iosaphat, propterea quod in socie- G
*Io. 4.* tate Achab versaretur: vir etiā Dei cōsulit Amasię, dicens ne secū adferret exercitū Israel, ne forte ex praua societate periret,
*Exo. 12.*
*2. Par. 19* potēs enim erat Deus in paucis militibus suis ei cōcedere victo
*2. Par. 25* riā, atq. hoc quidē modo faciēs, victoriā reportauit. Olim Abra
*Gen. 12.* hā recessit à Chaldæis, & Iacob à societate fratris sui Esau, &
*Gen. 14.* Moyses etiā mādauit populo vt recederet à tabernaculo pecca-
*Num. 16.* torū. Quia etiā peruersū Achā habuit populus in sua societate, qui tulerat aliquid de anathemate, ppterea victoriā nō reportauit. Propter nōnullos prauos qui habitabāt in domo Saul, mag H
*Iosue. 6.* na fuit immissa fames in populo, donec tandē illi perirēt & de-
*2. Re. 21.* struerētur, ac deuastarētur. Et certe ex peruersorū amicorū societate, peruersa etiā cōsilia nobis dātur. Sic Ionadab peruersum dedit consiliū ipsi Amnō, vt sorore sua Thamar abuteretur: Pe
*2. Re. 13.* trus in societate positus peruersorū Iudæorū Christū negauit.
*Mat. 26.* Et scabiosa ouis, scabiē suā alijs affricare solet: & parū fellis atq.
*Simile.* amaritudinis, multā etiā dulcedinē cōtaminare solet: & modicū
*Simile.* fermētū totā massā corrūpit. Et modicus aer infectus, multas ci
*1. Cor. 5.* uitates depopulare consueuit.
*Simile.*

Nulla quidem est in omnibus morbis contagio, quæ sic tactū sequatur: vt mali mores consuetudine sese insinuantes. Præcipie
*Exo. 34.* bat lex Israelitis, ne contraherent cū gentibus matrimoniū vt cōstat quidē ex Exo. ne scilicet malis earū moribus & institutis

corrumpe-

A corrumperentur. Filij Seth optimi quidē fuerunt, antequā filias Cain vxores ducerent, postea vero illarū consortio in tanta scelera prolapsi sunt, vt causa quidē extiterint vniuersalis diluuij, vt habetur & legitur in Gene. Propheta ille à Deo in samariam missus, in itinere à leone fuit interfectus, quod cū illo alio propheta cibū sumpsisset. Hebræorū populus quia cum gentibus conuersabatur, acerrime ab Isa. obiurgatus est vehementissime dicente. Vinum tuum mixtum est aqua, vinum enim aqua mixtum, vim magna ex parte amittit, sic etiam vir ipse bonus & pro-

*Gen. 6.* *3. Re. 13.* *Isa. 1.* *Simile.*

B bus, qui cū malis ipsis agit & versatur, paulatim virtutē perdit, deuotionisq. feruorem diminuit. Quod si quis adeo animosus inueniatur, vt et virtutē integrā seruare etiā in medijs vitiosis socijs possit, certe aut in dies magis, magisq. ad bona opera frigescet: aut si hoc minus, quod fere impossibile videtur, malam saltem apud homines ipsos de se excitabit opinionem, sicut vinum quod aqua dilutum est, & si non amittat vim, amittit tamen calorem: sic ergo tu opinionis tuę apud homines iacturā facis, si cū vitiosis hominibus vbique versaris. Talis enim quisque æstimatur, quales sunt hi homines cum quibus viuit.

*Simile.* *Malorum societas nobis honorē adimit.*

C Mirum autem est picem tangere, & non inquinari, in igne ipso versari, & non vri: inter prauos esse, & non deprauari, inter zizania, & non suffocari. Hæc quidem permistio & confusio quæ hic reperitur palearum cum tritico, piscium bonorum & malorum in sagena, ipsius fæcis & vini in torculari, non debet perpetuo durare, ait Augusti. tempus enim veniet in quo exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Quod si igitur nunc non potes corpore omnino abesse à malorum congregatione, at certe animo à prauis eorum operationibus abesse quā longissime & potes & debes, ex quo

*Similia.* *Augu. contra. lite. Pati. li. 3. c. 3. to. 7.* *Mat. 13.*

D referes præmiū amplissimum & coronā, cū viuas inter eos, de quibus dicit Apost. quod quęrunt quę sua sunt, non quę Iesu Christi. Tu autem contra te geras, vt nō quæras quæ tua sunt, Sed quæ Iesu Christi, iuxta illud, charitas non quærit quæ sua sunt. Qui in vnguentaria taberna, ait Sen. resederunt, & paulo diutius commorati sunt, suauem inde secum odorem ferunt, & qui apud Philosophum fuerunt, hauserunt etiam secum aliquid quod prodesset. Sed contra accidit eis qui in societate malorum versantur. Nam sicut tinea quæ generatur in panno, sensim, sursumque eundem destruit, & caries in ligno producta, paulatim idem lignum rodit: sic impius existens in societate,

*Phil. 2.* *1. Cor. 13.* *Sene. l. 19 epi. 109.* *Similia.*

*Societas malorum bonos peruertit. Societatē bonam, amemus.* societate boni, clanculum, raptimq. ipsū tandē perdit atque dissoluit. Videmus etenim quod quamuis ferrum ipsum durissimum sit, nihilominus tamen si diutius in terram defossum fuerit tandem crassissima quadam afficiatur rubigine, sensimque consumatur penitus: ita tibi accidet nisi diligenter caueris à malorū societate, vt scilicet tandem eisdem cum illis vitijs inficiaris: quare bonorū potius societatem perpetuo inibis, vt in dies melior euadas. E

*Arrogantes quam sint detestabiles.*

*Etsi ego testimonium perhibeo. &c.* Poterat quidem Christus de se ipso testimonium perhibere multo melius quam ipsi qui erāt arrogantissimi & vanissimi, ac proinde mendaces. Vnde Cicero 1. offi. ait, difficile admodū esse, vt quis sit arrogās & ambitiosus & tamen non sit mendax. Sallus. etiam in bello Catili. ait quod ambitio multos ad id induxit vt mendaces essent. Porro quemadmodum ventus mobilis admodumq. leuissimus est, & modo hac, modo illac spirat, ita ambitiosus homo mutabilis valde est, & modo calidū, modo frigidum ex ore spuit. Quod videmus in pharisæo, qui interdum se extollebat, nonnunquam etiam publicanum deprimebat. Item sicut aer visceribus terræ inclusus, exitum sibi quærens, tandem rumpit, & terram ingenti motu quatit ac contremiscentem reddit: ad eundem modum arrogantia & dominandi libido, in hominis impij conclusa animo, erumpens inde tandem, multorum famam lædit, insontes multos opprimit, & bonis multis insidiatur. Plerique sane homines adeo arrogantia & elatione euanescunt, vt se adorari ab alijs voluerint Alexander, & Clearchus tyrannus: aiebat se esse Iouis filium: & in huius rei signum faciebat vt aquila aurea ante se deferretur, vt Iusti. autor est. Porro serui Dei fugiunt humanas laudes, cū intelligant quod soli Deo debeatur honor & gloria Simili consilio quidem Ioannes à se diuinos honores depulit. Quo enim alio scelere & primus parens, & summus ille angelus in barathrum deiecti sunt, nisi quod vterque diuinam sibi vsurpare similitudinem præsumpsit? sunt & aliæ viæ, quibus sibi homines diuinos honores quodammodo tribuunt: qui enim inani gloriæ student, quique de acceptis à Deo beneficijs impudenter gloriantur, an non isti etiam gloriam quæ soli Deo debetur, suffurantur & sibi tribuunt quod diuinum est? Ingrati quoq. hoc modo peccant, qui Dei beneficiorum memores nunquam sunt, qui nunquam oculos in cælum tollunt, qui ita beneficijs Dei vtuntur, ac si illa non à Deo sed à se ipsis percepisset. Hac enim ratione

*Ci. 1. offi. Sallus. Simile. Simile. Luc. 18. Simile. Arrogantia detestabilis. Iusti. l. 12. & 16. Mat 3. Gen. 3. Isa. 14. Laudes humanas fugiamus.*

F G H

A ratione Pharaonem dominus increpauit, cum ait; ecce ego ad te draco magne. Et certe sicut in quolibet opificio, artifex magis quam instrumentum, causa operis esse dicitur: ita cuiuscunq. laudabilis actionis nostræ, Deus magis quam nos ipsi, causa censendus est. Quare nõ iactemus de nobis magna, sed potius vilia sentiamus. Epaminundas quidem quãuis fortissimus, & literis adeo exornatus esset, vt omnes sui temporis doctos prope excelleret erat nihilominus sic ambitionis exosor, vt vix, ac ne vix quidẽ ab eo obtineri potuerit vt regimẽ acceptaret imperij. Porro vide obsecro quomodo Deus punire soleat, arrogantes: nã Nabuchodonosor dicebat, quis est Deus, qui vos liberare posit de manibus meis? & quasi Deum se adorari volebat, sed vt bos postea pascebat herbas. Alteri Nabuchodonosori regi Assyriorũ qui omnes Deos terræ exterminari pręcepit, vt ipse solus Deus haberetur, vide quomodo vna mulier hebręa confusionem sempiternam adduxerit, cum Holophernem principem sui exercitus trucidauit. Cupidi quidem sumus ascensionis, exaltationem concupiscimus omnes, ait Ber. nobiles enim creaturæ sumus, & magni cuiusdam animi, ideoque altitudinem naturali appetimus desiderio. Sed væ nobis si voluerimus eum sequi qui ait: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: frigidus est mons ille, non te sequimur. Quem sequimini miseri homines, quem sequimini? An non videtis Sathanam quasi fulgur de cælo cadentem? Nonne iste est mons, in quem ascendit angelus, & diabolus factus est? Quæ cum ita sint, filij hominum, vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ? Quemadmodum exhalationes quæ ex calcaria vel carbonaria educuntur, quamuis celsissimæ sint, tamen facillimo quidem negotio à ventis ipsis dissipantur & diducuntur, adeo vt plane statim quidem nullæ supersint earum reliquiæ: sic profecto ambitiosorum hominum & superborum vanæ & aereæ cogitationes, quam citissime euanescunt, & pereunt, ac dissoluuntur. Et certe quamuis tuo iudicio multa haberes de quibus te iactare posses, nequaquam id facere deberes: siquidem cuiusuis etiam regis humani gloria, potentia atque imperium, adeo breuissima sunt, quamuis latissima oculis videantur, adeoque caduca & fragilia, quę tamen stabilia putantur, vt sæpissime vel hostium incursibus etiam in nihilum redigantur, aut denique mortis interuentu, gloria illa omnis ac potentia, rapidissimo quodam tempore aboleatur. Quam quidem incertitudinem, fragilitatem, & breuitatem, dominus indicare volens, Ezechieli pręcepit, vt intra bre-

Margin notes: *Simile.* (beside "quam instrumentum"); *Epa. exẽ. Insti. l. 6.* (beside "Epaminundas"); B (beside "buchodonosor"); *Superbos quomodo puniat Deus.*; *Ber. ser. 4 in die Ascen.*; *Isa. 14.*; C (beside "debo in monte"); *Luc. 10.*; *Psal. 4.*; *Simile.*; D (beside "bitiosorum"); *Ambitio quam cito dissipetur*; *Mundana imperia caduca.*

tra breuissimi lateris fragilitatẽ & angustias, vniuersam Hierusa E
*Ezech. 4.* lem describeret, eius celsas turres, altos muros, propugnacula in cælũ minãtia, tũ præterea obsidionẽ etiã potentissimi exercitus
*Fragilitas humana quanta sit* babylonici, & omnes eius bellicos apparatus, significãs videlicet esse imperia ipsa mũdana, breuissima, & omni fragilitate fragiliora, adeo vt mireris potius nõ adhuc illa depicta fuisse in puluere vẽto exposito, qui vel ad modicũ flatũ, hinc inde dispelli consueuit. Non quidẽ est periculum, ait mellifluus ille Bernardus, quantũcunq. te humilies, quantumcunq. repute te minorẽ
*Ber. in cã. ser. 37.* quãsis Est vero grãde malum, & intolerabilis sane iactantia atq. etiam arrogantia, si vel modice te extollas & insolenter efferas, si vel in tua etiã cogitatione te præferas, ei, quẽ forte parẽ tibi veritas iudicat, aut etiã superiorẽ. Quẽadmodũ enim si per ostium aliquod trãseas, cuius superliminare nimiũ demissum sit, nõ nocet tibi quantumcunq. te inclinaueris, nocet autem si vel
*Simile.* transuersi digiti spacio plusquam ostij ipsius siue superliminaris
*Humiles quã secure viuant.* fert & patitur mensura siue commensuratio quidem ipsa, te erexeris & extuleris, ita vt impingas vel capite quassato illidaris: sic in anima non est timenda humilitas, horrenda tamen est, atque nimium pauenda, vel minima temere prẹsumpta erectio. G

## *DOMINICA IN PASSIONE.*

## CONCIO PRIMA.

DIcebat Iesus turbis Iudaeorũ, & principib⁹ sacerdotũ, quis ex vobis arguet me de peccato? Io. 8. Nos Ecclesia
*Quare dicatur domin. in passione.* hactenus ad deflendã animæ nostræ mortẽ, per pænitẽtiæ lamẽta, & peccatorũ cõfessionẽ incitauit: nũc ad deflẽdã spõsi sui & saluatoris nostri mortem, quæ ex peccato quoq. nostro originẽ duxit, incipit exhortari, vnde prẹ H
*Exercitationes nostra quales esse debeant.* sens dies, dominica in passione appellatur, quod ab eo Ecclesia vsq. ad paschæ festũ, dominicẹ passionis mysteriũ celebrat. Ad quod etiã sacri huius tẽporis ieiunijs, orationibus & lachrymis, nos exerceri & parari voluit, quo maiori pietate & religione tantũ hoc mysteriũ recoleremus, & pro hoc inẹstimabili beneficio, meritas Redẽptori nostro gratias ageremus. Itaq. sicut medici ieiu-
*Simile.* nij inedia, sãguinis emissione, egrotãtiũ corpora debilitãt prius
*Ieiunij vir tus.* quã ea pharmaca porrigãt, quibus omnis noxij humoris vis eua cuãda est: sic plane Ecclesia voluit nos toto hoc quadragesimæ tẽpore, ieiunijs & maceratione carnis præparare, vt dominicæ passionis mysterium digne celebremus, quo beneficio nil ad animæ nostrẹ

A mæ nostrę expiationē & purgationem, efficacius est. Quid enim tā efficax ad purgādā mētis aciē, quā vulnerū Christi sedula meditatio? Hinc colligere licet quo affectu, qua deuotione, & animi submissione, hisce dieb' incedere debem' in quib' passionis dñi memoriā recolimus. vulgo dicitur res incōmodas & aduersas, quinā sint ficti & qui veri amici, indicare. Quodquidē mors præcipue amicorū ostendit, quæ veris amicis vel inuitis lachrymas excutit. Quisquis igitur verus Christi amicus est, in promptu positā habet occasionē, qua amicitiā suā doloris cōmunione B declaret, ꝙ qui nō facit, nō video quo indicio charitatē suā erga illū ostēdat, quādo illo moriēte & cruciatus acerbissimos sustinēte, hic ludit. Cū caput dolore afficitur, cætera quoq. mēbra cōdolēt, & fūdamēto domus cōuulso, reliquas prope dom' partes cōcuti necesse est. Qua ergo frōte ipsa corporis Christi mēbra, delicijs nūc soluētur? si toti' Ecclesiæ atq. adeo totius mūdi fūdamētū hoc tēpore nutat, quomodo partes eius incōcussę & inmotæ maneāt? quod si dominomoriēte omnis cū eo creatura ingemiscit, sol obscuratur, petræ scindūtur, terra horrifico motu cōtremiscit, elementaq. omnia eo moriēte, illi quodāmodo com C moriūtur, qui fieri potest vt solus homo, pro quo solo Christus patitur, illi non cōpatiatur? Hoc est plane saxis duriorē & elemētis ipsis insensibiliorē esse Deniq. vsq. adeo dies istos in mærore à nobis agi cupit Ecclesia, vt versiculū illū, quo gloriā patri, & filio, & spiritui sancto tribuimus, ab exordio missæ subtraxerit Quo indicio facile quis intelliget quā lōge hoc tēpore a vana mundi lætitia abesse nos velit, quibus diuinas eas laudes, quę sunt cū alacritate coniunctæ, aliqua ex parte interdicit. Olim dominus in lege paschalē agnū, qui quarta decima luna erat immolādus, decima luna domum inferri præcipiebat, vt toto hoc tem D pore Iudæi & agni cōspectu & balatu, veteris illi' beneficij, quo ab Aegyptiaca seruitute per sacrificiū agni liberati sunt, admonerētur, & pro liberatione sua gratias agerēt, si tot igitur dieb' illius beneficij memoriā quotannis domin' refricari volebat: quid mirū si Ecclesia his diebus eandē à nobis grati animi memoriam, pro hoc tanto beneficio exigat?

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* In sacra huius euāg. lectione domin' & innocētiam suā & aduersariorū suorū pfidiā atq, malitiā apertissima oratione demōstrat. Sed quoniā is qui aliorum mores castigare studet, omni culpa vacare dbet, ideo vt Samuel Iudęorū ingratū animū & peruicaciā increpaturus, pri integritatē suā ipsorū testimonio cōprobauit, ita et dominus innocētiā suā

*D. Ber.*

*Christi passionē semper in mēte habeamus.*

*Deuote recolamus passionem domini.*

*Simile.*

*Rom. 8.*

*Mat. 27.*

*Quadragesima quomodo celebranda.*

*Exo. 12.*

*Agnus paschalis cur tam cito domum inferretur*

*Magna Christi innocentia.*

*1. Re. 12.*

prius

priusquam Iudæorum scelera traduceret, quorundamq. voce te- E
statam esse voluit, vnde ait, quis ex vobis arguet me de peccato?
Magna plane innocentiæ dominicę approbatio, quod ipsos e-
tiam inimicos suos in hac causa iudices elegit. Sic Scipio ille A-
siaticus, referente Pli. innocentiam suam ostendit, dicens se vel
ab inimico iudice approbari posse. *Quis ex vobis* Totis viribus
conniti debet qui alijs præest, & in dignitate constitutus est, vt
suo optimo exemplo dicere possit subditis, *Quis ex vobis*. Ex
bono siquidem superioris exemplo, vberrimus manat in ipsos
inferiores fructus et vtilitas. Et certe qualis erat virgarum ip-
sius Iacob color, talis erat & conceptorum animalium color: ita F
qualis est color operum prælati, talis fere esse solet color subdi-
torum, idest eorum mores. Sicut si columna recta sit, recta etiam
erit eius vmbra, sin autem curua & gibbosa, itidem vmbra, ita
fere in prelatis & subditis vsu venire solet, vt scilicet hi suã mo
rum curuitatem vel rectitudinem ab illis fere deriuare soleant.
Vnde Moses statim obijcit ipsi Aaron quando populus adora-
uit vitulum, in hunc modum. Quid tibi fecit hic populus, vt in
duceres super eum peccatum maximum? Et sicut horologij in
ordinatio, ipsius moderatori tribui solet, ita inordinatio rei-
pub eius gubernatoribus ascribi cõsueuit. Et vt ex corde ma- G
nat totius contemperatio pulsus, ita ex prælatis nasci consueuit
totius constitutio populi. *Quis ex vobis arguet me.* Vide quan-
tum esset Christi exemplum, qui talia verba etiam ante inimi-
cos proferret, non ita segerunt plerique Christiani, sed potius
ipsos etiam infideles suo prauo exemplo scandalizant, atque ita
faciunt ipsos blasphemare nomen domini: sic Iacob querebatur
de filijs, eo quod crudelitate sua cum sichimitis, eum odiosum
fecerunt Chananæis. Multo igitur magis Christus de talibus
Christianis conquereretur, siquidem multi forte infideles conuer
terentur, si ipsis præclarum exhiberent exemplum. Vide enim H
quam multos conuerterent olim sancti martyres, præclaro exẽ-
plo suo. *Quis ex vobis arguet me.* Videas aliquos confessores,
qui cum in confessione audiunt aliqua peccata paulo grauiora
maxime commouentur, & se impatientes etiam gestu ostẽdunt.
Qui tamen sciant quod in Exo. præciperetur vt qui mulierem
grauidam indigne tractaret, & aborsus causa esset, pænas daret
ad arbitrium mariti ipsius mulieris: sic ergo cauere debet confes
sor ne sit causa aborsus in cõfessione, ita vt pænitens propter
eius imprudentiam & impatientiam, non faciat confessionem
integram; nam alioqui ab animæ sponso Christo grauissime
punietur

*Exemp. Pli.*
*Prelatus bonũ det exemplũ.*
*Gen. 30.*
*Simile.*
*Exemplũ prauũ quã tũ noceat.*
*Exo, 32.*
*Simile.*
*Simile.*
*Exemplũ bonum demus.*
*Exemplũ prauum quantũ noceat.*
*Cõfessores audiãt patiẽter & absq. commotione, ipsos pænitentes.*
*Exod. 12.*

punietur. Sit ergo confessor instar astuti aucupis, qui quamuis aues aliquas videat iam intra rete, nõ tamẽ strepitum excitat, do nec alias etiam possit reti comprehendere: sic enim ipse confessor debet audire patienter omnia peccata, & non conturbare pęnitentem in dimidia confessione, & tandem tanquam bonus medicus salutarem det medicinam.

*Simile.*

*Confessor patienter audiat omnia peccata.*

*Si veritatẽ dico vobis, quare non creditis mihi?* Valde profecto mirandum quod creatura rationalis adeo veritati non consentiat,

B vt illam etiam vehementer impugnet. Si enim veritas obiectum & perfectio humanæ rationis est, cur pharisæi apertissimæ veritati refragabantur? cur etiã nos refragamur? Huius rei causa ea mihi esse videtur, quod quẽadmodũ vbi gustãdi sensus morbo infectus est, dulce iudicat amarũ, & amarũ dulce: ita cũ intellectus spirituali morbo laborat, vehemẽter in spiritualiũ rerũ iudicio hallucinatur. Adde huic aliã causam, vt enim membra ægrotare solent, aut quia in se ipsis male sunt affecta, aut quia vicinũ aliquod membrũ male habet, sũt enim vicinis mẽbris omnia siue bona siue mala cõmunia: ita plane intellectus noster ægrotat, vel quia praua doctrina corruptus erga syncerae fidei dog-

*Veritatem nõ impugnemus.*

*Veritati cur multi cõtradicũt*

C mata caligat, quod hæreticorũ est, vel certe quia affectu aliquo vehemẽti velut ingẽtissima febri volũtas ęstuat, tũc enĩ propter maximã inter intellectũ & volũtatẽ cognationẽ, ipse quoq. intellect⁹ simili morbo laborat. Tãta enim affectuũ vis atq. potestas est, vt sicut suprem⁹ cælestiũ orbiũ incitatissima cõuersione cęteros orbes quãuis in aduersa tẽdẽtes, secũ rapit, ita plane quo vehemẽs aliquis affect⁹ propẽdet, eo quoq. omnes animæ nostræ vires, ac totã pęne huius mũdi machinã minoris, inclinat: neque nisi ægre sibi quisquã aduersatur, suisq cupiditatib⁹ obstat, quin poti⁹ ipsa quoq. intellect⁹ acies in eo maxime acumẽ suũ exer-

*Hæretici veritati cõtradicunt.*

*Simile.*

*Passiones homines excæcant.*

D cet, vt rationes excogitet, quibus id quod affectus cupit, probare possit.

*Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Sane si rerũ naturã attẽdimus, ait Cyril. omnia ex Deo sũt, quia ab eo ortũ habent & existũt omnia. Si vero spiritualẽ generationẽ qua filij Dei gignuntur & ex Deo nascuntur, qui fidem habent in eũ, & recte credunt, & tales vtiq, verba audiunt, nõ solũ auribus corporis, sed & mentis affectu & executione operis. Nã audire verba Dei, est illi⁹ pręceptis quę per scripturas loquitur, obedire: qui autẽ dũtaxat exteriorẽ sonũ verborũ Dei aurib⁹ percipiãt, sed ea neq. mẽti infigũt, neq. ad opus accõmodant, verba Dei audire dicẽdi nõ sũt neq. fructũ aliquẽ salutis suæ referũt, sicut semẽ quod cecidit secus

*Cyr. in Io. li. 6. c. 8.*

*Verbũ Dei quomodo audiẽdum*

A quos lux aliqua mēti hominis affulgere possit, quæ illi captiuitatē suā & miseriā detegat & ad defectionē solicitet. Sicut enim vbi potēs aliquis tyrānus arcē aliquā expugnauit, curat in primis omnes murorū aditus diligēter occludere & munire, ne alicui patere possit clādestinus ingressus: ita plane spiritus ille nequissimus mirabili quadā arte, & aures & oculos infelicis animæ claudit, ne fulgeat illi illuminatio Euāgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Quo sit vt qui his sunt lethalibus cōpedibus astri-
B cti, vix tādē cōsilijs, admonitionibus cōcionatorūq. vocibus ad virtutis & pietatis studia adhortātiū, flectātur. Quorū peruicaciam regius vates describit, cū eos dicit esse, sicut aspides surdas & obturātes aures suas, quæ nō exaudiūt vocē incātātiū, & venefici incātantis sapiēter, hoc est doctoris qui cælesti fretus sapiētia, diuinorū eloquiorū incātationibus, sopire lethalia aspidum venena nititur, ne videlicet & sibi & alijs, virulētis suis moribus noceāt. Vnde sicut aspides alterā aurē terræ affigētes, & alteram implicita cauda obstruētes, ad incātantiū voces obsurdescūt: ita isti partim terrenorū bonorū amore quibus affixi sunt, partim draconis cauda in alterā aurē immissa, surdi prorsus ad cōciona-
C torū voces efficiūtur. vehemēs enim terrenorū amor, hominē ad infima trahit. Dæmō vero eūdē à Deo auocat, quibus duabus rationibus velut insensibilis homo, ad omnes Dei voces ad omniaq. ei⁹ ꝓmissa, blādimēta, flagellaq. redditur. Quidquid enī horū clames, quidquid de gehēna, quidquid de morte, ꝺ iudicio, de regno cęlorū inculces, sic audit vt nō audiat, quia dæmone id operāte, omnis spiritualis sensus expers est. Quā rē legatio illa Giezi serui Elisæi, satis aperte indicat qui à domino suo cū baculo missus, vt eum super pueri mortui faciē collocaret, nil illi opis contulit, nō enim erat vox, nec sensus. Quare reuersus ad domi-
D nū suū ait, nō surrexit puer. Idem quoq. nos domi-nō fratres, quibus similis legatio cōmissa est, referre possumus. Fecimus domine quod iussisti, baculū tuū hoc est potētiā tuā, virtutē tuā, iustitiæ tuę seueritatē, suppliciorū magnitudinē, pœnarū æternitatē, mortis ineuitabilē necessitatē, ante oculos multorum qui in peccatis mortui sunt, hoc tēpore posuimus, sed tamē nullā in eis cōuersionis vocē, nullū doloris sensū adhuc percepimus, nec vllā vitalē operationē vidim⁹, quę nobis spiritualis resurrectionis & nouę vitæ pręberet argumētu. Quis igitur nobis obsistit? nēpe malorū omniū autor dæmō, cui homo per peccatū potestatē cōtulit. *Nōne benedicim⁹ nos quia samaritan⁹ es tu & demoniū habes?* Iracūdi & præcipitis animi inquit Cyril. indiciū est, correptionē

*Simile.*
*Dęmō quomodo nitatur bona opera nostra impedire.*
*Psal. 57.*
*Simile.*
*Audiētes Dei verba quomodo sæpe incātare soleat dæmō.*
*Malitimorē abscecerūt.*
*4. Re. 4.*
*Exiguum modo fructū referūt cōcionatores.*
*Malorū obstinatio.*
*Cyri. in Io. an. l. 6. c. 8.*

leniter mansuetеq. illatã nõ ferre, sed illico in conuicia & cõtumelias erũpere, & cũ vera nõ ad sint quæ recte obijci possint, etiã falsa cõfingere quæ alteri impingat. Si dæmoniũ habet domi E
Luc. 4. n'ó Iudæi, cur ergo rugiẽtes dæmones clamãt ei, venisti ante tẽpus torquere nos? cur rogabãt ne ab eo torquerẽtur, vt mitterẽtur in porcos, ne expelleret eos extra regionẽ, ne ipsos in abyssũ
Mat. 8. mitteret? Procidũt dęmones supplices ad pedes eius, & horrẽdo
Mar. 5. clamore intonãt, quid mihi & tibi Iesu fili altissimi? Scio quia factus Dei sis: & vos diabolo patre vestro duriores, negatis filiũ
Duritia cordis quã tũ noceat. Dei. Samaritanũ etiã eũ vocãt, quasi abiectũ & despicabilẽ, quasi legis trãsgressorẽ, inuisũ ipsis & odiosũ. Iudæis enim samaritani erãt exosi, vt supra dixit Euãg, quod nõ coutuntur, ipsosq. F
vt nullius prætij homines, & Mosaycæ legis pręuaricatores as-
Ioan. 4. pernebãtur. Cũ igitur aliquẽ quãuis genere Iudæũ cõtẽptibilẽ
Iracundi sũt cõtumeliosi. significare volebant, & eorũ societate indignũ, samaritanũ ipsũ per cõtumeliã vocabãt. *Nonne bene dicimus* His verbis aperte indicãt se iã pridẽ hæc tã dira cõuicia in dominũ iecisse, quorũ vsq adeo illos nõ pænitebat, vt nũc denuo eadẽ repetãt. His autẽ
Simile. similes mihi esse videtur illi, qui cum iãdiu in multis criminibus versati sint, tã lõga peccãdi cõsuetudine & licẽtia nõ cõtenti, statim à cõfessione eadẽ repetũt quæ cõmiserũt. Tales quantũ cõiectura colligere possũ, nescio an virtute sacramẽti, charitatẽ G
recepissẽt, qua vere deũ super omnia diligerẽt, quomodo enĩ rẽ
Simile. adeo charã, tã vili pretio, tamq. sine vllo doloris sẽsu amitterẽt?
Quàm pessimũ sit in aictũ statim in peccata relabi. Quis vnquam filiũ alacri animo vili pretio cõmutauit? aut sine doloris sẽsu amisit? Præterea lex est vt medicus, qui accepta pecunia Pactus est ægroto, si vbi primũ sanitatẽ æger recepit protinus in morbum relabitur, eundẽ rursus curare teneatur, quia non præsumitur vere sanus, qui tã facile sanitatẽ amisit. Quod si ita est, quo indicio te verã animæ sanitatẽ consecutũ esse credã, quẽ
D. Tho. vix dũ finita confessione, eodẽ ipso morbo laborare video? At inquis, exigua mihi gratia collata est, quæ me in semel accepta sanitate cõseruare nõ potuit. Verũ minima gratia. vt D. Tho. ait H
Simile. Deum diligit super omnia, & peccatũ prorsus ab anima extermi nãdum quãlibet minima sit, sufficiens est. Qui medicatã potionẽ
Simile. ebibit, qua noxiũ à corpore depelleret humorẽ, quãuis eã protinus vt accepit euomat, id tamẽ paululũ quod vẽtriculo adhæsit
Gratiæ quã admirabiles præstet effectus. noxiũ frequẽter humorẽ à corpore protrudit: idẽ etiam accidit his qui pransũ cibũ propter imbecillitatẽ stomachi retinere & cõcoquere diu nequeũt, reliquijs enĩ quæ supersunt alũtur: Nõ minus ergo vel exigua gratia posset homines in vita spirituali
susten-

A sustẽtare,& noxios peccatorũ humores ab anima pellere, quod istis minime cõtingit. Quãobrẽ verisimile est, eos qui se ita gerũt, nunquam diuinã gratiã assecutos. Quo quid miserabilius, quid infelicius dici potest? Atq. vtinã nil aliud in hac re incõmodi esset, nisi oleũ & operã perdere, frustraq. toties pudorẽ & laborem cõfessionis sustinuisse: cui tamẽ alia lõge grauiora adiũcta sũt, nẽpe ingratitudo aduersus Deũ peccata cõdonantẽ, & mẽdaciũ, quo meliora ante illius ministrũ proposuimus, neque præstamus, & prauæ cõsuetudinis cõfirmatio, quæ in dies hoc *Ingrati & mendaces mali.*

B modo inualescit, animũq. in peccatis obfirmat, quæ quidẽ mala adeo grauia sũt, adeoq. salutẽ nostrã in discrimẽ vocãt, vt inter reprobationis æternæ signa, hoc etiam numeretur. Quãobrẽ? quia veri simile est te eundẽ futurũ postea, qui hactenus fuisti cũ præsertim cõsuetudo sit quotidie potẽtior, quo diuturnior, Quid enim de te aliud sperare possim quã quod hactenus fuisti? Ex præteritis enim futura æstimare facile possumus. Hinc Salomon ait, adolescens iuxta viã suã cũ senuerit non recedet ab ea. Cæterum si scire cupis an peccata tibi in cõfessione dimissa sint vide an ipse à confessione transacta peccata dimiseris. Hoc e- *Consuetudo mala quomodo radicetur.*

C nim inter omnia gratiæ & charitatis indicia, non postremum mihi esse videtur, quamuis huius rei euidentiã habere nemo possit. Prauos enim mores deponere, & peccata relinquere, diuinę gratiæ opus est. *Indicia quædam utrũ a peccatis purgati simus*

*Ego dæmonium non habeo.* Beatus Petus, ait Cyril. mãsuetudinẽ domini declarans, dicit de eo, quod cum malediceretur, non male dicebat. Quod cũ alias, tũ hoc loco, dilucide nobis est perspicuum. Accepit enim grauem ab æmulis iniuriam, & falso quidẽ illatam, quam si in eos retorquere voluisset, vere de eis dixisset quod dæmonio erant pleni: ab illis tamen temperauit etiam ve- *Cyr. in Io. l. 6. c. 9.* *1. Pet. 2.*

D ris contumelijs, & mansuete vnum ei obiectum negauit dicens, *Ego dæmonium non habeo.* Hac dulci verborum mansuetudine eos ad lenitatem animi reducere curans. Vt enim testatur Sap. responsio mollis frangit iram, durus autem sermo excitat furorem. Et idem alio loco, verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos Ad alterum vero eidem obiectum minime respondit, & tacita confessione id verum esse de se significauit, quod scilicet secundum spiritalem sensum samaritanus esset, nempe samaria tantundem valet atque custos, ipse autem dominus custodit nos ab omni malo, Hinc in parabola descendentis ab Hierusalem in Hierico, & incidentis in latrones, dominus noster se samaritano cõparat, exhibenti misericordiã saucio *Iniurias cõdonem⁹.* *Pro. 15.* *Eccles. 6.* *Psal. 120.* *Luc. 10.*

*Egò demonium non habeo*. In his verbis, ait Grego. quid aliud nisi superbia nostra confunditur? quę si exagitata vel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit quam acceperit: facit mala quæ potest, minatur & quæ facere non potest. Ecce iniuriam suscipiēs dominus non irascitur, non contumeliosa verba respondet Ex qua re quid nobis innuitur, nisi vt eo tempore quo à proximis ex falsitate contumelias accepimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium iustæ correptionis, in arma vertamus furoris? Sed quia quisquis Dei zelo vtitur, sæpe à prauis hominibus dehonestatur, in semetipso nobis dominus patientiæ prębuit exemplum, qui ait, sed honorifico patrem meum. E F

*Grego. in euan. ho. 18.*

*Contumelias patiēter sicut Christus feramus.*

*Amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortē non videbit in eternū.* Nō hoc de sola æterna morte, quæ in Apo. appellatur mors secunda, intellexit, sed simpliciter diuinarum legū obseruantes, non esse morituros dixit, quę quidem promissio vt præstantissima, ita & certissima est. vere enim dici potest, viros iustos non videre aut gustare mortem. In morte enim duo maxime acerba & hominibus formidabilia sunt, alterum rationis reddendæ & sortis futuræ metus, quæ improbi homines vehementer timent, alterum abdicatio voluptatum omnium atque deliciarum, quibus in hac vita fruuntur, à quibus in morte spoliantur: Hæc enim duo si demas, non est cur mors, hoc est commune humanæ naturæ debitum, timeri debeat. At vero Dei seruos nil horum cruciare solet: spes enim quam velut anchoram animæ tutam ac firmam habēt, eos à priori illo metu liberat: cæterum ab altera timoris causa multo magis pij omnes immunes sunt: hi namque opes suas & voluptates, in vnius Dei cognitione, amore, fruitione, & iustitię cultu constitutas habent. *Nunc cognouimus quia dęmonium habes*. Sicut accepta contumelia, ait Cyril, bonus fit melior, ita malus de beneficio fit peior neque id ab re, diligentibus enim Deum, omnia cooperantur in bonum. odientes vero Deum, omnia etiam bona conuertunt in malum. *Patre nostro Abraham?* Iactabant se isti quod descenderent de stirpe Abrahæ, nolentes intelligere eiuscemodi nobilitatem corporis sine virtute, apud Deum parum proficere. Cuius quidem virtutis isti nō studiosi, sed contemptores erant. *Abraham pater vester exultauit vt videret diē meū.* Tunc diē domini Abraham vidit, cū in figura summę Trinitatis, tres angelos in hospitio recepit, quibus profecto susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis est, in natura tamen vnitas est diuinitatis. vel diē suū dicit diem G H

*Apo. 2.*

*Mortē nō eo modo timent boni quo mali.*

*Mortē quo modo timeāt boni.*

*Cyr. in Io. l. 6. c. 10.*

*Rom. 8.*

*Mat 3.*

*Nobilitas generis sine virtute parum valet.*

*Gen. 18.*

Crucis,

A Crucis, quem Abraham oblatione arietis & Isaac, præfigurauit, vt ait Cyr. vel vt ait Aug. cur non diē Christi intelligimus tempus Christi, quo erat vēturus in carne, quod & Abraham sicut & alij prophetæ potuit videre in spiritu, atque gaudere? *Ego sum* Deo magis proprium est nomen substantię, ideo ad Mosen ait: ego sum qui sum. Cęterū in sacris literis, vt inquit Hie. ea quæ pereūt, quęq. peritura sunt, nō esse merito dicūtur. Vnde Abdias inquit, bibent omnes gentes iugiter, & erunt quasi nō sint *Abscondit se.* Non autem abscondit se, ait Cyr. in angulo templi B quasi timēs, aut in domunculam fugiens, vel post murum aut columnā diuertens, sed cælica potestate inuisibilem insidiātibus se constituens, quemadmodum cum sui eum de supercilio montis præcipitare voluissent, ipse transiens per medium illorum ibat. Vnde nobis memorabile relinquit exemplum, vt etiam cum resistere possumus, irā superbiētiū humiliter declinemus. Si Christus modo voluisset, ait D. Tho. facillimo equidē negotio prostrauisset & cōfudisset eos, adeo vt cū ad lapides colligēdos se inclinassent, in medio ipso barathro, se potius cōstitutos vidissēt, sed exēplum quidem clementiæ & patientiæ, non autem vindi- C ctę, nobis relinquere voluit. Cęterum quot pestiferas voluis animo tuo & versas cogitationes: tot sane lapides, vt in Christum iacias, apprehendis & colligis: quod si etiam conceptas animo eas cogitationes impuras & iniquas, atq. iniustissimas, ad opus quidem ipsum, & actionem ipsam exteriorem, exeras & referas atque effundas, tunc quidem lapides ipsos iacere & emittere videris, atque Christum dominum lapidare, & saxis ipsis immanissimis petere.

*Cyril. vbi Sup. c. 11. Au. l. 3. in Maxi. c. 26. to. 6. Exo. 3. D. Hie. in com. Abdię. Abdię. 1. Esth. 14. Cyr. vbi supra. c. 12. Lucę. 4. D. Tho in Io. 8. le. 7. & 6.*

*Patientiā exemplo suo nos docet Christus.*

D

## DOMINICA IN PASSIONE.

## CONCIO SECVNDA.

*Timoratam seruemus conscientiam.*



DIcebat Iesus turbis Iudæorū, quis ex vobis arguet me de peccato? Io. 8. Aperte quidē in hoc Euan, nos docet Christus, vt talē ducamus vitā, qualē nec ipsi etiā aduersarij reprehēdere valeāt, siquidem & Dei templa sumus. Vnde Apos. Petrus ait, & ipsi tāquā lapides viui su

*Conscientiam purā seruemus. 1. Pet. 2.*

viui superædificamini &c. Porro 3. Reg. habetur quod Salomõ E
3. Re. 6. fecerit fenestras quasdã in tẽplo, foris quidẽ latas, intus vero angustas, siquidẽ modica etiã lux sufficiebat forinsecus, quando quidẽ totũ interius tẽplũ splẽdebat luminaribus. Sic ergo vult Deus vt nõ tã lucẽ exteriorẽ curemus, quã interiorẽ animæ. Vn
2. Cor. 1. de Pau. ait, gloria nostra hæc est, testimoniũ cõsciẽtię. Et certe mirum est hoc tempore nobis, quod videamus aliquem fulgere aliqua virtute, nec tamen recordamur quanto pluribus virtuti-
1. Esd. 3. bus olim sancti illi viri micarent. In 1. li. Esd habetur, quod F plerique mirabantur reædificationem tẽpli, sed tamen qui notitiã habebant prioris pulchritudinis, lugebant propter eam amissam. Sic ergo nos modo si videmus aliquem non adulterantẽ vel nõ furãtem, aut maledicentem, eũ plurimi facimus, at vero qui ad sanctorum exempla memoriam reuocant, longe aliter sentiunt de horũ virtute atq. illorum. Quamobrem vnusquisq. se diligenter interius consideret & contẽpletur, audiatq. quid

*Refrigescit virtus in multis.*

Ezech. 8. dicat Ezech. fili hominis fode parietẽ, & vt fodit illum dixit ei: ingredere, & vide abominationes pessimas. ô si diligenter rimaremur arcana pectoris nostri, quantas inueniremus abomi-
Psal. 76. nationes! bene quidem Dauid se excercebat cũ diceret, medita- G tus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebã spiritũ meum. Sed multi potius cũ mane surgunt, statim curãt de lauandis manibus & facie corporea, atq. de cõponenda ea ad speculum, & tamẽ cõscientiæ sordes nunquã eluunt. Vtinã vel tantã gererent curã de mũditia animę suæ, quantam gerunt de munditia calceorum suorum: & saltem sordes conscientiæ discuterent, cum puluerem à vestibus discutiunt! longe aliter se gere-

*In multis deficimus.*

*Animæ puritati stude-damus.*

Psal. 6. bat Dauid cum diceret, laboraui in gemitu meo, lauabo per sin
2. Re. 12. gulas noctes lectum meum. Et quamuis à Nathan audisset, dominus transtulit peccatum tuum, nihilominus tamen gemebat pec H catum suum Cæterum multos videas qui statim temere iudicãt cum vident proximum suũ in aliquo labore, id successisse propter hæc vel illa eorũ peccata: sed nõ debemus alienos defectus iudicare, sicut faciebant illi, qui cũ viderent viperã de Paulo pen
Acto. 28. dentem, statim eum peccatorẽ iudicabant temere. Sed talia iudicia pro nobis ipsis faciamus, vt scilicet cũ nos ipsi in aliqua calamitate versamur, eam nostris sceleribus tribuamus, sicut qui noctu strepitum sentit domi suæ, iudicat sibi aliquid furto surripi ex domo propria. Vnde Iob statim discutiens conscientiã dixit, non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. In 2. Reg. habetur quod fames inualuerit lõgo tẽpore

*Iudicia temeraria fugiamus.*

*Simile*

*Conscientiam discutiamus.*

cumq.

A cumque Dauid consuluisset dominum, dictum est ei quod flagellum illud euenisset propter Saul & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Sic etiam Dauid sæpe cum aliquid sibi incommodi eueniret, intelligens idesse propter peccata, huic morbo medicinam adhibebat, sicut cum dedit Gabaonitis septẽ viros puniendos, sic etiam tu gerere te debes. Fugiebat aliquãdo Dauid à faci⁀ Absalon pedester et nudis pedibus, cui certe non deerãt equi & calcei, sed id faciebat in pænitẽtiam peccatorum: sic ergo viri iusti se gerere solent, etiam sibi ipsis nouos propter
B Deum imponentes labores. Vnde Apost. dicebat, Dei adiutores sumus, quasi diceret: volo etiam adiungere sponte mea alios labores, illis quos mihi Deus dedit. Sic patienter Dauid sustinebat iniurias Semei sibi inflictas. Vt autem diligenter conscientiam discutiamus, debemus id quidem perattente facere. Sicut enim qui in obscurum aliquem locum ingreditur, veniens præsertim ex loco claro, non potest statim latebras omnes videre, sed potius ibi paululum cõmorari debet; sic etiam tu nisi attente consideraueris, non potes recessus peccatorum tuorum ex acte explorare. Vnde Ecclesi ait, ante orationem præpara animam tuam.
C Nitere igitur vt interius, & exterius ornatus sis, hoc est interius fide, spe, & charitate, & alijs huiusmodi virtutibus, exterius vero eleemosyna, abstinentia, mortificatione, & alijs huiusmodi. Vnde Salomon ait, quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum: linũ interius adferri solet, & lana exterius: quasi diceret, debent exteriora & interiora virtute exornari: & primum quidem cura est habenda interioris ornamenti. Vnde Dauid ait, confitebor tibi in directione cordis; hinc vero exterius ornamentũ procedere debet. Nã sicut ex optima interiorũ
D humorũ contemperatione, prorumpit in faciem exteriorem syncerus color: sic ex bona conscientia, procedere solet exterior cõpositio & mortificatio Vnde Ecclesi. 8. dicitur, sapientia hominis lucet in vultu eius. Et sicut ex corde procedit vitalis calor ad cæteras partes corporis: sic ex interiori virtute proficiscitur ad exteriora præclarum quoddam ornamentum. Vnde Plato dicit, nemo vobis persuadeat esse maius aliquid ea virtute quæ dicitur pietas, qua videlicet diuinum numenq; colimus & veneramur. Sic ergo niti debemus vt interius pretiosa virtutis ornamenta conseruemus. Hinc Sap. monet nos dicens, omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Inter alios quidem fructus spiritus sancti est gaudium. Vnde Hug. de 5 vic. ait, vis nunquam esse tristis? Semper bene viue, quia bona vita

*Iob. 17.* *2. Reg. 21.* *Labores nostris peccatis ascribamus.* *2. Reg. 15.* *1. Cor. 3.* *2. Reg. 16.* *Simile.* *Conscientiam diligenter discutiamus* *Ecclesi. 18* *Pro. 31.* *Psal. 118.* *Simile.* *Ecclesi. 8.* *Simile.* *Plato.* *Pro. 4.* *Gal. 5.*

Pro.15. semper gaudium est. Et Sap. ait, secura mens quasi iuge conui E
Acto.5. uium. Vnde in Ac. dicitur quod ibant Apost gaudentes à con-
Iob. 2. spectu concilij. Sed tamen dæmon longe aliter se habet cũ ho-
Peccatum minibus, semper scilicet eos affligens: vide enim quomodo
fugiamus. omnia bona abstulerit ipsi Iob, & coniugem reliquerit ad mai°
Leui.26. ipsius tormentum. Quare viuamus ita, vt nullus nos de peccato
Iob.11. arguere possit. Sane qui prauam habet conscientiam, facile sta-
Ecclesi.27 tim terretur. Vnde in Leui. dicitur, terrebit eos sonitus folij vo
Simile. lantis. Et Iob ait, sonitus terroris semper in auribus impij &c.
Aba.2. Quod autem Deum non timeamus, inde fit vt deprauatam ha- F
Psal.118. beamus conscientiam. Vnde Ecclesi. ait, si non in timore do-
timeamus mini tenueris te instãter, cito subuertetur domus tua. Est enim
Deum. timor tanquam caries quę nos semper rodit, & Dei iudicia an-
te oculos ponit. Vnde Aba. 2. super custodiam meam stabo. Et
Dauid ait, confige timore tuo carnes meas. Videmus sane quod
cornigera animalia cum cornua pro armis habeant, non sunt
perinde timida, at vero quæ similia non habent arma, timida
sunt valde, & ita agilia sunt ad fugam, & alia pennigera ad volã
dum. Cum ergo nos per peccatum tãquam armis destituti simus,
hunc sanctum apprehendamus timorem, quo nos defendamus,
& fugientes à diuina iustitia & punitione, accedamus ad infini G
tam Dei misericordiam, qui abluti & à peccatis purgati, dicere
valeamus, quis ex vobis arguet me de peccato?

*Exemplum bonum quantum conducat.*

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Vide obsecro quam præ
Vitam du clarum daret Christus exemplum, qui talia inimicis diceret ver
camus ir- ba? Sic ergo nos bonum omnibus exhibeamus exemplum, etiam
reprehensi si certo sciremus nos esse de numero prædestinatorum. Abrahã
bilem. quidem tale exhibebat exemplum, vt cum vellet sepulturam pro
Sarra emere, dicerent illi Barbari, audi domine, princeps Dei
Gen.23. es inter nos. Sicut malogranatum quod calore solis patefit, os- H
tendit interius egregium quem habet colorem: sic vir probus
Simile. diuino tactus calore & amore, manifestat exterius præclarum
virtutum exemplum: & sicut coronam quandam habet malo
Simile. granatum, sic talis in virtute perseuerans coronabitur. Sane qui
mortificationem habet, etiam alios ad similem mortificationem
allicit. Suetonius quidem refert, quod cum Iulius Cæsar pictũ
Sueto.trã. vidisset tam iuuenem Alexandrum, qui tantos egerat triũphos,
invi.Cæs. in lachrymas prorumpens, ait. O me miserum qui nondum ad
Iul.Cæ. tantam deuenerim fortunam. Si igitur iste flebat, quod hunc nõ
esset imitatus, qui tamen damnatus fuit, quanto igitur nos ma-
gis flere

A gis flere debemus, qui bonos non imitemur & sanctos viros? Sane cum sobrinum suum vidisset quidam aliquando se habitu religioso induisse, flens ait, quæ nam obsecro peccata hic commiserat? Præstitisset sane, vt ego talem vitam religiosam profiterer, qui sum insignis peccator, atque ita illius exemplo pænitentiam egit. Athanasius quidem dicit quod barbari & idololatræ videntes bonum exemplum virginum Deo dicatarum, dicebant esse viua quædam Dei templa. Item Theodo. narrat, quod cum hyberi essent idololatrę, & captiuam quandam Christianā muB lierculam captiuam ducerent, eius sancto exemplo cōuersi sunt, & ab ea edocti quæ ad religionem spectabant. Vnde Apost. dicebat, epistola nostra vos estis, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus &c. Et ad Rom. ait, gratias ago Deo meo per Iesū Christū, quia fides vestra anunciatur in vniuerso mūdo Itē Romani notitiam habentes vitæ & eruditionis Christi, acceperūt fidē etiāante prędicationem factam in ea vrbe ab aliquo Apostolo. Vnde Pau. eos laudat propter eorum bonam famā, Rom. 1. Item ait, sæpe proposui venire ad vos, vnde constat eum nōdum illuc accessisse, neque ante legimus alium accessisse Apostolum. C Vnde constat quod quamuis ibi fuerint crudelissimi tyranni, nihilominus tamen, fuerunt multi fideles, & ita ex bono audito exemplo Christi & Apostolorum, fidem amplexati sunt, & ea de causa Paulus gratias Deo agebat. Porro commendans Apost. bonum exemplum, ait: semper mortificationem Christi in corpore vestro circunferentes: vbi nota quod semper, & idipsum repetat, quoniam qui ędificat domum aliquam non eo tantum contentus est vt interius sit perpolita, sed etiam exterius etiam nititur eam polire, & ibi figit arma sua, vt cognoscatur cuius sit: sic ergo vult Deus vt serui sui non solum interius boni sint, D sed etiam exterius præclarum virtutis exhibeant exēplū. Qui enim exterius dissolutus est, indicium quoddam vitiorum interiorum videtur exhibere. Vnde Iob de malis loquens ait, deuoret pulchritudinem cutis eius: vide quanta adferat incommoda peccatum, vt etiam exteriorem pulchritudinem commaculet. Quare bono nostro exemplo nitamur proximos ad nos allicere & amore inflammare. In Gen. quidem habetur quod cum Abraham de terra sua egrederetur ex Dei mandato, tulit secū animas quas fecerat in Arā. Sed si filios nōdū habebat, quorsū dicit tulisse animas quas fecerat? sed dicēdū est intelligi de ijs quos bono exēplo sui imitatores fecerat, qui eū seqbāt, eius amore inflāmati. Vide etiā quomodo ex bono exēplo Danielis fuerat cōuersus Nabuchodo-

*Exemplū* *Exēplum bonū plurimum mouet.* *Atha.* *Theodo.* *Exemplū mirum.* *2. Cor. 3.* *Rom. 1.* *Exēplum* *Rom. 1.* *Romani ex bono exemplo Christi audito crediderunt.* *2. Cor. 4.* *Simile.* *Bonum exhibeamus exemplū.* *Iob. 18.* *Peccatum quantum noceat.* *Gen. 12.* *Quæsti.* *Respon.* *Dan. 2.*

*Exemplũ Bonũ quã tum profi ciat.* Nabuchodonosor, vnde dicitur quod ipse Daniel erat in foribus regis: quod exponentes interpretes dicunt, quod ipse Daniel instruebat regem suo exemplo & sapientia, & ita quandiu instructorem talem habuit, bene operatus est, sicut contra cum non habuit, hallucinabatur, vt constat ex historia de statua, & alijs huiusmodi gestis. Vnde Apost. nos monet dicens: siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite &c. De aquila quidem dicunt naturales Philosophi quod legitimos agnoscat natos eos esse, qui recta solem firma oculorum acie contuentur, sic ergo in hoc optimi & virtutis studiosi cognoscuntur Christiani; si recta actiones suas ad Christũ dirigant, & eius sequantur exemplum Vnde Petrus ait, obsecro vos fratres tanquã aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem inter gentes habentes bonam &c. Vtinam nos ita gereremus, vt omnes mirantes dicerent, nonne videtis quantam ille fecerit vitæ suæ mutationem? Et certe mirum est quod iam viri improbi non erubescant prauum exhibere exemplum, & tamen viri probi pudefieri quodammodo videantur si bonum dederint exẽplum. Sed audiamus quid Christus dicat, qui me erubuerit inquit: coram hominibus, hunc filius hominis erubescet. Vnde Dauid dicebat, in medio Ecclesiæ laudabo te. Sane quãdo Deus dixit Moysi vt septuaginta seniores eligeret viros probos, intelligebat quidem etiam de exteriori bona conuersatione & exemplo pręclaro. Item nullus est imperator qui tantum gloriaretur de suis triumphis & victorijs, quantum Paulus in domino gaudebat, propter vincula quæ pro nomine Christi patiebatur, & quibus bonum omnibus exhibebat exemplum, vnde & dicebat, propter spem enim Israel, catena hac circundatus sum. Item scribẽs ad Ephe. ait, ego Paulus vinctus Iesu Christi. Et ad Timo. ait, noli erubescere testimonium domini nostri, nec me vinctũ eius. Porro in Apoc. habetur, quod cum angeli quidã terram vastare vellent, alterum angelum audiuit Ioannes qui hæc verba dicebat, nolite nocere terræ & mari, quoad vsque signemus seruos Dei in frontibus eorum: vt inde intelligamus quod in fronte & publice adferre debemus Crucem Christi, & eius confessionem. Quod si dicas bona opera esse potius occultanda: respondeo hoc prudentiæ esse Christianæ dijudicare quando occultari & quando manifestari debeant.

*Dan. 3. 1. Cor. 10. Simile de aquila. 1. Pe. 2. Exemplũ praclarũ exhibeamus. Luc. 9. Psal. 21. Num. 11. Bonum exhibeamus exemplũ. Acto. 28. Ephe. 3. & 4. 2. Tim. 1. Apo. 7. Virtutes etiam exterius ostendamus.*

E F G H

*Verbum Dei non libenter audiunt mali.*

Qui ex Deo

A *Qui ex Deo est, verba Dei audit &c.* Hæc quidem est malorũ condicio, vt cum proficere nolint in virtute, idcirco nolint verbum Dei audire, sed tantum contenti sint exterius sonum verborum audire, sicut qui musicam audit sine penetratione ipsius cõcentus & artificij, vt ait Ezech. Sane qui instrumentum aliquod musicum pulsat, & canit, tantum contentus est vt percipiat vocum consonantiam, absque eo vt sensum literæ penetret: sicut enim fax aliqua humefacta & madida non ardet probe etsi igni admoueatur; sic etiam plerique auditores ad concionem adeo tepidi accedunt, vt inde nequaquam inflammentur. Vnde regius vates dicebat, ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Vide quomodo dicat esse seruum Dei qui illud diligit: nam mali non solum non conuertuntur inde ex verbo Dei, quin potius ipso abutentes, deteriores redduntur, sicut cum pluuia non penetrat terram, tota fere in buffones conuertitur. Cæterum fere fit vt eos audire non dignemur, quos odio prosequimur: cumque mali virtutem oderint, inde fit vt nunquam vellent in virtutum mentionem incidere, cum tamen semper de vitijs libenter gustent audire. Vnde Dauid dicebat, sicut

*Malorum conditiones.*

*Simile.*

*Eze. 3.*

*Simile.*

*Auditores multi duri*

*Psal. 118.*

*Simile.*

*Simile.*

C aspidis surdę & obturantis aures suas. Videas quidem quod multi quærітent serpentes, vt inde venenum educant, atque idcirco se abscondunt: sic etiam mali non sustinent vt verbum Dei in ipsorum animam ingrediatur, ne ita venenum inde educatur, cũ tamen contra deberent à Deo iugiter postulare. Mandauit Deus Moysi vt sibi tabulas quasdam diligenter pararet, in quibus legẽ describeret: sic ergo ad prædicatorem spectat disponere ipsam doctrinam, & ad ipsum auditorem pertinet non reluctari in ipsa sua conuersione: ad Deum pertinet scribere legem digito suo, sed ad hominem spectat parere sedulo Dei mandatis, & non re-

*Psal. 57.*

*Simile.*

*Multi auditores obstinati.*

*Exo. 34.*

D sistere sanctis inspirationibus. Porro Greg. explicans verba illa Isa. 11. spiritus consilij & fortitudinis, ait: iũgit quidem spiritũ consilij & spiritum fortitudinis, quia parum prodest quod prædicator consulat, nisi auditor spiritum habeat fortitudinis ad ea quę audiuit, executioni mandanda: aliter enim congruere videtur illud Isa. filij venerunt vsque ad partum, & non erat virtus pariendi. boni quidẽ nituntur verbum Dei conseruare, iuxta illud Ecclesi. Qui diligunt illum, conseruant verbum illius. Nam amor quidem facit vt diligenter memoriæ inhęreant verba amati; non ita autem facit qui odio prosequitur. Vnde Sap 4 dicitur, adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, hoc est non perseuerabunt in virtute. Sunt quidem aliqui auditores instar

*D. Greg.*

*Isa. 11.*

*Auditores operentur quæ audiũt in concione*

*Isa. 37.*

*Ecclesi. 2.*

*Sap. 4.*

*Simile.*

*Multi auditores statim deuotionẽ amittunt.* instar ouorum prunis obiectorum, quæ quidem ibi sudant, si tamen inde educantur, statim sudorem amittunt: sic tales auditores prima fronte videntur deuotionem aliquam habere tanquam sudorem quendam, at vero cum ex concione exierint, statim hęc omnia amittunt. Non ita quidem boni se gerunt, quin potius in virtute perseuerant, iuxta illud Ecclesi in electis meis mitte radices. Item Isa. ait, audite verbum domini, qui tremitis ad verbum eius. Considera obsecro peccator quod si verbum Dei audire neglexeris, continget tibi quod contigit Vriæ, qui cum existimaret se literas adferre alicuius dignitatis ipsi futuræ, tamen attulit literas condemnationis suæ: sic ergo tu non debes existimare quod quia multos sermones in quadragesima audiuisti quidem & diligenter verba ipsa notasti, idcirco saluus eris, si ad exercitationem ea non traduxeris. Nam ibi in morte examinaberis diligenter an qui in concione audisti quod esses humilis, deposita omni superbia humilis redditus sis: & qui audiuisti vt charitatem haberes, inuidiam deposueris: & qui audiuisti vt castus esses, omnes carnis motus domueris. Dolendum sane est quod cum hoc tempore tanta sit vbique prædicatorum copia, nihilominus tamen tam pauci sint auditores qui progressus aliquos faciant. Vnde Hier. ait, circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inuenietis in plateis eius virum facientem iudicium &c. Sane quando voluit dominus delere quinque illas ciuitates, dixit quod propter decem iustos eis parceret. Vbi aduerte quod in Hierusalem vbi vigebat lex Dei vnico contentus est iusto, & illic vbi non vigebat, requirit decem iustos, vt significaret minus tunc abundare iustitiam in Hierusalem, quam abundaret inter barbaros. Quid quæso prodest quod acutus sit gladius concionatoris, si cor durum exhibet ipse auditor? Nam certe sicut in bellis fieri videmus vt nouæ quotidie fiant inuentiones, & bellicæ machinæ contra alias machinas, & cuniculi contra cuniculos: sic etiam contra varias inuentiones concionatoris, sunt etiam varię inuentiones dæmonis in cordibus obstinatis: Sed tamen hanc consolationem habent concionatores quod si suũ digni obierent munus, debito præmio non fraudabuntur, iuxta illud Ezech. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

[Margin notes: *Eccles. 24* · *Isa. 66.* · *Figura.* · *2. Reg. 11.* · *Non satis est concionẽ audire sed operari oportet.* · *Hier. 5.* · *Gen. 18.* · *Videmur in quibusdam a barbaris superari.* · *Simile.* · *Auditores duri quantũ resistãt.* · *Ezech. 3.*]

Appendix.

## APPENDIX.

A *Si veritatē dico vobis &c.* Sane ideo tibi non credunt, quia veritatem dicis, cum veritas sit iam odiosa apud homines, & tamē iniuriæ loco ducunt, si dixeris eis quod mentiantur. Porro stobæus narrat quod interrogatus pythagoras, quid homines facerent vt Deo essent similes, ait, loquantur veritatem. Vnde Psal. cum interrogaret, domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Respondit, qui loquitur veritatem in corde suo. Sed iam videmur posse vere dicere, diminutę sunt veritates à filijs hominum. B Item Isa. ait; corruit veritas in plateis.

*Veritas odiū parit.* *Stoba.* *Veritas res illustris.* *Psal. 14.* *Isa. 59.* *Psal. 11.*

*Quem teipsum facis?* Hoc quidem multis superbis dici potest: nam vt alia omittamus superbiæ genera, sunt qui statim inaniter iactent stirpem suam; nec considerant quod quamuis lectissimū sit triticum, tamen furfures habeat, & quamuis arbor sit generosa, interdum tamen fructus aliquos profert corruptos: sic ergo & si genus tuum sit præclarum, sæpe tamen in eo aliquem perditum inuenies virum. Salomon quidem fuit sapiens, & tamen filius Roboam insipiens. Item Ionathas fuit virtutis studiosus, & tamen eius pater Saul nequissimus fuit.

*Arrogantes detestabiles.* *Similia.* *Exempla*

C

## DOMINICA IN PASSIONE CONCIO TERTIA.

*Ambire mundanos honores quam sit detestabile.*

DICEBAT Iesus, *quis ex vobis arguet me peccato?* Ioan. 8. Satis quidem hinc colligitur, quod principes sacerdotum secrete de ipso murmurarēt, vnde ipse ait vt si quid habent contra ipsum, publice id denunciēt: & certe idcirco Christo detrahebant, quod eum mundani hono D ris auidum non viderēt, sicut ipsi erāt, & ita ex eius prædicatione & vita, eorum ambitio manifestabatur, sicut modicum lumen lunæ facile manifestatur ad nimium splendorem solis, & ita timebant ne aliquid de sua æstimatione vana apud vulgus perderent, atque idcirco secrete ipsi detrahebant, cum publice non auderent. Sane quemadmodum, ait Chry. sæui quidem venti in tranquillum mare delati, totum ab imo subuertunt, ita vt & arena cum vndis misceatur: sic etiam ambitio & turpis quęstus animū subleuātes omnia subuertūt. Excęcat mentis intuitū præsertim gloriæ furor: nā pecunias quidē cōtemnere velle satis est facile honorē autē à multis collatū despicere, multi laboris indiget, magnęq; sapiētię: nō est eni, nō est in quāvita tā tyrānicū. Cōsiderēt tumidi & ęlati ait Gre qui alios quoscūq; despiciūt, futurū esse tempus, in quo

*Detractores quantū noceāt.* *similitudo* *Ambitiosi quam sint detestabiles.* *Simile.* *Chry. ad pop. hom. 43. to. 5.* *Ambitio homines excæcat.* *Gre. li. 11.*

in quo sepulchris magno fætore soluentur, & tanto magis fæte- E
bunt, quanto amplius in mundo intumuerunt. Porro in hoc quidem facile dignosces eos qui vel à mundo, vel à Deo extollũtur, quippe quos dominus ad dignitates & excelsa munera eligit, hi suis officijs humiliter præsunt, & in suis honoribus nec latũ vnguem ab humilitate discedunt: at electi à mundo superbe imperant, & se nimium ostentant, quorum ostentationem reprehendit Seneca, & numerosum nimis comitatum, strepitum assecla-rum, & aliud huiusmodi superfluum ministerium. Quemadmodum statera quo magis vacua existit, eo altius eleuatur & extollitur, & quo maius continet pondus, deprimitur magis: sic homo vanus, exiguique meriti, tanto amplius eleuatur & superbit, quanto minores habet partes & dotes, & tunc de se magna cogitat ac presumit, non sic autem vir probus, sed tanto se magis humiliat, quanto plus meritis exornatur. Quod cum ita sit, inquit Bernar. quænam miseris tam dira libido dominandi? Filij hominũ vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? An ignoratis quoniam infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia? Quid præterea mali ex ambitione promanarit, vide. Legimus quidem Bonifacium octauum decepisse Pōtificem summum Cælestinum voce quadam conficta tanquam de cęlo delapsa, quę dicebat illi vt summo pontificatui renunciaret, quod ipse summus pontifex vir pius & sanctus, non intelligens dolum, ita præstitit. Cæterum qui eum decepit, vitam egit dignam se, quandoquidem fuit vir seditiosus, & in carcere se digno obijt, de quo illud etiam vulgatum est, intrauit vt vulpes, regnauit vt lupus, mortuus est vt canis. Sed quodnam scelus poterit inueniri, quod non patret ambitio, & homo mundani honoris cupidus? Erasistratus Dianæ olim templum combussit, vt referunt Theopompus & Vale. Ma. quod scelus inter Ethnicos omnium fere maximum putatum est. Hic enim cum cōprehensus esset, audacter confessus est se crimen illud commisisse, vt celebraretur eius nomen toto terrarum orbe.

*Mora. c. 17. Notandũ discrimen. Superbia detestabilis. Senec. lib. 22. epist. epi. 125. Simile. Ambitiosi virtutibus vacui. D. Bern. ser. 4. in die Ascen. Psalm. 4. 1. Cor. 1. Exēp. per uersum. Ambitiosi qualem habeant exitum. Val. Ma. Theopom. Ambitiosi quanta cōmittant scelera.*

Student homines honoribus acquirendis & diuitijs, atque in rerum mundanarum sapientia altas agunt radices, similes valde sunt talpis, qui subtus terram viam aperiunt, in media vero luce cæci ambulant. Heli adeo cæcitate laborabat, vt nec lucernã posset videre antequam extingueretur: ita hi qui terrenarum rerum sapientiam & cæcitatem mundi induerunt, lucem diuinarũ rerum non cernunt. Dæmonis est ingenium homines allicere & ducere in res exteriores, & non ad internas, quin potius rebus externis

*Simile. 1. Reg. 3. Ambitiosi quam sint cæci.*

F G H

A externis homines excæcat, ne interiores videant. Luxuriæ & libidini deditis, huius vitij voluptates ob oculos ponit, non autem pęnitentiam & tristitiam quæ post illud peccatum remanet. Auaro pulchritudinem & splendorem auri repræsentat, at non ob oculos ponit diuitũ curas & solicitudines. Alteri dicit, esto prælatus, esto dominus, & harum dignitatum honores ob oculos illi ponit, at non manifestat quam grauia sint horum statuũ onera, quamque arcta ratio ab his sit exigenda. Nũquam dæmõ teipsum inuitabit tui ipsius humili cogitatione, sed rebus vanis. *Vitia nos excæcant.* *Exo.3.*

B Moyses seruus Dei spiritu diuino ductus, gregem mittebat in interiora deserti: hoc est intima cordis sui cõsiderabat. Iubebat etiam dominus vt animal quod ei offerebatur, sine pelle esset, dęmon autem vult vt obsequium quod ei præstas, pelle voluptatis cooperias, vt interiora illius vitij & peccati non videas, at tu teneris id facere quod iussit Deus, scilicet vt auferas vitio pellem voluptatis, tuncq. clare intelliges quænã fallaciæ & turpitudines absconditæ sint in eo quod mundus repræsentat. Omne igitur malum tuum ex eo pendet, quod nõ auferas peccato pellem, adime quæso pellem & corticem, & in eius interiora ingredere, & *Leui.1.* *Si vitii fæditatẽ introspiceremus, illud non cõmitteremus.*

C tunc videbis aperte quanta sit abominatio intus abscondita in eo quod tu tantopere desideras. Vnde Angelus Tobiæ dixit, exẽtera piscem, & cor eius, & fel, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Sic exentera tu peccatum, & facies medicinam cæcis oculis, vt tandem malitiam peccati agnoscas, & mundi vanitatem. Demosthenes quidem per quandam emphasim dicere solitus erat, quod si nobis proponerentur duæ viæ, altera quidem quæ nos ad interitum adduceret, altera vero ad dominia & imperia, illam potius quam hanc eligere deberemus, vt scribit Plut. *Tob.6.* *Demost.* *Plutar*

D Causam autem huius rei assignans Chrysippus, ait: si enim præclare tuum officium feceris, hominibus displicebis, si autem male, Deo: Turbus quidam Romanorum præfectus, cũ ab Adriano moneretur vt laboribus parceret, neque se tantopere affligeret, respondit vt refert Dion Cassianus, necesse est vt qui alijs præest, noctes, diesque se in laboribus exerceat atque confringat. Seneca inquit in libr. de clementia, quod qui reipub. præficitur, potius existimare debet se eius seruum esse quam dominum. Petrarcha inquit quod præfecti optimi, quo primum tempore suum exercere munus incipiunt, sibi moriuntur, & alijs viuere incipiunt. Si hæc igitur diligẽter considerarent, qui magistratus & præfecturas ambiũt, haud equidem tam sitienter & cupide easdem venarentur. Mereri certe eas *Chrysip.* *Turbus* *DiõCassi.* *Senec.* *Petrar.*

*dignitates potius merenda quã pretẽdendæ.* debes, non autem appetere, præsertim cum honorificentius, E multo sit, eas non habere, quas tamen mereris, quam habere quas non mereris. Octauianus August. dicebat quodsi quem inueniret, cui totum regnum committere posset, se eo libentissime spoliaret. Diocletianus item cum in quadam esset prosperita-

*Oct. Au.* te, regnum deposuit, neque persuaderi poterat vt illud denuo ac-
*Diocle.* ciperet. Scribitque Baptis. Ægna. neque senectute ad id fuisse ad-
*Bap. Æg.* ductum, neque pusillanimitate, sed sponte sua, cumque regno vacaret, vix vmquam finem inueniebat dicendi, quanto otio & F quiete frueretur, quantosque à se labores excussisset, atque ita oppidulum sibi delegit, in quo semotus à turba habitaret, vt

*Eutro.* scribit Eutro. Cæterũ cũ aliquando apud Philippũ Macedoniæ regem, nonnulli Philosophi cœnarent, placuit regi vt quæstio

*Quaest.* quædam animi gratia agitaretur, quæ talis fuit: quid tandem videretur in toto orbe celebrius & præclarius? Cumque alij dicerent mõtem olympium, alij aquam, quippe quę totam ambiret terram, alij vero solem, Philosophus quidam pręter cęteros dixit, nihil excelsius, sublimiusque esse, animo contemnente &

*Resp.* nihili faciente ambitiosa imperia, & præfecturas. Et merito qui- G
*Tit. Li.* dem, nam vt inquit Tit. Li. nullus triumphus præstantior, nullumque imperium excellentius est, quam nolle imperare & triumphare. Vnde qui ambiunt, & sibi inique imperia procurant, indigni sunt plane qui imperent. Hinc Plutar. ad Traia. Scribens, inquit felicem eum appellari posse, qui cum ea præstitisset quibus imperium mereretur, non tamen per ambitionem ad eius apicẽ euectus esset. Quid multis moror? Carolus quintus Imperator cuius memoria in benedictione est, sponte sua imperia & regna renunciauit, vt posset in monasterio quietius quodãmodo Deo vacare. Nonne & Pontificatum Cælestinus dimisit, seque vitæ H solitariæ & contemplationi laudabiliter totum tradidit? Merito quidẽ Christ⁹ dicebat, quod qui se exaltat humiliabit, quia multi sunt exaltati qui iusti sunt: sed intelligit eũ qui exaltat seipsũ, ambiendo honores & dignitates, & negotio humano atque ambitione obtinet principatum, non enim potestas & status, sed elatio in crimine est. Cæterum sicut in hyeme frigore vigẽte, & certe nimio calore omnia inflammante, raro cadunt ingentia fulmina, vt ait Pli. Sed vere & autũno quando aer est serenus: sic calamitates prosperitati insidiantur, non eos quærunt qui frigore & æstu in humili statu laborant, sed illos repentino vulnerãt impetu & deijciunt sæpe, qui in tranquillo prosperitatis vere & autumno superbia extolluntur, & inani mundi gloria insolescunt.

*Quidignitates praetendunt seindignos reddunt. Exemp. praeclarũ Car. Quin. impera. Luc. 14. similitudo Pli. lib. 2. Viris in sublimi statu positis veniunt calamitates.*

Gloriam

A Gloriam & honorem non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Vnde honores quos expetunt multi Cato petere non debuit, sed eos ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. *August. li. 5. ciui. dei*

*Amorem Dei habeamus.*

*Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Quasi diceret, cum me non ametis & diligatis, inde fit, vt verba mea non audiatis, siquidem amor omnia reddit suauia. Cæterum quæstio fuit à multis agitata, an amicitia & amor locum habere possent inter Deum & homines: Aristoteles enim visus est significasse quod ibi amicitia non haberet locum, cum in ea requirerentur tria, nempe æqualitas, beneuolentia, familiaritas, quę inquit non reperiuntur inter Deum & homines, cum finiti ad infinitum non sit proportio: item beneuolentia inquit non potest reperiri, cum nihil aliud sit quam amico bene optare & agere, sed Deus nullius indiget: neque familiaritas, quia homo in hac infima terrę regione viuens, Deum neque videt, neque audit, qui in sublimi illa parte versatur. sed non videtur perinde mirum quod hic Philosophus ita sentiret, qui mysterium illud ineffabile non nouerat incarnationis dominicę. Cęterum possumus etiam interpretari hęc tria, reperiri in amore, ac propterea Deus factus est homo, vt quodammodo videretur esse aliqua ęqualitas. Vnde Ioan. ait, sic Deus dilexit mundum &c. Et Pau. ait, propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, cum essemus mortui peccatis &c. Item vixit nobiscum familiariter per 33. annos. Tum etiam beneuolentia & beneficentia interest & adest, nam quamuis Deus nullius indigeat, vt cętera indigent, & rex terrenus indiget militibus, terra eget plantis, plantę aquis, aquę aerę, aer igne quo purificetur, & ignis cęlo, quo conseruetur, cęlum luminaribus, & angelis motoribus, angeli indigent Deo; nihilominus tamē voluit seruare huiusmodi beneuolentiam dando scilicet nobis, tum etiam voluit homo factus, se sponte subijcere his nostris pęnalitatibus, & ita potū petijt à Samaritana, & luxit in pręsepio: nos tamen non respondemus huic tāto amori, sed potius ingratissimi sumus, nec Dei verba audimus, sed nobis dici potest, quod de istis dictum est: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Querebatur dalila quod Samson nollet illi secretum quod latebat indicare, vnde & dicebat: quomodo dicis quod amas me cū animus tuus non sit mecū? &c. Multo igitur magis Deus de nobis conqueri potest, quod ipsum non amemus. Plurimum quidem in nobis diuinum amorem conseruare debemus.

Margin notes: *Amor omnia reddit suauia.* — B — *Aris. 8. Ethi.* — *Amor quā habere de. eat.* — C — *Ioan. 3. Ephe. 2.* — *Amor inter deum et homines* — *Solus deus nullo indiget.* — D — *Ingrati sumus Deo, obediamus Deo.* — *Iudic. 16.*

*Amorem Dei semper conseruemus.* mus. Vnde Hebrei cum in captiuitatem ducerentur, & varia secum deferrent, ignem absconditum reliquerunt, in secretissimo loco, & cum posteri horum redirent ex captiuitate, ignem ibi absconditum inuenerunt: vt inde intelligas quam diligenter diuinum amorem tanquam ignem conseruare debeamus, nam hoc conseruato, bene omnia succedent. Quandiu vas vitreum calet in fornace, facile illud quo voles deflectes, at vero si inde extractum refrigescat, non perinde illud flectes: sic ergo calorem amoris diuini in nobis conseruemus, & bene nobis euenient omnia. Tantæ quidem excellentiæ est amor ipse, vt per hunc quoad possumus factori nostro respondeamus quamuis non æquiualenter, vt ait D. Thom. In alia enim pecunia non possumus Deo respondere, quam in amore: si enim velimus respondere in condonatione peccatorum, non possumus: si Deus vtitur misericordia erga hominem, non potest homo perinde vti misericordia erga Deum. Restat ergo vt cũ Deus nos amet, nos vicissim quoad possumus, ei in amore respondeamus. Non est mirum sane, quod pigmęus non tantum currat quantum gigas, sed tamen non propterea dicimus quod non currat: sic ergo quã uis nos in amore non possimus tantum currere & vigere quantum Deus, at vero pro fragilitate humana aliquo modo dicimur in amore ipsi respondere. Vnde Ecclesi. ait, quid est in quã homo, vt sequi possit regem factorem suum? Magnũ sane fuit hoc beneficium diuinitus à Deo concessum homini, vt scilicet aliquo modo posset ipsi in amore respondere. Et quamuis in alijs rebus inæquales constituti sint homines, nempe in diuitijs, vel paupertate, at vero, amare omnes possunt. Ignominiosum ergo nobis est quod Deum nostrum vicissim non amemus, nec cõsideremus insignem eius amorem erga nos, cum per Hier ꝙ dicatur: nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui? populus vero meus oblitus est mei. Satis quidem apparet quanto plus doleamus de iactura diuitiarum, nam certe statim amor ipse alicuius manifestatur facile in dolore quem sentimus de tali iactura. Vnde cum Iob parum doleret de iactura diuitiarum, satis declarabat, quam parum diuitias amaret. Nos vero parũ dolemus cum Deũ amittimus, & ita cõstat quod parum Deum amemus. Vnde Ecclesi. 5. dicitur, peccaui, & quid mihi accidit triste? E F G H

*2. Ma. 1.*

*Amor dei in nobis vigeat.*

*Simile.*

*Facile deo obediunt qui eius amore conseruant.*

*D. Tho. 1. p. q 37. a. 1.*

*Dissimile*

*Ecclesi. 2.*

*Magnum beneficiũ amoris.*

*Hie 2.*

*Amorẽ in Deo poti⁹ quam in diuitiis collocem⁹.*

*Ecclesi. 5.*

*Negligamus detractorum hominum iniurias*

*Ego demoniũ nõ habeo, sed honorifico patrẽ meũ.* Vide quomodo iniuriarũ oblit⁹, eis pulchrã tradat doctrinã, vt nos doceat iniurias nobis illatas obliuisci, atque etiam ex ipsa memoria delere.

Scribit

A Scribit quidem Iusti quod Lacedęmonij aliquando regem suum regno spoliarunt iniuste, & nihilominus tamen cum exul esset factus à regno, & intellexisset quod Persæ ipsis Lacedæmonijs bellum inferrent, dolens adhuc eorum vicem, in tabella quadā ad eos transmissa per fidelem nuntium, scripsit qua ratione se possent accuratissime ab hostibus defendere: sic ergo filius Dei se nobiscum gerit, nam quamuis ipsum grauiter offenderimus, nihilominus tamen salutaria nobis exhibet documenta quibus instructi possimus dæmonem ipsum superare, nempe quæ in sa B cra lege Euangelica continentur, sicut etiam dedit Moysi legē qua populus ille regeretur. Sic etiam modo noluit aspis verbis Pharisæos tractare, sed potius mansuete ipsis respondit, quamuis appellarent ipsum Samaritanum, & dicerent quod dæmoniū haberet. Vnde Apost. dicebat, si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius; noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Quamuis ergo te iniuria affecerint, noli propterea iracundia excandescere: vide enim quomodo cum Paulus Christum persequeretur, tamen mansuete eum increpauit, & circun C dedit diuina quadam luce: suauem habemus Christum in præsepio, suauem in mortis hora, suauem in adoratione Regum, & suauem in condonandis & remittendis iniurijs quas ipsi faciunt. Sed non propterea contra ipsum quidquam faciamus, nā quamuis differat supplicium, tamen tarditatem eius, grauitate supplicij compensat. In cuius rei figuram legimus quod Dauid in mandatis dederit ipsi Salomoni filio suo, cum testamentum condidit, vt scelera quæ commiserat Ioab in morte præsertim illa Abner & Amasę puniret, cum ipse in vita ea dissimulasset propter iustas & æquissimas causas. Præterea etiam dissimula D uit punitionem ipsius Semei, quam tamen exequutioni mandandam, filio suo reliquit. Sed quæso te bone Christe, dic obsecro quænam sit causa, quamobrem hanc tantam iniuriam dissimulas, vt scilicet te appellent dęmonium habentem? cur eos statim ad Tartara non mittis? Sane quando filios Aaron igne combussisti, dixit Moyses, hoc quod locutus est dominus, sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor: quasi diceret, & si amici fuerimus, si tamen in re tam graui me offenderint, ego sumam de ipsis supplicium. Quæ audiens Aarō, tacuit. Cur igitur modo hos inimicos tuos non vlcisceris? Sed certe hæc omnia præstat, vt nos erudiat quomodo patienter debeamus iniurias tolerare.

*Iusti. Exem.*

*Ineffabilis Dei amor erga nos.*

*Iniurias non vliscamur.*

Rom. 12.

*Act. 11.*

*Benefaciamus inimicis.*

3. Reg. 2.
2. Reg. 3.
2. Reg. 20

*Dei punitionē timeamus.*

3. Reg 2.
*Leui.* 10.

*Differt Deus supplicium ad opportunum tempus.*

*Christi patientiam imitemur*

Chry. ser. 3 de nequide. & vir induc. 10. 5

Si prouidi sumus & prudentes, non solum iniuriæ illatæ incōmodæ nobis non erunt, verum etiam suauissimę sunt futuræ & salutares animæ nostræ. Exēpli gratia inquit Chry. fuit quispiam in te contumeliosus potes si libet, hanc iniuriā conuertere in laudem, nam si contra & ipse fueris in te lacessentem conuiciatus, accumulabis cōuiciandi fęditatem Verum si te conuicio insectantem, laudibus prosequaris, spectabis qui aderunt, palma te & gloria iudicasse non indignum. Vides cum volumus, iniurias nobis in beneficium cessisse? Annon si pro iniuria tibi à regis familiari illata, rex eum familiarem à sua familiaritate, amicitiaque excluderet, nonne hic tibi satis magnam iniurię pænam subijsse videretur? Ita ergo hic qui te iniuria affecit, à Dei amicitia exclusus est, idemque animam suam peccando perdidit, æternisque supplicijs addixit, & sempiterna bona perdidit quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: ille igitur famam tuam obscurauit, ipse vero animam suam perdidit. A te vix capillum sustulit, sibi vero oculum effodit. Credis ne ita esse hæc? Credo sane, quia fidelis sum. Si ergo in te sunt charitatis viscera, quanto iustius est vt illius miserearis grauiter cum tam leue damnum passus sis? Sane inquit Basi. nos cum in alijs rebus, tum vel maxime in hoc delinquimus, quod vindicationi adeo studemus, neque æqualem mensuram retribuamus, verum cum exuperantia quadam iniurias nostras persequimur: nec solum si iniuria affecti fuerimus, sed etiamsi honor non tribuatur, excandescimus. Eos enim qui nos minus honorant, quibus obsecro rebus dignos iudicamus? Certe eos inimicorum loco habemus Contumeliam tibi imposuit iratus? Siste silentio, & ne veluti fluxum quendam, illius iram in cor tuum suscipiēs, ventos imiteris, qui per flatum id quod appulsum est repellunt. Probris te perfudit, at tu illi benedicas. Ignobilem te & obscuro loco natum esse dixit, nulliusque prætij hominem? at tu terram teipsum esse dicito & cinerem. Quemadmodum enim qui verberat nil sentientem, seipsum excruciat, nam & inimicum non vlciscitur, & iram non sedat, sic etiam qui conuicia iacit in eum qui ea pro nihilo ducit, solatium perturbationis suæ reperire nequit. Quemadmodum enim qui regiam effigiem contumelia affecit, ac si ipsum regem offendisset, ita iudicatur: sic etiam reus est peccati, qui eum qui ad similitudinem Dei factus est, contumelia affecit.

Simile.

Iniurias quibus cōsiderationibus condonabim⁹

Basi. ora. 9. de ira & inimi.

Iracūdia facile incandescimus.

Simile.

Simile.

E

F

G

H

*APPENDIX.*

A *Quis ex vobis arguet me.* Hæc quidem verba dicit, cum iam fere eius mors instat, vt inde discamus ita viuere, vt mortis hora dicere possimus, quis ex vobis arguet me de peccato? Quam cum ignoremus, parati simus semper & vigilemus, ne nos mortis hora imparatos offendat. Quod vt commodius præstemus, sæpissime conscientiæ nostræ sinus & latebras discutiamus, ac diligentissime exploremus: simulque seuerissimi iudices prauæ conscientiæ nostræ.

*Præclarā post mortē relinquamus famā*

*Sæpe conscientiā nostram discutiamus*

B

## DOMINICA IN PASSIONE

## CONCIO QVARTA.

*Peccatum quam diligenter fugere debeamus.*



*VIS ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8. Cum optime nosset Christus quanta esset peccati malitia, & quomodo facile homines ad illud pelliciantur prauo exemplo: idcirco vt nos dehortetur à tali exemplo exhi-C bendo, & doceat quantum odio haberet ipsa peccata, ait, quis ex vobis arguet me de peccato? Vt inde intelligamus quam diligenter peccatum ipsum fugere debeamus, & quomodo neminem exemplo nostro scandalizare debeamus. Et certe cum omnes, tum vel præsertim prælati ipsi sibi diligenter cauere debent à prauo exemplo exhibendo. Vnde Hierem. rationes assignans iniquitatum populi, inquit: Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum dicit dominus. Perniciosum enim est quod medicus interfectoris partes agat, & chirurgus vulnerantis, atque pharmacopola, D veneno inficientis. Atque idcirco Christus prælatos, & eos quibus ex officio incumbit cæteris prælucere, suo exemplo instruit dicens, quis ex vobis arguet me de peccato? Neque solum qui alios regunt, & instruunt, vt confessores & prædicatores, se immunes à peccato conseruare debent, sed etiam singuli pro virili sua id conniti debent. Serui quidem Dei non solum velis & remis peccata fugiunt, sed etiam vehementer dolent cum vident diuinam maiestatem ab aliquo offendi. Vnde Dauid dicebat, vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Adeo enim id sentiunt boni, vt potius mortem eorum exoptare videantur, si aliter emendare se nolunt, propter reuerentiam diuinæ maiestatis. Hinc Apostol. dicebat, qui cōturbat vos, portabit iudiciū quicūq; est ille.

*Quantum noceat prępositorum malum exemplum*

*Vitam nostram emēdemus.*

*Prælati quales esse debeant.*

*Hie. 23.*

*Similia.*

*Exemplū bonum omnibus exhibendum.*

*Boni dolent de diuinis offēsis.*

*Psal. 118.*

Gal. 5. Item vtinam abscindantur, inquit, qui vos conturbant. Itē Corin scribens ait: auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui fecit hoc opus. Vide quomodo mandet Apostol. vt de medio eorum tollatur, siquidem modicum fermentum vt alibi ait, totam massam corrumpit. Vbi obiter obseruandum, quod fortasse iste erat aliquis ex optimatibus, cum illi gloriarentur quod ipsum haberent in sua repub. vt inde colligas quam inuictus esset Paulus, qui etiam insignem virū punire auderet. Vtinam modo talis animus vigeret in plerisque prælatis, quia vix audent paulo insigniores reprehendere, sed tantum pauperiores. Iuste sane merentur peccatores, & maxime publici, puniri etiam in hac vita: vnde Apost. dicebat, irritā quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Per peccatum quidem mortale se separat homo à Deo, vide igitur in quas non deueniet miserias? Filius prodigus à patre suo separatus, vide quo deuenerit? nam porcos pascebat: sic ergo qui se à Deo separat, vilibus seruit peccatis. Sicut hebræi cum fastidirent cæleste manna, cæpas & allia Ægypti appetebant, & morticina: & sicut qui infirmus, cibum salutarem respuens, lethales appetit cibos. Non igitur nos ita faciamus, sed potius viriliter vitijs statim initio resistamus dura pænitētia & aspera, sicut Dauid duro lapide restitit giganti, sic nos turpem cogitationem statim profligemus. O quam parum propter Dei absentiam dolemus, cum tam facile in peccatum labamur! si ex animo Deum diligeremus, longe aliter eius absentiam sentiremus, & offensas contra ipsum commissas, vt inde intelligas quanto plus diligamus nos ipsos & terrena bona. Sane amor incredibilis quo Iacob filium suum Beniamin prosequebatur, facile ex eo intelligebatur, quod maxime propter illius absentiam lugeret, neque vnquam sibi satisfaceret, donec eum proprijs oculis conspiceret: sic ergo nos faciamus cum Dei absentiā propter peccata nostra incurrimus. Vide obsecro quantum Deus odio haberet peccatum ipsum, siquidem dilectum sibi populum seuerissime puniebat, cum peccabat, & modo ipsum in Ægyptū, modo in Babyloniam ablegabat. Vide quomodo deuastauerit Hierusalem, vt refert Iosephus, qui testis oculatus deuastationis fuit, sicut refert Aug. adeo vt vndecies centena millia hominum ibi

Marginal notes: 1. Cor. 5. — Mali debēt ab aliorum societate separari. — Predicator inuicto quodam animo præditus esse debet. — Mali etiā in hac vita interdum puniūtur. — Hebr. 10. — Qui deum offendit quā sit punitione dignus. — Luc. 15. — Num. 11. — Simile. — Vitiosi plꝰ vitia quā virtutes diligunt. — Simile. — resistamus vitiis in principio. — 1. Reg. 17. — Absentiā dei parū sentimus — Gen. 42.

A num ibi morerentur. Et certe mirum est, quod cum peccatum sit adeo perniciosum, vt non solum animam sed etiam corpus perdat, nihilominus tamen tammulti ipsum sectentur. Nã certe tantũ peccati onus sentiens Dauid dicebat, Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Tunc igitur mali id sentiẽt, cum in inferno positi dicent, ambulauimus vias difficiles. Etenim sicut grauitas ligni non satis ostenditur in ipsa aqua, donec ad oram ipsam & littus deuentum sit: sic etiam grauitatem peccati vix sentiunt impij, donec tandem ad mortem deueniatur. *Psal. 37. Sap. 5. Simile.*

B

*De tractores quam sint detestabiles.*

*Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Ex his sane verbis constat, quod sæpe per verba Christo detraxissent: quodquidem detractorum vitium, tam abominabile est, inquit Lau. Iusti. vt quandocunque quis detractionibus vitam absentium dilaniat, diaboli minister sit, & fraternæ cædis reus: gladio namque detractionis suę, famam proximi cui detrahit occidit in corde audientium. Audientes quoq. vulnerat sagitta detractionis, eosq, plurimum prouocat ad illius odium *Lau. Iust. l. de dis. & perfec. mõ. con. c. 13*

C de quo murmuratio fit. Propriam vero perimit animã, & à Dei gratia alienum se facit. ô quam ferales laquei ad capiendas animas, sunt labia detrahentium! A charitate excisum se fatetur, qui detractionibus assuetus est. Qui diuinum cupit effugere iudicium, murmurationis verba nõ proferat. Custodite vos inquit Sap. à murmuratione, quia nil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam obscurus sermo in vacuum non ibit. Impium enim est detractioni accommodare os, quod diuinis laudibus deputatum est. Benedicite ait Apos. & nolite maledicere: maledi *Detractores quantum noceant. Sap. 1. Rom. 2.*

D cus namque & detractor, regnum Dei possidere non valebunt. Fugiendę itaq. sunt detractiones, ne ad odium proximi prouocent. Rarus quippe reperitur, qui aduersus suum detractorem, silentium sibi ipsi velit imponere. Rarior autem, qui nullo odij rãcore moueatur. Qui vero fratrem bene diligit, erga alium detractionis verba non loquitur, neque loquentem libenter auscultat. Idem etiam alibi ait, ô quam multa scandala, & quam perniciosa detractioni assuetus concitat bella, rixas vtiq. mouet, parit odia, pacem dissipat, dirimit vnitatem, charitatem extinguit, se, suumq. interimit fratrem. Pestis hęc à seruis Christi omnino debet esse aliena. Si habes inquit dominus, aliquid aduersus fratrem tuum, vade & corripe illum inter te, & ipsum solum, non *Detractores Detrã prouocãt. Lau. Iust. in l. de int. con. c. 2 Mat. 18.*

ait detrahe, lacera, sed corripe eum, non vt pro suscepta iniuria uindiceris, sed vt tuum lucrifaceres fratrem. Hanc charitatis regulam multi seruorum Christi se ignorare fatentur, dum detractioni proximorum relaxant fræna, eo periculosius, quo sub zeli specie id actitare videntur. Necesse prorsus est vt tales delinquant frequenter. Nemo sine sui detrimento, postponens propria delicta, iudicat seu detegit aliena. Nullus veram alieni cordis valet proferre sententiam: qui enim peccatorem se humiliter recognoscit, non facile detractioni vacabit, potius sua quam aliena accusabit delicta, metuet quidem peccatum super addere peccato, & in audientium cordibus rancoris commouere certamen. Etenim si sacrorum bibliorum historias voluere voluerimus, intelligemus profecto quantum Deus detractionem oderit: nã cũ Aarõ & Maria de Moyse murmurarent, Deus etiam vltionem sumpsit de ipsis. Filij quidem Israel in deserto aduersus Deũ & Moysen cæperũt murmurare, quoquidẽ scelere ita dominus offensus fuit, vt ignitos serpẽtes in illos immitteret, qui venenato morsu illos impeterẽt, qui optimi ducis sui vitam mordebant, vt sicut Aegyptij aquis demersi sũt: cũ aquis demergerent infantes hebræorum, ita isti serpentũ morsibus perirent, qui viri sanctissimi vitã mordebant, & à serpentibus peterentur, qui serpentum malitiam sectabantur. Ait namque Salomon, sicut mordent serpentes in silentio, sic qui fratri suo occulte detrahit. Sunt quidem detractores instar ceruorũ, qui quærũt serpentes & viperas venenatas, & eas educentes ex latibulis suis deuorant atque consumunt: ita isti rodunt defectus & errata proximorum suorum, & ea omnibus manifestant.

*Correctio quomodo danda.* *Nostros cognoscamus defectus potius quam alienos.* *Num. 12.* *Num. 21.* *Detractores quantum offendunt Deũ.* *Exo. 14.* *Eccle. 10.* *Simile.*

Qui de aliorum vita & existimatione detrahunt, eorumq. famam diripiunt, sunt latronibus multo peiores. Quo enim fama nobilior est opibus, tanto perniciosiores sunt latrones famæ. Nil autem est velocius maledicto, nil facilius emittitur, nil latius dissipatur, nulla res est que breuius amittatur, quam mundana gloria, qua quidem detractor spoliat possidentem: at vero præmiũ apud Deũ nõ perdunt boni per ipsos detractores. Tractans autẽ Hie. de hoc detractionis vitio ait, pauci sunt admodum qui huic vitio renuncient raroq. inuenias qui ita vitã suã irreprehensibilem exhibere velit, vt non libenter reprehendat alienam tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit, vt etiamsi procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen tanquam in extremum diaboli laqueum, incidant. Quemadmodum enim quidam sic affecti sunt, vt mel & dulcia quæque fastidiant, aceto autem

*Hec. pin. in Ezech. 22.* *Famã proxim non obscuremus.* *D. Hie. ad Cel. mat. de ratione.*

A autem, rebusq. acrimoniā referentibus gaudeant: ita hoc ingenio sunt quidam, vt nihil excandidis aliorum moribus suaue & iucundum audire velint, sed ea solum quæ bene institutis animis acerba & molesta sunt. Sicut enim muscæ in exulceratis iumentorum corporibus, sana prætereunt, vlceribus insident, ita isti quæ in aliorum vita integra sunt prætermittentes, vlceribus vitiorum imminent, illisq, oblectantur & pascuntur. Sed dicunt aliqui, quid aliud nos proferimus, nisi nuda quędam verba oblectationis gratia? Contra tamen nos dicimus, quod

B queadmodum in magnis fluminibus vbi leuior aquæ superficies est, ibi plus periculi esse dicitur: ita quanto crimen hoc quod in sola verborum licentia cōsistit, minus atrox apparet, tanto non modo frequentius, sed etiā nocentius est. Vnde Eccle. lingua tertia multos commouit &c. Has ergo virulēta lingua sine ferro & sanguine strages edit. Et Dauid ait, venenum aspidum sub labijs eorum Sicut enim latenter hominibus veneno serpentes vitam eripiunt. sic detractor clancularis delationibus asentientibus perniciem infert, dū eorū famā lacerat. Hie. etiam ait, sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Sicut enim sagitta

C longe à se distantes petit & sauciat: ita maledicus homo acre vulnus absentibus infligit, cum eorum existimationem lædit. Deniq hoc vitium non tam hominum, quam dæmonū esse videtur. Demones quippe nullo proposito emolumēto nocēt vt noceāt hic enim illorum fructus est Cū ergo maledicus ex maledicentia fructū nullū referat, ideo dæmonum more hominibus nocet vt noceat. Auget autē pestis huius periculū maledicendi facilitas, neq. enī ad maledicēdū necesse est parietes suffodere, aut arma mouere, aut sāguinem fundere, cum ad hoc lubrica lingua satis sit, quæ vno verbo non sanguinem fundit, sed famam, quæ mul

D tis vita etiam ipsa charior est aufert. Quare vt tam execrabile vitium propellamus, supplici præce à domino postulemus vt linguam nostram gubernare velit, vt ait Salomon, domini est gubernare linguā, & dicamus cū propheta, pone domine custodiā ori meo, nā aliter nisi linguā cōponam', incidemus in illā beati Iacobi sētentiā, si quis putat se religiosū esse, non refrænans linguā suā, vana est religio eius, quādoquidē natura hominis vehemēter earū rerū imitatrix esse solet quæ ab alijs laudātur & in pretio habētur. Quidā tamen ea mente & ingenio sunt, vt ipso lucis splendore, sicut noctuis accidere videmus, tenebras incurrant, & medicamentis ipsis, quod desperatis ægris euenit, deteriores fiant. Liuore enim & præcipite temeritate obcæcati quæ laudare

*1. Timo. 3.* *Simile.* *Detractorum conditiones.* *Simile.* *Simile.* *Eccles. 28* *Psal. 13.* *Simile.* *Hie. 9.* *Simile.* *Detractores instar dæmonū.* *murmuratio quā sit periculosa* *Pro. 15.* *Psal. 149.* *Iaco. 2.* *Simile.* *Detractores superlaudātes malū & vituperant bonum.*

laudare & imitari debuerant, damnant, & cum ipsa externa ope- E
ra accusare nequeant, animum tamen operantis reprehendunt, sicut videmus in his pharisæis. Hoc autem quid aliud est, quam Dei gloriam & officium vsurpare, cuius est cordis penetralia intueri?

*Non inquiramus aliena facta.*

*Nostra potius facta quam aliena rimemur.*

*Plut.*

*Nunc cognonimus quia dęmonium habes*, Vide quam facile isti de aliena vita statim iudicarent: & ita se à cælesti vita elongarent nam quanto magis se intromittunt de vita aliena, tanto minus F sua facta vident. Est hoc vitium adeo abominabile vt multi etiã gentiles illud maximopere detestati sint, siquidem Plutar. ingẽs volumen contra illud conscripsit, de quo pauca quędam referã, cur inquit, ô homo inuidentissime, in alienis malis perspicaces habes oculos, in tuis vero cæcutis? Inuerte cognoscendi studiũ & istam curiositatem ab externis transfer ad ea quæ sunt intra te. Si cordi est aggredi malorum historiam, habes affatim domi quid agas. Tantã reperies multitudinem erratorum in vita tua malarumq. cupiditatum in animo, nec minus negligentiæ in his G quę fuerant officij præstãdis. Hęc recenseto atq. cognoscito, fenestras vnde prospectus pateat in vicinos, aditusq. curiositatis obturato. Cæterum alias aperito vias quæ ducunt in vitiorum notionem propriorum. Illic habet istud percontandi studium & curiositas negotium, nec inutile, nec improbum, verum vtile & salutiferum, cum sibi quisque sic loquitur, quo lapsus? quid feci? quod mihi munus omissum est? Cęterum quidam solent curiose inquirere genus & originem aliorum inuestigantes quales aui, quales proaui, veluti si essent communes aliqui historiographi, quibus omnia describenda essent. Alij etiam negotia & contractus aliorum peruestigare solent, quibus occupati sunt, H quo ve vtuntur exercitio, quid debeant, quam laute vel parce viuant, quantum dotis coniuges attulerint, quomodo, quamq. honeste parentes viuant, quãtas opes vel diuitias initio haberet

*Contra detractores scripsit Plutar.*

*Salutare quidẽ est vt nos potius quam alios iudicemus.*

*Multi exploratores alienæ vitæ.*

Curiosi homines, & rerum aliorum exploratores, an nescitis quia nullus audet domum alterius intrare, nisi prius fores annulo ipso pulset, ne forte insperato irrumpat in ędes? & vos audetis ita alienam vitam explorare, & curiosius peruestigare? Cõscientiam occultã ita iudicatis facile? Nil est vobis clausum, nil obseratum: quo non irrumpatis, quo non temere se ingerat curiositas vestra, neq viduis parcitis, nec virginibus, nec denique coniugibus, sed quidem petulantissima lingua omnes mordetis, om-

*Simile.*

*Magnæ est temeritatis, alienã vitam explorare.*

A tis, omnibusq. detrahitis, & pauperes iudicatis & diuites, & magnificas ingredimini domos, & tuguria, nullusq. potest procacitatem linguæ vestræ vlla ratione effugere, perindeq. omnia inuestigatis, ac si libera facultas vobis concederetur, & id ex officio vobis incumberet. Merito igitur laudanda est vt ait Plu. Locrēsium lex, qua si quis peregre profectos rogasset, nunquid noui? is multa afficiebatur. Qui nimis curiosi sunt, alienis factis vestigandis, vix se continere possunt, quin multa confingant, cōminiscantur, & commentiantur, adeo vt totam vitam traducant in huiusmodi nuntijs & mendacijs, relinquentes interim quæ sunt necessaria ad salutem suam. Sicut autem venatores non permittunt vt canes ipsi alios odores olfaciant, aut sagaciter alia odorentur præter quæ spectant ad suam venationem quam intendunt, illico enim si id facere viderint canes, eis comminantur, eosque retrahunt ab huiusmodi rebus vt se seruent promptiores ad desideratam venationem & expeditiores ac sagaciores, ita nos plane facere debemus vt scilicet sensus nostros colligemus & eos à vanitatibus & curiositatibus simul cum mente nostra auertamus, vt reseruentur acutiores ad nostra scelera dignoscenda, nosq. ipsos intuendos. leones quidem & aquilæ, volentes prædam aliquam arripere, conantur quantum possunt, vt ipsos vngues rapaces abscondant, vt facilius possint quam velint prædam comparare: ita nos non debemus mentem nostram & sensus occupare in curiositatibus & alienis factis explorandis, sed nobis potius consulere debemus, atque nosipsos diligentissime explorare. Vnde quidam dicere solitus erat, vt te ipsum semper inspicias, ab omnibus alijs oculos auerte. Porro de his qui auide detractores audiunt, ait Plutar. Si quis de coniugio quopiā loquatur, aut de sacrificio, huiusmodi negligenter & oscitanter audit curiosus, aitq sibi pleraque iam audita esse, iubet etiam narrantem conferre sermonē in pauca aut prętercurrere. Quod si quis assidens referre cęperit vitiatam virginem, aut adulterā alicuius vxorem, hic nec dormitat, nec causatur deesse otium. Quemadmodum enim cucurbitę medicæ, quod in carne deterrimum est, ad se trahunt: sic curiosorum aures deterrimos quosque sermones attrahunt. Et sicut ciuitates habent portas quasdā nefastas, per quas sordes & purgamenta eijciuntur, nil autem purum aut sacrum per eas vel ingreditur, vel egreditur: ita per talium aures nil probum aut venustum transit, sed sermones de cædibus aditum inueniunt, atque ibi versantur, impuras & impias fabulas secum deferentes. Sicut corui, alięq. huius generis aues

*Detractores nulli parcunt.*
*Plu.*
B *Detractores suo obliuiscuntur. & aliorū recordantur.*
*Simile.*
*Sensus nō occupemus in superfluis.*
C *Similia.*
*Linguam & sensus ad magna seruemus.*
*Plut.*
D *Detractores libentissime multi audiunt.*
*Simile.*
*Simile.*
*Detractores semper de vilibus tractant.*
*Simile.*

aues, eminus etiam putrefactas, fætidasque carnes persentiunt, E
integras vero & viuentes ne odorantur quidem & leuiter olfaciunt: non secus plane peruersi homines, & ex omnium scelerum colluuione concreti, alienos defectus & peccata vel leuissima quæque & minutissima peruestigant, lynceisque oculis contuentur, virtutes vero quæ in sanctis hominibus micant, atque splendent tanquam sydera quædam & astra, neque vident quidem. Vnde huius farinę homines, vel potius furfuris, non minus equidem pascuntur atque oblectantur alienis erratis & F
defectibus, quos ipsi sæpissime falso putant defectus, quam corui putridis, corruptisque corporibus. Facta vero ipsa præclara oculis fugiunt, auribus respuunt, & tota cogitatione aspernantur. Sicut gallina de cibo solicita, si gemmam videat, eam negligit, sin autem vermiculum quendam offendat, eum statim famelico apprehendit rostro, atque ex eo cibo maxime exultat, triumphum agit, & prægaudio, cantu suo loca omnia implet: sic impius & scelestus homo, quamuis in aliquo splendentes multas videat virtutes, eas quidem negligit: quod si per incuriam aliquis forte eius defectus vspiam apparuerit, G
eum illico carpit, omnibus ostentat, plenis theatris spectandum proponit.

*Detractores aliorũ potius defectus quã virtutes vident.*

*Simile.*

*Detractores alienis defectibus pascuntur*

## APPENDIX.

*Quis ex vobis arguet me.* In Gene. quidem habetur quod cum Deus fecisset lucem, postea vidit lucem quod esset bona, & approbauit. Sed quorsum bone Deus cum omnia in sapientia facias, postea de ipsis censuram fers, & præsertim de luce, quæ tam grata oculis est? Sane quia per lucem cæte- H
ra examinanda sunt, & ideo ipsa prius est examinanda. Sic igitur hodie de seipso, lux vera interrogat, quis ex vobis arguet me?

*Gen. 1.*

*Quæst.*

*Resp.*

*Qui ex Deo est &c.* Vide quantam solicitudinem Deus gerat nostri, & quomodo nos instruat. Vnde per Ose. ait, ego ero eis quasi leena, occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. Sic ergo vides quomodo tanquam leæna occurrat semper ad filios quos amiserat recuperandos, cum tamen nos surdam ei exhibeamus aurem. Sic etiam Apostol. dicebat, pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Verumtamen ad has voces tan-

*Osea. 13.*

*Simile.*

*2. Cor. 5.*

*Vocat nos Deus, & tamen ipsum nolumus audire.*

A ces tantummodo boni respondent, non mali, vt inde intelligas quam verum sit, qui ex Deo est &c.

## *FERIA SECVNDA POST DOMIN. IN PASSIONE.*

## CONCIO PRIMA.

B MISERVNT *principes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum.* Ioan. 7. Nihil magis animum torquet inuidum, quam audita illius laus & præconia, in quem stimulatur inuidia, inquit Cyril. *Cyril. li. 5. in Ioan. c. 7.* Nam cum in illum maligno afficiatur animo, & ipsum perditum iri summopere affectet, si contra audiat eum laudibus extolli, id venenatum excruciat animum, & acrioribus dolorum stimulis perurget. *Inuidia quantum noceat.* Hoc morbo graui laborabant Pharisæi, ægre ferentes turbam tacitis etiam verbis, & præssis fere labijs sub silentio id de Christo testificari quod eorum repugnaret sententiæ. *Malorum astutia.* Hinc grauius solito sęuientes, ministros miserunt: qui cōC prehenderent Iesum. Miserunt autem ministros Pharisæi, si aliquis suboriretur in populo tumultus contra volentes comprehendere Iesum, ministri quidem essent illi periculo obnoxij, ipsi autem exempti & à crimine tuti. *Autor.* Considera quā hostiles haberent animos Pharisæi, qui in Christum dominum tantopere debaccharentur, vt non solum eum comprehendere iuberent, sed etiam tandem inueterata inuidia ei necem inferrent, à quibus inimicitijs & animis hostilibus quantopere nobis fugiendum sit, vide Con. Agath. celebratum sub 35. *Con. Aga. c. 22.* D episco. Vbi dicitur, qui inimicitias deponere, perniciosa intentione noluerint, de Ecclesiæ cætu iustissima excommunicatione pellantur. *vide etiā dist. 90. c. placuit etiam.* Hi ergo Pharisæi conspirauerant & coniurauerāt in Christum, adeo vt denece ipsi inferenda, omnes malitiose procurarent modos. Cæterum & in Ac. Apostolo. *Acto. 23.* Legimus, quod quidam deuouerunt se dicentes neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum, erant autem plus quam quadraginta viri qui hanc coniurationem fecerant. *Sepe mali contra bonos conspirant.* Et videbatur quidem eis quòd id præstare debe-rent necessario, quando ita coniurauerant. Tales enim sunt plerique, vt tametsi iniustissima omnino vouerint & iurauerint, nihilominus tamen illa obstinate exequi velint. Quod grauissime reprehenditur & sapientissime quidem *Con. Tole Cap. 2.*

in Tol.

in Tole. 8, celebrato tempore Martini Papæ, vbi inter alia quæ E
adferuntur, ita dicitur Deus multoties comminatoria mutabat, soluebatq. iuramenta, vt etiam in Niniuitis patet: similiter in Israelitico populo sępe vltio promissa suspenditur. Vnde etiam per Hie. dicitur, si pænitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pęnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Si ergo nostra conuersio sic diuinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lachrymæ vel pressuræ, tam crudam non temperent ex miseratione vindictam? Cæ F
terum cum iuramus aliquod flagitium, creatorem quidem offendimus, sed nos solummodo maculamus, cum vero noxia promissa exequimur, & Dei iussa superbe cõtemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus.

*Iona. 3.* *Hie. 18.* *Conuertamur ad Deum, & ipse recipiet nos. Iuramenta illicita quomodo non obligent.*

*Miserunt ministros.* Hi quidem ministri quamuis intenderent Christum apprehendere, eo tamen audito, subito voluntatem suam immutarunt: ita igitur nos faciamus. Qua de re philosophus etiam ille Periander nos monitos voluit, cum ait: quando erraueris, muta consilium. Philipides dixit, cum peccaris in re a G
liqua, libenter vinci te sinas. Huc etiam spectat illud Demosthenis, rationem cupiditatum dominam custodito & conseruato ab errore. Missi quidem sunt ministri ait Cyr. ad apprehendendum Iesum, sed ipse salutaria eis tradidit verba, quibus è contrario caperentur. Missi sunt ad eum ligandum, sed ipse contra se licibus doctrinæ suæ vinculis eos astrinxit. Prædicit eis quod modicum adhuc tempus cum ipsis futurus sit, nempe vsque ad horam suæ passionis, & consumationem mysterij redemptionis humanę, quo peracto se rediturum dicit ad patrẽ per ascensionẽ H
à quo fuit missus. Porro præ inuidia pharisæi eum comprehendere volebant, & ita cum se viderent potentes in populo, abutebantur hac potentia: multi enim his similes inueniuntur, qui officia publica accipiunt, vt possint priuatas vlcisci iniurias, & omnia interim pallientes iustitiæ velo. Item obserua quod ipsi Pharisæi non eunt vt comprehendant Iesum, sed alios mittunt sic multi per alios curant scelera sua patrare, sicut Dauid segessit in morte Vriæ: item Saul per Philisthęos interficere volebat Dauidem, cum præputia postulabat, quasi vero istæ fraudes possent latere Deum? Sed tamen vide quomodo isti ministri audito Dei verbo conuersi sunt, vt inde intelligas quantæ sunt vires verbi Dei. Et tamen nos tantis auditis concionibus fere nihil proficimus, propter obstinationem nostram.

*Autor. Perian. Philip. Cyr. l. 5. in Io. c. 8.* *Qui iustitiam administrãt, iuste iudicent.* *2. Re. 11.* *Dei verbũ quãtas vires habet.*

Ad huc

A *Ad huc modicum tempus vobiscum sum.* volens D. Ioã. Damas. ostẽdere miseriã hominis,& quã breuis sit eius vita,& periculis plena quãdã adfert similitudinem dicẽs,sicut etiã beatus Anto. refert in suis par. Theo quidã fugiẽs ferocissimũ quẽdã et horribilẽ draconẽ,ne deuoraretur ab eo,casu infelici cecidit in profundissimũ puteũ,cũq. deorsũ ad ima putei tẽderet,forte apprehẽdit ramũ arbusculæ cuiusdã quæ in ipso medio itinere putei fuerat. Huic itaq. manibus pedibusq innixus, & aliquãtulũ ab animi perturbatione sedatus,ecce inspexit in radice ipsi⁹ arbusculæ duos grãdes hærere vermes,alterũ albũ, alterũ vero atrũ, *Io. Dam.* *Illustris parabola de miseria hominis.*

B eandẽ corrodẽtes maxima sedulitate radicẽ. Vnde misellus homo cõsiderãs sibi magnũ imminere periculũ,exhorrẽs casũ profundũ,oculos forte suos ad ima putei direxit, vbi etiã immanẽ quendã serpentẽ,oculis terribilibus,flãmasq. emittẽtibus, ore aperto ipsum expectantẽ quãdo caderet, cõtuitus est, timoreq. correptus grauissimo in sublime suspexit,& heu iã peruenerat draco ille terribilis, & in ore putei miserrimũ hominẽ expectabat. Ille itaque in hac tanta animi perturbatione & per plexitate positus,rursus arbusculã intuit⁹ est,viditq. in quodam eius ramo pẽdẽtẽ fauũ mellis,quẽ ibi examẽ apũ pepererat,& manũ extẽdens,accepit de eo partẽ aliquã,comedensq. statim oblitus *Vide etiã Hec. i. in Ezech. 28.* *Homo quãtis sit miserijs subiectus.*

C est miser periculi in quo versabatur. En igitur vermes in ipsa maiori saporis oblectatione, penitus radicem corroserũt arbusculæ, atque subito ad putei ima delatus homo, in os serpentis horrendi decidit deuorandus. Draco quidem iste mors est,quæ hominẽ deuoratura persequitur: puteus vero est iste mũdus,arbuscula,singulorũ vita,duo autẽ lethales vermes sunt dies & nox,qui vitã nostram sine intermissione rodunt, atq. cõsumũt: serpens horrendus est infernus, qui aperto ore cadentem præstolatur vt deuoret,illum inquam deuoret,qui *Appli. parra.*

D gustu mellis idest mundanarum voluptatum & gaudiorum illectus & consopitus,maxima segnitie & secordia, vitam tandem in vitijs traducit. *Adhuc modicum tempus.* Præterquam q̃ vita nostra per breuis est,est etiã varijs cõferta miserijs. Vt enim fluuius ab ortu suo,quousq. tandẽ mare ipsũ ingreditur, perpetuo suo cursu offẽdit interdũ cõualles,nũc præcipitia, iã prærupta sibi flumina alia quidẽ turbulẽta, alia amarissima: ad eundẽ modũ miser homo à primo suo ortu quousq. tãdem animã ipsã efflat,varijs obijcitur fortunæ telis. *Ad huc modicũ* Hæc quidẽ verba ipsis ministris dicebat,vt ea referrẽt pharisæis *Fragilitas humana quãta sit.* *Simile.* *Vita humana quãtis miserijs subiecta sit.*

quasi diceret, dicite illis quod si ipsi desiderant mortem meam, E
ego multo magis eam desidero, sed tamen ex amore, quod ipsi
non faciunt, verũtamẽ nõdũ venit hora mea: & dicite illis quod
aliquando quærẽt me, & non inuenient. vtinã fratres tale quid
piam nobis non contingat, nisi nos emendemus, periclitamur
valde, vnde Hie. nos monet dicens: descende in domum figuli:
attendamus enim quid dicatur Pro. 1. vocaui & renuistis.

*Maxime desiderabat Christus pro nobis pati.*
*Pro. 1.*
*Hie. 18.*

*Quæretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire.* Non dixit ait Aug. non poteritis venire, sed non potestis,
tales enim tunc erant, qui non possent, nam vt sciatis non hoc
ad desperationẽ dictũ, & discipulis suis dixit tale aliquid, quo
ego vado, vos non potestis venire: cum pro illis orans dixerit F
pater volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum: deniq. hoc Petro
exposuit, & ait illi, quo ego vado, nõ potes me sequi modo, se
queris autẽ postea, ne autẽ negligẽtes sint ad eũ quærẽdũ ait Cy
ril. cũ ad huc sese eis exhibet presentẽ, sed sequãtur Isa. monẽtẽ
& dicentẽ, quærite Deũ dum inueniri potest, inuocate eum dum
prope est, prænuntiat eis quod eum abierit, magno quidem de-
siderio quærent eum, petentes videre vnum diem filij homi-
nis, sed non inuenient. Sane post ascensionem quęsiuerunt eũ
illi pio affectu, qui Petro prædicante cõpuncti sunt corde dicẽ-
tes, quid facimus viri fratres? non tamen corpore præsentem in G
uenerunt, quamuis secundum diuinitatis præsentiam, eis non
defuit, secundũ quã nobiscum est vsq. ad consũmationẽ secu-
li & semper. In miserabili quidem Hierosolymæ exterminio,
Iudæi qui tum superstites erant & miracula Christi viderant,
vbi eis in mentem venit præclaræ suæ virtutis & signorum opta
bant quidem Christum habere tunc prę sentẽ ad sui liberationẽ
cum illud excidium satis intelligerent sibi euenire ob iniustam
mortẽ Christo illatã, non tamẽ eũ propugnatorem aut auxilia
torẽ inuenerunt, quia iã derelicta eis fuerat domus deserta, non H
enim potuerunt hi peruenire ad gloriã cælestẽ, qui noluerunt
pænitentiã agere de malis cõmissis, & ideo dicit eis, vos nõ po-
testis venire. *Quæretis me, & non inuenietis.* Nũquid fortasse vt
cõuertaris, expectas vt fiat medicorum consultatio de tua vale
tudine, vt ex corde tandem reuertaris ad Deum? nunquid præ-
stolaris vt te tanquam incurabilem, & sine spe recuperandæ sa
nitatis & vitæ, relinquant medici, dicentes te ea tantũ nocte vi-
cturum? num expectas terribiles illos mortis indices qui hor-
rendam mortem præcedũt? Expectas vt faciei color immutetur,
vt te cordis deliquia vallent, & sudores lethales inuadãt, mortis
stimu-

*D. Aug. in Io. trac. 31.*
*Ioan. 13.*
*Ioan. 17.*
*Cyril. in Io. l. 5. c. 18*
*Isa. 55.*
*Acto. 2.*
*Mat. 28.*
*Mat. 23.*
*Obstinatio quo redigatur.*
*Magnas secum adfert mors angustias.*

A ſtimuli cingāt & dolores? Expectas vt pedes tuos pertētent nū ſis morti vicinus, & naribus ſpeculum admoueant, vt videāt nū forte halitu aliquo illud conturbes? Ergo cū tā breuis ſit vita noſtra, nobis diligenter conſulamus. Faciebat hoc Sextius, ait Sen. vt cōſumato die cū ſe ad nocturnā quietē recepiſset, interrogaret animū ſuum, quod hodie malū tuum ſanaſti? Cui vitio obſtitiſti? Qua parte melior es? Deſine ira & ſis moderatior, cum ſcias tibi ad iudicem eſſe veniendū. Quid quæſo pulchrius hac conſuetudine excutiēdi totum diem? Qualis ille ſōnus poſt B recognitionem ſui ſequitur, quam tranquillus, altus & liber, cū aut laudatus eſt animus, aut admonitus vt ſpeculator ſui cēſorq. ſecretus, cognoſcēs de moribus ſuis? Vtor inquit hac poteſtate, & quotidie cauſā apud me dico. Cū ablatū à conſpectu lumē eſt, & cōticuit vxor, facta & dicta mea remetior, nil mihi ipſe abſcōdo, nil tranſeo. Hoc nos peſsimos reddit, inquit alibi idē Sen. quod nemo vitā ſuā reſpicit, quid facturi ſumus, vix cogitamus: atqui cōſilium futuri, ex præteritis pēdet & venit. vitam emendemus ait idem Sen. quamuis ſimus iam prouectiores ętate, ad quam ſane rem proderit valde reuocare in mentē C & ob oculos ponere venerandum quendam, ſtudioſumque virum & opera noſtra facere eo modo ac ſi præſens adeſſet inſtitutor noſter vel pædagogus. *Quæretis me & non inuenietis.* Quæſi uerūt eū vt inquit Luc. vidēs autē Cēturio quod factū fuerat, glorificauit Deū dicēs, vere hic homo iuſtus erat, & omnis turba eorum qui ſimul aderāt ad ſpectaculū iſtud, & videbant quæ faciebāt, percutiētes pectora ſua reuertebantur. Vulgatū quidē illud eſt, tū demū boni præſtantiā deprehēdi, cū nobis perierit: nōne cū homines tātopere poſsūt, ex diuinæ miſericordię largitate ſibi magnopere conſulere, eā quidē pleriq. eorū parui pen- D dūt? at olim in iudicio extremo, impij tametſi illā maxime deſiderare videātur, nō tamē conſequētur. Saul quidem Dauidem fortiſsimum ducem parum æſtimabat, qui tamē colūna erat totius imperij eiuſdem, at in Gelboe cum eo maxime indigeret, tandem eundē habere nō meruit. *Quæretis me & non inuenietis.* Tēp⁹ quidē cōſumim⁹ in quærēdis his reb⁹ mūdanis, & ita Deū no inuenimus, lōge autē aliter eſſet ſi his mūdanis non adhæreremus, Queādmodū enim rota quanto minus ſolum tangit, tanto velocius mouetur & voluitur leuius, quoniam ſic non hæret vel mergitur: ita bonus quāto leuius iſta mūdana cōtingit & hæret ipſis, tāto celerius in virtute progreditur. Et ſicut rheda quamuis multum defigatur in terram, maiorem tamen partem

*Sen. l. 3. de ira ad Nero. c. 63.*

*Examē cōſciētię.*

*lib. 12. epi. epiſ. 84.*

*l. 3. epiſ. 25.*

*Luc. 23.*

*Conuerſionē non differamus.*

*Miſericordiā Dei modo quęramus.*

*1. Reg. 18.*

*1. Reg. 31.*

*Terrena nos impediunt.*

*Necessaria tantū ex mundo accipiamus.* partem quæ terram ipsam nō tāgat, habet eductā, ea tantū parte contingens terram, qua tangere necesse est ad sustentandū suū pondus: sic etiam vir prudens quamuis mundum tangat, quia dū in hac vita mortali moratur, sine mundo esse non potest, tamen ita tenuiter eum attingit, vt cælestia potius perattente cōtempletur. *Simile.* Vt bombix quasi sedulo de suis visceribus deducit fibram, qua mira solicitudine & arte quadam intexit & conficit sibi inuolucrum in quo inclusus tandem moritur, atque ita quasi ignarus, sua diligentia sibi componit carcerem & sepulchrum: ita qui rebus mundanis nimium inhæret, se ipsum irretit, & carcere quodam premit. *Mundana nos remorantur ne virtutē sequamur* *Simile.* Quando in papyro quadam depingitur orbis sciographica pictura, seu vt vulgus appellat, mappa mundi, in qua loca varia, vrbes, turres, castella, tractusque pinguntur, si forte aqua madefiat papyrus, facillime rumpitur prædicta pictura, & subinde altæ turres in terram cadunt, & vrbes pedibus proteruntur: pari ratione mundanæ se habere solent prosperitates & mundanorum timores, ac aereæ cogitationes, hæc enim omnia vno tantum morbi flatu, aut vno fauoris humani deficiente rumusculo, prostrantur, & in nihilum rediguntur, *Prosperitates mundana quā cito euanescant.* E F G

*Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum, nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?* Id inconueniens censeri non debet, ait Cyr. si dixerimus Iudæos ipsos cum in hæc proruperunt verba de Christo, nunquid in dispersionem &c. nesciuisse quidem quid dicerent, sed quia Deus voluit ipsos prophetasse, diuinoque quodam instinctu prædixisse quod futurum erat, sicut et Caipham pontificem omnino ignarum mysterij passionis dominicæ, & quantus ex illa penderet humanæ salutis fructus, Euangelista prophetasse scribit quod Iesus moriturus erat pro gente, cum hæc protulit verba, expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Siquidem iturus erat dominus ad gentes, nō præsentia corporis sui, sed discipulorū suorum pedibus, in quibus & ipse iuit, & docuit gentes, cū dicat Euange. de discipulis, illi autem profecti prædicauerūt vbiq. domino cooperante & sermonem cōfirmante sequētibus signis. Apos. ad Cor. scribens inquit, carnalis homo nō percipit ea quæ Dei sūt, nā quia carnaliter affect⁹ est, secūdū carnē quoq. oīa diiudicat. Ita Iudæi more suo carnaliter Dei verba intelligētes, neq. capiētes eū de reditu ad cælestia regna vnde ad nos descenderat, sermonem agere, ad terrenum labuntur sensum, à vera intelligentia lōge abhorrentē. *Cyr in lo. li 5. c. 9.* *Aliquando mali vaticinari videtur* *Ioan. 11.* *Mar. 16.* *1. Cor. 2.* H

In nouis-

A *In nouissimo autem Die magno festiuitatis* Festũ istud, inquit D.Tho. celebrabatur septẽ diebus,& primus & vltimus dies solemniores erãt,sicut & apud nos primus dies festi & octauus solẽnis est magis,Recte dicit Eccle. omnia tẽpus habẽt, & suis spatijs trãseunt vniuersa sub cælo,tẽpus enim tacẽdi & tẽpus loquẽdi,quã temporis opportunitatem hic seruauit dominus, inquit Cyr.nẽpe primus dies solemnitatis paucos adhuc habuit præsentes exteros & infrequens auditoriũ:medij dies festi, voluptatibus & mundi negotijs potius quam Dei cultui adhibebantur.

*D.Tho.in Ioan. 7. lec.5.*

*Eccl.3.*

*Cyr.l.5.in Ioan.c.10*

B Nouissimus autẽ dies & maiorem habuit præsentẽ auditorum numerum,& delitijs finem imposuerat,cum iam de reditu foret cogitandum.Itaque eo die tanquam cęteris commodiore, ipse fons vitæ exuberantissimus,omnes veram sitientes doctrinam, & Dei cogitationem habere desiderantes,dulciter inuitat, vt ad se veniant,& bibant potum illum salutarem qui animam reficiat & omnem æstum cupiditatum huius mundi restinguat. Neque modica,breuique mensura se illis quod bibant pręstiturum pollicetur,sed in tanta affluentia,vt de ventre,intimoq. cordis arcano,flumina aquæ viuæ, varia scilicet sancti spiritus dona & gratiarum charismata,in alios profluant.Enimuero argumentũ

*Omnia opportune fieri debẽt.*

*Gratia quantũ illustret animam.*

C abũdantiæ interioris,est copiosa in exteriora deriuatio : namq. cũ fontẽ videmus vicinos agros suis irrigantẽ fluctis, illũ fæcundũ & aquis exũdantẽ,eo signo cognoscimus.Cũ itaq. tãta futura sit aquæ viuæ in credentibus in Christum copia, vt instar fluminum emanet & fluat in alios,quanta putandum est largitate, quanta vbertate, aquam illam spiritualem & mysticam in intimis credentium visceribus scaturire?Nomine autem aquæ viuæ dominus ad Samaritanam dicit, si quis biberit ex hac aqua quã ego dabo,non sitiet iterum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Qui hanc aquam parui facit, neque curat

*Quantum Christus irriget animam.*

*Ioan.4.*

D haurire,aridus relinquitur, & omni virtutis fructu priuatur, vt populus Israeliticus, de quo per Hieremi.conqueritur dominus, duo mala fecit populus meus ,me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non valent aquas.*Si quis sitit veniat ad me & bibat*. ô liberalitatem immensam, ait grauis quidam autor, omnium si dici posset, prodigus est pater æternus: dat in prętium filium, spiritum vero sanctum vt nos adoptet in filios. Attende etiam filium, qui se ipsum dat,omnes vocat, inuitat omnes : tantum petit vt sitiant, atque desiderent ex suis proficere donis. Non aquam visibilem commendat, inquit Augustinus. Sed aquæ no-

*Gratiã diuinã paruipẽdim⁹.*

*Hie.2.*

*Vuerri.super hunc locum.*

A FERIA SECVNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO SECVNDA.

*Crudeles detestabiles.*

B Miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderēt Iesum. Ioan 7. Vide obsecro quam crudeles & bellui ni, ac ferini essent isti, qui Christum dominū à quo tā tam eruditionem & miracula accipiebant, apprehendere vellent. Sed quid quæso non tentabunt qui cum crudeli animo etiam potentiam habent? Vnde in libro Esther legimus, quod cum Esther diceret regi Assuero, si inueni gratiam in oculis tuis, ô rex, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro &c. Percōtatus est rex quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? Respondit illa, C hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Vbi aduerte quomodo eum appellet pessimum: si enim solum esset malus & non potens malus, non perinde esset pessimus, siquidem talis est titio quidam vtraque parte incensus. Vnde Isa. ait, noli timere à duabus caudis titionum fumigantium istorum. Sane si aliquis est malus, & non potēs, apprehendi potest titio ex vna parte: si vero malus sit & potens, quod quæso superest remedium? Magna sane est Dei misericordia erga nos, cum vir malus non potest executioni mandare malitiam suam. Fortasse si Dauid non fuisset rex, non potuisset executioni mandare ipsum adul-D terium cum Bersabe, & preterea homicidium viri sui. Item Herodes si rex non fuisset, fortasse tantam crudelitatem non exercuisset cum innocentibus pueris. Si etiam isti pharisæi non fuissent potentes, huiuscemodi crudelitatem nō excercuissēt, vt vellēt apprehēdere Iesū. Plurimū quidē indignatur Deus quod aliqui sub quadā vmbra legis suæ crudelitatē exerceāt, siquidē hoc pacto videntur ipsi magnam inurere ignominiā. Vnde per Hie. ait, hæc est gens quę non audiuit vocem domini Dei sui, nec recepit disciplinam, & ædificauerunt inquit excelsa Tophet, quę est in valle filij Ennon, vt immolarent filios suos, & filias quidem suas igni, quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Quod vt intelligamus, scire debemus falsos sacerdotes persuadere populo quod esset Deo gratū si sibi sacrificarēt filios

*Crudeles quam sint belluini.*

*Esth. 7.*

*Crudeles & potētes quantū nocent.*

*Isa. 7.*

*Mali & potentes multū incommodāt*

*2. Re. 11.*

*Mat. 2.*

*Crudeles quantum oderit Deus*

*Hie. 7.*

*Gen. 22.* & filias, quod ostendebant exemplo Abrahæ cũ ex præcepto Dei E
*Iudic. 11.* voluit sacrificare filiũ: item cũ Iephte etiã volebat sacrificare filiã suã, & sacrificauit eam. Indignabatur igitur Deus plurimum propter hanc falsam doctrinam, & quod Deum viderentur crudelem facere, & id circo ait, quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Vide enim quam longe absit Deus à crudelitate, si quidem Christus dominus antequã in cælũ ascẽderet, mandauit discipulis vt prædicarent per vniuersum mundũ remissionem peccatorũ, incipientes à Hierosolymis, vbi tamen paulo ante tãtas acceperat iniurias, & tam ignominiosam mortem. Porro aliquos videas homines qui non solum ipsi crudeles sunt, sed alios etiam ad crudelitatem inducunt, sicut faciebant Idumæi, F qui cum viderent vastari Hierusalem, tantum abest, vt id reprehenderent, quin potius dicebant: exinanite, exinanite vsq. ad fundamentum in ea. Vis videre quomodo aliquando quorundam hominum crudelitas, excedat crudelitatem etiam ferarum? Sane quando Darius rex in lacum leonum Danielem immisit, conclusit ingenti saxo ostium lacus, & sigillo suo signauit ne satrapæ ire possent ad interficiendum Danielem. Vide igitur quomodo rex timeret magis satraparum crudelitatem, quam leonum. Vnde non dixit, liberabit te Deus à leonibus, sed Deus tu[us] quẽ colis semper, ipse liberabit te. Quasi diceret, Deus G te liberabit ab his satrapis, quod vtiq. miraculosius videbitur, quã quod libereris à leonibus. Porro etiã videmus quã officiosus esset coruus erga Eliã, cui cibũ ministrabat: item cæte erga Ionam. Item flammæ erga tres illos pueros. Solus homo est qui deprauato suo animo, feras crudelitate vincit: vnde non est mirum si à Deo propterea seuerissime puniatur. Sic Deus castigauit Chananæos crudeles, & eis terram abstulit. Siquidem princeps quidam ex eis, qui vocabatur. Adonibesech submensa cum comedebat, habebat septuaginta reges quos deuicerat, H amputaueratq. eis pedũ & manuum summitates: qui etiam propter tantam crudelitatem, simili supplicio punitus est. Ceterum viro crudeli nunquam desunt alij ipsius similes, qui eum iuuent in crudelitate: & præsertim si ille vir potens fuerit. Vix quidẽ legerat Ioab literas Vriæ, cum statim ipsum destinauit in periculosiori parte certaminis, vbi moreretur. Vix etiam Nabucodonosor satrapis suis proposuerat crudelitatem illam & iniustitiam, vt sibi subijceret vniuersas nationes, cum omnes vnanimes ei consẽserunt. Vix Pharao decreuerat vt serui essent ibi exteri & peregrini in Aegypto, cum omnes potentes ei consenserunt. Vix e-

*Crudeles plurimũ displicent Deo.*
*Acto. 2.*
*Luc. 24.*
*Multi crudeles etiã curant vt alij sint crudeles.*
*Psal. 136.*
*Dan. 6.*
*Crudeles homines quomodo interdũ feras excedant crudelitate.*
*3. Re. 17.*
*Ionæ. 3.*
*Dani. 3.*
*Crudeles Deus castigat.*
*Iudic 1.*
*Crudeles quomodo puniat Deus.*
*2. Re. 11.*
*Iudith. 2.*

A Vix etiam rex Herodes dixerat se cupere omnes pueros interfice re, cum multos habuit sibi adhærentes. O infelicem illum qui non solum propriam crudelitatem executioni mandat, sed etiã alienam, nam vtrique grauissime punientur. Caueant ergo maiores ne illicita mandent, & caueant etiam minores ne quę illicita sunt, executioni mãdent. Cum Saul iuberet interfici sacerdotes, nullus ex seruis suis id voluit executioni mandare, nec tamẽ de fuit q̃ id præstaret. Si igitur mali maxime sunt soliciti crudelitatem suam executioni mandare, sic igitur fiet vt à Deo seue B risime puniantur. Non legimus quod Abel ipse vindictam peteret de fratre, sed tamen non est oblitus Deus vindictæ sumendæ: quin & quamuis Abel nil diceret, tamen sanguis eius ad dominum clamabat, iuxta illud Abacuc, lapis de pariete clamabit, & lignum quod interiuncturas ædificiorum est, respondebit. Si igitur Deus lapides audit, quanto magis voces ipsorum qui lęsi sunt exaudiet? Vide enim obsecro propter mortem Zachariæ quantæ calamitates secutæ fuerint, & tamen dumtaxat dixit, videat dominus, & requirat. Siquidem ibidem dicitur, cumque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus syriæ, ve- C nitque in Iudam & Hierusalem, & interfecit omnes principes populi: quin etiam ipse Ioas interfectus fuit à seruis suis, & regia caruit sepultura. Vide etiam quo redacta sit crudelitas illa Athaliæ quę omne regium semen interfecit vt regnaret: siquidem breui quodam tempore miserabiliter perijt. Vide etiam quomodo Deus punierit fratres Ioseph, propter crudelitatem quam cum fratre suo exercuerant: vnde Ruben dicebat, nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? en sanguis eius exquiritur: merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum &c. Sed multi se puniẽdos vix credunt sicut de D Babylonia legimus quæ dicebat, sedeo vt regina, & vidua non sum: sed vide quid sequatur: ideo inquit in vna die veniẽt plagæ eius, mors & luctus, & fames, & igne comburetur &c. Sic ergo impijs & crudelibus accidet, neque ante se cognoscent, quam se positos videant in inferno, multo igitur satius esset, vt de alijs periculum facerent. Nam certe inter alia de quibus Deus conquestus est de rege Balthasar, illud vnum etiam erat, quod scilicet videns aliorum supplicia, sibi non prospexisset, & præsertim punitionem patris sui.

*Exo. 1.* *Crudeles viri solẽt etiam inuenire sequaces.* *Mat. 2.* *Mali multos inueniunt qui ipsis faueant.* *2 Reg. 22* *Gen. 4.* *Respõdet Deus pro seruis suis* *Abac. 2.* *2. Par. 24* *Tyrannos quomodo puniat Deus.* *4. Reg. 11.* *Gen. 42.* *Aduersitates quomodo eueniãt propter peccata.* *Apo. 18.* *Dani. 5.*

*Vitam quæ tam breuis est, bene & sancte traducamus.*

*Adhuc modicum tẽpus vobiscum sum.* Hinc sane aperte colligimus quanta sit breuitas vitæ nostræ, atque idcirco quã sancte *Simile.*

eam traducere debeamus. sane sicut ex corde ipso vita hominis dimanat corporea: sic etiam vita spiritualis bona ex parte manare videtur ex attenta quadam consideratione breuissimæ vitæ nostræ, & consideratione mortis, iuxta illud Ecclesi. memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sane si hæc attente consideraremus, facile mũdanas omnes delicias sperneremus, at vero sumus instar hospitis illius, qui ad hospitium aliquod minus præparatum diuertens, priusquam omnia ad lectum sternendum parata sunt, iam nox ingrauescit, & tandem cum vix dormierit, statim a viatoribus excitatur. Sic etiam multos videas in hac vita qui huc tendunt vt quiete vitam traducere possint, sed tamen cum in ea re nimium immorentur, videlicet in diuitijs parandis vt laute viuant, ecce mors accedit quę ipsorum institutum frangit atque euertit, non sine maxima ipsorum quærimonia, quod nunc demum inciperent quiete viuere. Quamobrem vigilemus obsecro potius in vita spirituali, & festinemus ingredi in illam requiem, vt ait Pau. siquidem ibi nemo nos poterit infestare & inquietos reddere. Nam certe videmus quosdam qui ita delicate vitam corpoream traducunt, vt ipsis fere videatur quod idcirco in hanc lucem suscepti sint. Non ita quidem se gerebat sanctus Iob cum diceret, dimitte me, vt plangã paululum dolorem meum, non ait vt in delicijs viuam: nam certe vt ait Ecclesi. vbi ceciderit lignum, ad austrum siue aquilonem, ibi manebit: sic ergo homo ita perdurabit, sicut reperietur in morte: & fere ita euenire videmus vt talis contingat mors qualis fuerit ipsa vita. Cum igitur in alia vita mereri non possimus, modo multa nobis merita accumulemus pręclaris operibus nostris. Sane qui ad nundinas tendunt, festinant quantum in se est, & negotiantur quandiu nundinæ durant vt tãto beneficio immunitatis nundinarum frui possint: sic ergo tu dum dies est, te gerere debes. Vnde Isa. ait, quærite dominum dum inueniri potest. Quorsum enim tam confidenter falsam quandam securitatem nobis pollicemur? Non id quidem nos monet Apost. cum ait, charissimi cum metu & tremore, vestram salutem operamini: quod sane sine diuino auxilio præstare non possumus. In cuius rei figuram Propheta Ezechiel non poterat se erigere, nisi prius à domino iuuaretur. Quæ cum ita sint, quorsum putas tu in manu tua esse vt te erigas facile cum voles? Attende obsecro quid dicat Deus per Isa. omnia opera nostra operatus est in nobis. Sane si quid boni facimus, potius id Dei est quam nostrum. Quare cum tam breuis sit vita nostra, festinemus ad æterna præmia compa-

*Marginalia:* *Ecclesi. 7.* *Simile.* *Conuersionẽ non differamus.* *Mors nos sæpe immatura inuadit.* *Hebr. 4.* *negligẽter viuimus.* *Iob. 10* *Ecclesi. 11.* *Simile.* *Mors fere talis est, qualis fuerit vita.* *Simile.* *Isa. 55.* *Phil. 2.* *Ezech. 2.* *Isa. 26.*

E F G H

A mia comparanda: debemus ignem in velocitate imitari, siquidē & Deus ignis consumens est, vt dicitur in Deut. Et Psalm. ait, facit ministros suos flammam ignis: vt inde intelligamus quanta cum velocitate Dei mandata exequi debeamus, vt non torpeamus otio & dæmonis tentationibus succumbamus. Vnde. Pau. ait, nolite locum dare diabolo. Sane propter tantam vitæ nostrę breuitatem, vocat eam regius vates diem cum ait, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Quæ cum ita sint, cur in tám breui vita tantæ delicię? & cur tanti apparatus & magnificæ ædes? Si in B hac vita ad operandum positi sumus, quorsum otiamur? Nox sane ad quiescendum potius facta est. Vnde Christus ait, venit nox quando nemo potest operari, id est post hanc vitam Sed breuiori adhuc à Ioan. comparatur vita nostra, cum ait, fratres nouissima hora est: quin & Iob ait, gaudium hypocritæ ad instar puncti; & tamen nos tempus hoc breue in vanitatibus consumimus. Dic obsecro si rex transiens in ipso itinere tibi diceret vt statim priuilegium quoddam scriberes, quod ipse sigillo suo muniret, in quo tibi amplissima conferret vectigalia; tum ve ro si aliquis amicus te inuitaret ad ludendum, nonne ipsi diceres C quod potius incumbendum est in re hac seria nempe obtinendo regis priuilegio, quam in ludo? sic ergo nos gerere debemus in hac vita tam breui, in qua priuilegium sempiternæ gloriæ obtinendæ nobis conceditur, & idcirco bene & pręclare operari debemus ad illud obtinendum.

*Si quod boni habemus, ex Deo est.* *Deut. 4.* *Psal. 103.* *Ephe. 4.* *Psal. 102.* *Cū tā breuem habeamus vitā, non tradamus nos delicijs.* *Ioan. 9.* *1. Ioan. 2.* *Iob. 20.* *Simile.* *Tēpus bene expendendum* *Saluti animæ incū bamus.*

Sane in tam breui vita, non debemus lento gradu procedere & tardo ad ea quę bona sunt peragenda, sed potius magna cū diligentia. Vnde Apost ait, nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic cur D rite vt comprehendatis. Item omnis inquit qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Vbi fortasse alludit Apost. ad ludos illos Romanorum in quibus Herculem imitabantur, qui vt fertur vno anhelitu centum vigintiquinque passus currebat: sic ergo illi stadium currebant, & cursores nudi conficiebāt fere cursū vt hac ratione impedimenta omnia tollerent, atque qui prius ad metam perueniebat, is præmia reportabat. tum etiam illi cursores se abstinebant à nimio cibo & potu vt agiliores essent. Appellat ergo Apo. stadiū vitā nostrā, quasi dicas cursum continuum in bonis operibus, in quibus iugiter nos exercere debemus, abstinentes nos ab immoderato cibo & potu atque alijs vitijs.

*1. Cor. 9.* *negligentes sumus circa salutem nostrā* *Herculem Romani imitari volebant in cursu.* *in tā breui vita pręclare operemur.*

Porro

Porro Philo Iudæus dicit quod idcirco in deserto dederit Deus E
Phi. de de legem Moysi, vt inde intelligamus quod non in immoderatio-
cẽ oracu. ne cibi & potus atque deliciarum, sed potius in sobrietate & tẽ-
Psal. 110. perantia, optime legem seruabimus. Si ergo id significatum est
Sap. 5. iam in lege veteri, quanto igitur maiori cum sobrietate legem
Psal. 118. gratiæ seruare debemus? Obseruatione quidem maxima dignũ
Iob. 7. est quomodo breuissimis rebus vita nostra in sacris literis com-
Psal. 102. paretur, nempe fumo, vapori, vmbræ, vento, floribus, fæno,
1. Pe. 1. & similibus rebus: & quod peius est, flos quidem exiccatus be-
Considera ne olet, & tamen cadauer hominis fætet. Quamobrem ita viua-
tio breuita mus, sicut cũ in morte versabimur, viuere voluissemus: etenim F
tis vitæ v- labores isti breui finientur: & certe serui Dei cinere mortalita-
tilis. tis, & consideratione, tegunt ignem amoris Dei in anima sua,
& præterea etiam dæmonis retegunt insidias.

*Deum modo quæramus cum ad veniam nos recipit*

*Quæretis me, & non inuenietis.* Magna certe est cęcitas nostra, quod Deum modo non quæramus cum possumus eum inueni-
Luc. 15. re, quandoquidem satis ex his verbis colligimus tempus fore in quo ipsum non inueniemus. Vide enim obsecro quomodo pa- G
1. Reg. 18. ter filium prodigum opportuno tempore redeuntem benigne acceperit & osculatus fuerit. Quando etiam Dauid redijt à victo-
Peccatorẽ ria quã ex gigante reportauerat, veste quidem pastorili redi-
reuertẽtẽ bat, at vero exiens in occursum eius Ionathas, eum complexus
quomodo est, & suis induit vestibus, atque magnam inierunt amicitiam:
complecta sic ergo Deus magna cum iucunditate excipit peccatorem ad se
tur Deus. conuersum, & de dæmone triumphantem. Vnde per Isa. ait, su-
Isa. 58. stollam te super altitudines terrę, & cibabo te hæreditate Iacob
Gustus di- patris tui: nam certe vbi semel quis cibos cęlestes gustauerit, de
uinorũ o- sipiunt illi hæc terrena. Cum ergo Deus tam benigne recipiat H
bliuionem eos qui ad se cõuertũtur, nolimus diutius procrastinare cõuer
parit ter- sionem nostram, ne aliter dicatur nobis, quæretis me, & non
renorum. inuenietis. Sane propterea in hac vita constituti sumus, vt salu tem animæ procuremus: etenim pater ille familias non condu- xit operarios vt otiarentur, sed vt in vinea laborarent. Si enim rex aliquis cum aliquam obsidet ciuitatem, edicto sanciret se mu
Mat. 20. nera magna ei militi daturum qui hoc die vexillum victoriæ in
Simile. alta arce talis ciuitatis extolleret, & miles distulisset id facere per aliquot dies, iam non videretur rex propter illam dilationẽ obligatus ad implendum promissum suum: sic ergo cum præ-

mium

A mium promiserit Deus his qui laborauerint in pręsenti vita, si tu distuleris pręclara opera vsque ad aliam vitam pręstanda, certe pręmio frustraberis. O quantum erit eorum supplicium, qui neglexerint hic Deum quęrere, vbi poterant commode inuenire! legimus quidem in lib. Iudic. quod tyrannus quidam Adonibesech qui septuaginta regibus pedum & manuū summitates amputauerat, ipse etiā tale quoddam supplicium passus est: sic ergo fiet illis qui hic noluerint dominum quęrere, vt scilicet post mortem amputentur ipsis vires ad bona opera pręstāda. Merito B igitur nos monet Isa. dicens, quærite dominum dum inueniri potest.

*Pænitētiā non differamus.*
*Iudic. 1.*
*Damnati in alia vita non poterūt bona operari.*
*Isa. 1.*

Præcipiebat quidem Deus in Exo. vt manna matutino tempore colligeretur, priusquam oriretur sol, quoniā à sole liquefiebat: & mirum certe est quod igne coqueretur & præpararetur, & non liquefieret, & tamen ad solem liquefieret. Sane id nō sine causa factum est, vt scilicet Hebræi monerentur quam diligentes esse deberent in rebus gerendis ad salutem animæ pertinentibus. Vnde maxime reprehenduntur illi qui tardi sunt ad conuersionem suam, & faciunt contra consilium Ecclesi. dicentis, nō tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito C enim veniet ira illius, etiam tempore vindictę disperdet te. Non sumus sane perinde negligentes in mundanis negotijs tractādis, quin potius maximam in conficiendis adhibemus celeritatem, & diligentia maxima vtimur nequid dicamur in ipsis aliquo modo deficere. Dic obsecro miserabilis homo, cur non in præsenti vita ad Deum accedis dum habes ipsum propitium? Nā pater ęternus te benigne recipiet: item de spiritu sancto inquit Pau quod postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item filius est aduocatus noster. Longe enim aliter se habet hic iudex quam iudices temporarij, nam iudices huius seculi cum aliquem delinquē D tem comprehendere non possunt, tantum abest vt parcant, quin potius etiam crucem iurant quam in suis ferunt baculis, quod si eum delinquentem poterunt cōprehendere, grauissimas de ipso pœnas sument: at vero hic iudex cælestis quandiu hic viuimus, potius iurat crucem suam quod si peccator ad se reuertatur, condonabit ei scelera omnia. Et tamen nos adeo desides sumus, vt negligamus ad eum conuerti. Vnde vide quomodo apud Matt. comminetur, tolerabilius inquit erit terræ Sodomorum & Gomorrhęorum in die iudicij quam illi ciuitati. Si istis quibus semel proposita fuit venia, si toto vellent corde conuerti, tantum proponitur supplicium: quid de nobis sperandum erit quibus proponitur

*Exo. 16.*
*Manna mira proprietas.*
*Deum sedulo quæramus.*
*Ecclesi. 5.*
*Diligētiores sumus circa mundana quā circa cælestia.*
*Rom. 8.*
*Acto. 10.*
*ineffabilis Dei misericordia.*
*Mat. 10.*

proponitur tam sæpe venia, si modo mores nostros emendemus? E
Deu.32. Contra nos insurget puluis excussus ex calceis Apostolicis, contra nos insurgent confessores, concionatores, & denique theatra omnia propter duritiam nostram. Si Moyses in tanta populi duritia, cælum & terrā in testes aduocabat, quid facturum putas Christum, qui longe plura nobis contulit beneficia? Testes sane inuocabit clauos quibus confixus est, Crucem, verbera, coronam spineam, crebras inspirationes. Caueamus ergo ne nobis dicatur, quæretis me, & non inuenietis: nam sponsa anxia admodum & solicita erat non inueniens sponsum, cui antea noluerat aperire. F

*Varie erūt contra nos testes.*

*Can. 5.*

Cæterum multos quidem habet Deus modos vocandi & attrahendi ad se peccatorem, interdum enim eum vocat per remorsum conscientiæ, qui significatus est per illū qui semper ipsi Iob nunciabat calamitates quæ acciderant, dicens, & fugi ego solus. Item vocat nos Deus per prædicatores, vnde Apostol. dicebat, Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Vnusquisque igitur sum et ex ipsa concione quæ videt sibi conuenire. Est enim ipsa concio instar ornatissimæ cuiusdam officinæ, & confertissimæ mercibus, ad quam quidem vndique confluunt equites, mercatores, agricolæ, & denique omnium statuum homines. O igitur nos infelices qui non accedamus ad tā locupletē officinam, vt inde quæ nobis necessaria sunt emamus cum præsertim tam vili pretio donentur! Vnde Hiere. hac dere nobiscum expostulans, ait: misit dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, consurgens diluculo, mittensque, & nō audistis, nec inclinastis aures vestras vt audiretis, cum diceret, reuertimini vnusquisque à via sua mala. Annon hoc ignominiosū nobis est, quod scilicet Deus nos ad se tam humaniter & benigne vocet, & tamen surdas ipsi exhibeamus aures? Adde quod nos etiam in hoc Euange. monet, ne forte eum tunc quæramus, quando non inueniemus. Nunc igitur quæramus eū toto corde, ne postea cum dixerimus: domine, domine aperi nobis, audiamus, amen dico vobis nescio vos. G H

*Variis nos modis de' vocat.*
*Iob.1.*
*Remorsus consciētiæ semper vrget.*
*2.Cor. 5.*
*Simile.*
*Concio cui res comparetur.*
*Hie.25.*
*Verbū dei negligim'*
*Matt. 25.*

## *APPENDIX.*

*Quæretis me, & non inuenietis.* Sæpe quidem homines Deum quærunt, & tamen eum non inueniunt, quandoquidem eū quærunt vbi quærere non debent. Sic accidit sponsæ cum ait: in lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: nō igitur inuenitur in lecto deliciarum mundanarum, vel honorum, vel diuitiarū: sed potius in lecto pænitentiæ, lachrymis rigato: sic in rubo quidem

*Can.3.*
*In delitiis mundanis nō inuenimus Deū.*

A rubo quidem & aſperitate pænitentiæ inuenit eum Moyſes. Præterea neque eum inuenit ſponſa per vicos & plateas, vbi ſunt detractores, adulatores, & blaſphemi, atque mendaces, & ambitioſi. Vnde Pſal. 54. non defecit de plateis eorum vſura & dolus. Quare vt eum inuenias, audi Iſa. dicentem, redite præuaricatores ad cor. Hinc Auguſt. ait, intus eras domine, & ego quærebam te foris. Intus ergo te præpara diligenter, & ad ſalutaria accede ſacramenta, vt ita tandem Deum inuenias. *Exo. 3.* *Pſal. 54.* *Iſa. 64.* *D Aug.*

B *FERIA SECVNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

## CONCIO TERTIA.

*Duritia cordis quam ſit pernicioſa.*



MISERVNT. *principes & Pha iſei miniſtros vt oprehenderent Ieſum.* Ioan. 7. Vide obſecro quomodo dicat Chriſtus ipſis Phariſæis in hoc euange, quæretis me, & non inuenietis, vt inde intelligamus quã difficulter obſtinati viri inueniant Deum. Qua re his mundanis derelictis, dñm toto corde quæramus. Vnde per Iſa dicit; ecce dñs nudabit terrã, & diſsipabit eã, & affliget faciẽ eius, & diſperdet habitatores eius, & ſicut ancilla, ſic domina eius &c. Itẽ per Ezech. dicitur, venit tempus, appropinquauit dies, qui emit, inquit non lætetur &c: Sed quænam tandem ſeſe tibi offerunt impedimenta, vt his ſolutis non poſsis celeriter ad dominum conuerti & ad dominum redire? Certe latro plenus vitijs erat & cruci confixus, ſed tamen nullis impedimentis retardatus eſt, quo minus ad Chriſtum accederet, & ſalutem acciperet, toto corde ad dominum conuerſus, iuxta illud Apoſt. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. fidem habuit & ſpẽ, cum dixerit, memento mei cum veneris in regnum tuum. Charitatem etiam habuit, cum alterum latronem magno cum charitatis ardore ad Chriſti fidem complectendam hortaretur. Nos autẽ nolumus tam præclarum nobis ante oculos proponere ad imitandum exemplum, neque attendimus quid nos moneat dominus per Zacha. dicens: hæc ait dominus exercituum, iudicium verũ iudicate, & miſericordiam & miſerationes facite, vnuſquiſque cum fratre ſuo &c. & cor ſuum poſuerũt vt adamantem. Et facta eſt indignatio magna à domino exercituum &c. Ex his ergo ſatis conſtat quantopere auertatur Deus ab his qui noluerunt eius benignitatẽ & miſericordiã aſsidue vocãtẽ audire.

*Obſtinati quã difficulter conuertantur* *Iſa. 24.* C *Ezech. 7.* *Luc. 23.* *1. Cor. 13.* D *Luc. 23.* *Conuerſionem non differam'* *Zach. 7.*

Sunt

Sunt multi adeo duri vt non credant neque audiant vocem præ E
Gen. 19. dicatoris tanquam Loth, monentis sibi exitium imminere, nisi
1. Reg 15. ad dominum conuertantur. Et ideo ita punientur, sicut Samuel puniuit regem Agag. Et accidet istis sicut contigit tẽpore Noe:
Gen. 8. spernebant enim homines salutaria monita ipsius Noe, & ecce diluuium inundauit, & demersit omnes. De istis quidem dici potest illud Hie. peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue
Hie. 17. adamantino &c. Sæpe quidem se negotijs & curis secularibus nimium implicans peccator, differt de die in diem conuersionem
Greg. lib. 24. Mo. c. 12. suam. Vnde Greg. ait, grauis enim mæror est, cum sua vnusquisque peccator considerans, curarum secularium vult compe F des rumpere, & viam Dei per spatium securę conuersationis ambulare, desideriorum temporalium onus graue abijcere, & leue iugum domini libera seruitute portare. Cogitanti enim ista, occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inueterata, quã to eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atque à se tardius abire permittit Et quis ibi mæror, quæ anxietas cordis, quãdo hinc spiritus vocat, hinc caro reuocat, hinc amor terrenæ conuersationis inuitat, illinc desideria cęlestia ad se vocant Hinc vero in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat. Sed quia diuina gratia diu nos istis difficultatibus affici non permittit, ru G ptis peccatorum nostrorum vinculis, citius nos ad libertatem nouæ conuersationis consolando perducit, & præcedentem tristitiam subsequens lętitia refouet, ita vt conuersi vniuscuiusque animus, eo magis ad votum suum peruenicndo gaudeat, quo magis pro illo meminit laborando doluisse.

Secularia quantum impediãt conuersionem nostrã

Prima igitur voti gratia, ait Ambr. est celeritas solutionis, vnde sanctus Patriarcha Abraham filium suum ad holocaustum
Ambr. li. 8. in Luc. & in li. 1. de Cain & Abel. c 8. missus offerre, non post dies vt Cain obtulit, sed exurgens instrauit asinam suam, aduerte immolantis studium maturum & festinum, vt mora expectationis non esset, nisi donec audire- H tur oraculum. Etiam alibi cum visus esset Abrahę ad illicẽ Mãbræ, respiciens inquit, Abraham oculis suis vidit, & ecce tres
Gen. 22. viri stabant super eum: & videns occurrit obuiam illis ad ostiũ
Gen. 18. tabernaculi sui, & adorauit super terram: cucurrit etiam & accepit vitulum vnum tenerum & bonum, & dedit puero, & festinauit facere eum: vide igitur quomodo vbique impigra deuotio Abrahæ fuit, & ideo eius munera Deo fuerunt accepta. Iustus ergo votum suum celeritate commendat: & ideo patres nostri fe-
Exo. 12. stinantes manducabant pascha. Cito ergo præpara omnia, vt cito etiam audias, sicut audiuit & Iacob, quid est hoc quod tã cito inue-

Diligentissimus in diuinis obsequiis.

A cito inuenisti fili? Et ille secundum dogma respondit, quod tradidit dominus Deus tuus in manus meas. Cito ergo dat Deus cum tibi vtile est. Vnde vt ait Psalm. ipse dixit, & facta sunt. Quare obsecro vt ait Chry. quousque nobis tempus cōceditur, recte viuamus: nam gubernator postquam nauis subuersa est, nec medicus postquam, ægrotus obijt, quidquam prodesse potest: sed omnes antequam res ad exitium veniat, studere, ac vigilare oportet, ne in mortem & naufragium veniant, nam postea nil amplius prouidere possunt. Similiter igitur etiam nos quo-

B niam in ægritudine vitam trahimus, omni studio incumbamus, vt ab ægritudine iniquitatis liberati, sani ex hac vita recedamus: & quantum erga seruos & vernas nostros cum ægrotant, studiū, adhibemus, tantam diligentiam cum anima nostra laboret, pro nobis ipsis assumamus. Certe quanquam propinquiores nos ipsi nobis simus, quam serui nostri, & corporibus animæ multo præstantiores sint, optabile tamen mihi est, si saltem æqualem vtrique rei diligentiam cōferamus. Quod si modo non faciemus, cū illuc abierimus, nihil nobis loci ad satisfaciendū relinquitur. Sed quis inquies, adeo miser, atque ignarus est, vt neque tantam quidem erga se diligentiam habeat, quantam erga seruos suos o

C stendit? Sane idipsum est, quod ego etiam vehementer admiror: ita enī parui nos ipsos facim⁹, vt nos plusquā seruos nostros vili pendamus: illis enim febricitantibus, medicos conuocamus, cubiculum sibi certum tribuimus, & medicinę legibus parere impellimus: quas si negligant, & irascimur, & custodes apponimus, qui eos secundum medicorum præcepta viuere cogant. Quando vero nos ipsi ægrotamus, nec ad medicum quidem currere volumus, sed quasi nefario quodam inimico et hoste nostro iacente, sic anima laborante efficimus. Et quo pacto inquies, hæc facimus? quia omnia tradita nobis præcepta salutis contemnimus,

D & consilia spiritualium medicorum negligimus: non exigunt à nobis pecuniam isti medici spirituales pro consilijs suis, neque pro arte sua, aut medicinis pręparandis: & tamen parum ex ipsis proficis: quo igitur non eris dignus supplicio?

Sane inter cætera Dei beneficia nobis collata, vnum illud nō vulgare est, quod nos ad pænitentiam expectet. Vnde Lau. Iust. ait, considera ergo ô peccator, & vide ne sis ingratus, hodiernam enim habes diem, in qua corrigaris: heri malus fuisti, igitur hodie bonus esto. Cogita quam multi modo moriuntur, quibus si vna hora ad agendam pænitentiam, quæ tibi concessa est, tribueretur, festinanter quidem ad Ecclesiam currerent, & ibi flexis

*Gen. 27.*

*Psal. 148*

*Chry in Mat. ho. 75.*

*similitudo*

*Simile.*

*negligētes sumus in his quę ad salutē nostram pertinent.*

*negligētes sumus salutis animæ*

*Lau. Iust. lib. de lig. vi. ca. 6.*

genibus, vel toto prostrati corpore, tam diu suspirarent & orarent, donec peccatorum suorum veniam consequi mererentur: tu vero comedendo, libendo, iocando, bibendo, & otiose viuẽdo, tempus perdis, quod tibi Deus indulsit ad gratiam acquirendam & gloriam promerendam. Si Dei pietas & patientia, non te mulcere potest, terreant saltem laquei mortis, timor iudicij, metus gehennæ, & quod animæ in inferno cruciantur sine spe misericordiæ. E

*Peccati onus grauissimum est.* F

*Psal. 37.* *Vbi sum ego, vos non potestis venire.* Sane quãdiu homo in mortali degit, grauissimum supra se onus sustinet. Sub hac gemebat sarcina qui dicebat, iniquitates meæ super gressæ sũt caput meũ, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Quomodo igitur sequitur Deum, qui tam miserabili premitur sarcina? Siquidem non solum Deum amittit, sed illum etiam ex fidissimo amico, acerrimum constituit inimicum. Quo fit vt quem antea is hominem paterna charitate & beneficijs prosequebatur, modo vt inimicum ludibrio fortunæ & humanis casibus obnoxiũ relinquat. Vtrumque autem vates regius expressit cum ait: oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum, vultus autẽ domini super facientes mala &c. Pijs itaque Deus amicus, & improbis inimicus: illis pater, istis vindex, illis protector, istis persecutor; illis vt Moyses ait, tanquam aquila quæ expandit alas suas, vt supra illas portet eos: istis autẽ sicut ipse per Oseam minatur, quasi leæna, & quasi catulus leonis. Quid ergo miserabilius, quam ab illa æterna prouidẽtia recedere, qua dominus tuetur amicos, & in illam incidere, qua hostes & inimicos persequitur? vt enim arbor radicibus euulsis, nullum germinare fructum potest: ita mens humana sublata cęlesti gratiæ radice, à qua bona cuncta procedunt, opera Deo grata & ęterna vita digna, proferre nequit. Itaque peccatum veluti naufragium quoddam extitit, quo pretiosæ merces cælestium donorum, magno generis humani malo amissę sunt. Item peccatum est mors animæ. Vnde Luc. 15. dicitur, frater tuus hic mortuus erat, & reuixit. Item Christus ait, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Sap. ait, homo per malitiam occidit animam suam. Et Susanna ait, si enim hoc egero, mors mihi est. Quanto ergo acerbius est Deum ab anima, quam animam à corpore separari, tanto mors animæ quã corporis luctuosior est. Quid enim calamitosius quam Deum amittere? Hinc per Oseam dominus ait, væ eis cum recessero ab eis, hoc enim summum supplicium quod per Hie. dominus po-

*Peccati onus grauissimum.* *Psal. 24.* *Exo. 19.* *Osea. 5.* *Simile.* G H *Luc. 15.* *Mat. 8.* *Sap. 16.* *Danie. 13.* *Oseę 9.* *Hie. 6.*

A pulo suo minatur cum ait, erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te. Et Isa. ait, & eritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua. Sicut enim arbor defluētibus sibi folijs, deformis apparet, & hortus absque aqua inutilis fere est: ita anima sine gratia, deformis est ante Deum & angelos. Peccatum quidem mortis conditionem imitatur, quæ cūctis opibus atq; terrenis bonis hominem priuat: licet enim sis alter Cyrus, vel Alexander, aut mundi dominus, vbi ad mortem veneris, Iro atque mendico Lazaro pauperior eris. Vere enim dictū B est, mors sceptra ligonibus æquat. Hanc præterea latentem deformitatem peccati, mortui hominis cadauer apertissime declarat, scitis enim peccati sobolem & propaginem esse: per vnum quippe hominem peccatum introiuit in mundum & per peccatum mors. Hic est igitur fratres, peccati fructus, hic fętus: ex fructu ergo arborem, & ex effectu causam cognoscimus. In hoc ergo velut speculo, peccati deformitatē pij & sapientes homines animaduertunt, funestissimam esse rem iudicantes, ex qua hæc tam tetra facies cadaueris insepulti exorta est. Hinc fit vt vel dilectissimi filij mater, vel amantissimi viri vxor, vbi vel filium, C vel virum, animam exhalasse viderit, quanta possit celeritate, amantissimum ante corpus humādum curet, ne horrifica illa specie terreatur, magnoq. ex eius aspectu doloris aculeo sauciatur. Iam vero si paucis aliquot diebus corpus inhumatum iaceat, bone Deus, quæ species deformior? quę imago tristior? qui odor pestilentior? quid in eo nisi vermiū ibidem scaturientium examina cernes? denique ea in illo species manet, vt cum neque nares, neque oculi eam ferre valeant, homo quanta possit celerita D te, illud spectaculum fugiat. Quo factum est vt gētiles olim tot rationes excogitauerint, quibus tantam hanc ab hominum conspectu deformitatem auerterent. Alij enim defunctorum corpora in mare dabāt alij ea comedebāt alij comburebāt: nos vero sub terram condimus, ne aerem inficiant: igitur non iam illam faciem quam prima fronte dęmon ostentat, sed hanc quæ natiuam eius deformitatem repræsentat, aspiciunt sapiētes. Sed quid ego solum mortis affectum commemoro? non enim hæc sola mors, quæ momento temporis vitam abripit sed sempiterna gehennæ mors, quæ quidem longe profecto formidabilior est, queque hominem ipsum in sempiternum perdit. Itaque post mortis imaginem adeo horrendam, modo peccati faciem videte per æternos gehennæ cruciatus, per ignem & vermem, & tenebras, & tortorum malleos, & horrendas dæmonum laruas, & facies.

*Simile.*

*Simile.*

*Mors qualem reddat hominem.*

*Rom. 5.*

*Matt. 7.*

*Mors horrenda.*

*Mors quā fętidū reddat corp⁹.*

*Mors ęterna quā sit horribilior.*

Denique eo stuporis anima mortua peruenit, vt apud eundem Prophetam dicat, absque peccato & innocens ego sum, propterea auertatur furor tuus à me. Qui tamen debitum huic procacitati responsum dominus præbet his verbis, ecce ego iudicio cōtendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui: abominatur enim Deus tantopere peccatum, vt Moyses in persona domini mandaret Hebræis vt destruerent ciuitates & domos, & familias idololatrarum, interficerent filios, coniuges, pecudes, & nil omnino sibi reseruarent ex tali præda. Dicetis vos, quid commeriti fuerant filij & pecora, vt ita interirent? sed quæram ego à vobis, quid illam domini sententiam aduersus primi parentis peccatū iustam facit, qua non is modo, sed tota eius posteritas ad finē vsque mundi perpetuo exilio & morte dānata sit? Hæc enim causa est, vt infinitæ grauitatis omnis eius offensio sit. Vide præterea quam districte præceperit Deus vt destruerentur idolorum templa, & quod nil ex liquefacto metallo etiam pauperibus tribueretur, & quamuis ante pedes ea inuenirent, nil acciperent, sed tanquam stercora reputarent. Vide preterea quam districtā punitionem fecerit Deus in exercitu illo Mac. ideo quod nōnulli aliqua à Deo Prohibita vsurpassent. Si igitur tam graue est peccatum ipsum, non poterit peccator Deum sequi quandiu in peccato decreuit perseuerare.

*Hie. 2.* *Hie. 2.* *Deut. 13.* *Deu. 7.* *Peccatum quomodo puniat Deus.*

E F G

*Deus nos vocat, & tamen ad eum nolumus accedere.*

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Deplorandum Sane est quod cum Deus nos vocet ad ineffabilia præmia, eum tamen non sequamur, & tamen dæmonem sequamur qui nos ad pænas vocat. Si aliquis in celsa quadam turre constitutus, videre posset omnes habitatores orbis, cerneretque eos maxima occupatione districtos in quærenda aqua qua possent sitim sedare, eligerentque sibi salsam aliquam & fętidam aquam, ex qua quanto magis biberent, tanto etiam magis sitirent, cum tamen potuissent fontes pellucidos & Chrystallinos sibi eligere, nonne hos miserrimos iudicares? & miseriores adhuc atque infeliciores, quod contentiones excitarent inter se ad istam aquam obtinendam fætidā? Idem plane faciūt, qui vt mundum, dęmonē, & carnē sequātur, inter se cōtēdunt: relicta enim humilitatis aqua dilucida, ambitionis fætidam aquam sibi eligunt, quæ non valet eorum sitim sedare, sed quanto magis ambiunt, tanto etiā magis sitis eorum augetur, & nihilominus tamen inter se digladiantur homines & contendunt, ut possint ad huiusmodi honores peruenire, ex quibus sæpe inuidiæ, detractiones, & interneciones multæ oriuntur.

*Vitia plures sequuntur, quam virtutes. Simile.* *Vitia malos non satiant.*

H

Et fontem

A Et fontem illum salutarem negligunt, ex quo quidem possent copiosissime sitim suam sedare. Etenim ipse dominus fons est saluberrimus, sicut etiam sacræ literæ passim testantur: præser timque saluator nos inuitat ad hunc bibendum potum cum ait per Isa. omnes sitientes venite ad aquas. Item apud Mat ait, venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis; item modo ait, *Si quis sitit, veniat ad me & bibat*, quibus verbis quid dulcius, quid amantius? Ardenter autem se dilexisse ostendit, quando tanto salutis nostrę desiderio flagrabat, vt diceret: baptismo habeo B baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Instante iam mortis hora, eodem permotus desiderio, proditori ait, quod facis, fac citius, quod videlicet passionis suæ tempus ob salutem nostram accelerari vehementer optaret. Perseueranter quidẽ se dilexisse, illa satis Ioan. verba indicant, cum ait, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et illa item quæ is per Prophetam multo ante prędixerat, in charitate perpetua dilexi te, ideo miserans attraxi te. In super Iudæis petentibus vt de Cruce descenderet, quo illum esse Dei filium crederent, assentiri noluit, quousque redemptionis opere perfe C cto dixit, consummatum est. Verum inter has diuini amoris laudes, illa nos vel maxime ad mutuam amoris vicem incitare debet, quod simpliciter, hoc est sine vllo suo emolumento ita dilexit, vt atrocissimum mortis supplicium non pro sua, sed pro salute nostra subire non recusauerit. Quisquis autem hanc diuinæ dilectionis gratiam pio affectu fuerit contemplatus, mirum erit si non totus præ stuporis & amoris magnitudine extra se quodammodo rapiatur. Quis autem satis explicare, queat, quã D longe ab hac charitatis simplicitate abhorreat mundus? Querebatur olim Deus per Prophetã cum dixit: quis ex vobis est qui claudat ostia, & incendat altari meo gratuito? & multo magis nunc queri posset, quis est qui gratuita beneficia hominibus tribuat, qui puram gratiam & misericordiam impendat, qui non aliquid dum benefacit aucupari intẽdat? denique quis modo puram, synceramque amicitiam, vel inter fratres deprehendat? Sibi quisque consulit, sibi prospicit, sua vtique commoda captat. Nemo seminat vbi se nihil frugis collecturum sperat, quia vbi totum hominem occupat cupiditas, nil sibi vendicat charitas. Quæ cum ita sint, vide obsecro quantum Christo debeamus, qui gratis nos ad se vocat dicens: *si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Cur ergo non accedimus ad ipsum, qui tam benigne nos recipiet? Quid enim desiderare poteris, quod non plenius & abun-

*Isa. 55.* *Mat. 11.* *Ioan. 7.* *Ludo. Gr.* *Luc. 11.* *Ioan. 13.* *Hie. 31.* *Ioan. 16.*

*Amor dei quibus cõsiderationibus excitanaus.*

*Mal. 1.* *Vide quomodo multi vtilitate allectiãtur.*

dantius in Deo reperias? Si sapientia delectaris, ipse est sapien- E
tissimus. Si pulchritudine, ipse filijs hominum speciosior est: si
potentia, & fortitudine, ipse est dominus fortis & potens. Si
gloria & diuitijs, in domo eius sunt diuitiæ, Psalm. gloria &
diuitiæ in domo eius. Si voluptate & delectatione: delectatio
nes eius vsque in finem in dextera eius. Si saturitate & abun-
dantia, inebriantur ab vbertate domus eius qui possident eum.
O summam tamen hominum stultitiam, & deplorandā cęcita-
tem, quam quidem dominus per Prophetam reprehendit di- F
cens: me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & ędificauerūt sibi
Cisternas dissipatas. Relinque igitur peccator, Cisternas istas
dissipatas, & Deum dilige, atque ad eum accede, qui te tam
salutari inuitat aqua. Si enim obiectum voluntatis est bonum,
ita vt nil diligere possis nisi bonum, vel quatenus ordinatur ad
bonum, qui fieri potest vt Deum non diligas, qui summe bo-
nus est, & actus purus bonitatis? Si propter speciem quandam
bonitatis, quam in creatura reperis, eam diligis, cum interim
mille imperfectionibus claudicet, cur obsecro te, eum à quo
bona cuncta procedunt, imo qui ipsa bonitas est, non diliges? G
Audi ergo quomodo hodierno die te ad se vocat dicens: siquis
sitit, veniat ad me &c.

*Psal 44.* *Psal.23.* *Psal.111.* *Psal.15.* *Psal.35.* *Hie.2.*

*Deū amem⁹ in quo sunt omnia bona.*

## APPENDIX.

*Nunquid iturus est ad docendas gentes?* Satis quidem id reipsa
experti sunt, quod iret ad dispersionem gentium: vt inde intel
ligamus quomodo nullus debeat sibi quicquam arroganter tri-
buere, sed potius in timore domini se custodire; vnde Pau. ait,
noli altum sapere, sed time: si enim Deus naturalibus ramis non
pepercit &c.

*Rom.11.*

*In nouissimo autem die.* Idest septimo, cum erat maxima cele H
britas, *clamabat dicens, siquis sitit &c.* Sed dices tu, quorsum ita
clamabat? Sane quia homines ad rem tanti momenti, surdas ex-
hibebant aures, nec volebāt ex tam salutari Christi doctrina pro
ficere, atque idcirco clamoribus opus erat. Si enim pater aliqs
filium haberet infirmum, cui medici pretiosissimam potionem
præscripsissent, in qua quidem pater vniuersa fere bona sua cō-
sumpsisset, & tamen filius nollet eam potionem accipere, sed po
tius semper dormiret, annon maximis vteretur pater clamori
bus, ad eum ex somno excitandum? annon filio diceret, vt
suæ salut diligenter prospiceret? Sic igitur cum Christus do-
minus pretiosissimos thesauros sanguinis sui insumpturus es-
set ad peccatores sanandos, idcirco magnis vtitur clamoribus,
vt eos

*Inuitat nos Deus ad gratiā*

*Simile.*

*negligim⁹ quæ ad salutē pertinent.*

A vt eos excitet, & attentos reddat, ad salutaria documenta sua tanquam pręstantissimam potionem ebibendam. Quam certe si negligimus, quantam putas in iudicio reddituri sumus rationem negligentiæ nostræ? Et præsertim quidem cum dicatur per Isa. Venite, emite absque argento, & absque vlla cōmutatione. *Is. 55.*

*FERIA SECVNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

B CONCIO QVARTA.

*Crudelis abominabilis.*



MISERVNT *principes & Pharisei ministros vt apprehenderent Iesum.* Ioan. 7. Satis quidē ex his verbis constat quā crudeles isti essent, qui ministros mitterēt vt apprehenderent Iesum. Crudelitas, ait Seneca, quędam rabies potius est, quam humano digna pectore: & qui ea vtuntur, in feram degenerasse videntur Idem etiam alibi ait, crudelitas nil aliud est quā feritas quædam animi in exigēdis pęnis. *Sen lib. 1. de Cle. ad Ne. c. 24. li. 2. de cle c. 4.*
C Multi quidē sunt, qui non contenti hominum occisione, mille crudelitatis & cruciatuum genera in eis exercent: nec est ista crudelitas modo, sed & feritas, in qua tamen delectantur. De crudelissimo quodam imperatore refert idem Sen. quod cum cuiusdam filium haberet in vinculis, & pater pro eo intercederet, is quidem imperator crudelitate sua vsque adeo debacchatus est, vt filium statim interfecerit, & ad eum coctum patrem inuitauerit, edereque de filij sui carne sub hac interminatione coegerit, quod ni id faceret, alium etiam filium, quē vnicum habebat, statim iuberet interfici DePriamo etiā scribit quod patrem quēdā compulerit, de sui filij dextra comedere, ne si secus faceret, filiū ei alterum interficeret. Cum cęnaret aliquando, inquit idem Sen. apud vędium quendam pollionem Augustus Cæsar, fregisset que vas quoddam Chrystallinum vnus ex seruis eius, in mortem statim eum abripi iussit Pollio, adeo ut muręnis eum deuorandum tradiderit in quadam piscina. Cæterum cum puer forte extortorum manibus aufugisset, & supplex ad Cæsaris pedes prouolueretur, eum rogauit vt saltē alio mortis genere plecteretur: quā crudelitatē cū Cæsar intellexisset, grauissime Pollionem reprehendit, & vasa oīa Chrystallina cōfringi iussit, & ex his repleri piscinā: dixitq; Pollioni se satis mirari nō posse ꝙ se præsente, tātū auderet facin'. Idē etiā Sen. de prædicto Pollione alibi ait, *Lib. 2. de ira. c. 33. Exēplum malum. Pria. Exemp. immane.* D *Exemp. tyranni. Sen. lib. 3. de ira c. 4*

ô hominem mille cruciatibus dignissimũ, tum quod tanta cru- E
l.1.ff.cle. delitate seruos suos murænis traderet, tũ etiã quod eo pastu de
c 19. lectaretur. Sed iam ad aliqua exempla ex sacris literis desump
ta accedamus. Siquidem adeo crudelis erat Holophernes, vt pas
sim deuastaret muros, interneciones faceret iniquas, furta tur
Iudith.2. pissima committeret, arbores & segetes cõbureret, adeo vt di-
Crudeles cat textus, quod cecidit timor illius super omnes inhabitantes
quã sint terram, & quod mittebant populi supplices ad eum legatos, itẽ
iniqui. tantus metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbiũ F
Iudith.2. habitatores exirent obuiam venienti, excipientes eum cum co-
ronis & lãpadibus, ducentes choros in tympanis & tibijs: nec i-
sta tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potue-
runt, nam & ciuitates eorum destruxit & lucos eorum excidit.
Iudith.13 Sed vide quo tandem redactus fuerit. Recordare præterea quã
2. Re. 4. tã crudelitatem excercuerint qui paralyticum Miphiboset occi
derunt, ea dumtaxat causa quod sibi viderentur hoc modo pla-
Crudeles cituri Dauidi. Attamen per Dauidem iuste puniti sunt morte,
quo redi- & eorum manus & pedes amputati sunt. Pharao quidem va-
gantur. rias vias inuenit, vt posset extinguere filios Israel, varijs eos la- G.
Exo.1. boribus afficiens, & filios eorum submergens: sed vide qualem
Iudicũ .6 habuerit exitum. Abimelech vt solus dominaretur, occidit sep
tuaginta fratres: sed tamen per manus mulieris mortuus est.
Post multa beneficia à Dauide percepta, Saul quærebat eum ad
1.Re. 12. mortem, & occasione ipsius occidit 85. sacerdotes: sed tamen ip
Iudicũ .1 se sibi postea mortem conciuit. Tyranni delectãtur in crudelita
4.Re.21. te nam 70. reges amputatis manuum & pedum sũmitatibus, fa
ciebat Adonibezech colligere sub mensa reliquias: sed tamen
simile supplicium ipse postea passus est. Manasses rex Iuda effu-
dit sanguinem innocentem, & impleuit Hierusalem cruore oc H
cisorum innocentium: & vide quantas postea sustinuerit af-
flictiones. Aman magis curabat crudeliter omnes Iudæos oc
Esth.3. cidere, quam quidem soli Mardochæo parcere. Sed vide quam
Dan.3. ignominiosa morte perijt. Nabuchodonosor fecit crudeliter
socios danielis mitti in fornacem: sed vide ad quantam reda-
ctus fuerit miseriam. Recordare etiam quam crudelia gesta nar
1.Ma.6. rentur de Antiocho: sed vide quomodo in miserabili morte di
ceret, propterea inuenerunt me mala ista &c. Herodes occidit
Mat 2 tot pueros, sed vide qualis fuerit eius mors, vt multi autores tra
Ios. l. 17. dunt. Iezabel fecit Eliam quæri ad mortem, & prophetas Baal
anti. c.8 illæsos esse volebat: sed tamen à canibus dilacerata est. Herodes
9. etiam à vermibus consumptus expirauit.

Et certe

A Et certe vt ait Epipha. animalia etsi fera, non propriam formã inuadunt, veluti leones, non alios leones, nisi esset vrgẽtissima forte fames, & vbi per longum tempus nil reperiunt, aut propter niuem, aut aliud simile: & nõ inuadit lupus lupum, nisi forte ad insaniam deueniat animal, & rabie percitum ignoret quod facit: si itaque lupus lupum non edit, propter eiusdem ordinis formam, cur obsecro homo in alterum hominem crudelis existit, & feris immanior est? certe proprias formas amplecti deberẽt B homines, ait Epipha. sed non ita faciebant isti pharisæi, quin potius Christum de suamet prouincia & natione, curant interficiendum, & ministros mittunt ad eum apprehendendum.

*3. Re. 19.*
*4. Re. 9.*
*Acto. 12.*
*Epi. here, 66. cótra Manu.*

*Pœnitentiam non differamus.*

*Adhuc modicum tẽpus vobiscum sum.* Cum tam breuis sit vita nostra, magnæ est dementiæ conuersionem ipsam differre, quin potius relicta veteri vitiosa vita, nouam cum virtute coniunctam inchoemus. Quod quidem nõ segniter, sed magna cum se C dulitate pręstare debemus: siquidem vt ait Eccles, languor prolixus grauat medicum, breuem autem languorem præscindit medicus. Considera quod quanto plus tardaueris, tanto maiorem difficultatem apud te experieris, nam & vitium potentius fit, cum altas defixerit radices, & tua etiam imbecillitas maior est sicut enim infirmitas corporea quanto diutius durat, tanto magis hominem debilitat, & morbus hominem magis vincit: ita de vitio existimare debes Vnde festinanter vitium curare debes. Hoc enim nobis insinuauit festinatio illa, quam dominus ab Aegyptiaca seruitute liberando populum suum, adhibuit. D Quin & lumbos præcingere, & baculos manibus tenere, & festinanter agnum edere, facile docebant, nil hac in recunctandum, vt Aegypti hoc est peccati fines relinquamus, & hostium sæuitiã fugiamus. Quid vero illud quod carnes agni eadem die comedẽdas præcepit, nihilque in posterum reseruandũ, nisi quod omnem à nobis moram protinus auertere voluit? Vnde Eccle. ne tardes inquit conuerti ad dominũ &c. Laudat merito Chry. celerem Niniuitarum pænitentiam, qui cum 40. dierum inducias ad eam accepissent, nil tamen in alterum diem distulerunt, sed vbi primum minantis prophetę vocem audierunt, protinus ieiunium, saccum & cinerem arripuerunt, vt cilicio & cinere impetrarent, quod purpura & auro perdiderant. Porro in eo quod Christus ait, ambulate dum lucem habetis, nobis innuit

*Conuersionem non differam⁹.*
*Eccle. 10.*
*Simile.*
*Multa incommoda sequuntur si conuersionem differamus.*
*Exo. 12.*
*Eccle. 5.*
*D. Chry.*
*Iona. 3.*

*Pænitentiam non differam'.* ne conuersionem differamus, sed quod dū lucē habemus, idest E
*Eccle. 21.* sanctā inspirationē, & lucē huius vitæ, idest quamdiu hæc vita
*4. Re. 4.* mortalis durat, cōuertamur ad dominū, & ambulemus de virtute in virtutem, ne tenebræ mortis nos cōprehēdant sēpiternæ. Vnde Eccle. ait, quasi à facie colubri fuge peccatū. Itē Elizeus cum puerum misit ad resuscitandū filium sunamitidis cum baculo suo, ei mandauit, vt magna cum festinatione properaret, adeo vt neminē etiā occurrentē salutaret. Sic etiā peccator circa cōuersionē suā segerere debet.

*Simile.* Nauis quidē antequam in mare mittatur, diligenter reparatur: & miles priusquam tuba insonet, se diligenter armis suis præparat. F

*Exē. Ale. Mag.* De Alexandro Magno prodiderunt historiæ, quod militem à se reiecerit, propterea quod cum tuba insonabat, tum demum arma sua præparabat.

*Iudic. 10.* Caue quæso ne tandem cū velis conuerti propter culpā tuam dicatur tibi quod scriptum est in li. Iudic. ite, & inuocate deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tēpore angustiæ. Hoc est vos

*Multa incommoda incurrim' quod pænitentiā differamus.* qui vitijs hactenus seruistis & ea tanquam deos quosdā coluistis, atq. præterea diuinis monitis meis restitistis, recedite hinc à me, & inuocate deos vestros, quorum tam diligentes cultores extitistis. Dicis tu, Deum quidem facilem esse ad misericordiæ suæ thesauros aperiendos, & quod in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius amplius non re- G

*Eze. 18.* cordabitur: fateor quidē hanc esse conditionem misericordis Dei: sed quid scis tu, an ipse cum viderit tantam tuam obstinationem in peccatis, & tantam pænitentiæ procrastinationem, velit huiuscemodi misericordiæ thesaurum tibi communicare? Nam in eos quidem qui parum in peccato perdurarunt, solet

*2. Re. 12.* etiam Deus se facilem eis exhibere, vt erga Dauidem & Petrū:

*Mat. 26.* at vero cum obduratis & obstinatis, longe secus se habere in-

*Exo. 14.* terdum solet vt videmus in Pharaone, & alijs huiusmodi, sic ig-

*Simile.* nis consumere facilius solet arida quam viridia ligna. Quare excita somnum istum tuum peccator, atque repelle: nam certe in H extrema mortis hora grauissimæ sunt angustiæ, quæ vndique coarctant miserum peccatorem, eo enim tempore vix quidquā præclarum in mentem venire patitur morbi corporei grauitas.

*Morsmagnas secum adfert solicitudines* Quin & pecuniæ cupiditas solicitat, & filiorum nimius amor, quos orphanos deserit, & considerat se protinus in cinerē conuertendū: angit etiā cum futuræ sortis cogitatio, & reddēdæ rationis periculum: quo tempore nil magis spem hominis labefactat & concutit, quam præteritorum criminum recordatio.

*1. Ma. 6.* Sane impijssimus ille Asiæ rex Anthiochus, in hoc mortis agone con

A ne constitutus, præteritorum criminũ memoria grauissime torquebatur: vnde ad amicos qui tunc illi aderant, aperte testatus est quantis in angustijs versaretur. Cæterum multos quidẽ illa persuasio fefellit, dicentes se bellissime quidẽ valere, & quod cõfecta iam ætate, atq. in extremo vitæ suæ tempore, pænitentiæ se tradent: inde se totos in omni vita libidinibus dediderunt, in delicijs & luxuria corda sua nutrierunt, & nullis vel minis, vel promissis, vel plagis, vel beneficijs, vel monitis, à scelerata vita reuocari vnquam voluerunt, sed in extremo vitæ actu ab ipsa iam pæne vita derelicti, pænitentiam incohandam pro-
B ponunt. Quid quæso magis præposterum videtur, quam eo tempore velle te nouam vitam inchoare, cum spatium viuendi nõ suppetit? Qui si longiora vitæ adhuc spatia haberes, diutius in iniquitate persisteres, sicut hactenus fecisti Hæc dicta esse velim, non vt quisquam cesset à pęnitentia facienda quocunque vitę suę tempore, est enim pænitentia ipsa ex se semper salutaris sed vt dormientes in vitiorum somno, & differentes conuersionem vitæ vsque ad extremam horam, excitem ad pænitentiam dum lucem habent, neque differant de die in diem sed sibi potius caueant, ne à tenebris sempiternis comprehendantur.

*Maxime errant qui pęnitẽtiã differunt.*

*Conuersionem differre vsq. ad extremum vitę quãtę sit dementię.*

C

*Conuertamur ad dominum, & mirum reddemus splendorem.*

*Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ.* Quasi diceret, qui legem meam seruauerit, & ad me conuersus fuerit, multis cumulabitur muneribus. Sed quærat aliquis fortasse, quo nam modo hoc tantũ opus efficiatur, vt homo qui hactenus peccati seruus, gehennę hæres, Dei hostis, diaboli mancipium erat, repente in Dei amicum & filium, regni-
D que cęlestis hæredem, & spiritus sancti sacrarium euadat: & qui vas erat cõtumelię, in vas honoris & glorię trãsferatur? Ad cuius rei intelligentiam, illud in primis statuendum est, homines qui à Deo recedentes, in peccatum lapsi sunt, in obscurissimis interni hominis tenebris & caligine versari, vt qui diuinę gratię lumẽ, quo spiritualia & diuina cernũtur, amiserint, vt enim Sãsõ cũ primũ in Philisteorũ manus incidit, luminib⁹ orbatus est, ita vbi primũ homo in potestatẽ antiqui hostis venit diuinæ gratię lumẽ amittit, atq. ita cæcus ad diuina contuenda relinquitur. Quam quidem rem notissimo Dauidis exemplo cõprobare licet: vni⁹ enĩ fere anni spatio cęc⁹ iacuit in peccato cũ ad eius tenebras discutiendas Nathan missus est: natus enim

*Lu. Gra.*
*Quæs.*
*Pænitentię admirabiles effectus.*
*Resp.*

*Simile.*
*Iudic. 16.*

*2. Re 12.*

iam er

iam erat infans ex adulterio susceptus, cuius mortem in nefa- E
rij criminis vltionem propheta fuit vaticinatus, vt hac ratione liqueat quanta sit peccantis cęcitas, quę sanctissimum alioqui virum tam diu mortifero somno sopitum tenuit, omnisq. spiritualis sensus expertē fecit, à quo nisi immensa Dei misericordia excitatus fuisset, euigilare nullo modo potuisset. Hoc igitur indicio in quam profundis tenebris & obscura nocte versentur qui peccati iugo premuntur, apertissime colligitur. Cum igitur hæc cæcitas mentis aditum omnem ad salutem præcludat, vbi dominus propter Christi merita, & misericordię suę viscera, aliquem à peccato ad iustitiam reuocare vult, has in primis tenebras ab anima pellit, lucemq. doctrinæ suæ profert, qua homo à Deo illuminatus aperte videat, quæ antea videre minime poterat. fingite animis viatorem aliquem nocte intempesta extra hospitium deprehensum, qui quo noctis intemperiē euadat, in specum aliquam ea nocte dormiturus ingrediatur, quæ tamen viperis & serpentibus plena sit, quas ipse tenebris impedientibus minime uideat. Hic igitur labore itineris fatigatus, somnum securus, vt sibi quidem videtur, carpet, at si quis forte media nocte illuc ingrediens, facem præferat, & tot serpētibus & viperis se vndique circumsessum videat, quo quæso timore concutietur? quo metu trepidabit? quo clamore persultabit? qua celeritate se in fugam pręcipitem dabit? si qua forte illi fugiendi aditus pateat, relictis etiam sarcinis quas gerebat. Indignum enim reputabit hac de causa vel ad momentum ibidem commorari. Talis igitur animus eorum est, qui diuino lumine illustrati, peccati veram & germanam faciem intuentur. An nō Eccle. hoc insinuauit dicens: quasi à facie colubri fuge peccatū? Qui igitur hoc cælesti lumine illustratus, à tot se viperis & serpentibus obsessum intuetur, quot scelera cōmisit, quo obsecro horrore concutietur? Quo dolore afficietur & pudore? Quo metu diuinæ vltionis iudicium formidabit? Si enim sanctus ille Iob. qui nullius grauioris criminis sibi conscius erat, propter leuia tamen & quotidiana peccata, sine quibus hæc vita non transigitur, adeo acriter diuini iudicij seueritatem formidabat, vt diceret, quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me? Quid is faciet, qui peccauit super numerum arenæ maris? Cum itaque aperit Deus oculos peccatoris, tum quidem impletur in eo illud Isa. in cubilibus in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami & iunci, & erit sibi semita & via sācta vocabitur. Si quis dicebat sanctus quidam, oculos haberet

*Peccatū quantū excæcet hominem.*

*Peccatum dimittere non valemus sine Dei auxilio.*

*Simile.*

*Si peccati deformitatem videremus, sane illud magis detestaremur*

F

G

H

*Eccle. 21.*

*Gratia quos in anima effectus imprimat.*

*Iob. 14.*

*Isa. 35.*

quibus

A quibus peccati deformitatem videre posset, essetque ex altera quidem parte peccatum, ex altera vero oceanus in ignem versus, præcipitem sese in hanc ignis abyssum daret, nec inde unquam emergeret, si peccato iterum subijciendus esset, usque adeo intolerabile peccati iugum reputabat. ó si hos nobis oculos dominus contulisset, quibus animæ deformitatem peccatis inquinatam cerneremus, tanto pudore afficeremur, ut cum dãnatis hominibus, montibus diceremus, cadite super nos. Cuius rei mirabile nobis exemplum præbet sanctus ille scriba Esdras, B qui non propter sua, sed propter populi sibi commissi crimina sic afflictus & pudefactus fuit, ut sciderit pallium & tunicam, & capitis sui capillos & barbam euulserit, sederitque tristis usque ad sacrificium vespertinum mærens: in sacrificio vero vespertino surgens de afflictione sua, scisso pallio & tunica, curuauit genua sua, & expandit manus suas ad dominum Deum dicens: Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te quoniam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrum.

*Luc. 23.*
*Peccati facies quam sit horribilis.*
*1. Esd. 9.*

Solet se benignissimus pater nobis accommodare, & morbis varijs adhibitis remedijs medicari. Quodquidẽ erga filios phrenesis morbo laborantes, pijs patribus contingere solet, quos C tum maxime miserãtur, cum maxime insanire vident. Hoc autẽ misericordiæ suæ specimen dominus exhibuit, cum Paulum aduersus se furentem, & minas atque cædes in discipulos domini spirantem, in cælum sustulit, & arcanorum diuinorum conscium vas electionis, & filij præconem fecit. Tunc etiã succurrit Deus habitatoribus Iabes Galaad, cum tyrannus postulabat dextros oculos illis erui. Sic igitur mirabilia auxilia Deus dat seruis suis in tempore opportuno: & idcirco ait, flumina de ventre eius fluent. At ne conuersus quisque, sanctum se iam esse credat, D ait Gregori. & quem mæroris pugna superare non valuit te ipsa postmodum securitas sternat, dispensante Deo permittitur, ut post conuersionem suam, tentationum stimulis fatigetur. Iã quidem per conuersionem rubrum mare transitum est, sed adhuc in eremo vitæ præsentis, ante faciem hostes occurrunt. Iã peccata præterita velut extinctos Aegyptios post tergum relinquimus, sed adhuc nocentia vitia, quasi alij hostes obuiam veniant, ut ad terram promissionis pergentibus, cæptum iter intercludant. Iam priores culpæ velut insequentes aduersarij, sola diuina virtute prostratæ sunt, sed tentationum stimuli quasi hostes alij, contra faciem veniunt, qui & cum nostro labore superentur. Conuersio videlicet securitatem parit, mater autem negligen

*Magna Dei misericordia.*
*Simile.*
*Acto. 6.*
*1. Re. 11.*
*D. Gre. l. 2. Mor. c. 12.*
*Tentationes sancti habent.*
*Exo. 14.*
*Securitatẽ in hac vita non habemus.*

Eccle.2. negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas: ne ergo ſecuritas negligentiam E generet, ſcriptum eſt: fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Hęc igitur quidem omnia cuiuſque animo infixa eſſe debẽt, & quidem alta mente repoſita, ne vel tardet quidem conuerti, vel poſt conuerſionem ſuam deſidia torpeat & ignauia, ſeque varijs tradat oblectationibus.

## APPENDIX.

*Si quis ſitit veniat ad me, & bibat.* Aqua quidem hæc quam F Chriſtus nobis daturus eſt, pretioſiſsima eſt, viua, indeficiens, & perennis: at vero mundi aqua deficit nos, cum maxime eam vellemus. Dat tibi mundus aquam ſuorum honorum, at vero tandem omnes iſti honores, pompæ, & faſtus mundani deficiunt, ſicut defecit aqua illa quam ferebat Agar in vaſe, quæ cum filio ſiti periſſet niſi angelus ipſi ſubueniſſet. Nec vero ſolum mundana aqua tandem deficit in morte, ſed ſæpe etiam in medio itinere nos deſerit, & multas ſecum adfert angustias. Sicut in illo patuit Balthaſaris regis caſu, item in G morte Amnon, qui ſororem ſuam oppreſſerat: item in interitu filiorum Iob cum verſarentur in conuiuio: item in deſiderio illo hebræorum, cum veſcerentur coturnicibus. Adhuc eſcę inquit, erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Vides igitur quomodo ſint deliciæ in hoc mundo. At vero diuinæ deliciæ & ſolatia, fauſta ſunt & immortalia. Vnde monet nos dicens: ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat.

*Mundanę deliciæ quæ cito euaneſcant.* *Gen.15.* *Dani.5.* *2.Re 13.* *Iob.1.* *Pſal.77.*

## FERIA TERTIA POST DOMINIC. IN PASSIONE. H

### CONCIO PRIMA

*Ambulabat Ieſus in Galilæã, nõ enim volebat in Iudæam ambulare quia quærebant eũ Iudæi interficere.* Ioan.7. Poſt hæc inquit, quæ facta dictaq. ſunt, vt in ſuperioribus patuit, ambulabat, id eſt cõuerſabatur in Galilæa, quod non vltro, nec libenter ait Cyril. ſed neceſſario factum oſtendit adiecta cauſa: idcirco enim inquit in Galilæa cum alienigenis longo tempore fuit, quia Iudæi quærebant eum vt interficerent. Magna quidem profecto hæc rurſum Iudæorum accuſatio eſt, quorum crudelitate fiebat vt apud alienigenas

*Cyr. in Io. li.4.c.13.*

A nigenas degeret. Quod futurum Hie. prædixit, dereliqui inquit, domum meam, dimisi hęreditatem meam, dedi animam meam dilectam in manu inimicorum eius. Isti erant gentiles. Magna igitur illorum fuit crudelitas, qua fiebat vt conuersari cum inimicis, quam cum suis viuere mallet, qui sane quoniam carne cõiunctus se cum erat, diligere ipsum debebant. Porro hæc profectio ad gentiles, olim figurata fuit, nam vitulum dominus offerri primum in figura Christi iussit. Deinde si vero inquit de peco- *Hie. 12.* *A malis se separat Deus.*
B ribus oblatio est, de agnis & hædis ad holocaustum masculum & absque macula offeret, ponetque manus super caput hostiæ, & immolabit ad latus altaris quod respicit ad aquilonem, coram domino. His verbis quidem, ad gẽtes mysterium Christi significabatur translatum iri: quod facile patebit, si templi situm prius, atque altaris dispositionem paulo fusius declarabimus. Sic enim apertum fiet quid sibi voluerit quod non recte, sed ad latus atque ad aquilonem oblatum pecus respiceret. Iudæorum igitur regio in australibus sita partibus est, templum autem quod Hierosolymis fuit orientem ita respiciebat, vt orientis solis radios statim admitteret. Altare quoque ipsum recte ingredienti faciẽ *Leu. 1.* *Fuga ad gentiles figurata.*
C offerebat: vnde alterum latus ad aquilonem, alterum ad austrum respiciebat. Hæc non alio modo se habuisse, Ex Ezech. visione comprobatur: & videbam inquit, & ecce viginti quinque viri, quorum terga ad domini templum, & isti adorant orientem solem. Qui ita adorat, faciem ad ortum vertit, & ita necesse est faciem & portas templi, ad orientem solem respicere. Hoc positionis modo altare quoque constitutum erat, quare tam templi quam altaris facies ad ortum, latera vero ad aquilonem alterũ, & alterum ad austrum, posterior pars ad ocasum respiciebat. Hæc cum ita se habuerint, Galilæa idest gentium regio, ita enim de i- *Ezech. 8.* *Synagogæ ruina figurata.*
D psa scribitur, ab aquilone Iudææ coniungitur. Quoniam igitur post passionẽ saluator noster, à Iudæa in Galilæam, idest ad Ecclesiam gentium transiturus erat, idcirco ad latus altaris quod aquilonem & Galilæam respiciebat, immolabatur. Quod etiam Psal. Cecinit, oculi enim eius inquit ad gentes respiciunt. Declinabat igitur Iudæam dominus, nõ quasi formidolosus, sed quoniam congruum crucis tempus non aderat. *Non enim volebat.* Non tamen timens, qui habet potestatem, ait Glo: int. Sed infirmis dat exemplum, ne eis obijciatur latibulum. *Isa. 9.* *Psal. 65.* *Glo. inte. in Ioan. 7*

*Quærebant eum Iudæi interficere.* Mali opportunum tempus quærũt & expectãt quo malitiã suã exerceãt. Ita impius Cain tẽpus opportunũ quęsiuit, quo fratrẽ suũ Abel interficeret: adeo vt eduxerit *Gene. 4.*

eduxerit eum in campum, vbi sine testibus nefarij delicti, necẽ E
Gen. 34. fratri inferret, vxor Puthipharis expectauit etiam tempus in
Mat. 26. quo castum Ioseph solum inueniret. Iudas etiam querebat op-
Mat. 4. portunitatem vt Iesum traderet. Dęmon autem cum videret Christum esurientem, tentatione gulæ eum aggressus est. Simili contra nos vtitur arte aduersari' iste quotidie. Cum enim videt nos saturos & bene pastos, de luxuria nos tentat. Si fame opprimimur, gula & impatientia nos vrget: cum prosperos florentesq conspicit, superbia & ambitione inuadit. filij quidem Iacob districtis gladijs irruerunt in sichimitas, quando grauissimus erat vulnerum dolor: ita dęmon cum virtus in nobis debilior & infirmior est, nos tentationibus suis perurget, nouit enim tempus operiri aptum ad tentandum. Vtinam boni sibi semper consulerent, quo minus occasionem amitterent boni faciendi. Sanctus quidem Abraham in ipso meridie pro foribus tabernaculi sedebat expectans an aliquis veniret peregrinus, cui cibum ministrare posset. Loth etiam nutritus in domo vna cum Abraham, ex eo didicerat, qui & vesperi hospites expectabat, quando iam itineris finem facere consueuerant. F

Tẽtator callidus dęmon. Gen. 34. Dęmon occasionẽ captat tentãdi. Gen. 18. Gen. 19.

*Quærebant eum Iudæi interficere.* Nil inuidia, nil liuore grauius ait Chry. per eam mors in mundum venit: nam cum hominem honorari diabolus conspexisset, eius boni impatiens, omnia molitus est vt eum perderet, semperque ex hac radice hunc fructũ erupisse videre licet. *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.* Vocabulum hoc scenophegia, græcum est, ait D. Tho. quasi dicas, erat tempus in quo comedebant in tabernaculis. Dominus enim mandauit filijs Israel, vt mense septimo per septem dies habitarent in tabernaculis, in memoriam quod 40. annis habitauerunt in tabernaculis in deserto, & hoc festũ celebrabant Iudæi *Dixerunt ad eum fratres eius.* Consanguinei virginis Mariæ, ait Aug. fratres domini dicebantur: erat enim consuetudo scripturarum, appellare fratres quoslibet cõsanguineos, & cognationis propinquos, & extra vsum nostrũ, non quo more loquimur nos: nam quis dicat fratrem auunculũ, germanũ sororis? scriptura tamen etiam huiusmodi cognationis fratres appellat: nam Abraham & Loth fratres sunt dicti cum esset Abraham patruus Loth: & Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset auũculus Laban Iacob. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, sic nec ante, nec post quẽquã virgo concepit. *Transi hinc & vade in Iudęam*, &c. Nondum verbum Dei, qui saluatoris fratres putabantur, in habitare in G H

Chry. in Io. ho. 47. to. 3. D. Tho. in Io. 7. le. 1. Aug. in Io. trac. 28 Gen. 13. Simile.

eo cog-

A eo cognoscentes, cõmuni opinione ferebantur, putantes à Ioseph ipsum natũ fuisse: miracula vero vidẽtes occultius ab eo in Galilæa fieri, ad inanem gloriã hortantur: quasi vero ad hoc ille signa faceret, vt laudem ab hominibus consequeretur. Cæterum hoc Hie. sermone ad Christum verso prædixit, fratres inquit etiam tui, & domus patris spreuerũt te &c. Multi quidem solent nobis ante os applaudere, qui tamen à tergo nos subsannant, & si videant calamitatibus oppressos, gaudio exiliunt. Ipsi quidem Aman omnes applaudebant cum gratiosus esset apud regem, at vbi odiosus regi esse cæpit, non defuerunt qui ipsi dicerent, de ligno quod parauerat Mardochæo. Cæterum sicut siquis morbo forte annis ve confectus, infirmo nitatur baculo, nunquam ei ita confidit, vt reuera toto corporis pondere in eum incumbat, ne fortasse oneris magnitudine cõfractus baculus, innitentẽ deludat & deijciat: ita quoniam aura popularis & fauores mũdani quouis harũdineo baculo fragiliores videntur, non debet quis toto pectore, & amore eisdem incũbere, ne vbi defecerint, ipse simul corruat. Et ita Christus vt nobis præberet exẽplũ, idcirco parui pendebat hãc inanẽ gloriã cõsanguineorũ. *Vt & discipuli tui videant*, Isti ex suo ingenio, domini ingeniũ metiri volebant, putantes quod sicut ipsi inani gloriæ dediti erant, sic etiam esset Christus, quibus merito respõdit, *Tempus meum nondum aduenit*. quale responsum nos etiã dare debemus, cũ instãt & vrgẽt cognati & amici, vt inani gloriæ incũbamus & ambitioni, tẽpus scilicet nostrũ nondũ aduenisse, hoc est, vere quidẽ dicitis gloriã esse quærẽdã, sed nõ hæc mũdana quęrẽda est, sed cælestis, quã vt cõsequamur, hæc cõtẽnenda est, vt sacræ literę nos docent, & sancti exẽplo suo. Nec enim nos Deus in hac mortali vita collocauit vt corpori tantũ indulgeremus, & oscitãter viueremus: sed vt laboribus patienter toleratis, gloriã sempiternã cõsequeremur. Gloriã enim huius mũdi quærere, est fructus immaturos velle decerpere: maturi autẽ tũc colligẽtur, cũ Christus electis suis felicitatẽ sempiternã impartietur. *Tẽpus meũ nõdũ aduenit* per septẽ dies festũ durabat, & tres primi potius in quadã iucunditate expectabãtur: & ita conueniens tẽpus nõ erat vt Christus illuc ascẽderet, sed potius cõuenientius tẽp' expectauit. Porro vt ait Chry. quamuis aspere Christo loquerentur fratres eius, & cum incredulitate, Christus tamen mansuete eis respondit, vt inde discamus mansuetudinẽ. Discite inquit à me quia mitis sum & humilis corde: & si quis nobis insultauerit, humiliemur:

Marginalia: *Hie. 12.* / *Adulatoribus non prębeamus aures.* / *Esth. 3.* / *Esth. 7.* / *Simile.* / B / *Fauores humani quã sint fallaces.* / *Autor.* / C / *Mali alios malos iudicant.* / *Exempla sanctorum imitemur.* / D / *Simile.* / *Chry. in Io. ho. 47. to. 3.* / *Mat. 11.*

siquis detraxerit, vicissim eum non mordeamus, ne pereamus. E
*Ira fera quądā bellua.* Etenim ira fera est vehemens & furibunda, atque idcirco vt eam reprimamus, dicamus, quid superbis terra & puluis? Nil certe turpius aspectu irati, nihil visu grauius: quodsi corporeus aspectus talis est, qualē fore putas animam? vt enim cænū si contrectetur, grauius olet, ita & anima cū perturbata est, & multis intus fluctibus agitata. Sed non possum inquis, inimicorū contumelias tolerare. Qua gratia? nam si vere accusaris, etiam coram compungi deberes, & gratiā eis habere: si falso, ride. Dixit pauperem, ride, dixit mendicum, ride, dixit degenerem vel stultum iam illum defle. Nam qui dicit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis: iniuria ergo affectus, in mētem veniat, quod illum supplicijū maneat, & non modo nulla in proximum ira fereris, sed deplorabis vicem eius: non enim febribus laboranti, neq. tumido quisquam irascitur, sed his morbis affecti, sui misericordiā & lachrimas mouēt: huiusmodi est irati animus, qui si in te prosiliet, tace, & opportunam ei plagam infligis. Si contumelia prosequeris, ignem excitabis, sed pusilli animi arguemur inquies, si tacebimus: imo tuam mirabuntur sapientiam. Quod si contra, contumeliose responderis, materiam dabis vt vera putentur quorum argueris. Quare diues si pauper appellatur, ridet? quia G falsum id nouit: itidem si nos iniurias ridebimus, magnū erit argumentum quod falso reprehendamur. Ad hæc quousq. hominum iudicia formidabimus? Quousq communē dominum despiciemus, & carni vacabimus? donec enim inter vos contentio est, & æmulatio, & seditiones, nonne carnales estis? fiamus igitur spiritales, & sæuissimam hanc belluā fræno cohibeamus. Inter iram & insaniam parum interesse videtur, & breuis quidam dæmon est ira, imo quam qui demonio vexatur, grauior: ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicijs innumeris spōte sua in profundū perditionis defertur, & etiam ante futuram H gehēnam pœnas dat: tumultu enim quodam & æstu intolerabili die noctuq. varijs cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præsenti supplicio & futuro liberemur, abiecto pænitus hoc affectu, omnes mansuetudinē induamus, vt & in hac vita & in regno cælorum, tandem animabus nostris requiem inueniamus. *Tempus nondum venit.* Quid est hoc? nondum venerat tempus Christi? quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? ait Aug. nonne Audimus Apos. dicentē, cū autē venit plenitudo tēporis, misit filium Deus suū? Si ergo in plenitudine tēporis missus est, quādo debuit miss' est, quādo oportuit venit

*Gen. 3.* *Simile.* *Mat. 5.* *Simile.* *Iracundis compatiamur.* *Simile.* *Iniurias facile condonemus.* *1. Cor. 3.* *Ira furor breuis.* *Mansuetudo quā sit potens.* *Augu. in Io. tra. 28. to. 29.* *Gal. 4.*

Quid er-

A Quid ergo est, tempus meum nondū venit? Intelligite fratres, quo animo illi loquebātur, quiquasi fratrē suū monere videbantur: dabant ei consilium consequēdæ gloriæ, veluti seculariter & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis & latitaret. Quod ergo ait dominus, tempus meum nōdū aduenit, illis respondit qui ei de gloria consilium dabant, tempus gloriæ meæ nondum venit, Quasi diceret, vos arrogantia vestra & ambitione, popularem hic quæritis gloriam, qua hora, quocunque tempore non expectantes maturum fructum, & maturam gloriam. *Malos cō sultores fugiamus. Augur.* *Chry. in Io. ho. 67.*

B *Tempus meum nondum venit.* Vide quam accommodate non dixit, ait Chrisos. qui estis vos qui mihi consulitis, & me docetis? Sed tempus meum nōdum venit. Hic & aliud quiddam videtur esse posse, significari fortasse quod eum tradere Iudæis consultabant, & ob hoc respondit, tempus meum nōdum aduenit, hoc est crucis et mortis. Quid ante tēpus vt moriar properatis? Rursus enim hinc iram vincere, et non indignari, etiāsi abiecti sint qui nobis consulāt, erudimur. Nā si nō credētiū, et iniquū et à charitate alienum consilium, æquo animo tulit, quam nos con sequemur veniam, qui terra sumus et puluis, cum consulentes *Patientiā Christi imitemur.* *Gen. 3.*

C iniquo ānimo ferimus, maxime si paulo abiectiores sint, tanquam indignum arbitrantes? *Tempus autem vestrum semper est paratum.* Habet hic quidē impius tēpus suū, sed bono etiā suū aduenict. Et certe quēadmodū si paupers alicuius hominis fili' elegāti quodā et splendido indumento ornatus procederet, videretque eum diuitis alicuius natus minus eleganter amictus, statimque ad patrem accederet dicens: nonne vides mi pater, quam vili ego vtar indumento, prætilio illius inopis hominis? an nō pater tūc subiungeret, tace fili, nōdū enī tēpus tuū venit? sed veniet tūc tandē quando amplissima à me tibi hæreditate, *Autor.* *Simile.* *Delectationes ad futurā vitā referamus.*

D patrimonioq. relicto, maxima cū iucūditate perfrueris, hic vero inopis hominis filius, fame tūc cōficietur, qui dūtaxat ad modicum quoddam tempus, eo indumento lætabitur, cum post patris obitum, extrema inopia cruciandus sit Ad eūdem sane modum quamuis impij hic florere videantur, et boni despici atq. cōtēni, attamen sortes tandē cōmutādæ sunt, et tempus bonorū succedere debet, quo in sēpiterna cōstituti felicitate, impios videbunt extrema affici infelicitate, atque miseria. *Delectationes mūdanę cito euanescūt.*

*Non potest mundus odisse vos.* Cur hoc dicitur, cum contra videatur accidere? Vt scilicet sæculi amatores, varijs quidem immergātur contētionibus, varijs implicētur odijs et dissidijs pro vario ipsorū palato, et denique pro meritis suis, varia

ab ipso mundo, cui tantopere seruiunt, sustineant tormenta. E
Cæterum quamuis hæc ita sese habeant, nihilominus tamen mundus eos nō habet exosos. Sed & his maxime delectatur hominibus, eosq. amat qui ambitioni seruiunt, qui diuitijs inhiāt qui honoribus suis mācipantur. Quodsi eos varijs exagitat tormētis, hoc quidē eo fit, quod alia nō habeat præmia mūdus, qui b' suos afficiat Hoc stipēdiū suorū militū, mutuis scilicet odijs & internecionibus, suos tādē cōficere & disperdere. Quā enim trāquillitatē & securitatē is tribuet, qui quantus, quātus est, totus turbulētissimus est & seditiosus? Quā mercedē dabit, qui veris diuitijs & opibus indiget? Quā salutē, qui pharmaca continet lethalia? Vulgatū certe illud est, nemo dat quod nō habet. siquidē Petrus pronunciauit, argentū & aurū nō est mihi, quod autē habeo, hoc tibi do. Mundus vero dicere poterit, quietē, solatiū, securitatē, nō possideo: quod autem habeo, hoc tibi do, nēpe pericula, odia, inimicitias, seditiones, interneciones. ô miserabilē & crudelē remuneratorē, qui tā exitiose suos remunera tur, eos inquā suos, qui nihil verētur incōsiderate & stulte pro mūdo patrimoniū profundere, atq. adeo vitā ipsā in discrimen vocare. *Vos ascendite ad diem festum hunc ego autem non ascendā* Apertissime, inquit Cyril modo nolle se vna cum Iudæis festū agere diē, & vmbras cū illis sequi, dominus affirmat: vt intelligam' iā aduenisse q̄ per Isa dixit, odi ac repuli festiuitates vestras, & si obtuleritis mihi holocaustomata & sacrificia nō accipiā Itē Samaritanæ dixit, mulier crede mihi, quia venit hora, quando neq. in mōte hoc, neq in Hierosolymis adorabitis patrem. Item postea ait, venit hora, & nunc est, quādo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Vos igitur, qui vmbris adhuc inhæretis, qui Iudaice affecti estis ascendite ad diē festum hunc per vmbras celebraturi: ego vero cui vmbræ iam cordi non sunt, non ascendo, quia per figuras celebrare iucundum non est. *Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilaa, vbi autem ascenderunt fratres eius, tunc ipse ascendit.* Quamquam dixit non ascensurum se in illum diē festū, quoniā tēpus suū nondū impletū erat, fratribusq. permiserit vt si uellēt ascenderēt, ascēdit tamen post eos, nec aliter dixit, nec aliter fecit, quomodo autem cuius in ore mēdaciū inuētum nō est, ista dixit? Certe quia nō ascēdit festū diē acturus sed admoniturus potius & ad vitam æternā, doctrina illos sua reuocatur' Dixisse vero ipsū q̄ nō ascēderet, et tamē ascendit, in lib, Exo.

*Mundani quā misere viuāt* (F)

Acto. 3.

*Mundus quibus suos præmijs afficiat.* (G)

*Cyril in Io. l. 4. c. 13*

*Ioan. 4.* (H)

*Cyri. vbi su. c. 36.*

*Isa. 53.*

A priscis temporibus figura significatum inuenies. Nam cũ Moyses in cacumine montis diutius moraretur legẽ à Deo expectãs cũq. vitulũ Dei pietate neglecta, hebræi colerent, nequitia hominum irritatus, perdere genus eorum minatus fuit, & tandem dixit ad Moysen, vade & ascende hinc tu et populus tuus, quẽ eduxisti de terra Aegypti, ad terrã quã iuraui Abrahæ dicẽs semini tuo dabo ipsã & mittam ante faciẽ tuã angelũ meũ Respõdit Moyses, nisi tu nobiscum venias non educes me hinc: & quomodo cognosci poterit, inuenisse me, ac populũ tuũ, apud te gratiã, nisi nobiscum veneris? Tunc dicit dominus ad Moy- *Exo. 32.* *Mutat Deus sententiam, si nos mutamus vitã.* *Exo. 33.*

B sen: & hoc verbum quod dixisti, faciam, inuenisti enim gratiam apud me: vides prius dictũ esse à Deo, propter peccata populi nõ ascẽsurum se cũ illis; sed angelũ quendã missurũ, propter Moysen autem postea, & patrum memoriam, venia data, cum illis se ipsum presentem fore promittit. Similiter igitur etiam hic, cum propter incredulitatem Iudæorum iturum se negauit, tamen propter sanctos paucos ascendit, non vt ad festum diem, sed vt salutarem illis doctrinam proponeret, nec angelo ad hoc ministerium vtitur, sed ipse salutaris doctrinæ minister fit *Non manifeste ascendit, sed quasi in oculto*. Non vacat in- *Intercedẽtes boni plurimum possunt apud Deũ.*

C quit Aug. quod latenter ascendit Christus ad diem festum, quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc ego quod dixi, in latibulo est, manifestetur ergo, tollatur velum, & appareat quod erat secretum, omnia quæ dicta sunt antiquo populo Iudæorum, in multiplici scriptura sanctę legis, quæ agerent, siue in sacrificijs siue in sacerdotijs, siue in diebus festis & omnino inquibuslibet rebus quibus Deum colebant, quæcũq illis dicta & præcepta sunt, vmbræ fuerunt futurorum. Quorum futurorum? quæ implentur in Christo. vnde dicit Apost. quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, id est in Christo impletæ sunt. De- *Aug. in Io. tra. 28. to. 9.* *2. Cor. 1.*

D inde dicit in alio loco, omnia in figura contingebãt illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Dixit & alibi, finis enim legis est Christus. *1. Cor. 10.* *Io. 10.*

*Quidam enim dicebant, quia bonus est, alij autem dicebant non, sed seducit turbas.* de omnibus seruis eius hoc dicitur modo, ait Aug. quicũq. eminuerit in aliqua gratia spirituali profectu, aliqui dicunt quia bonus est, alij quia non, sed seducit turbas. vnde hoc? quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo, ideo licet dicere hominibus per hyemẽ, mortua est ista arbor, verbi gratia arbor fici, arbor pyri, & huiusmodi pomorum, similis est enim aridæ. quãdiu hyems est nõ apparet, æstas probat, *Augu. in Io. tra. 28 & 29.* *Col. 3.* *Simile.*

iudiciũ probat: ęstas nostra reuelatio Christi est: Deus manife E
Psal. 49. ste veniet, Deus noster & nõ silebit, ignis ante ipsũ præcedet: iste ignis inflãmabit inimicos eius. Aridas arbores ignis cõprehẽdet, tũc enim aridæ apparebũt, quãdo eis dicetur: esuriui enĩ
Mat. 25. & nõ dedistis mihi mãducare, in alia vero parte hoc est dextera apparebit fæcũditas fructuũ, dignitasq. & foliorũ viriditas æternitas eis erit. *Sed seducit turbas.* dictum hoc est ad eorum solatiũ qui postea prædicãtes verbũ Dei, futuri erãt vt seductores, & veraces. Si enim seducere, decipere est, nec Christ' seductor, nec Apostoli eius, nec quisquã seductor debet esse Christianus: si autem seducere est aliũde aliquẽ ad aliud persuadẽdo ducere, quærendum est vnde, & quo? Si à malo ad bonum bonus seductor est: si à bono ad malum, malus seductor est. In hac ergo parte F qua seducuntur homines de malo ad bonum, vtinam omnes seductores & vocemur, & simus.

*Seducere quomodo possit accipi.*

*Seductores boni & mali.*

## *FERIA TERTIA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

## CONCIO SECVNDA.

*Homicida & crudeles quantum Deo displiceant.* G

*Ambulabat Iesus in Galilaam, non enim volebat in Iudeã ambulare, quia quęrebant eum Iudei interficere.* Ioan. 7. satis quidem ex Gen. constat quantum Deo displiceat homicidiũ: siquidẽ cum peccauit Adã, solum dixit Deus, maledicta terra in opere tuo, at vero cũ Cain interfecit Abel dixit, maledictus eris super terrã. Itẽ vide apud Abdiã quomodo filijs Esau minetur Deus, dicens: propter interfectionẽ, & iniquitatẽ in fratrẽ tuũ Iacob, operiet te confusio, & peribitis in æternum: vbi non dicit propter idololatriã, aut alia vitia. Maxima etiam admiratione dignũ est, quod in morte Chri H sti per tres tantum horas factæ fuerint tenebræ, & tamen in crudelitate illa quam Pharao exercebat super Israel, durarunt tenebræ per tres dies: vt inde intelligamus quantũ Deus sentiat crudelitatẽ in proximũ quãuis illud scelus esset atrocius cũ ipsũ crucifixerunt. Vide etiam quid scriptum sit in Iosue, circa homicidium etiam fortuitum: loquere filijs Israel, & dic eis separate vrbes fugitiuorũ, de quibus locutus sum ad vos per manũ Moysi, vt confugiat ad eas quicunq. animam percusserit nescius & possit euadere iram proximi qui vltor est sanguinis, cum ad vnam ha-

*Gen. 3.*

*Gen. 4.*

*Homicidiũ atrox scelus.*

*Abdia. 1.*

*Luc. 23.*

*Crudelitas erga proximũ quantum Deo displiceat.*

*Iosue. 20.*

A nã harum confugerit ciuitaté,stabitq. ante portã ciuitatis,& loquetur senioribus vrbis illius ea,quę se comprobent innocenté,sicq. suscipiẽt eũ,& dabunt ei locũ ad habitandũ:cũq. vltor sanguinis eum fuerit persecutus,nõ tradẽt in manus eius, quia ignorãs percussit proximũ suũ,neq. ante biduũ,triduũve, eius probatur inimicus,& habitabit in ciuitate illa donec moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore,tunc reuertetur homicida,& ingredietur ciuitatẽ, & domũ suã de qua fugerat. Si igitur ita punitur homicida casualis,quãto quæso grauiꝰ plectetur,qui de industria proximũ suũ interfecerit? Itẽ in Deut. ita habetur,hæc erit lex homicidæ fugientis,cuius vita seruanda est:qui percusserit proximum suum nesciẽs,& qui heri & nudius tertius,nullũ contra eũ odiũ habuisse comprobatur, sed abijsset cum eo simpliciter in syluam,ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manum ferrumq. elapsũ de manubrio,amicum eius percusserit & occiderit, hic ad vnã supradictarum vrbium confugiat, & viuet. Postea autem subiungit: si quis odio habens proximum suum insidiatus fuerit, fugeritq.ad vnam de supradictis vrbibus, mittant seniores ciuitatis illius,& arripient eum de loco refugij, tradentque in manu proximi cuius sanguis effusus est,& morietur: non misereberis eius,& auferes noxium sanguinem de Israel. Item quam graue sit homicidium constat ex illis verbis cum dicitur in Gene. vox sanguinis fratris tui clamat ad me: vbi in Hebræo habetur,vox sanguinum:siquidem homicida non vnum tantũ videtur interficere,sed omnes eos qui inde procederent: item videtur quodammodo eius coniugem interficere, quam viduã relinquit,& filios etiam quos facit orphanos.

Deut. 19.

Homicidę leges.

B Deut. 19.

Homicidarũ leges

C

Gen. 4.

Porro qui aliquem occidunt,sibi magis quam occiso nocere videntur, vt patuit etiam in Cain. nam præter alia, vt inquit Chry. Sunt quidem hi semper inquieti & timidi. Vide obsecro quid etiam dicat Conci. Ancy. Qui voluntarie inquit homicidiũ fecerint,ad pænitentiam quidem iugiter se submittãt, circa autem exitũ vitæ,communione digni habeãtur: eos vero qui non volũtarie sed casu homicidium fecerint,prior quidem regula,post septem annorum pænitentiam communioni sociauit secũdum gradus constitutos,hæc vero humanior definitio quinquẽnij tẽpꝰ tribuit,de quo vide etiã 50. dis. Et in Cõ. Aga. dicitur cẽsuimꝰ homicidas,& falsos testes à cõmunione Eccle. esse submouẽdos,nisi pænitentię satisfactione crimina admissa diluerint Item in Exo. dicitur,si quis per industriam occiderit

D Chry. in Gen. ho. 19 to. 1.

Cõ. Ancy.

50. dis eos vero qui.

Cõ pro. Aga. c. 27.

24.dis.ita proximum suum,& per insidias ab altari meo auelles eum vt E
q.Exo.21. moriatur:vt intelligas quod talibus non valebant ciuitates refu
Sen.l.17. gij Quin etiã Senec.loquens de homicidis & crudelibus, ita ha-
epis.104. bet:tẽpestas quidem minatur antequã surgat, crepant ædificia antequam corruant,prænuntiat fumus incendiũ,subita vero est ex homine pernicies,& eo diligentius tegitur,quo propius accedit,erras si istorum tibi qui occurrunt,vultibus credis,hominum effigies habent,animos ferarum,& multo peiores & sæuio
Ge.24. res:hæ namque fame & timore coguntur ad pugnam , non autem sic homo.Certe homicida reputandus est mortuus in anima & occisus,ideo Rebecca timens ne Esau occideret filiũ suũ F
1.Par.22. Iacob , dicebat:cur orbabor vtroq filio vno die ? videlicet vno in anima,& altero in corpore . Adeo Deo displicuit sanguinis humani effusio,vt Dauid qui sanguinem innoxium effuderat,noluerit Deus sibi ædificare templum,Quia Ioas feci occidi iniuste zachariam,grauiter fuit punitus à domino , quia diuina prouisione occisus fuit , neque in sepulchro regio est
2.Pa.24. sepultus.Item propheta Elias propter crudelitatem Ioram,di-
2.pa.21. xit ei ex parte Dei:hæc dicit dominus,quia non ambulasti in vi
Homicidas quomodo puniat Deus. js Iosaphat patris tui,& in vijs Asa regis Iuda , sed & fratres tuos meliores te occidisti,ecce dominus percutiet te plaga magna,cũ populo tuo & filijs,& vxoribus tuis,vniuersaq. substãtia G
Abdi.1. tua,tu autem ægrotabis pessimo languore vteri,donec egrediatur vitalia tua paulatim per singulos dies Quod si hæ solum essent pœnæ crudelium hominum adhuc tolerabiles viderentur: at vero per Abdiam dicitur , propter iniquitatem & propter interfectionem, operterit te confusio, & peribis in æternum.

*Multi consultores mali*

Consilia noxia dãt mali. *Transi hinc,& vade in Iudæam.* Vide obsecro quam mali consiliarij essẽt isti,qui Christũ vellent ire in Iudæã vbi volebant eũ interficere. Tales vtiq reperias hodie malos consiliarios multos H etiã interdũ cognatos & propinquos:sæpe enim videmus quod
Consilia mala non accipiam. cum aliquis vellet parcere iniurias sibi inflictas , statim aliqui cognati eum retrahunt à bono instituto : sed noli quæso hos tuos cognatos audire:quod dicant fores tibi eorũ reddi occlusas si id feceris Deus tibi cęlestẽ ianuam aperiet. Sane inter cæteras rationes quas Lac.adfert ad refellẽdã & cõuincẽdã i-
Lac. fir. de di. ins. dolatriã,illa vna est,quod ipsimet idolatræ reprehẽdãt aliqua facta praua suorũ deorum , in quibus nolũt eos imitari. Quę enim maior dementia esse potest,quam eos adorare, quorum facta reprehendas ? Sic ergo grauissima digni sunt isti cognati

repreben

reprehensione, propterea quod dissuadent condonationem in-
A iuriarum, & ita videntur quodammodo id in Deo reprehẽdere.
Vident enim quod Christus dominus dicat, pater ignosce illis
&c. Item post resurrectionem dicebat discipulis: sic oportebat *Luc. 23.*
pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicare
in nomine eius pęnitentiam in remissionem peccatorum. Et ta- *Luc. 24.*
men tu dissuades remissionem peccatorum cognato tuo. Sane
præclarissimum est opus misericordiæ, salutaria proximo suo
dare consilia, & cęlestem viam ei commonstrare. Et tamen vix iã *Insignis est*
reperias qui facere audeat, & præsertim si viderit se ea cau- *virtus sa-*
B sa molestiam aliquã exhibiturum alicui illustri viro. Nõ ita qui- *lutaria da*
dem se gerebant Ægyptij licet barbari, cum Pharaone, quin po *re consilia.*
tius dixerunt ei, vsquequo patimur hoc scandalum? Dimitte ho
mines vt sacrificent domino Deo suo: nonne vides quod perie
rit Ægyptus? Sic etiam plurimum proderat societas sancti Sa- *Exo. 10.*
muelis, ipsi regi Saul. Sed multos videas qui ne molesti videan-
tur, non audent etiam in opportunitate vtiliter reprehendere, *Non eru-*
vel aliquid pręclarum facere: sicut Pilatus cum audiuit, si hunc *bescamus*
dimittis non es amicus Cæsaris, non est ausus pręclarum illud *opportune*
factum aggredi dimittendo Christũ illęsũ. O quanto vberiores *mala re-*
referremus virtutũ progessus, si alijs alios animaremus ad ea quæ *prehende-*
C salutaria sunt! ô quantum nocent sæpe multi imprudentes suis *re.*
prauis consilijs! videas multos imprudentes viros non erubesce-
re dissuadere alicui, vt religionem ingrediatur, vel vt inde egre
diatur si ibi fuerit. Quo consilio quid pestilentius excogitari *1. Reg. 15.*
potest? adeo vt aliqui doctores dicant, talem consiliarium qui cũ *Ioan. 19.*
effectu id operatur, teneri ad similem religionem. Multos præ-
terea videas in peccato perseuerantes, quod non habeant aliquẽ *Salutaria*
consiliarium, qui ipsis bene consulat: & ita seruos Dei bene cõ *consilia a-*
sulentes plurimi facere debemus in ciuitatibus. Vide enim quo- *lij alijs ex*
D modo solus Ionas totam Niniuem conuerterit. Fateor quidem *hibeamus.*
multos reperiri qui salutaria respuant consilia, & ea moleste ac
cipiant, dicentes quod satis abundant consilio. Sed tamen isti *Vide Ric.*
non audiunt quid Sap. moneat, cum ait: ne innitaris prudentiæ *quo. 3. &*
tuæ. Item ne sis sapiens apud temetipsum. Et eccl. si. inquit, fili *sco. in 4.*
mi, sine consilio nil facias, & post factum non pœnitebis. Qua *d. 15. q. 3.*
re accede ad viros doctos & qui timoratam habeant conscientiã *Iona 3.*
vt te instruant; nam ad horum lucem tanquam ad lucem sine fu- *Pro. 3.*
mo & vndique perspicuam, optime leges & disces quę ad vitæ *Eccle. 32.*
instructionem erunt necessaria. Est certe tam atrox crimen eius *Simile*
qui noxia dat consilia lingua sua, vt dicant doctores, quod

quamuis peccauerint grauissime qui Christũ proprijs manibus E
crucifixerunt nihilominus tamen plus peccauerint scribæ & Pha
*Consilium* risæi lingua sua eum ad Pilatum deferentes. Vnde Christus dice
*dare prauum* bat, qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Et Pilatus di-
*quam* cebat, gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Vide ob-
*graue sit* secro quantum Deus contra illos principes qui prauum dabant
*scelus.* exemplum populo fuerit indignatus, adeo vt diceret Moysi:
*Ioan. 9.* tolle cunctos principes populi, & suspendes eos contra solem
*Ioan. 18.* in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Item ait, hostes
vos sentient Madianitæ, & percutite eos, quia ipsi hostiliter ege F
runt cõtra vos, & deceperunt insidijs per idolum. Hæc autem pu
*Num. 25.* nitio sumpta de Madianitis, qui ipsos ad idololatriam induxe-
rant, tanta fuit, vt omnes gladio delerent, præter puellas, & to
*Num. 31.* tam prouinciam deuastarent. Porro in cõsilijs ipsis magna adhi-
*Cõsiliarij* benda est cautio tum ex parte dantis, tum ex parte accipientis, ne
*praui quo* aliquis in anima infirmetur, siue dando, siue accipiendo cõsilia.
*redigãtur* Vnde preclare Lau. Iusti. ait, optime quidem opitulatur ad cõ-
*Lau. Iust.* sequendum discretionis lumen, interdum collationem habere
*lib. de vi.* cum patribus, atque maiorũ subesse iudicio, eorũ videlicet qui
*soli. ca. 16* pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ bo- G
ni & mali: non enim omnes ætate longæui, aut confecti absti-
nentia, ad præbendum consilium idonei sunt: senectus vene-
rabilis est, non diuturna, neque annorum computata numero:
cani quippe sunt sensus hominis, & ętas senectutis, vita imma-
*Sap. 4.* culata. Illorum igitur adhære consilijs, eorumque imitare pru-
*Consiliarios* dentiam, qui propria edocti experientia, secum cooperante gra
*quomodo* tia, iudicare valent quæ sit voluntas Dei, dæmonumque falla-
*seligamus.* cia. Ambro. Præterea libr. de salutaribus docu. inquit, elige ti-
bi consiliarios bonos Deum timentes, & veritatem amantes: sæ H
*Ambr. li.* pe enim adulatores blanda facie decipiunt animas audientium
*de salu.* se, & perpetuę mortis laqueis interimunt. Vnusquisque amic⁹
*docu. c. 16* ad ædificationem, & non ad destructionẽ placeat proximo suo,
quia non omnis amicus consiliarius esse poterit, dicente scriptu
*Amb. li.* ra, amici tibi sint multi, consiliarius autem vnus. Et alibi in-
*2. offi. c. 12* quit Ambros. aduertamus etiam quod in acquirendis consilijs
plurimum valeat vitę probitas, virtutum prærogatiua, beneuo-
lentiæ vsus, frugalitatis gratia. Et modum subiungit: quis e-
*Amb. vbi* nim in cœno fontem requirat? Quis e turbida aqua potum petat?
*suprac. 17* vbi luxuria est? vbi intemperantia? vbi vitiorum confusio? quis
inde sibi aliquid hauriendum existimet? Idem etiam ait, talis ita
que esse debet qui alteri consilium dat, vt seipsum formam det

atque ex m

A atque exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, vt sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium vtile, vita honesta, sententia decora. Talis erat Pau. qui consilium dabat virginibus, magisterium sacerdotibus, vt primum seipsum formam nobis praeberet ad imitandum. Talis igitur esse debet consiliarius, qui nil nebulosum habeat, nil fallax, nil simulatum. Quodsi haec omnia seruaueris in dādis consilijs tuis indigentibus, proculdubio diuina intercedente gratia, vberrimos virtutum reportabis progressus. Longe igitur aliter se gerebant isti cognati Christi qui ipsi consilium dabant Est quidē cor hominis instar foculi alicuius mensarij, siue thuribuli prunis conferti, paratique ad recipiendum quidquid in illud conieceris: si pastillos aromaticos conieceris, tota domus odore implebitur suaui: si autem sulphur immiseris, vel aliquid aliud tetri odoris, tota domus etiam teterrimo odore inficietur: ita plane si in alicuius mentem salutaria consilia indideris, si fontem ei aperueris veritatis & probitatis, efficies profecto vt ex eius corde, odoris suauissimi fragrantia producatur: sin autem illum deprauatis consilijs contaminaueris, si impietates, vitia, & caeteras labes in eius consilium adhibueris, eris causa certe intolerabilis faetoris, egredieturque ex eius corde faetidus quidā fumus, qui non solum animum, sed etiam vniuersam domum & familiā atque adeo rēpub. non sine magna pernicie peruadat. Vide igitur quanta sit in consilijs differentia, & attende quaenam accipias consilia, & à quibus. Duo quidem illi viri de quibus mētionem facit Ezechi. quorum vnus Iezonias, & alter Pheltia, graues quidē erant & docti, & in lectione legis domini plurimū versati, sed nihilominus pestifera consilia alijs dabant. Etenim ex pharmacopolio vbi salutaria reddūtur pharmaca, promitur etiā aliquādo lethale venenum, sic ex hominibus alioqui eruditis, pestiferum interdum & noxium promitur consilium. Vnde Eccle. ait, cum extraneis consilium ne habeas, idest ab hominibus à virtute alienis, non capias cōsilium. Item alibi ait, à malo consiliario serua animam tuā. Ille te recto consilio erudiet, qui animam tuam diliget, & eius salutem optabit. Vnde Greg. inquit, nullus fidelior tibi ad consiliū esse potest, quā qui nō tua, sed te diligit.

*1. Cor. 7.*

*Consiliarius qualis esse debeat.*

*Simile.*

*Consiliarius optimus quantum cōducat, & malus quantū noceat.*

*Ezech. 11.*

*Simile.*

*Eccle. 8.*

*Ecclesi. 37*

*Grego.*

Consilium malum aliquando dant subditi principibus & praelatis vt eos ruere faciant in scandalum & in malum, sic populus Israel male consuluit Aaron: vt faceret eis vitulum aureum quem adorauerunt, quibus Aaron statim credidit & scandalum incurrit.

*Exo. 32.*

*Laudare*

*Laudare & iactare seipsum quam sit turpe.* E

NEmo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse &c. Satis certe isti declarabant quam amici essent propriæ æstimationis & laudis, & ita cæteros sui similes iudicabant. At vero vt nos beatitudinem quę vere laude digna est consequamur, non debemus propriam quęrere æstimationem, sed Christi humilitatem imitari. Vnde Dauid dicebat, beati qui habitãt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hic igitur nos in humilitate exerceamus, vt illuc tandem proficiscamur: etenim qui proprię ęstimationi & laudi hic assuetus est, quomodo illuc tendet vbi tam differens est locutio, & nulla est F iactantia, & uana ostentatio? O nos miserabiles quicum ad cælum tendamus, nihilominus tamen negotia tantum terrena tractamus! Et certe mirum est quod si actionem aliquam habiturus sis ante aliquos vel ad horam dumtaxat, te quidem prius intra priuatos parietes exercere soles, & tamen cum debeas in cælo semper Deum laudare, hic nolis iam eius laudibus teipsum assuefacere. Periculosa quidem est sui iactantia, quandoquidem amor proprius nos in mala multa præcipitat Vnde Sap. ait, laudet te alienus, & non os tuũ. Hinc fit vt viri sancti se semper humilient, etsi quid boni habent, illud Deo ascribant. Vnde Ioseph dixit Pharaoni, absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Et Isa. ait, omnia opera nostra operatus est in nobis dominus. Alij igitur potius prædicent opera nostra quam nos, & aliorum iudicio hanc laudem permittamus, vel quod præstabilius est, Deo omnia bona nostra ascribamus. Sic cæteri notitiã habebant quod Moysi facies resplenderet, cum tamen ipse id videretur ignorare. Malorum quidem conditio est vt non solum laudem affectent veram ex aliquibus bonis operibus quę fortasse fecerunt, sed etiam & falsam sibi ascribi velint: vnde fit vt nec veritatem audire velint. Hinc Achab dicebat de Michęa, ego odi eum, quia non Prophetat mihi bonum, sed malum. Iam fere totus mundus est idcirco in tenebris tanquam Ægyptij, & in diuersitate linguę tanquam Babylonia. Vnde Psal. Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutę sunt veritates à filijs hominum, vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Sane qui laudat quod malum est, imitar illius esse videtur qui spinas irrigat vt crescant: non igitur ad virum bonum id pertinet. Vnde de Iuda illo Machabęo potius dicitur, quod perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel. Vnde ad Noe dixit dominus & ad liberos eius,

G H

*Ambitio detestabilis.*

*Psal.* 83. *iactabundi quanto in periculo versentur.*

Pro. 27. *Gen.* 41. *Isa.* 26.

*Exo.* 34.

3. *Reg.* 22.

*Exod.* 10. *Gen.* 11. *Psal.* 11.

*Simile.*

1. *Ma.* 3.

*Gen.* 9.

A eius, terror vester & timor sit super cuncta animalia terræ: non dixit super homines, nam his qui viuunt sicut homines, nõ est quod incutiatur terror: sed qui viuunt more belluino. Porro Ambro. ait, quod magis ægrefert iustus cum laudatur, quã malus cũ vituperatur. Qui enim assuetus est per planitiẽ iter facere, ægrefert quidem cum montes debet peragrare: sic ergo vir humilis & pius cum sit assuetus itineri humilitatis, maxime fugit laudes humanas: superbus vero talibus laudibus vanis maxime pascitur, sed tamen vide quid ipsi accidat: de Herode enim legi- *Ambrosi.* *Simile.* *Humiles nolunt audire propriam laudem.*
B mus in Actis Apost. quod hac quidem inani laude delectaretur, & diuinos sibi arrogaret honores, qui tamen seuerissime fuit à Deo punitus, & tamen non fuit punitus simulatque Iacobum interfecit, vel etiam Petrum comprehendi iussit: vt inde intelligamus quantum Deo displiceant illi qui tales sibi honores arrogant sua quidem iactantia intolerabili & vana ostentatione, atque sibi quod Deo tribuendum est, fallaciter atque inaniter, & illicite vsurpant. *Acto. 12.* *Acto. 12.*

## APPENDIX.

C

*Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.* Vide obsecro quomodo confusis istis hominibus videretur Christus non satis se ipsum declarare, sed potius confuse viuere, & ideo dicebant vt se manifestaret, quasi dicentes illud Eliæ, vsquequo claudicas in duas partes? non possumus intelligere vtrum legem Moysi sequaris, an vero aliquam aliam? Atque ita quales ipsi erant, talem Christum iudicabant quidem, volentes mundo & Deo simul ser- *Inuidia homines multos excæcat.*
D uire Sicut etiam multos his similes videas hoc tẽpore. Respuamus igitur mundanas delicias & mundi obsequia, ita vt omnes videant nos vere & ex animo Deo seruire. Sunt enim aliqui qui alterum pedem in Dei obsequio, & alterum in mundi obsequio ponere volunt, atque distinctas & cõtrarias volunt obseruare leges. Quare potius Mathathiam imitemur: qui suo præclaro exemplo multos retraxit ab idololatria, ad quam impius Antiochus ipsos compellere volebat. Vnde publice ait, omnes qui zelum habent legis, exeant post me, & fugit ipse & filij eius in mõtem, & reliquerunt quęcunque habebant in ciuitate. Et vide *3. Reg. 18.* *Deo ex animo seruiamus.* *Peccatum velis & remus fugiamus.*
E quid inde secutum sit: nam inquit textus, quod tunc descenderunt multi quęrentes iudicium & iustitiam in desertum. Atque ita tantum hic zelus placuit Deo, vt multa ei contulerit beneficia. Sic etiam Dauid dicebat, loquebar de testimonijs tuis in *1. Ma. 2.*

conspectu

conspectu regum, & non confundebar. Item Pau. dicebat, non erubesco Euangelium. Videas enim aliquos qui erubescũt bene operari propter Deum, nec attendunt quid Christus dicat: qui me erubuerit coram hominibus, erubescet eum pater meus. Qui vere & ex animo Deo non seruiunt, sed mundo etiam placere volunt, erubescunt iniurias cõdonare & similia præstare opera quæ lex Christi pręcipit: at vero qui Deo vere seruiunt, gaudẽt quod etiam à mundo contemnantur, & pro nihilo habeantur. E

*Rom. 1.* *Luc. 9.* *Mundani se iactant* *Serui Dei humiles*

## FERIA TERTIA POST DOMINIC. IN PASSIONE.

## CONCIO TERTIA.

F

*Boni non timent ipsos malos.*



AMBVLABAT *Iesus in Galilæam.* Ioan. 7. Non equidem idcirco ambulabat per Galilæã, quod ipsos Pharisæos timeret, sed vt nobis exemplum daret: tum etiam vt intelligant boni quod non debeant etiam malos timere. Vnde dixit Deus Ezech. ne timeas Hebręos, quoniã subuersores sunt & scorpiones. Acsi diceret, si virtute ornati essent, si essent fide muniti, & charitate roborati, essent absque dubio timendi: sed tamen cum apud eos lex diuina nihil valeat, judicia iaceant, vera religio occulerit, noli eos timere. Plus potest vnus virtute munitus, quam multi virtute nudati. Elisæus obsessus à Syris, puero suo innumerabiles hostium copias aspicienti, & metu laboranti, ait: noli timere, plures enim nobiscũ sunt quam cum illis, & vidit puer exercitum angelorum opem ferentem Elisęo, & fuerunt Syri cęcitate percussi, & regi traditi in Samaria. Volebat impius Saul, pium interficere Dauidem, & ait scriptura, timuit Saul Dauidem eo quod esset dominus cũ eo. Rex quidem erat Saul, & multis militibus stipatus, & tamẽ pauperem Dauidem, exulem & derelictũ pauebat, cum esset Dauid virtute præditus. Magnas profecto vires virtus habet, adeo vt infringat potentiam malorum contra bonos armatam. Sed dices, impius poterit mihi detrahere, & notam ignominiæ mihi inurere, cur igitur eum non timebo? Sed non intelligis obsecro, quod id sit gloriosum, videlicet ab impijs vituperari? eorũ quidem de te detractio, est vitæ tuę approbatio. Tunc ostendes te esse iustitia insignem, cum illis displiceas qui Deo non placent. Quod intelligens Dauid dicebat: qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Antisthenes quidem insignis Philosophus, cum aliquando ab improbis & sceleratis efferretur laudibus, dixit vt Dio. La. refert: ô me miserum

*occasiones quomodo cauendæ.* *Ezech. 2.* *Malos nõ timeamus* G *4. Reg. 6.* *1. Reg. 18.* *Mali solẽt timere interdum bonos.* H *Psal. 37.* *Antis.* *Dio. laer.* b

A ferum, metuo ne incrimen aliquod inciderim. Et alibi dicenti cuipiam, multi te laudant, quid inquit mali feci? sentiebat illustris Philosophus opinionem impiorum hominum solere esse laudatricem vitiorum, & virtutum obiurgatricem. Hoc intuebatur animo Senec. cum diceret, argumentum est recti viri, malis displicere. Et latinæ eloquentiæ parens Cicero: ea inquit est profecto iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. Cum igitur facinorosi & sceleribus contaminati, nil valeant apud Deum, non est quod eos metuas. Neque potest malus bonum decipere, nisi ipse se decipi patiatur. Vnde Petrus inquit, quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed etsi quid patimini propter iustitiam, beati. Quin etsi aliquis se solum videret iustum inter prauos, deberet semper constanti animo in domino confidere, & dicere cum Propheta, domine memorabor iustitiæ tuæ solius: introibo in potentias domini, considerabo choros angelorum & sanctorum qui in hoc mundo etiam vixerunt inter malos, & de ipsis triumpharunt. Nõ debet bonus pauere ipsos malos, præsertim cum videat, quid de ipsis dicat Deus per Isa. væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Nõ ergo timeat bonus, quandoquidem omnia opprobria mali vertet illi Deus in bonum: vnde Pau. ait, quod diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum. Quid quæso nocebit tibi bono maledictio mali, cum præsertim ipsi bono Deus benedixerit? Vnde Balaam dixit regi Balaac, quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Vnde regius vates ait: maledicant, & tu benedices. Sed quid nocebit maledictio impij, ipsi viro probo? cum dicat Deus per Zachar. de bonis: ero murus igneus in circuitu eorum. Causam porro cur tantopere Deus bonis faueat, videtur insinuasse Propheta ille Balaã, cum ait: non est idolum in Iacob, neque videtur simulachrum in Israel. Quasi diceret Deus: mei quidem serui, non seruiunt idolis & vanitatibus, idest non se vlciscuntur, non inhiant diuitijs, non ambiunt honores.

*Laudari a malis ignominiosum est. Cice. a bonis laudari gloriosum. 1. Pe. 3. Psal. 70. Isa. 1. Rom. 8. Num. 23. Psal. 108. Zac. 2. Num. 23.*

Porro vir improbus nunquam subuertet probum virũ, si ipse sibi diligenter attendere velit: atque ita curet vt tanquam sol cũ illuminet exẽplo suo. Siquidem sol quocunque discurrit, omnia illuminat, & bonis planetis quibus sociatur fauet, malos autem mitigat: sic igitur se gerat vir pius & virtutis studiosus. Vnde Eccl. ait homo iustus in sapientia manet sicut sol: quasi dicat, bonos animare solet, malos vero corrigere in spiritu lenitatis, vt ait Pau. Vnde Christus de bonis loquens, ait: vos estis lux mũdi,

*Simile. Exemplũ bonum vbique demus. Ecclesi. 27 Gal. 6.*

Item

Item senec ait, amici vitia si feras, facis tua. Quod si ad vitia cor E
Mat 5. rigenda omnes opportune tenentur, multo magis viri Ecclesiastici, prædicatores, prælati, confessores. Vnde Deus ait Ezech. fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore
Senec. meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impiũ &c Item apud Isa. dicitur, omnes bestiæ agri venite ad deuoran
Ezech. 3. dum: & subiungens causam ait: speculatores sunt cęci Apostolus
Qui prę- etiam non erat contentus vt in publico tantum prędicaret, quin
sertim ad potius etiam in priuatis domibus salutarẽ tradebat doctrinam. F
corrigendũ Vnde ait, vos scitis à prima die qua ingressus in Asiam, qualiter
teneantur vobiscum fuerim per omne tempus, seruiens domino cũ om-
Isa. 56. ni humilitate & lachrymis. Item ad Timo. scribens inquit: præ-
Act. 20 dica verbum, insta opportune, importune &c. Merito igitur
Tim. 4. Isa reddens causam cur vocet belluas ad deuorandos illos, ait, quia sunt canes mũti, non valentes latrare. Vide etiam quam
Isa. 56. feruidus prædicator fuerit Hier. qui etiam pro veritate prędicã
Hier. 43. da lapidibus obrutus est. Paulus etiã ita sibi auditores suos prę-dicatione deuinciebat, vt diceret, oculos etiam vestros eruisse-tis si liceret, & mihi dedissetis. Sed non tali animo affecti erãt ad G
Gal. 4 Christum hi Pharisæi, quin potius eum interficere volebant. Nõ tamen propterea desinebat Christus eos sua doctrina illustrare, tanquam sol in medijs tenebris, & tempus opportunum patiendi expectabat.

*Tempus bene impendamus.*

*Tempus pretiosum* TEmpus meum nondum aduenit, tempus autem vestrũm semper est paratum. Pretiosissimus equidem thesaurus est tempus ipsum, & idcirco bene est impendendum Si enim annos quos hic
Psal. 52. traducimus, non bene impendimus in diuinis obsequijs, quamuis multi illi sint, parui tamen sunt reputandi. De seruis tamen H
Gen. 5. Dei dicit Psal. dies pleni inuenientur in eis. Vnde fit vt cum anni Mathusalem, Noe, & Abraham numerentur, non tamen nu
1. Tim. 5. merantur anni Cain, Ismaelis, Esau, & Absalõ, vt intelligamus
1. Reg. 6. quod potius horum anni erant mortuorum quam viuorum. Vn
Acto 13. de Pau. vidua quæ in delicijs viuit, viuens mortua est. Item de
Male vi- saul legitur qood regnauerit duobus annis, cum tamen regnas-
uere potiꝰ set 40. annos, vt constat etiam ex Ac. Apostol. quod ideo dici-
est mori tur, quoniam illis duobus annis tantum bene regnauit. Vnde
quam vi- colligas quam parum conducat alicui quod vixerit in religione,
uere. vel in aliqua administratione multos annos, si eos non bene tra
Iob. 3. duxit. Tempus quidem vitæ mali vocat Iob noctem turbulentã, dicens: noctem illam tenebrosus turbo possideat, nõ cõputetur

in diebus.

A in diebus anni, neque numeretur in mensibus: sit nox illa solitaria, nec laude digna. Quamuis plurimum laborēt mali, eorum tamen labor inanis futurus est. Quod autem laborent, cõstat ex lib. Sap. vbi dicunt, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: item quod sit eorum labor inanis, declarat Psal. dicens, in labore hominum non sunt. Quasi dicat, nõ sunt tales labores hominum, sed potius dęmoniorum & belluarum: bellug quidem nõ sibi, sed alijs laborant, vt cum iumentum fert ligna, vendit ea rusticus, & pecuniam sibi reseruat non belluæ: sic etiá malus & impius laborat quidem, sed totum lucrum dæmon sibi asportat. B Quamobrem ne intãtam deueniamus miseriam, tempus ipsum bene impēdamus, & dicamus cũ Dauide, illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Modum autem bene impendendi tempus, nos docet Deut. Vbi dicitur, post bellum victis hostibus, qui captam voluerit habere vxorem, introducet domum suam, quę radet cæsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, & flebit patrem & matrem mense vno, & sic erit illi vxor. Mulier plane, est anima nostra, pulchra C Dei imagine & decorata, quam victo mundo, & malorum principe eiecto foras: Christus cępit in prælio passionis suæ: hęc si Christo cupit desponsari, in eius domum hoc est Ecclesiam, debet per fidem introduci, deinde pilos superuacanearum & inutilium cogitationum, est diligenter abrasura, vngues quoq; hoc est prauarum actionum sordes circumcisura: sed & oportet deponere vestem, hoc est peccandi consuetudinem veterem relinquere, iuxta id quod Pau. ait, deponite vos iuxta veterem consuetudinem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renouamini autem spiritu mentis vestrę, & indui D te nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Demum ob patris & matris separationem, quod se à Dei, & Ecclesiæ pręceptis aliquando separauerit, vim lachrymarum profundat: atque ita sponsa introducetur commode ad sponsum.

*Iob. 3.* *Mali viuẽdo moriũtur.* *Sap. 5.* *Psal. 72.* *Laborant quidẽ mali sed in cassum.* *Tempus in cassum nõ expẽdam.* *Deut. 21.* *Ioan. 12.* *Ioan. 16.* *Ephe. 4.* *Conscientiam mundemus.*

Non debemus igitur his rebus mundanis & puerilibus tẽpus expendere, sed in rebus ad animę profectum pertinentibus Vnde Apo. nos monet dicẽs: nolite pueri fieri sensibus, etenim pueri parui, magna non desiderant, vilia solent admirari, currus & equos, aurigas, rotasque ex luto factas. Hoc aspectu delectantur, ait D. Chrysos. Quod si regem in curru aureo sedentem, & mulos albos iunctos, & eximium cultum viderint, ne respiciunt quidem. Præterea puellas ex creta ornant, veras autem pulchras nesciunt

*Tẽpus bene traducamus.* *1. Cor. 14.* *Simile.* *Chry. in Ioan. h. 50 tom. 3.*

nesciunt: & in multis alijs itidem afficiuntur. Tales equidem E nonnulli nunc reperiuntur: nulla his cælestium cura, sed ad lutea tamquam pueri obstupescunt, & terrenis diuitijs blandiuntur, & gloriam & voluptates huius seculi magni pendunt atq; ęstimant, quæ ita puerilia sunt vt illa. Quę vero & vitæ, & gloriæ, & requiei causa sunt, non curant, sed vt pueri his priuati, deflent: illa autem ne desiderare quidē norunt. Multos enim videas etiam in ætate prouecta atque ingrauescente, qui pecunias potius concupiscunt, & mundanos honores atque fastus, quam diuitias permanentes & in æternum duraturas. Si quem F plumbeum nummum admirantem, & ad eum colligendum incli nantem se videres, nonne eum quam pauperrimum iudicares: tu autem etiam viliora congregans, inter diuites te annumeras: & qua hoc quæso ratione nititur? Illū etenim diuitem dicimus, qui omnia præsentia contemnit. Nemo parua hęc, argentum, aurum, & huiusmodi imaginarias diuitias ridere poterit, nisi maiorum desiderio teneatur, sicut neque plumbeum nummum, nisi aurea possideat.

*Mūdana impediunt nobis viā ad cælum*

*Simile.*

*Terrena nos perdūt*

*Diuitias mūdanas spernam⁹.*

## *Qualia sint hęc mundana.*

*Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Sane hæc est mundi G conditio, vt suos sectatores & sibi indulgentes, non videatur perinde odio habere, atque eos qui ipsi aduersantur & resistūt. Vnde dicebat Christus discipulis suis, si de mundo fuissetis, mūdus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Vnde facile intelligas quam latum sit discrimen inter hæc duo, videlicet esse in mundo, & esse de mundo: siquidem in mundo quidē hoc versamur tam boni quam mali: at vero de mundo dicūtur H ipsi mundani, qui se mundi vitijs dedunt & mancipio tradunt, qui honoribus mundanis inseruiunt, qui vitijs & voluptatibus huius seculi inhiant. Multis namque videtur, vt quoniam egressi sumus ex matris vtero aliquantulum infecti, etiam nos penitus inficere & inquinare sordibus debeamus. Quosdam videas adeo præcipites, atque ira incandescentes, vt si forte de capite pilues in terrā decidat, & tantillum infectus videatur, statim iracundia flagrantes & furore correpti, in cænum etiam profundum, eum inijciant vt omnino inficiatur, & conspurcetur. Quod plane stultum esse, nemo nescit, quia citius mundaretur à parua quam à magna labe: maior igitur, & omnium maxima est dementia nostra, qui quod nati simus infecti originali labe, quæ tamen

*Auctor.*

*Ioan. 15.*

*Non inhiemus mundanis & caducis.*

*Simile.*

*Iracundi quā sint cæci.*

*Vitia inquietāt animam.*

A quæ tamen iam baptiſmo deleta eſt, & prauis quibuſdam inclinationibus videmur affecti, quæ etiam in baptiſmo debilitantur, nihilominus tamen velimus nos cōmaculare, & fędare omnium vitiorum teterrima ſentina & luto, atque adeo mundanos reddere, vt nil in nobis niſi immunditia & peccatum inueniatur. Si ergo quilibet, niſi iam furore correptus videri velit, quāuis calceus leuiter inficiatur, non eum propterea in tenaciſsimū lutum regerit; neque ſi pallium aqua leuiter aſpergatur & irroretur, præterea in fluuium immergit: neque ſi quid ſanguinis B leuiuſcula inciſura educatur ex digito, propterea magnum vlcus infert: aut denique quod nummulus decrumena exiluerit, ideo omnem pecuniam profundit. Cur igitur in his tā prudēs, in peccando tam mentis inops eris, Vt in vitiorum omnium dēſiſsimum cęnum te immittas? Iudicant quidem tales homines propterea quod tantillam habeant ſordem, idcirco ſe debere cęnum omne turpitudinis calcare, atque regulam illam eſſe ſibi ſeruandam, fruſtra eſt potentia quæ non reducitur in actum, & ipſo conſenſu compleatur. Atque ita æquum eſſe cenſent vt ſeruent quod dicitur in Apoca. qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Ah quanto præſtabilius atque præſtā C tius foret, vt quamuis non poſsimus non in mundo eſſe, quamdiu animam non efflamus, curaremus ſaltem ne mundani eſſemus, & vitijs ipſis ne nos inficeremus. Siquidem Dei nos iuuante gratia præſtare poſſumus ne mundani ſimus, atque vt tam vilem mundi cognationem amittamus, & diuinam facile cōſequamur, fiamuſque diuinę conſortes naturæ, vt ait Petrus: vt nobis tandem dici poſsit quod Chriſtus dominus dixit diſcipulis ſuis, vos de hoc mundo nō eſtis, & propterea odit vos mundus: non autem quod hodie infelicibus Iudæis dicit, non poteſt mūdus odiſſe vos, me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de D illo, quia eius opera mala ſunt.

*Gen. 8.* *Simile.* *diſsimilia* *Prudētiores videmur adſecularia, quam ad celeſtia.* *Quorūdā hominum error.* *Apoc. 22.* *Vitioſi quot erroribus excęcantur.* *2. Pe. 1.* *Ioan. 15.*

Si homini mundano, ait Chryſoſtom. in tanta malorum multitudine conſtituto, collocutus fueris iuſtitię verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiſcentia mundanarum rerum. Ecce enim ſi oſtendis leoni viridem herbam, aut campum beneflorentē, non excitat eum in concupiſcentia, quia non habet hoc in natura, vt herbas manducet. Et contra ſi oſtendas boui carnes, non concupiſcit, quia non eſt bouis natura vt carnem manducet. Sic & homini mundano ſi de bono cęleſti loquaris, non excitatur cōcupiſcentia boni, ſed quemadmodum ſi pluuia ſuper lapidem & ſaxum cadat,

*Chry. in nō abſolu. ho. 31. 10. 2.* *Simile.* *ſimilitudo* *Simile.*

desuper quidem irrigatur, intus autem siccum est atque arescit, neque humor ipsum penetrat: sic & tali homini quando loqueris uerbum Dei, tantummodo sonus verbi desuper ferit eius aures carnales, in cor autem eius nequaquam penetrat & retinetur. Vnde Sap. ait, non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Item impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit; sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Ferunt quidem naturales Philosophi, esse gemmas quasdam in conchis marinis, quæ, tamersi in mari ipso procreentur, maxime tamen ab eius natura distent & differant: mare siquidem cęruleum est, ipsæ vero candidissimæ: mare salsum est, ipsę vero delectabiles: mare multis sæpe nos vrget calamitatibus & tristitia, ipsæ vero corda exhilarant & recreant. Quod eo quidem fit, quia quamuis in mari ipso gignantur, ipsis tamen cælestes quidam influxus prædominantur, atque ita maiori quadam affinitate coniunguntur cum sole & astris, quam cum ipso freto in quo sunt genitæ. Tales vtique sunt serui Dei, qui quāuis hic in mūdo geniti sint, nullam tamen cum eo affinitatem & coniunctionem contrahūt, sed tota eorum conuersatio in cælis est. Quicunque animum suum his rebus mundanis & caducis omnino immersum habet, nilque præterea pretiosum dicunt, similes mihi videntur Chamæleoni & talpis, quæ animalia aere & terra pascuntur: omnia enim quæcunque isti cogitant & sapiunt, sunt mere terrestria & vanitatis plenissima. Quemadmodum lux lichnorum sole ipso accedente obscuratur, ita si conferas res terrenas cum cælestibus, inuenies vtique exiguas omnino esse, & nullius lucis, quin potius plenas obscuritate & tenebris cymmerijs. Itaque cum essent talibus rebus mundanis dediti hi Pharisęi, propterea Christum oderant, qui cælestes eis proponebat diuitias, tum etiam eius discipulos oderant: sicut Saul non solum Dauidem persequebatur, sed etiam amicos Dauidis, quandoquidem eadem hasta qua Dauidem voluit interimere, etiam interficere volebat Ionatham, tum etiam obiurgauit Michol, ideo quod ipsum delusit ficta quadam imagine: etenim interfecit sacerdotem Achimelech qui Dauidem pauerat; tales ergo erant isti Pharisæi, qui non solum Christum, sed etiam eius discipulos persequebantur: & tales etiam sunt hodie mundani persequentes seruos Dei.

[Margin notes: Pro. 28. — Simile. — In mundo latent multi serui dei — Phil. 3. — similitudo — Simile. — Diuitiæ tēporales cū æternis cōparatæ inanes sunt. — 1. Re. 20. — 1. Reg. 19. — 1. Reg. 22.]

[Margin letters: E, F, G, H]

Feria 3.

A FERIA TERTIA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO QVARTA.

*Vitam bene traducamus.*



*MBVLABAT Iesus in Galilaeam, non enim volebat in Iudaeam ambulare &c.* Ioan. 7. Admirabile
B plane est videre quantam diligẽtiam adhiberet Christus circa salutis nostrę negotia, ita vt vbique versaretur, semper prædicaret & miracula operaretur, & præsertim quanto magis mors eius appropinquabat: quod vtinam nos imitaremur, vt bene quidẽ tempus impenderemus quãto magis morti appropinquamus. pretiosissimus enim est thesaurus tempus ipsum, & plurimi à nobis æstimandum, ait Lau. Iusti. Quod quidem perfacile ex eo intelligitur, quod scilicet qui in extremis sunt supplicijs, amplissima darẽt regna, si modo possent vel minimum impetrare pænitendi tempus. Merito enim eis nullus locus veniæ datur, quippe qui oblatum dum adhuc viuerent, per
C cipere noluerunt. Ergo sedulo meditemur quomodo tẽpus traducamus, vt eo fructuose & cum vtilitate vtamur, non sicut impij de quibus dicit Iob, tenent tympanum & cytharam & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ideo plerique non inueniunt dominum quia nõ quærunt eum quo tempore oportet. Vnde Isa. ait, quærite dominum dum inueniri potest. Diues ille clamabat dicens, pater Abraham miserere mei, sed non quo tempore oportebat. Item virgines illæ dicebant, domine, domine aperi nobis, sed non inuenerunt dominum sibi aperientem. Vnde Apo. nos mo
D net dicens: ecce nunc tempus acceptabile. Ineunda quidem diligenter nobis ratio est, quam reddere debemus de impensa nostri temporis, ait senec. quod pretiosissimus quidam est thesaurus, quodque plerique ita malę collocant, vt nil infructuosius consumant, cum tamen turpissima sit eius iactura. Quam paucos inuenies, qui pretium tempori ponant, & qui diem æstiment. Dedit tibi Deus vitam, ait Chry. vt eam impendas in diuinis mãdatis obeundis, tu vero eandem in vitijs traducis, & cum id feceris, percontaris quid amiseris? Quasi vero parum amiseris, Dei amicitiam amittendo. Idem etiam alibi ait, sic curro inquit Pau. &c. Vbi aduerte quod non ambulat solum, sed etiam currit, non otiatur, sed negotiatur & pugnat. Vnde effectum est, vt cum.

*Diligentissimus in rebus ad salutem animę pertinẽtibus.*

*Lau. Iust. lib. de vt. soli. c.* 10.

*Tẽpus pretiosissimũ.*

*Iob* 21.

*Isa.* 55.

*Luc.* 16.

*Mat.* 25

2. *Cor.* 6.

*Sene. li.* 1. *eps.* 1.

*Chry. in Ioan. ho.* 57. *tom.* 3.

*Chrysost. super* 1. *ad Co.* 9.

vt cum finis suæ villicationis aduenit, diceret: bonum certamen E
2. Tim. 4. certaui, cursum consummaui, ostendens videlicet vitam in certamine nobis esse agendam, si cupimus bonis frui sempiternis. Ita plerique viuunt inquit Sene. tanquam hic semper victuri: ita illicita omnia concupiscunt, tanquam hic immortales futuri.
Senec. lib. de bre. vi. ad Pau. c. 4. Videas etiam quosdam longas ordiri inutiles rationes futurorũ annorum, quasi exploratum haberent se id ætatis posse cõtingere. Alij etiam sunt qui tunc demũ incipiunt pręclare operari & viuere, cum desinendum est viuere. Quę tanta mortalitatis obliuio? Quorsum in quinquagesimum & sexagesimum annum sana differuntur consilia? Quorsum inde demũ vita inchoatur, vnde paucissimi eã vlterius producere consueuerunt? vermis ille immortalis qui damnatorum semper viscera rodit, hinc præcipue lacerandi occasionem sumit, cum videlicet infelices illi, diuina beneficia & adiumenta quæ ad recte viuendum perceperunt, ad memoriam reuocabunt. O nos inquient tunc, miseros, qui tantam salutis opportunitatem toties cõtempsimus, quoties huius periculi admoniti fuimus! prædia nobis dissipari non patimur, ait senec. nostras opes ab alijs occupari non sinimus, & tamen vitam nostram sustinemus ab alijs lacerari, imo nos ipsi vitijs nostris eandem laceramus & perdimus. Tametsi satis exiguum vitæ tempus nobis concessum sit, inquit idem senc. illud tamen breuius etiam multo vitijs nostris nobis facimus. Et certe sicut amplæ opes vbi ad malum dominum deuenerunt, breuissimo tẽporis curiculo dilapidantur; sin autem ad hæredem frugi, quãuis tenues admodum sint, incrementa suscipiunt: ita hęc lucis vsura qua fruimur, etsi breuis sit, longa tamen satis est ad præclara quæque præstanda: eam vero nos tanquam prodigi, vitijs nostris perdimus. Idem etiam ait, quid de rerum natura querimur? illa quidem se perbenigne nobiscum gessit, at nos ea abutimur, interdum auaritiæ nos dantes, & interdum alijs vitijs mãcipantes. Vnde fit vt tametsi longa concedatur vita, eam tamen vitijs obruamus & breuem efficiamus.

*Conuersionẽ non differamus.*
*Auctor*
*Isa. 66.*
*Senec. lib. de bre. vi. c. 3.*
*Vbi supra c. 1.*
*similitudo*
*Tẽpus non perdamus*
*Vbi supra c. 2.*

F G H

Nec vero tam vt diu viuamus curandum est, inquit sen. quam vt bene vitam traducamus. Quid enim quæso hunc 80 anni iuuant per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est potius: at is tamen qui præclare vixit, etsi iuuenis diem suum obierit, dicendus est quidem vixisse. Tota vita discendum est viuere, & tota vita discendum est mori, inquit alibi, plurimi tamẽ fuerunt, qui hæc negligentes, ad extremã vsque ætatẽ vtrãq; cognitionẽ distulerũt, & ita perierunt. Non est quod quẽquã propter

*Senec. lib. 14. epi. 92*
*De bre. vi. c. 7. & 8*

A pter canos aut rugas ex longo tempore contractas, putes propterea diu vixisse, nisi bene egerit: sed potius ille dicendus est diu fuisse: nam viuere in vitijs, mors quędam potius est. Neq; enim eum dices nauigasse, quem sęua tempestas à portu exceptũ, huc atque illuc dispulerit, sed is dicendus est potius diu iactatus Cæterum cũ quis sic ęgrotat, vt periculum ei immineat mortis, tũc quidem ostendit quanti vitam faciat, præsertim cum videas tũc quam liberaliter bona sua distribuat ad salutem procurandam: ita etiam vitiosus tunc demum, vrgente scilicet magna necessitate ac prope extrema, vitam in melius procurat emendare, incipitque vere viuere, sed interdum euenit vt sero nimis id statuat. Licet enim fieri fortasse posset vt per negligentiam amissa repararentur per maiorem diligentiam, tamen hoc expectare tẽpus turpe est & periculosum, cum sit incerta humana vita: neque hoc modo timebimus repentinam mortem cum simus semper præparati. Nemo inquit Euse. Emis. securum se putet cum tanti laquei obiecti sint ante pedes animæ nostræ, & tam immanes hostes obsideant iter nostrum, tantæ sint foueæ, & tantę rerum difficultates. Ne putemus igitur nos debere esse securos, ac sine quotidiano timore. Quis enim transiens profunda fluminis alicuius per arctissimi pontis angustias, etiamsi maiorem partem inoffenso transmiserit pede, se iam periculum euasisse credat, præsertim si cum in vltimo põtis spatio titubauerit, casum quẽ timebat, possit incurrere? Ergo nos & si magnam vitę partem videamur bene transegisse, non ideo tamẽ de nobis præsumamus, cum adhuc periculum pars extrema minetur. Ecquis in acie positus, ante victoriæ securitatẽ, arma deponat? Quid quæso mundi securitas aliud est, quam ingens illa imago Nabuchodonosor? Magnificam quidem speciem prę seferebat, tota aurea, argẽtea, ęnea, ferrea erat, sed tamen testaceis pedibus innitebatur.

*Simile.* *Simile.* *Auctor.* B *Euse. Emi* *Multa pericula in hac vita.* C *similitudo* *Securitas non est in hac vita.* *Simile.* D

## *Quanta sit mundi vanitas.*

NOn *potest mundus odisse vos.* Ita isti mundo inseruiebant, vt non minus vani essent, quam mundus ipse: multos quidẽ videas qui plures sustineant labores seruiendo mundo, quam aliqui viri probi seruiendo Deo, & tamen numquam resipiscunt. Vnde Pau. ait, quem fructum habuistis in his in quibus nunc erubescitis? Et Isa. ait, ô stulti quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum nõ in saturitate? Quasi dicat, quorsum pro mundo tot labores sustinetis fatui atque amentes?

*Mali amicitia iunguntur cũ mundo.* *Rom. 6.* *Isa. 55.*

*Mundi lętitia quo redigatur.* Cum enim existimas te esse rebus secundis abundanté, ecce ruit machina tua atque lętitia, & vt ait Salomon, extrema gaudij occupat luctus. Quamobrem clamat Ecclesi. dicens, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ maior vanitas esse potest, quã pro *Ecclesi. 1.* pugillo hordei & re caduca, velle amittere æternã felicitatem? Mundi quidem opes & diuitias vocat Ezech: pugillum hordei, *Ezech. 13.* & buccellam panis. Vide quam paruis rebus eas comparat Propheta res, ad quas homines tanta auiditate rapiũtur? Sane quod *Auctor.* Christus dicat hos Phariseos non posse odio haberi à mundo, & mundanos esse, innuit, eos sua sponte periculis & laqueis seculi se intricare, & sua culpa incidere in laqueos toto mundo di- *Ecclesi. 9.* spersos. Vnde Ecclesi. ait, in medio laqueorum tu ambulas. Iustum quidem esset & rationi consonum, vt quando de tot, tantisque laqueis Deus te potenter eripuit, à quibus eximere teipsum solus non poteras, tibi prudenter prospiceres. De quam periculoso putas laqueo te Deus eripuit, in vtero matris inclusum, te *De maximis nos periculis deus eripuit.* ipsum per tot menses custodiendo & conseruando in obscurissimo loco? In qua obscuritate si mortuus esses, incidisses plane in caliginẽ quãdã sempiternã. de quãto etiam periculo & laqueo quem dęmon tibi instruxerat, emersisti, cum ab ipso nõ es præfocatus, auxiliante tibi Deo, priusquam salutarem baptismi vndam contingeres? Quando tu pręterea illud beneficium compẽ- *Gratiæ erga deũ sumus.* sabis, quod te de innumeris alijs laqueis in ipsa infantia & pueritia, Deus liberauerit, atque ad discretionis annos, & sui cognitionem perduxerit, & gratiam atque virtutem? Sane tantorum bene- *Cõsiderationes ad diminorũ beneficiorũ memoriã cõseruãdã.* ficiorum memoriã, nulla vnquam obliuio delere debet, sed potius his considerationibus eam alere debes, dicens: væ misero mihi, si tunc è vita excessissem, cum eram matris vtero conclusus: væ si tanto, tamq; sempiterno bono tunc priuatus fuissẽ. Quocirca cum clementissimus dominus te à tanta miseria vindicauerit, à qua te liberare non poteras, ne committas vnquam vt tibi merito obijci possit quod sis de mundo & mundanus, at- *Mũdanorũ miseria* que mundanis rebus & voluptatibus immersus, quales erant hi Pharisæi quibus dicit Christus, non potest mundus odisse vos.

Tales enim mundo immersi, sunt instar Samsonis, qui captus oculis, molam asinariam circuibat. Vnde Psalm. in *Iudic. 16.* *Psal. 11.* circuitu impij ambulant. Nam peccatores non ambulant *Sap. 10* vias rectas, quas dixit Sapiens iustos perambulare. Homines namque mundani anxio labore vitam degentes, in cir- *Simile* cuitu ambulant in mundo, sicut porta in cardine suo, neque vnquam à termino suorum peccatorum exeunt quidem:

inuertitur

A inuertitur illis caput & in orbem torquetur, atque tanquã gens sine sensu & consilio, vanitatem quærunt, & falsa oblectamenta concupiscunt, atque in suis vanitabus vehementer laborant. Vnde sap. in persona istorum dicit, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. Multis quidem annis, & magnis perpessis laboribus, Iacob seruiuit Laban, à quo pluries deceptus fuit: sic etiam multi sunt qui multis cum laboribus seruiuunt mundo & mundi honoribus ac diuitijs intenti sunt, cum tamen sæpe mundus neget illis mercedem, & passim ipsos decipiat. Est quidem mundi sarcina ponderosa & anxius labor, à quo nulla vtilitas reportatur. Vnde Isa. ait, telas araneę texuerunt. Exenterat se aranea, & maxima solicitudine telam suam texit, omnia autẽ facit vt muscas capiat. Ita mundanum virum, & auarum atque ambitiosum videas qui animum & mentem ad nihil aliud applicat, quam ad diuitias & honores, & postquam hæc omnia consecutus est tanta cum animæ suæ iactura, quid quæso aliud miser consecutus est, nisi muscas? Vnde Isa. subiungit dicens, opera eorum inutilia, cogitationes eorum inutiles. Iob etiam ait, sicut tela aranearum fiducia eius. Grandis quidem plaga fuit illa Aegypti, quando dominus muscas immisit: ita etiam importunę cogitationes videntur plaga quædam, qua cruciantur qui mundo seruiunt. Si resurgeret nunc Cæsar Augustus, vel Alexander, vel pompeius, & similes, quid quæso aliud dicerent, nisi illud Petri, per totam noctem laborantes nihil cepimus? Cæci ambulauimus in tenebris ignorantiæ nostræ, quęrentes gloriam huius mundi, quæ velut fumus pertransijt, & nihil eius habemus. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, ait Dauid. Laborant miseri per totam noctem huius vitæ, at postquam mors aduenit, nihil eis prosunt omnia acquisita: nã venit mane, & cognoscunt fallaciam Laban, & iuxta se Liam inueniunt qui mundo inseruierunt. Quam hominis miseriam considerans diligenter Alexander ille filius regis Suętiæ, vt ait Bap. Ful. regia aula relicta & delicijs spretis, in peregrinũ quoddam regnum se contulit, vbi arctã professus religionem, sancto fine quieuit, nunquam qualis esset, se manifestans. Et certe dementia quædam est, cum in mundum vagientes ingrediamur, & multo etiam cum dolore ex ipso egrediamur, quod velimus media ipsa tam sine proportione aliqua cum his extremis persequi, videlicet in delicijs & voluptatibus huius seculi: cumque Deus nos homines fecerit, velimus nos tamen nauis siue triremis figuram quidem recipere, quæ in medio amplissima est,

[Margin notes: B; C; D; *Sap 5.*; *Gen. 29.*; *Isa. 59.*; *Mundani quam sint vani.*; *Isa. 59.*; *Iob. 8.*; *Exo. 8.*; *Mundani in afflictione viuunt*; *Luc. 5.*; *Psal. 75.*; *Gen. 29.*; *Bap. Ful. Examp.*; *Mundum contemnamus.*]

cum interim extrema per angusta habeat. E

*Vitam alienam curiose non inquiramus, sed nostram.*

*Negligentes sumus in explorandis nostris defectibus.*

*Gre. l. 3. Mo. c. 23.*

*Gen. 18.*

*Simile.*

*Ambitiosi presumũt de vanitate sua*

*Isa. 14.*

*Isa. 47.*

*Defectus alienos nõ exploremus.*

*Quidam dicebant quia bonus est, alij autem non.* Si nostram diligenter exploraremus vitã, non vtiq. alienam inquireremus, sicut faciebant isti pharisæi: nam certe manum leprosam educeremus, si in sinũ nostrum eam immitteremus, neque alienos defectus insolenter exploraremus. Vnde Grego. explicans verba illa beati Iob, qui testa saniem radebat sedens: in sterquilinio, F ait: in sterquilinio quippe sedere est ad ea quæ illicite gessimus mentis oculos pænitendo reducere, vt cum ante nos peccatorũ stercora cernimus, omne quod in animo de elatione surgit, inclinemus. In sterquilinio sedet, qui infirmitatem suam solicitus respicit, & sese de bonis quæ per gratiam receperit, non extollit. Annõ in sterquilinio apud se Abraham sedebat, qui dicebat loquar ad dominum meum cum sim pulvis & cinis? Aperte enim cernimus in quo apud se loco fuerit, qui pulverem se & cinerem etiam quãdo cum Deo loquebatur æstimaret. Si igitur G ita se despicit, qui vsque ad honorem diuinæ collocutionis ascendit, solicita intentione pensandum est qua pæna illi feriendi sint, qui & ad summa non proficiunt: & tamen de minimis extollũtur. Nã sunt nõnulli qui cũ parua agũt, de semetipsis magna sentiunt, in altũ mẽtem sublevant, & præire se cæteros virtutũ meritis putant. Hi nimirum apud se introrsus humilitatis sterquilinium deserunt, & vanitatis fastigia ascendunt, illum videlicet imitãtes, qui se primus apud se extulit, sed eleuãdo prostrauit: illum imitantes, qui accepta conditionis dignitate con- H tentus non fuit, dicens: in cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum, vnde & ei male coniuncta babylonia, idest confusa multitudo peccantium dicit: sedeo regina, & vidua non sum. Quisquis ergo introrsum intumescit, in altum se apud semetipsum ponit, sed eo se grauius in infimis deprimit, quod de se infima veraciter sentire contemnit. Sunt vero nonnulli qui nihil quidem virtutis student agere, sed tamen cum alios peccare conspiciunt, iustos se in eorum comparatione suspicantur, Neque enim corda omnium vna vel similis culpa transfigit. Hunc namq. superbia illaqueat, hunc autem auaritia cruciat, illum vero luxuria inflammat. Et plerumque cõtingit vt is quem superbia deprimit, alium respiciat, qualiter ira succendat: & quia se non eius ira instigat, meliorem se ira-

cun-

A cundo iam reputat, atque apud semetipsum quasi de iustitia extollitur, quia pensare vitium negligit quo grauius tenetur. Plerũq. cõtingit vt is quem auaritia sauciat, alium in luxuriç voraginem mersum cernat, & quia se à pollutione carnali alienum respicit, quibus ipse sordibus spiritalis vitij intrinsecus polluitur non attendit, dumq. in alieno pensat malum quod quidẽ ipse non habet, in se negligit considerare quod habet: sicque fit vt dum ad aliena dijudicanda mens ducitur, proprij iudicij lu-B mine priuetur, & eo durius contra aliena superbiat, quo sua negligentius ignorat.

*Vitiosi in vno vitio contẽnũt alios quidis similis laborant vitio.*

Quemadmodum in vase immũdo omnis infusus liquor corrũpitur, & in lãguido stomacho quicũq. cib' vel prætiosus perditur, & in malos cõuertitur humores: atq virga quãtũcunq. rectissima, in aquã immissa apparet obliqua: ita quamuis alicuius opera sint admirabilia & sancta, si lustrentur oculis male affectis: & animis deprauatis, atq. cordibus impietate obrutis, apparebũt vtique illis deformia, atque peruersa. Talibus animis pharisæi intuebantur opera Christi: & talibus etiam oculis impij bonos dijudicant. Etenim malus & inuidus omnia quæ videt, si-C cut serpens, omnia quæ comedit, in venenum conuertit: omnia dicta & facta illius quem odio prosequitur, semper in sinistrã partem interpretatur. Quia dæmon vidit hominem in statu felici, & ad eum locum ipsi patere aditum homini, vnde dæmon corruerat, illum tentauit & vicit. De Isaac etiam dicit scriptura benedixit illi dominus, & locupletatus est homo, atque ob id inuidentes ei philistæi, eius puteos obstruxerunt. Hæc quidem detestabilis malitia nec propinquis quidem parcit, nam Rachel sterilis sorori fæcundæ inuidebat. Legimus quidem

*Simile.*

*Vitiosi male iudicãt de alijs.*

*Inuidia detestabile malum.*

*Gen. 3.*

*Gen. 26.*

*Gen. 30.*

D de Heli sacerdote, quod non poterat videre lucernam donec extingueretur: sic inuidi non possunt videre bona opera proximi lucentia, nisi ea solum quæ extincta sunt & mortua: de talibus quidem porro qui proximorum bonis operibus offenduntur, ait Amos, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et sicut sues, ait Chry. lutosa immunditia, & dęmones nostris damnis lætantur, sic mali & inuidi calamitate proximorum exultant, cumque aliquid triste proximo acciderit, tunc lætatur inuidus, alienas enim iacturas, suos quæstus existimat, & aliorũ felicitatẽ, miseriã suã arbitratur, nec magis cõsiderat quid ipse suaue consequatur, quã quid proximo calamitosũ inferatur. Nõne igitur tales homines lapidib' petẽdi? nõne omni cruciatu torquẽdi sunt? non aliter profecto quam rabie

*Simile.*

*1. Re. 3.*

*Amos. 8.*

*Chry. in Ma. ho. 41.*

*Inuidi detestabiles.*

conci-

concitati, canesq. perniciosi, ac dæmones & atroces furiæ inue E
huntur in felicitatem proximi. Et quemadmodum scarabęi alieno stercore: sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cum sint communes humani generis hostes pestifera denique inuidia, hominem ipsum inuidum, in quandam dæmonis conditionem transformare videtur.

*Simile.* Inuidia *execrabilis.*

*FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

F

## CONCIO PRIMA.



*Facta sunt Encęnia in Hierosolymis, & hyems erat.* Io. 10. festum erat hoc solemne, quo purgatio & renouatio templi ab Antiocho Asiæ rege prophanati, & à Iuda Maccabæo instaurati, dieb' octo celebrabatur. Facta ergo sunt encænia, idest festum & memoria dedicationis templi, vt inquit D. Tho. nam quando de nouo aliquam Ecclesiam diuino cultui dedicamus, agitur festum cõsecrationis eiusdem, & eadem die singulis annis in memoriam ipsius. Hoc modo Iudæi singulis annis encænia faciebant in memoriam dedicationis templi. Sciendum est tamen quod templum erat Hierosolymis tribus vicibus consecratum: primo quidem à Salomone, vt habetur 3. Re. secundo tempore Esdræ à Zorobabel & Iesu sacerdote magno, vt habetur 3. Esd. Tertio à Maccha. vt habetur 1. Ma. quod ascenderunt Hierosolymam renouare sancta. Hęc autem encænia non sunt facta in memoriam dedicationis quę facta fuit à Salomone, quia hæc fuit in autumno, scilicet mense septimo: nec in memoriam dedicationis factæ tempore Esd. quia illa fuit in vere scilicet 9. die Martij, sed in memoriã dedicationis quæ facta fuit à Macchabæis tempore hyemali, & ideo ad hoc designandum describit tempus dicens, & hyems erat. A qualitate autem aeris res subsequens demonstratur, sicut Euangelista, cum prędicante domino, nullos tunc ex Iudæis credituros diceret, præmisit dicens, hyems autem erat. Scriptum namque est, quoniam abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Idcirco ergo hyemis curauit temp' exprimere vt inesse auditorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Hinc est quod de negaturo Petro præmittitur, quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se, iam namque intus à charitatis calore tepuerat: & ad amorem præsentis vitæ, quasi ad persecutorum prunas:

*2. Ma. 5. & 16.* *1. Ma. 4.* *D. Tho. in Io. 10. le. 5.* G *3. Re. 8* *3. Esd. 5.* *1. Ma. 4.* H *De tertia templi ædifi. vide. Iose. l. 12. anti. c. 14* *Mat. 24.* *Io. 18.*

A prunas infirmitate æstuante recalebat. A qualitate quoque temporis finis exprimitur actionis, sicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur, cum egrediente illo ab Euangelista dicitur, erat autem nox. Hinc enim & iniquo diuiti dicitur, hac nocte repetent animam tuam abs te: anima quippe quę ad tenebras ducitur, non in die repeti sed in nocte memoratur. Hinc est quod Salomon qui sapientiam non perseueraturus accepit, in somnis hanc & nocte accepisse describitur. Hinc est quod angeli ad Abraham meridie veniunt, punituri autem sodomam, ad eam vesperi venisse memorantur. *Et hyems erat.* Quoniam hoc festum in mense Casleu, qui apud nos est in hyeme etiam agebatur. Nō otiose autem temporis qualitas hæc describitur, quæ Iudæorū frigiditati explicandæ congruebat: de quibus apud Hie. dicitur, quod sicut quidem cisterna frigidam facit aquam, ita illi frigidam fecerunt malitiam suam. Qua quidem loquendi ratione significare diuinus vates voluit, charitatis ignem apud illos extinctum esse, & sui amorem in ipsis vigere. Quemadmodum auxillam aliquo liquore confertam, nisi ignis adhibeatur, varia muscarum agmina inuadere solent, at vero admoto igni, statim auolant: sic plane si alicuius charitas refrigeat, inuadunt ipsum inanes cogitationes, quæ tamen recedunt charitate flagrante. Et quemadmodum ex frigido ferro nil potest fabricari politum, nisi ignis admoueatur, quo adhibito etiam paucis præstatur ictibus, quod multis antea non poterat: sic etiam tametsi varijs ictibus tam aduersæ quam prosperæ fortunæ aliquis concutiatur, si ignem charitatis non concepit, non potest quidquam præstare dignum æterna vita. *Et hyems erat.* Desides homines & frigidos ad bona quæque præstāda, videtur etiam poeta ille reprehēdere, cum ait: tolle moras, semper nocuit differre paratis. Huc etiam spectat illud quod Iacob filios suos negligentiæ argueret dicens: quare negligitis? audiui quod triticum venundetur in Aegypto &c. Tum etiam quod nautæ reprehenderent Ionam, propterea quod dormiret sæuiente tempestate. Christus etiā discipulos increpauit dicens: non potuistis vna hora vigilare mecum? Somnolentia item sisaræ, ipsi necem intulit. Reprehendit Dauid ipsum Abner, propterea quod somno indulgeret, quo tempore se vigilantissimum Dauidis custodem exhibere debebat dicens, quare non custodisti dominum tuum regem? &c. Quod Isboseth dormiret, interfectus fuit à latronibus. Desidia etiam illa fatuarum virginum, in causa fuit vt sponso nō fruerentur

Marginal notes: Io. 18. / Luc. 12. / 3. Re. 3. / Gē. 18. / Gen. 19. / Autor. / Hie. 6. / Simile. / Hec pin. in Ezech. 10. / Simile. / Si charitate abijciam°, parum possumus. / Luca. / Negligentes sumus in bono præstando. / Ionæ. 1. / Mat. 26. / Iudic. 4. / 1. Re. 26. / 2. Re. 4.

fruerentur. *Facta sunt encænia.* Idest festum dedicationis tem- E
*Mat. 25.* pli Sane tēplū Dei, vt inquit Pau. sumus nos, & tale tēplū pluri
*1. Cor. 3.* mi facit Deus. Vnde quibusdam gloriantibus de ædificatione
*Isa. 66.* materialis templi, dicit apud Isa quæ est ista domus quam ædifi cabis mihi? & quis est iste loc⁹ requietionis meæ? &c. gaudet quidē plurimum in hoc interiori templo nostro habitare Deus, vn
*Pro. 8.* de pro. 8. deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Si ergo magnū esset scelus veras imagines & sanctas ex tēplo materiali educere, atq. pro ipsis idola reponere: an non grauissimum etiā est scelus, vt ex templo interiori tuo, Deum expellas, & vitiorū idola F
*Pœnitētia quam sit salutaris.* reponas? Quare renouemus iam hoc templū nostrū, & cōsecremus illud Deo per pænitētiā, vitia omnia radicitus extirpātes: efficiemusq vt in cælo etiam talis dedicatio celebretur, quoniā
*Luc 15.* gaudiū est in cælis super vno peccatore pęnitentiam agente. *Et ambulabat Iesus in templo, in portica Salomonis:* Sciendum est enim quod tēplū nō dicitur solum corpus ipsius, sed etiam porticus circūstantes, in quibus populus stabat ad orādū: nā in templo soli sacerdotes orabāt. Dicit autē porticus Salomonis, locus ille in quo Salomō stetit quādo peracta dedicatione tēpli G orauit. Quod si dicas tēplū illud Salomonis iam fuisse destructū
*3. Re. 8.* & similiter ipsā porticū: respōdet D. Tho. quod tēplū reparatū
*D. Tho. in Io. 10. le. 5.* fuit ad similitudinē prioris: & ideo sicut antea porticus illa dicebatur Salomonis, sic & postea, propter eius reuerentiā. *Quousque animā nostram tollis? Si tu es Christus &c.* Nō dicūt animas tollis, quia omnes conspirauerant contra Christū, & vnanimes erant ad malū: vtinā sic boni omnes vnanimes essent in virtute.
*Hypocritæ detestabiles.* *Si tu es Christus. &c.* Id quidē ficto animo dicebāt, nō desiderio proficiendi, sed exteriori quodā zelo falso obtēdere volebant inuidiā & malitiā interiorē, tales sunt pleriq. peccatores quidē H interius esse cupientes, et tamen ab hominibus boni videri optantes. Cum impius Absalon aduersus Patrem decreuit insur-
*2. Re. 15.* gere, ita ait ad regem: vadam & reddam vota quę voui in He-
*Esth. 3.* bron &c. Sic Aman sumpturus de Mardochæo supplicium, im
*Crudeles quantū noceant.* pietatē texit, dicens regi Assuero, est populus per omnes prouincias regni tui dispersus &c. si tibi placet, dicesne vt pereat?
*Io. 12.* Itē sub quodā colore dicebāt pharisæi, veniēt Romani, & tollēt
*Gen. 37.* locū nostrū & gentē. Filij Iacob volentes se iustificare apud patrem, ostenderunt ei tunicā sanguine tinctā. Babylonij religio-
*Dani. 14.* nis zelum finxerunt dicētes Nabuchodonosor, trade nobis Da
*Mat. 2.* nielem &c, Herodes deniq. volens Christū occidere cū Magis deuotionē finxit, dicēs, cū inueneritis, renunciate mihi &c.

Si tu

A *Si tu es Christus. &c.* Attēde illorū peruersitatē, ait D. Tho. nā quia indignātur cōtra Christū, quod se diceret filiū Dei, vt Ioan. ait, nō interrogāt eū an sit filius Dei, sed dicūt si tu es Christ' &c. vt per hoc posſent habere materiam accusandi eū ad Pilatum, sicut seditiosum & appetentē regnū, quod erat contra Cæsarē & odiosum Romanis. Vnde & Pilatus quādo Iudæi accusabāt Christū quod filium Dei se faceret, parum curauit: cū vero dixerūt, omnis qui se regem facit, contradicit Cęsari, magis cæpit cōtra eū solicitari, & ideo dicunt, si tu es Christus hoc est B vel rex, vel vnctus. Secundo cōsidera eorū nequitiā, qui dicūt, palam. Quasi dicāt, vsq. modo nō docuit publice, sed quasi in occulto, cū tamē ipse palā omnia diceret, in festiuitatibus sēper assistens, & nihil occulte loquebatur: vnde dixit ego palam locutus sum in mundo, & in occulto locutus sum nihil.

*D. Tho. in Io. 10. Io. 5. Io. 5. Io. 19. Io. 18.*

*Loquor vobis & non creditis.* Multa quidē cōmoda sequuntur, quod sequamur salutaria consilia, sicut sæpe mala multa nobis eueniunt, quod id non præstemus. Angeli salutare quidem dederunt consilium ipsi Loth & vxori eius, quod tamen quia vxor non seruauit, in statuam salis cōuersa est. Attende in quod C se periculum coniecerunt fratres Ioseph, quia sequi noluerunt cōsiliū Ruben, filij Benjamin credere noluerunt filijs Israel, & idcirco vastati sunt. Quia hæbrei obtemperare consilio Moysi noluerunt, ideo victi fuerūt. Vide quo deuenerit Roboā propter peruersa consilia. Longe vtilius fuisset ipsi Nabuchodonosor, salutari Danielis vti consilio. Ioseph & Azarias nō crediderunt cōsilio sapiētis Iudæ, & idcirco amiserunt duo millia virorū. Vtilissimū quidem dabat consilium Achior ipsi Holopherni, quod quia non est amplexus, tandem ignominiose occubuit Godolias quia nō paruit Iohannā, idcirco mortem incurrit. No D luit Iudas Macchabæus parere cōsilijs residuorū, & interfectus est. Quia Azael consilium ipsius Abner contēpsit, vitā amisit. Romani vsq. adeo sibi videbantur maturi consilij amicissimi, & eiusdem cultores seduli, vt magnificum quoddam templum Deo cōsilij erexissent. Græcus ille Agamēnō, vt prodidit Homerus, dicere solitus erat, se delectari quidem, magis sapientibus ducibus, quā fortissimis, potiusq. à se diligi sapientem Nestorē quam robustissimum Achillem. Cato ille Censorinus affirmare solitus erat, rem publicam non tam perire indigentia fortiū ducum & militum, quam sapientū. De Appio quidem Claudio refert M. Tullius, quodquamuis extrema senectute confectus esset, & oculis captus, nihilominus tamē nō min' libentissime, quam fre-

*Gen. 42. Iudic. 20. Num. 14. 3. R. 12. Dan. 4. 1. Ma. 5. Iudith. 5. Hie. 40. & 41. 1. Ma. 9. 2. Re. 2. Autor. Exemp. Home. Cato sententia. M. Tul.*

quam frequẽtissime, à senatu ipso euocaretur, propter consilij E
Iust. l. 31. maturitatem, ut etiam Iustinus prodidit.

*Non creditis, quia non estis de ouibus meis.* Mali quamuis multas habeant inspirationes, nolunt tamen ipsis parere: & tamen semper Deus tanquam bonus pastor eos ad se vocat, modo blanditijs, modo fundæ strepitu, modo ictu baculi: ô felicem illum qui talibus Dei vocationibus paruerit! *Oues meę vocem meã audiunt.* Vocat quidem dominus electos suos oues, propter mansuetudinem qua exornantur. Quod si causam quæras, cur tantũ ad æternam salutem hæc virtus conducat, ea mihi vel præcipue causa esse videtur; quod cum vitæ Christianę summa in charitate posita sit: qui enim diligit, legem impleuit, vt ait Apos. mansuetudo quidem ad huius virtutis custodiam maxime conducit. F Hoc enim naturæ conditor in operibus suis prouidit, vt quæ essent in humano corpore præcipua, & propter teneritudinem suam, iniurię magis obnoxia, pluribus integumentis vallauerit quibus extrinsecus illatas iniurias propulsare facile possent. Quibus enim vt ita dicam vallis, teneram cerebri massam muniuit? Primum eam tegit carnosa cutis, capitis cęsarie vestita, deinde tunicæ duæ consequuntur, quarum altera paulo rigidior, quę cranio hæret, altera mollior, quæ ipsam cerebri massã mollissimo complexu ambit & fouet cuius rei gratia congruis nominibus, altera dura mater, altera pia mater appellatur. Iam vero de oculorum septis quid dicam? sunt enim primum palpebrę, quæ pro voto nostro & aperi & claudi adnutum possunt. G Sunt item cilia & supercilia, quæ suo quæque modo ad oculorum custodiam deseruiunt. Ipsi vero oculi uelut in specubus inclusi, fornicibus superne impendentibus immuniuntur. Quã ergo rerum prouidentiam in operibus naturæ gerit dominus, eandem in gratiæ operibus conseruat, vt videlicet quæ præstantissima ad spiritualem vitam sunt, ea firmioribus munimentis tueatur. Charitati ergo quæ inter virtutes omnes principem obtinet locum, præter aliarum virtutum munimenta, quæ vt ab illa profluunt, ita illi famulantur, duas potissimum virtutes gratie autor ad eius custodiam destinauit, nempe mansuetudinem & pacem: quæ efficiunt vt electi improborum iniurias & contumelias facile ferant, neque vnquam à charitate ipsa diuellantur. H Sicut enim in expugnatione vrbium solent qui obsidentur, saccis molli lana oppletis muros tegere, quibus multo melius quam duris lapidibus, iaculorum ictus sedendo sustinent: ita plane mansueti homines, turbulentos improborum impetus, le

Simile. — *Cur electi oẽs oues vocentur.* — *Rom. 3.* — *Magna Dei prouidentia.* — Simile. — Simile. — *Magnum Dei artificium in cõpositione hominis.* — *Charitas quomodo cõseruetur*

A tus, leniter facillime perferunt. Quare non mirum est, siquod tantopere ad charitatem & innocentiam tuẽdam iuuat, inter electionis diuinę signa computetur, cum innocentia & charitas sit, cui æterna salus & vita tribuitur. *Vitã æternã do eis*. Vide quam preclare & paterne tractet Deus suos, quibus vitam æternam misericorditer largitur, & gratiam suam communicat: at non id impij propter sua demerita & flagitia promeriti sunt, sed potius æternam mortem. Et certe quemadmodum spiritus vitales membris abscissis non communicantur, neq. in separata & amputata influunt: ita gratia ipsa & diuina beneficia, non perinde impijs atque electis ipsis communicantur, propter ipsorum impiorum culpam & separationem à Deo. *Mansuetudo custos charitatis.* B *Gratia quanta ad portet bona.*

*Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus* Quasi dicat, vt ait S. Tho. ideo non rapiet eas de manu mea, quia ego & pater vnum sumus, scilicet vnitate essentiæ: nam eadem est natura patris & filij. Per hoc autem excluditur duplex error, scilicet Arrij qui diuidebat essentiam, & Sabellij qui confundebat personas, vt sic & à charybdi & scylla liberemur. Nam per hoc quod C dicit vnum, liberat te ab Arrio, nam si vnum, ergo non diuersum. Per hoc autem quod dicit sumus, liberat à Sabellio: si enim sumus, ergo pater & filius, & alius & alius. *Ego & pater vnum sumus* Vnum dicit, ait Ambrosius, ne fiat discretio potestatis: sumus addidit, vt patrem, filiumque cognoscas, quo perfectus pater perfectum filium genuisse credatur. Idem etiam alibi ait, cũ enim dicit, ego & pater, reuelatur æqualitas: cum dicit vnum sumus, declaratur vnitas: æqualitas confusionem excludit, vnitas separationem. *Sustulerunt ergo lapides*. Quia enim duri erant, ait D. Tho. & profunda domini verba intelligere non potuerunt D lapidibus similes, ad lapides currunt. Psal Dum loquebar illis, impugnabant me gratis. *D. Th. in Io. 4. le. 5.* *D. Amb. l. de fide. c. 1.* *Amb. li. 3. de spi. san. c. 18.* *D. Tho. in Io. 10. le. 2* *Psal. 119.* *Hie. 18.*

*Propter quod eorum opus, me lapidatis?* Quasi dicat, benefactorẽ oportebat honorare, non lapidare, Simile dicitur Hie. 18. nũ quid redditur pro bono malum? Vide quam mitia loquatur verba vt eorũ cõprimat furorem, quæ magnã ad eã rẽ efficaciã cõtinere solent. Sicut enim aqua gelida efferuenti iniecta, continuo totum illius feruorem sedat: sic placida & mitia verba, animum ira concitatum mitigare solent. Quod quidem aperte Dauid suo nobis prodidit exemplo, & Abigail: siquidẽ huius mulieris mansuetis verbis effectum est, vt magna Dauidis iracundia deferueret, qua ita concitatus erat, vt Nabal & totam eius *Iracundia quomodo sedanda.*

domum vellet euertere. *Propter quod eorum opus me lapidatis?* E
Iustissima profecto querela. Quid enim indignius, quid monstruosius aut execrabilius, quam lapidibus eum petere, qui tot beneficijs & miraculis, tot maximarum virtutum exemplis, tot cælestis uitæ documentis, eos ad sanitatem perducere conabatur? Quis enim adeo inhumanus & ferreus fuit, qui pro summis beneficijs lapides redderet, quibus sacrilegi in Deum homines in lege olim obrui iubebantur? Sed Iudæos missos faciamus, quos ad hoc tam immane facinus, sua impulit perfidia: quanto vero grauius & intolerabilius est, eos qui fidei lumine instructi sunt, lapidibus quotidie dominum petere? lapidibus enim illū petit, quisquis fideles, hoc est eius membra varijs iniurijs & contumelijs afficit, sicut dicit Apost. sic autem peccantes in fratres & percutientes conscientiā infirmā, in Christū peccatis. Lapidibus quoq. illū petit, qui beneficijs diuinis elatus, donis eius aduersus illū pugnat, & laudis atq dilectionis materiam, in superbiæ & cōtemptus vertit materiā. Lapidibus etiā illum petit, qui sanctissimū eius nomē passim deierando lacerat, atq. is præcipue qui furore & insania percitus, sacrilegas in eū voces iactat Quanta vero sit criminis huius grauitas, declarat Chry. cum ait. in lege quidem veteri scriptum est, qui male dixerit patri vel matri morte moriatur Hoc in veteri testamento, quando puerilia præcepta, quando figura & vmbra Quid igitur dicemus de his qui nunc in gratia, & rerum ipsarū veritate sunt, & tamen non solum patri aut matri maledicunt, sed ipsi vniuersitatis creatori? Quonam supplicio tales satis digno afficientur? Quamobrem merito dominus cum his simili poterit oratione expostulare. *Multa bona opera ostendi vobis a patre meo, propterquod eorum vultis me lapidare?* Quod perinde est acsi diceret, ego vos ad imaginem meam condidi, ego vos innumeris laboribus vestra causa toleratis, ad vitam reuocaui: ego bona ipsa quibus aduersus gloriam meam abutimini, vobis largitus sum, ego os ipsum & linguam, qua aduersum me insanitis, vobis contuli: ego mēbra vestra, quibus mihi bellum infertis, & condidi, & condita seruo, propter quod igitur eorum beneficiorum, vultis me lapidare? Quis autem hac iustissima domini expostulatione non erubescat, & elinguis fiat? non se innumeris supplicijs pro hoc tanto scelere dignum putet? Quanto rectius, quāto iustius, sanctus Martyr Polycarpus, qui ante iudicis tribunal positus, cum à perfido Iudice hanc vocem audisset, iura fortunam Cæsaris, & dic conuicia in Christum, & dimitto te, ille contra sanctissime res-

F (margin letter beside "quos ad hoc tam immane facinus")
G (margin letter beside "pue qui furore & insania")
H (margin letter beside "re. Multa bona opera")

*Ingrati erga Deū sumus.*

*1.Co.2.*

*Laudibus humanis non extollamur.*

*Chry. de proui. Dei ho. 1.*

*Leui. 20*

*Lud. Gra.*

*Gratissimus erga Deum.*

*Exemp. illustre. 5. Poly.*

A me respondit, octoginta annis seruio Christo, & nil me læsit vnquã, quomodo possũ maledicere regi meo, qui mihi vitã dedit? *Nonne scriptum est in lege vestra, ego dixi, Dij estis?* Sciendum est ait D. Th. ꝙ hoc nomẽ Deus sumit̃ tripliciter: aliquãdo enim significat ipsam diuinam naturam, & sic dicitur singulariter solum, iuxta illud Deut. audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Quandoq. autẽ dicitur nuncupatiue, & hoc modo dicũtur idola dij, iuxta illud Psal. omnes Dij gentiũ dęmonia. Quãdoq. autẽ dicitur aliquis Deus participatione aliqua diuinitatis B seu excellentioris virtutis diuinitus infusæ, & hoc modo & iudices dicuntur Dij in scripturis, iuxta illud Exo. applicabitur ad deos, idest ad iudices; item dijs non detrahes, idest prçlatis: & hoc modo accipitur hic hoc nomen Deus cum dicit, ego dixi dij estis, idest participantes aliquam virtutem diuinam supra humanam. *Quem pater sanctificauit.* Licet enim omnes sanctificãdos Deus sanctificet, iuxta illud Io. sanctifica eos in veritate, Christum tamen spiritualiter sanctificauit: nam alios sanctificat vt sint filij adoptiui, iuxta illud Apost. recepistis spiritum adoptionis filiorum: Christum autem sanctificauit vt esset filius C Dei per naturam, vnitus in persona verbo Dei. *Quia dixi filius Dei sum.* Quasi dicat, multo magis possum hoc dicere, qui sum vnitus verbo in persona, quam illi ad quos sermo tantum Dei factus est. *Si illos dicit Deos.* Si sermo Dei ad homines factus est vt dicerentur dij, ipsum verbum Dei, ait August, quod est apud Deum, quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei fiũt homines dij, si participãdo fiũt dij? vnde participãt, nõ est Deus? si calefacti quodãmodo igne salutari, dij efficiuntur, vnde calefiunt, non est Deus? si lumina illuminata dij sunt, lumen quod illuminat non est Deus? si ergo vos deos facit sermo Dei, quomo D do non est Deus verbum Dei?

*D. Tho. in Io. lec. 6.* *Deut. 6.* *Psal. 95.* *Exo. 22.* *Ioan. 17.* *Rom. 8.* *Aug. in Io. tr. 48.*

## *FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

## CONCIO SECVNDA.

*Cõscientiã nostrã renouemus, exuentes veterem hominem.*



*ACTA sunt Encænia in Hierosolymis.* Io. 10. Præclara tunc Encęnia ille celebrat, qui exuens veterẽ hominẽ, cõscientiam suã renouat & expurgatã vitijs, ad ꝙ

*Vitam renouemus.*

nos Pau. adhortās ait, renouamini spiritu mētis vestræ & indui te nouū hominē qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, quod quidem vt commode fiat, prius debemus iuxta eundē Apost. deponere veterem hominem, qui corrumpitur secundū desideria erroris. Nemini igitur nos reprehensibiles exhibeamus, sed vitam curemus inuiolatam & præclarā exhibere, cum videamus quantopere Deus propter nos inuigilauerit in ipso primordio mundi, non solum bona concedere quæ faciebat, sed etiam valde bona: & ideo plurimi id facere debes: siquidem si aliquis artifex tibi aliquod opus conficiat nō crassa quadam minerua, sed multo cum artificio & subtilitate, indicio est quidem, quod te non tanquam rusticū æstimet, sed virum peracutū: & idcirco debes tu vicissim respondere in amore ipsi Deo, qui tāto te amore dilexit, quod si aliqua inuenisti in moribus tuis praua & quæ te offendāt, quāto magis his Deū offendi existimandū est? vnde Io. ait, quoniam si reprehendit nos cor nostrū, maior est Deus corde nostro qui nouit omnia. Sane eo quod homines in vitijs inueterascant, inde fit vt neq. Deū timeant, neq. homines reuereantur, quo pudore amisso, facile in omnia labuntur vitia. Est enim verecundia ipsa instar corticis arboris, qui si ab arbore detrahatur, exiccatur arbor: & sicut tegmen pomi, si enim detrahatur à pomo, putrescit. Sane cum primos excipit ictus taurus, eos plurimum sentit at vero si continuentur, iam videtur ipsos negligere: sic etiam vir improbus cum primo committit iniquitatem, videtur quidem pudefieri, at vero vbi iam in vitio inueterauerit, ita inuerecundus est, vt ipsi quadret illud Iob, bibit quasi aquam iniquitatem. Et sicut aliquis comedens, mandit cibos & ruminat paulatim, at vero bibens, cum festinatione bibit: sic etiam aliquos videas peccare incipientes, qui cum quadam titubatione id præstant: qui vero iam callum peccando obduxerunt, statim se præcipitant in mala. Vnde Hiere. ait, Quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquam turbidam? arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Siquidem peccata ipsa inquietum valde reddunt peccatorem, sicut virtus maximam parit lætitiam & quietem animi. Vnde Isa. ait, haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Sic actiones virtutum gaudium nobis maximū exhibēt, sic lectio libri deuoti, sic frequētatio sacramētorū. Et certe si quis facile statim tanquā canis ad uomitū redierit ad pristina vitia, videtur quodammodo se non satis perpurgasse, vt ait Basi, vnde Eccle. ait, qui baptizatur à mortuo & iterū tāgit mortuū, quid profi-

*Vitia exuipemus.* *Ephe. 4.* *Exemplū bonum dādum.* *Gen. 1.* *Hominem Deus quāti fecerit.* *1. Ioan. 3.* *Vitia corrigamus.* *Simile.* *In vitijs perseuerare quantū noceat.* *Iob. 15.* *Simile.* *Hie. 2.* *Vitia nos inquietos reddunt.* *Isa. 12.* *Eccle. 24*

E F G H

A proficit lauatio eius? Quando arbor quæ scissa fuerat, rursus ramos producit, indicium sane est integræ radicis. Quamobrem nitamur viriliter vt vere & ex animo nos conuertamus ad dominum, & maxime peccatorum dolorem habeamus: atque postquam per pænitentiā salutem à domino consecuti sumus, nō debemus iterū ad pristina redire vitia, & ingrati esse, atque vestem quam induimus probitatis, statim exuere. Sed potius consideremus quod cogitationes nostras omnes quáuis occultissimas, cōtueatur Deus. Vnde Hie. ait, nōne vides quod isti faciunt in ciuitatibus Iuda? filij colligūt ligna, & patres succēdūt ignem. Sane ad tantā iā corruptionē multi venerunt, vt gloriētur etiam de vitijs ipsis Vnde Isa ait, peccatum suum, quasi sodoma prædicauerunt. Videas enim quod iam de adulterijs multi etiam glorientur, de homicidijs, ludis, prophanis vestibus, fraudibusque, & alijs huiusmodi. In Exodo quidē ita præcipiebat Deus, si egressus ignis inuenerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum, reddet damnum qui ignem succenderit. Quanto igitur grauiores luet pænas, qui suo prauo exemplo alios contaminauerit? an non tibi sat est quod tu pro tuis peccatis in inferno ardeas, sed potius etiam velis pro peccatis alienis sempiterna quidem sustinere tormenta? Mirum sane est quod perinde multi ad vitia patranda currant, ac si prēmia ipsis essent decreta. Vnde sap. ait; omnes conuersi sunt ad cursum suū, quasi equus impetu vadens ad præliū. Itē Isa. describens impetū exercitus Assyriorū, ait, ecce festinus velociter veniet, & nō est deficiens, neq. laborās in eo &c. Sed tamē ad virtutē multi nō sunt perinde diligētes. Quáobrē cōscientiā tuā mundā serua ab omni peccato: etenim vel vnicū dūtaxat mortale, omnia tua opera deuastabit. Sic Gedeon cum septuaginta haberet legitimos filios, & vnum spurium, hic vnicus nempe Abimelech, reliquos interfecit. Et sicut qui bona sua omnia consūpsit in vitreis vasis, si interrogetur cū ea iumento portátur quidnam adferat, respondit ipse se nihil quidem adferre si iumentū cadat: sic etiam si tu labaris in vnum dumtaxat lethale crimen, omnia bona quæ operatus es perdis. Vnde nos monet Apost. dicens, fornicatio autem, & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos &c. Debemus igitur cum carnem nostram repugnantem rationi nostræ videmus, ita nos cum ea gerere, sicut nos gerimus cum iumento aliquo refractario & rebelli, vt scilicet opportune vtamur modo fræno,

Margin: B (at "tissimas"); C (at "catis in inferno"); D (at "gitimos filios").

*Eccle. 34*
*Hie. 7.*
*multi se iactant de vitijs.*
*Isa. 3.*
*ducūt vitia multi uxori sibi.*
*Exo. 22.*
*Pro. 1.*
*Hie. 8.*
*Isa. 5.*
*Virtutis segniter inesi bimus.*
*Iudic. 9.*
*Peccatum lethale quātū noceat.*
*Ephe. 5.*

modo calcaribus, idest ieiunio, & alijs huiusmodi abstinentijs. E
Item sicut cum nouimus nos ipsos domi negare cum scimus aliquem venturum qui nobis molestiam exhibeat: sic etiam cũ intelligimus nos ad vitia prouocari ex aliquibus occasionibus, eas omnes amputare debemus, & dicere iam hic nõ viuit, qui alienas coniuges solicitabat, qui in ludo patrimonium profundebat, qui vsuris inseruiebat, & denique dic cũ Apos. viuo ego iã non ego, viuit vero in me Christus, in hunc mundũ; vt ait Apo. venit vt abnegãtes impietatẽ, & secularia desideria, doceret nos & erudiret, sobrie & iuste viuere in hac vita.

*Tẽpus bene collocãdũ.*

*Multi in hyeme versantur.*

*Hyems erat* Sane in his verbis declaratur quam frigidi isti essent in charitate & bonis operibus. Vnde Hieremias sexto c. ait, sicut frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam suam iniquitas. Multi quidem falsam quandam securitatem sibi pollicentur, eo quod videant se à Deo hic non puniri, cum tamen magis cauere debeant. Accesserunt quidem aliquando quidam, vt scribit Luc. ad Christum, nuncian G tes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, & respondens dixit illis: putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pænitentiam habueritis omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, supraquos cecidit turris in siloe, & occidit eos. Putatis quia ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Qui locus solet interpretari de quodam Iuda Galileo & sequacibus eius, qui suos docebat, Deo pro Romano imperatore non esse sacrificiũ offerendũ, & ita Pilatus eos interfici iussit vbi sacrificia offerebant, & ita eorum sanguinẽ sacrificiorũ H cruori commiscuit. Vnde Christus ait, putatis quod hi Galilæi &c. Ex quibus verbis cõstat quod iuste paterẽtur, quoniã nõ est potestas nisi à Deo, neq. etiã condẽnare videtur Pilatum propter eorũ punitionẽ. Hinc etiã colligas quod nõ debeãt aliqui se existimare securos, quod in hac vita non puniantur, cum dicat putatis quod præ omnibus peccatores fuerint? Habet enim Deus varios castigandi modos, & solet paulatim procedere cum ipsis malis, vt corrigantur. In cuius rei figuram virga illa Moysi non conuertebatur quidem in Tygrem aut Leonem, sed in serpentem, vt Pharao resipisceret & non statim perterreretur

*Falsam securitatem habẽt mali.*
*Hie. 9.*
*Luc. 13.*

*Pænitentiã agamus.*
*Ibidem. 5.*

*Superioribus pareamus.*

*Rom. 13.*
*Mali in magno versantur periculo.*

A retur penitus & exanimaretur, sed quia non resipuit, idcirco submersus est Quamobrem ex alijs periculum faciamus, & emendemur ex aliorum supplicijs, aliter enim nisi penitentiam egerimus, omnes similiter peribimus. Item dixit Moyses ad filios Ruben, sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubiũ est quin peccetis in Deum, & scitote quia iam peccatum vestrũ apprehendit vos. Inopinata siquidem sæpe mors eos inuadit qui conuerti ad dominum nolunt. Vnde de diluuio dicitur quod venerit mense secundo, qui secũdum hebræorum suppu- *Gen. 7.*
B tationem esset mensis noster Aprilis, quando scilicet erumpunt flores, & vernant plantæ, vt inde intelligamus quam inspera- ta mors soleat sæpe malos inuadere. Sic enim inopinatos in- *Luc. 16.* uasit diuites illos de quibus Luc. scripsit quod scilicet vnus e- *Luc. 12* pularetur splendide, & alius diceret, anima mea multa bona *1. Thess. 5* habes &c. Vnde Apostolus nos monet dicens, dies domini sicut fur. etc. Multos quidem videas qui cum primum dignitatem aliquam vel munus acceperint, et quiete se victuros existimant, moriantur. Quamobrem considera quæso difficultatẽ quæ reperitur in his qui post longum vitiorum habitum con-
C uertuntur, & considera quantum offendas creaturas omnes quę *Malus* tibi Dei inimico cum peccas deseruiunt, considera etiam quam *omnes cre-* impudenter pecces ante cælestem Angelum custodem tuum: cõ- *aturas of-* sidera etiam quod iniuriam facias sanguini Christi prætiosissimo pro te effuso. *fendit.* Cæterum improbi homines, eo impuden- *Peccatum* tiæ veniunt, vt etiam peccent sub quodam virtus zelo ficto. Vn- *quantum* de Sap. ait non suffecerat errasse eos circa Dei scientiã sed et in *incommo-* magno viuentes inscientiæ bello, tot et tã magna mala pacẽ ap- *det.* pellant. Quod quantũ Deo displiceat, colligere poteris ex sub- *Sap. 14.* iecto exemplo: siquidem in li. Iudic. habetur quod cum Gedeõ *Iudic. 8.*
D vicisset Madianitas, et vellet aliquod gratitudinis signum erga Deum ostendere, noluit sacrificia offerre in Silo vbi solitum erat, sed oratorium quoddã siue altare intra ciuitatẽ suam erexit *Iosue. 22.* ob quam rẽ indignatus est Deus valde, et fuit id ruina filiorum suorũ Si igitur cõtra hoc factum ita succẽsuit Deus, quãto magis putas succensebit contra eos qui ea præstant quæ sunt manifeste mala, et tamen volunt ea sub quodam honesto prætextu velare? sane vir malus non solum alios offendit, sed sibi etiam *Iudic. 8.* crudelissimus est, Vnde Tob 12. dicitur, qui autem faciunt pec- *Tob. 12.* catum et iniquitatem, hostes sunt animę suę. Et Deut. 28. dicitur, dabit tibi dominus cor pauidum et quidẽ deficiens oculos, *Deut. 28.*

et erit

& erit via tua quasi pendens ante te: timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ, mane dices, quis mihi det vesperum ? & vespere, quis mihi det mane ? Hanc etiam peccati conditionem, viri que peccatoris, visus est insinuare Deus cum ait ad Cain. quare iratus es, & cur concidit facies tua? Si enim bene egeris, recipies scilicet gaudium: si autem male, statim in foribus aderit peccatum tuum. Que quamuis ita sint, nihilominus tamen, plerique adeo obstinate quidem persistunt in suis sceleribus, vt in ipsis quoque plurimum lætari videãtur, Potestque ipsis dici quod Oseas propheta dicebat hebræis: audite verbum domini filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ, non est enim veritas, & non est misericordia. &c.

*Gen. 4.* *Conscientia mala possessorē torquet.* *Osea. 4.* *Vitia regnāt in mūdo.*

E F

Adeo quidem istorum pharisæorum charitas refrixerat, vt quidquid boni audirent statim quidem in ipsis congelasceret: hæc est enim malorum conditio vt omnia corrumpant & peruertant. Sane cum paries ipse probe ad perpendiculum erectus est, facile quod imposueris onus sustinet, quod si talis non sit, vix potest aliquid sustinere: sic etiam si recta fuerit alicuius intentio, omnia æqui bonique consulit, si autem mala, omnia deprauare solet. Est quidem lex domini immaculatum quoddam iugum, & ideo improbo viro videtur intolerabile, & succumbit tanquam iumentum & distortus paries. Et sicut ad eundem solem efficitur vt aurum reluceat, & cænum male oleat: sic etiam in doctrina Christi percipienda differenter quidem se habent boni ac mali: & ita in pectore frigido horum Pharisæorum doctrina Christi congelata reddebatur, & ipsi suspensi reddebantur & amaro animo. Vnde beatus Petrus dixit simoni mago, in felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse: & tamen in tanta quidem vitiorum amaritudine, inanem quandam lætitiam præseferunt improbi viri

*Simile.* *Simile.* *Simile.* *Act. 8.* *Conscientia mala vexat animam.*

G H

*Omnem animi tepiditatem propellamus.*

*Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Docet nos Christus exemplo suo, quomodo motu bonarum operationum debeamus omnem ab animo tepiditatem in Dei obsequio quidem expellere. Quosdam enim videas qui sibi satis securi videntur si se tantum aliorum orationibus commendent, & tamen ipsi ex se nil boni agant, sed quidem tepidi sint in virtute. Non ita quidem fecerunt serui Dei, sed potius de talibus inquit

*Tepiditatē in virtute expellamus.*

A inquit Dauid, euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.
Mali vero cum vlterius procedere volunt, potius regrediuntur: *Psal. 125.*
aliqui longas ineunt peregrinationes, & tamen non consequun-
tur quod cupiunt, eo quod male petant, & tamen mulier illa hæ-
morroissa vix accessit ad Christum, cum statim salutem consecu- *Luc. 30*
ta est. Vxor tamen Hieroboam post longam peregrinationē au-
diuit ab Ahia Propheta repulsam eius quod petebat, quando-
quidem vitia & idola non extirpauerat. Cæterum tu vt fias voti *3. Re. 14.*
compos, iusta postula in oratione tua attenta: vides enim quod *Vitia dete-*
B artifices ne errent in operibus suis, attente illa præstant. Vnde *stentur.*
Apost. ait, orabo spiritu, orabo & mente. Sane quæ pro nobis *Oratio fiat*
Christus operabatur, sedulo & attente præstabat, non tepide vt *cū attētiōe*
nos. Vnde Luc. ait, factum est dum complerētur dies assumptio- *1. Cor. 14.*
nis illius, & ipse firmauit faciem suam vt iret in Hierusalem. Sic *Diligētes*
ergo nos cū feruore præstemus diuina obsequia: nā Moyses, quā- *simus in di-*
do subtepide diuino pareret mandato, grauiter à Deo reprehen- *uino obse-*
sus est: vnde prudēs eius vxor Sephora accepto gladio lapideo, *quio.*
circuncidit statim filium ad Deum placandum, & tetigit Moy- *Luc. 9.*
sen sanguine pueri in pedē tingens eum, & dicens: sponsus san- *Simile.*
C guinum tu mihi es, & dimisit eum: atque ita iram domini pla- *Exo. 4.*
cauit contra Moysem. Sane cū canis venaticus non olfacit præ- *Diligēter*
dam, lento quodam incedit gradu, si vero prædā inueniat, illico *Deo seruia-*
festinat & currit vt eam cōprehendat: sic etiam qui rerum diui- *mus.*
narum suauitatem non sentit, tardissimus est ad bene operādū, *Simile.*
si tamen sentiat, mirabile est, quantam adhibeat diligentiā ad cæ- *Tepiditas*
lestem sibi prædam comparandam: sic ergo nō est mirum si mul- *in virtute*
ti tepidi sint in virtute, quoniam cælestia non gustant. Et sicut *detestabi-*
cum aliquis friget, solent ad cerebrum & caput humores qui- *lis.*
D dam ascendere, qui ita impediunt olfactum vt neque odorifera *Simile.*
percipiamus, nec etiam male olentia sentiamus: sic etiam cum *Dei amor*
friget in nobis diuinus amor, tam pestifero humore impedimur *in multis*
& obruimur, vt neque peccata nostra agnoscamus, nec virtutē *refrigescit*
amplectamur; nec præmia cælestia appetamus, neque tormenta *Simile.*
sempiterna timeamus, cum cupiditate & ambitione sensus oēs *Pænitētia*
obrutos habeamus. Quamobrem sicut ad catarrum corporeum *salutaris.*
curandum, potiones sumere solemus quamuis amaras: sic etiam
ad animæ salutem procurandam, abstinentiam & pænitentiam *Vnico tan-*
quamuis asperam complecti debemus. *tum vitio*

Periculosa sane est tepiditas in diuino obsequio, atque vnico *vastari*
dumtaxat vitio perire possumus, quamuis alia vincamus. Nam *possumus.*
Herodes quidem libenter audiebat Ioannis conciones, sed tamē

quia incestuosus erat, turpissime perijt. Non vacat sane myste- E
*Mar.* 6. rio, quod ille leprosus vitaretur, qui aliqua tantum sui parte lepram pateretur, potius quam ille qui lepram toto corpore sustineret: vt inde quidem intelligeremus, quanto maiori in periculo ille quodammodo versari videatur, qui quadam ex parte dumtaxat bonus est, hic siquidem sibi persuadet propter illa pauca bona quæ facit, se iam securum esse, cum interim in vitio suo perseueret. Sic Hierem. reprehendens Hebræos ait: nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templum domini, templum domini est: videbatur enim ipsis quod iam securi essent eo dumtaxat quod sacrificia offerrent. Sic etiam Samaritani cũ Deo F vero, etiam idola colebant. Philisthæi numquam perficere potuerunt vt arca domini simul maneret sub eodem tecto cum dagone. Quid quæso prodest ciuitati quod vndique muro cincta sit, & bene munita, si vnicus dumtaxat locus patens remaneat, per quem hostes intrare valeant? Vide obsecro quomodo tractati sint Ananias & Sapphyra, qui partem tantum quandam sibi bonorum reseruabant Quare omnem tepiditatem in virtute ex animo pellamus, & audiamus quid dicatur in Apoc. vtinam frigidus aut calidus esses &c.

*Luc.* 13

*Tepiditas in virtute periculosa*

*Hie.* 7.

4. *Reg.* 17

1. *Reg.* 5.

*Simile.*

*Act.* 5

*Ap.* 3.

APPENDIX. G

*Ambulabat Iesus in templo.* Tunc sane ambulat Iesus in templo animæ nostrę, quando salutares ei dat inspirationes, quibus ad Deum reuertatur, modo gloriam cælestem, modo inferni pœnas considerando. Sic olim Elisæus vt filium sunamitidis suscitaret ad vitam, ambulabat & spatia faciebat Vide igitur peccator vt salutaribus inspirationibus Dei, aurem & consensum prębeas, sicut fecit Pau. qui dicebat, continuo nõ acquieui carni & sanguini: item ait, domine quid me vis facere? Sic igitur nos faciamus, & vitam nostram emendemus, iuxta consilium Apo. dicentis, renouamini spiritu mentis vestrę, & induimini no- H uum hominem.

*Inspirationibus suis nos vocat Deus.*

*Gal.* 1.

*Act.* 9.

*Ephe.* 4.

*Ambulabat Iesus.* Ante ostium quidem animæ tuæ ambulat Iesus, & cum eam vitijs inquinatam videat, intrare non vult: & præsertim te vocat ad se hoc sancto tempore, tum per conciones, tum per ieiunia, & alia multa huiusmodi; sed interim tu surdam ei exhibes aurem. Quamobrem discute & expelle à te huiusmodi animæ tepiditatem, & aurem consensus præbe Deo tuo, qui te instanter vocat, atque ita qui martyribus in atrocissimis tormentis non defuit, tuas etiam calamitates subleuabit.

*Variis nos modis de⁹ vocat.*

*Ad Deum cõuertamur, & ipse recipiet nos.*

A *Opera que ego facio &c.* Vtinam nos preclaris operibus osten deremus quam boni serui Dei sumus: siquidem ex fumo ignis, & ex nauigatione nauta, & excursu equus, atque ex venatione accipiter deprehenditur, item ex fructu arbor: sic etiam seruus Dei ex operibus manifestatur. *Operibus quisq. qualis sit demonstratur*

*FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

## CONCIO TERTIA.

*Animam virtutibus excolamus cum sit templum Dei.*



*ACTA sunt Encenia.* Ioã. 10. Celebrabatur quidẽ hoc festum in memoriam beneficiorum diuinitus acceptorum & præsertim in templo: sic ergo nos grati esse debemus propter beneficia diuinitus accepta in templo animæ nostrę, aliter enim qui ingratus est, & vitam suam non vult emendare, intelligat se Deũ hospitẽ in anima non habere. Quod si de hoc dubitat, vbi quæso virtutis studium? vbi vitiorum detestatio? Qui fieri posset vt si tam diuitem haberemus hospitem, tam pauperes ipsi relinqueremur? Sane statim prouideret quę necessaria essent ad nos locupletandos. *Grati erga beneficia diuina simus. Autor.*

C O felices eos in quibus fit hæc mutatio dexteræ excelsi! falluntur ergo tales qui vitam suam non emendant, & tamen putant se Deum habere hospitem. Non videbatur dari in lege, ait grauis quidã autor, facultas vxori virum repudiandi, cur ergo nostra anima repudiat sponsum suum? Quid inuenerunt inquit, patres vestri in me iniquitatis, quod recesserunt à me? Sane Pilatus nõ inuenit causam cur Synagoga repudiaret Christum. Anima mea dum vnita es cum viro tuo, diues es & felix, omnia viri tui bona tua sunt. Quæ te igitur repudij libido exagitat? num meliori nu *Psal. 76. Vt ei emendemus. Pal. in Mat. 19. Hie. 2. Ioan. 18. Mat. 5.*

D bes? num diabolus Deo melior est? vir tuus non deseret te nisi te prostituas vt meretrix. Nam qui auarus est fornicatur cum idolo nummi, qui gulosus cum ventre. Quod si olim non licebat repudianti repudiatam repetere nunc vero Deus tuus te inuitat, vt licet repudiaueris cum conuertaris, & ipse te recipiet. Equidem qui animæ nequaquam solicitus, terrena tantum curat, inquit Chry. similis est his qui cum male maceriatam & ruinosam videant domum ipsam, eam tamen reparare negligunt, & amplos potius hortos in circuitu ei præparant: vel illis qui quamuis morbo conficiantur, cura tamen valetudinis neglecta, aureas sibi vestes cõtexũt: aut mulieri quæ cũ aduersa valetudine nimiũ laborat, nullũ ægrotationis remediũ ei damus, sed persuademꝰ vt varia ornaméta sibi cõparare studeat. *Hie. 3. Simile. Chry. in Mat. 11. ho. 86. to. 2. Simile.*

Non aliter

Non aliter ergo nos cum anima nostra modo in furore, modo cupiditatis ardore, modo maledicendi studio miserabiliter vet setur, non in eius curam incumbimus, sed vt magnificas ædes construamus, & vt gregem seruorum, cæteraque huiusmodi ac quiramus. Cæterum aduertendum est, vt ait grauis quidam au tor, quod quamuis anima immortalis sit natura, est tamē mortalis per peccatum: & sicut dat vitam corpori, ita gratia dat vitā animę, est enim gratia velut anima animæ, & peccatum mors animę, vt ait Aug. si in corpore tuo ait Orige. macula aliqua, vel vulnus oriatur, aut ex collisione aliqua intumescat, solicitus es quæ curatio debeat adhiberi, vt corpori pristina sanitas restituatur. Si circa oculos humor aliquis effunditur, solicitus es quomodo succurras & pręuenias cęcitatem; & tamen cum anima tua ægrotet, securus es, & contemnis gehennam, atque ignis æterni supplicia spernis, nec non commonentem te Ecclesiam despicis, neque vereris accedere indigne ad Eucharistiam, nec recordaris quod scriptum est, ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quare id? quia non seipsos dijudicant, patiuntur hoc quod febricitantes pati solent, cum fa uorum cibis præsumunt vti, sibi metipsis adferentes exitium. Sed boni exultant maxime cum Deum hospitio suo excipiunt: sic Dauid prægaudio saltabat ante arcam: magi videntes stellam, cō tinuo secuti sunt ducem cum gaudio. Item negotiator ille Euā gelicus, inuenta pretiosa margarita, statim vendidit omnia bona sua, & comparauit eam Sic baptista in vtero matris exultauit gaudio. Sola Christi præsentia est quę nobis hilaritatem adfert, atque bonorum omnium satietatem, extra quam famelici reddimur. Vnde filius ille prodigus qui in domo patris sui panibus abundabat, exiens ab ea fame per ibat. Quæ igitur tanta peccatoris dementia est, vt relicta domo patris sui, fallacem mundū sequatur?

*Hec. pin. in Ezec. 13*

*Aug. li. de spi. & ani.*

*Ori ho. 2. in psal 37.*

*Simile.*

*1. Cor. 11.*

*Simile.*

*2. Reg. 6*

*Matt. 2.*

*Luc. 1.*

*Veram lętitiam dat Deus.*

*Luc. 15.*

E F G H

Sane si attēte nostra opera exploraremus facile sciremus quantū debeamus animam nostrā renouare, & mores componere. Vnde Gregor. ait, in hac plebe Christiana sunt nonnulli qui ideo Christum confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt, nā si nomen Christi in tanta hodie gloria non esset, tot professores Christi sancta Ecclesia non haberet, non ergo adprobationem fidei vox sufficit professionis. Est tamē vbi quisque interroget vt in confessione Christi se veraciter probet, si non iam nomen eius erubescit: si plena virtute mentis humanum pudorem subdidis. Certe persecutionis tempore substantijs nudabantur fideles, de

*Auctor.*

*Inconstantes sumus in virtute*

*Gre. ho. 32 in Euang.*

A deles, de dignitatibus deijciebantur, verberibus affligebantur: pacis autem modo tempore, quia hæc à nostris persecutionibus desunt, est aliud vbi ostendamur: nam veremur sæpe à proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Nam si cū proximo contingat iniri gratiam, erubescimus priores satisfacere, cor quippe carnale dum huius vitæ gloriam quærit, humilitatē respuit, & plerumque ipse homo qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum erubescit. Pense- *Vitia multis dominātur.*

B mus facta veritatis, vt timeamus quæ iacēt nostrę grauitatis actiones. Nam si membra quidē capitis sumus, imitari eum cui connectimur debemus. Quid namque ad nostræ eruditionis exemplum, Paulus egregius prędicator dicit? Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo Ecce inter nos & Deum discordiā peccando fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prius misit, vt nos ipsi qui peccauimus, ad pacem Dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, erubescat quisque, si non satisfaciet prior proximo, quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenien- *2.Cor. 5.* *Magna Dei clemētia.* *Autor.*

C tibus obsecrat Deus. Sane vrbs illa quæ aliunde sibi annonam prouidere debet, nisi ipsa veniat annona, magnam sustinet miseriam: sic etiam nos si Deus propter culpam nostram cęlestia auxilia nobis subtrahat, in magna versabimur miseria: vnde Dauid dicebat, anima mea sicut terra sine aqua tibi. Item alibi tale supplicium sentiens dicebat, pluuiam voluntariam segregabis deus hęreditati tuæ. Item Isa. 5 mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Sic ergo nubes gratiæ cælestis, supra bonos & iustos pluent. In cuius rei figuram legimus Genes. 41. quod facta est fames in vniuersa terra, nisi in Ægypto, vbi scili- *Psal. 142.* *Psal. 67.* *Isa. 5.* *Gen. 41.*

D cet erat sanctus Ioseph. Etenim vbi Deus inhabitat, est maxima suauitas & omnium rerum abundantia: sicut contra vbi Deus abest, summa reperitur miseria. Quod quidem malus confitebitur aperte, sed fortasse sero cum erit in inferno. Non potest quidem anima absque Deo renouari & instaurari cælesti quodā rore: Vnde Iob ait, nunquid viuere potest scyrpus absque humore? Vide quomodo comparet animam nostram Et Isa ait de malis, egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt; lingua eorum siti aruit. Sed de bonis loquens, ait: aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. *Veram cōsolationē dat Deus.* *Iob. 8.* *Isa. 41.*

*Adulatores multos decipiunt*

*Quo vsque animam tollis?* Volebant hi quidem & affectabant,

exterius

*Hypocrita adulationes* exterius quidem probi videri, & studiosi salutis Reipub. cum tamen interius deprauatum haberent animum & peruersam intentionem, quę est conditio hypocritarum & adulatorum. Quod genus hominum etiam Philosophi iam pridem reprehēderunt, nam Philon dixit, fraudulentos adulatorum sermones auersare. Et Diogenes, blandam adulantium orationem, mellitum laqueū existimato Antisthenes, satius esse putato in coruos quam in adulatores incidere, nam illi mortuum exedunt, hi vero viuum etiam. Horatius, nec te fallant animi sub vulpe latentes. Anianus, calidū & frigidum ne efflato. Alexādro conuiuium quodam celebrante, vt refert Iusti cum cœpissent omnes mero incalere, eorum etiam lingua soluta est, atque vltro citroque varijs sermonibus habitis, bonain diei partem consumpserunt. Cum autem viderent conuiuæ Alexandrum capi vel maxime, auidissimumque esse laudis, orsi sunt de patre primum dicere, atque Philippi ipsius præclara facta in cælum tollere: alij mox de Alexandro ante eius os, non minore assentatione quam laude dicere etiam cœperunt. Quam rem cum placere omnes viderent ipsi Alexandro, imo hunc iuuare eorum sermones, vicissimque de se dicere: statim facta est quoque comparatio inter res gestas Philippi patris & Alexandri filij, omnesque blanda assentatione cœperunt demulcere Alexandri aures, præferentes omnino eius facta, patris gestis: à quorum sententijs cum vnicus tantum dissensisset, iussus est statim ab Alexandro interfici: tanta est assentationis pernicies & pestis, vbi semel hominum animos occupauerit. Ne credas ait Hier. adulatoribus tuis, imo irrisoribus aures ne libenter accommodes: si enim statim respexeris, videas à tergo ciconiarum in morem tibi colla curuari, vel Midæ auriculas appingi. Nemini etiam detrahas, nec in eo laudē sitam vllam putes quod alterius vitam laceres, nec detractiones ipsas libenter audias. Fere enim fit vt nostri obliti, de alijs murmuremus, quod quidem malum perniciosissimum est. Idem etiam alibi ait, Ad consolationem nostram falsam sæpe de alijs murmuramus: cęterum nil est quod ita animum laceret & in varia distrahat, quam patentes accommodare aures, & ad quemcumque loquentiū ventum, animum huc atque illuc agitare. Hoc enim de amicis inimicos facit. Magnæ quidem virtutis est & grauitatis, non faciles prębere aures quibuscunque sermonibus. Adulatores Porro veluti pestem fuge: nil enim est quod æque corrumpat animum, atque blanda illa assentationis aura. Ecquę maior leuitas esse potest, quam seipsum nolle agnoscere, sed adulantiū potius hominum

*Philon.* *Dioge.* *Antist.* *Hora.* *Ani.* *Iust. li. 12.*

*Conuiuia immoderata quanta sæpe generent incommoda.*

*Exemplū prauum.*

*Qui gaudēt adulatoribus, quo redigātur.*

*D. Hier. epi. ad Rus. mo. de vi. for. tom. 1.*

*Hier. epi. ad Celan. de rati. pi. vi. to. 1.*

*Adulatores quantū noceāt.*

E F G H

A hominum quærere testimonia, atque ab ipsis accipere id tanquã dono quodam, quod acceptum grauissimum adferat nocumentum? Si cupis iure laudari; illi prępara conscientiam tuam, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Porro isti Pharisęi volebant persuadere quod simplici & aperto animo interrogarent an esset Christus, & ita eum reciperent, sed tamen sicut Scorpio, blandiebantur ore, & cauda pungebant. Vnde Psal. ait, os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Est autem concinnare apte componere, *1. Cor. 4.* *Mali quã sint fallaces.* *Simile.* *Psal. 4.*

B sic vt fallacia non intelligatur, & in verbis compositis malitia nõ apparcat. Ideo concinnat lingua dolos, quando verbis compositis fallaciam simulamus. Iubebat Deus in Deut. vt nemo vestem ex lino & lana indueret: illi vero linum & lanam induunt, qui aliud in ore, aliud in pectore habent. His compositis & fictis hominibus mundus abundat, qui coram facie te laudant, à tergo autem vituperant & infamant. Sic etiam ficte dęmon tentabat Christum in deserto. Sic vxor Hieroboam voluit decipere Prophetam Ahiam. Sed frustra, vt inquit Sap. iacitur rete ante oculos Pennatorum. Deus quidem falli non potest, sed ipse patefe- *Deut. 22.* *Matt. 4.* *3. Reg. 14.* *Pro. 1.*

C cit machinas vxoris Hieroboam, & Propheta suo nomine vocauit eam: ita ergo nunc isti tentatores statim à Christo cogniti sunt, quamuis venirent in vestimentis ouium, qui tamen intrinsecus erant lupi rapaces. O quam multos etiam nunc inuenias fictos & duplici corde homines. Vix enim inuenias virum cui tuto fidere possis, nec qui simplici corde tecum agat, cum enim putaueris te esse tutum, deceptum potius inuenies. Væ duplici corde ait Ecclesi. labijs scelestis, manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs: abominatur enim Deus hos simulatos & fratrum deceptores. Arca Noe interius, *Mat. 7.* *Multi sũt ficti.* *Ecclesi. 2.* *Gen. 6.*

D exteriusque linita erat bitumine. Vult Deus vt interius, & exterius ornati simus sanctitate, & cor nostrum linguæ consonet. De fictis autem dicebat Dauid, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et rursum, sepulchrũ patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs corũ. Vno ore flare & sorbere volunt: vnaq; manu panem ostentant, altera vero lapidem. Sicut apes ore portat florem, sed retro aculeo ferit: ita multi blande loquuntur, sed intus malitiam gerunt. De quibus dicebat regius vates, circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Deus populo Iudaico prohibuit esum cygni, cuius quidem pennæ candidæ sunt, caro autem ipsa nigra. *Psal 34.* *Psal. 139.* *Simile.* *Psal. 117.* *Leu. 11.*

Vnde D.

D. Aug. Vnde D. August. ait quod plus nocet lingua adulatoris, quam
Psal. 69. vulnus persecutoris. Sic Ioab sub osculo percussit Amasam.
2 Reg. 20. Et in Pro. dicitur, ne iudices vinum propter dulcedinem, nam
Pro. 23. in potu suaue est, & postea mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Manus Moysi extra mundæ apparebāt, in sinu tamen erant leprosæ: sic isti foris mundi apparent, intus
Exo. 4. autem sordibus pleni sunt. Sicut ligna ignem nutriunt, ignis au
Simile. tem ea incendio suo deuorat; sic illi quibus fit adulatio, sustē-tant ipsum adulatorem, adulator autem eos absumit. Et sicut
Simile. Actęon, vt fabulantur poætæ, à canibus quos alebat, fuit deuoratus, sic qui adulatores sustinent, ab ipsis deuorantur. F

*Si quid boni habemus, illud Deo ascribamus.*

*De bono opere non lapidamus te.* Multos videas qui bona o-
Ambitiosorum conditiones. pera sibi potius tribuant quam Deo, sed non ita quidem se gerunt serui Dei: vnde Iacob cum interrogaretur ab ipso Esau de familia quam adferebat, respondit, paruuli sunt, quos donauit mihi dominus in hoc loco. Item fratres Ioseph cum vide G
Gene. 33. runt in saccis suis repertum esse scyphum, dixerunt, quidnam
Gene. 48. est hoc quod fecit nobis Deus? Sic etiam cum Abigail cum sua facundia, & munere quodam egressa est in occursum ipsi Dauidi, vt eius iram placaret qui contra virum suum Nabal iratus
Gene. 43. erat, & eius domum deuastare decreuerat, ait Dauid postquam audiuit eloquentiam ipsius Abigail, benedictus Deus Israel qui
1. Reg. 25. misit te hodie in occursum meum. Cum etiam maledicebat Semei ipsi Dauidi, dixit Dauid: dominus præcepit ei vt maledice-
2. Reg. 16. ret Dauid. Item Iob dicebat, dominus dedit, dominus abstulit.
Iob 1. Hoc etiam voluit Dauid insinuare in Psal. cum ait, ignis, gran- H
Psal. 48. do, nix, glacies, spiritus procellarum, quę faciunt verbum eius. Quasi diceret, cum ignis te calefacit, vel grando segetes vastat, intelligas esse Dei munera, qui te ad se vocat & attrahit per hu-
Magna diuinitus accipimus beneficia. iusmodi media. Noli igitur in aduersis cadere animo, sed ad Deū potius confugito. Sic se solent serui Dei gerere. Vnde Apost cum dixisset, ego sum minimus Apostolorum: postea docens quomodo aliquid posset, inquit: gratia Dei sum id quod sum: item nō ego, sed gratia Dei mecum, tum etiam ad Roma.
1. Cor. 15. Scribens ait, audacius autem scripsi vobis, propter gratiā quæ
Rom. 5. data est mihi: non ita faciunt multi, qui sibi potius censent tri-
Psal. 11. buendam eloquentiam quam habent. Vnde de talibus dicit Dauid: qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia no-

stra

A ſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Cum Iudith oſtende ret populo caput quod Holopherni amputauerat, ait; Laudate dominum Deum noſtrum, qui interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte, per manum fœminæ percuſsit illum do minus Deus noſter. Quamuis igitur facta heroica & præclara præſtiterimus, quamuis virtutem exercuerimus, ſemper tamen Deo optimo maximo bona noſtra tribuamus, nec de ipſis glo-riemur. Vnde Iſa. ait, numquid gloriabitur ſecuris contra eum B qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Vide igitur quomodo Propheta nos appellet ſecurim & ſerrã. Sic etiam ſponſa tribuens & aſcribens ſponſo ſuo quidquid bo ni habebat dicebat: veniat dilectus meus in hortum ſuum, vt cõ medat fructum pomorum ſuorum. Hortus quidem Chriſti eſt anima viri probi, & fructus ſunt bona opera quæ facit, & ita ſpõ ſum inuitat ad opera ſua quæ in anima præſtat. Sane cum aliquã do Moyſes ſalutaria conſilia daret populo, inter alia quidem dixit ipſi, quod cum fertiliſsimam illam promiſsionis terrę poſ ſideret, non diceret, propter iuſtitiam meam introduxit me do- C minus vt terram hanc poſsiderem: neque enim propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui ingredieris tu vt poſsideas terras ea rum gentium, ſed quia illæ egerunt impie, introeunte te deletæ ſunt, & vt compleret verbum ſuum dominus quod ſub iuramen to pollicitus eſt patribus tuis; Abraham, Iſaac, & Iacob. Conſi deremus ergo quod arbores quædam inuerſę ſimus, ita vt intel ligamus radices noſtras ſurſum aſpicere, eo quod cælitus nobis bona proueniant. Vnde Dauid dicebat, leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Et alibi dicebat, pluuiã vo-luntariã ſegregabis Deus hæreditati tuæ: idest dabis ſeruis tuis D cæleſtem aquam cum tibi videbitur opportunum, quandoquidẽ ſunt agri tui. Sunt quidem boni humiles, & contra mali ante oculos ſuos ſublimes ſunt, quoniã ſua opera non à longe ſicut illi contuentur, ſed prope, ea ſibi tribuentes, & non cęlorum re gi. Vnde Iob pręclare dicebat, verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti: ſi igitur hic ſanctiſsimus vir tam humiliter de ſe ſentiebat, quorſum tu ambitioſe & ſuperbe eleuaris?

*Iudith. 13.*
*Bona Deo tribuamus*
*Iſa. 10.*
*Can. 4.*
*Deut. 9.*
*Proſperitatem Deo tribuamus*
*Simile.*
*Pſal. 120.*
*Pſal. 67.*
*Simile. in quo differant mali a bonis.*
*Iob 9. 29. 30. & 31.*

## APPENDIX.

*Oues meæ vocem meam audiunt.* Ideſt obediunt: porro vexil-lũm harum ouium eſt Crux ſanctiſsima: vnde Eccleſia canit, vexilla regis prodeunt. Non ſunt hęc illorum arma qui ad ter-rorem ſanguivoras aues inſculpunt inſignibus ſuis. Vnde

*Crux vexillum ouium Chriſti.*

Pau. ait, non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. E
*Rom. 8.* Est quidem pellicanus misericors in his insignibus & vexillo Christianorum, qui quidem vt vitam tribueret filijs suis, & eosdem redimeret, aleret nutriret, & sustentaret, pretiosissimum sanguinem suum effudit in altari Crucis. Accedite igitur omnes ad tam misericordem & pijssimum pellicanum, qui vitam æternam dat ouibus suis.

*Christus pellicano cõparatus*

## *FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

## CONCIO QVARTA.

*Conscientiam mundemus & diligenter expurgemus.* F



FACTA *sunt Encania.* Ioan 10. Nos etiam Encænia quædam in anima nostra celebrare debemus, & templum interius nostrum perpurgare, atq; Deum ibidem admittere: cum consentientibus enim, & idẽ volentibus aut nolentibus, inquit Chr. facilius & libentius quisquis cohabitat, imo omne animal diligit sibi simile. Cur igitur in Deo sic fieri non putamus? Nam cum bonus natura sit, & fons atque origo virtutis, etiam studiosos complectitur, & impuros ac sordidos à se reijcit. Si igitur nos mundã & nitidam domum habitare studemus, cur non magis Deus qui purissimus est, hoc præstabit, & impuram aspernabitur? Felix ille, inquit alius autor, qui animæ suæ hospitio Deum excipit, quia multa munera ei confert apud quem hospes est. Vide quid contigerit ipsi Abrahæ & Loth, quod recepissent hospitio angelos Item Obededom qui arcam hospitio excepit, vide quanta commoda reportarit: tum etiam Elizabeth cum hospitio excepit matrem domini. Quanta igitur commoda reportabit is apud quem tota Trinitas mansionem faciat? Quid ei deesse potest, qui Deum apud se habet? Vnde sancti cum Deum in animo haberent, non timebant hæc mundana. Hebræis à Deo dilectis, H non defuit manna in deserto: neque Eliæ cibus, quem etiã à coruo accipiebat. Danieli item in lacu leonum constituto: quę omnia contingebant his quoniam Deus apud eos habitabat, cum mundam haberent conscientiam & Deo placerent. Tanta ergo cum vigilantia candori vitæ incumbamus, vt in nullam prorsus incurramus vituperationem. Hinc enim Iaco. ait, quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Super quæ verba ait Glo. vere qui in vno offedit fit transgressor totius legis, quia qui peccat, contra autorem legis facit, quẽ in sua lege negligit, & cõtra charitatẽ, quæ est causa &

*Chry. in Ioã. li. 10. c. 4.* *Simile.* G *Ferus in Ioan. 14.* *Gen. 18. & 19.* *2. Reg. 6.* *Luc. 1.* *Exo. 16.* *3. Reg. 17.* *Dan. 14.* *Iaco. 2.* *Glo. ordi. in Luc.* *Simile.*

A ſa & mater totius legis. Hanc autē ſententiā ex ſimili videamus:
ſiquis enim me offenderet, oēs fratres & amicos meos in me offē
deret, & quodammodo contra oēs peccaret: ſic qui bonū mādatū
negligit, cætera quæ cōpleta videbātur adiuuare, ſibi inutilia red
dit. Si habuerimus aliquā paſsionē corporis, ait Chry. omnia *Chry ho.*
facimus, cuncta mercamur, vt corpus ægritudine liberemus: ani *14. in*
ma vero noſtra tam male ſe habente diſsimulamus? Propterea ſa *Mat & li.*
ne fontem ipſum malorum incuratum relinquentes, in multa *1. de cōpū.*
prolabimur mala. Nā præterquamquod peccata ipſa, ſępe morbi *ho. 43. in*
B corporei cauſa ſunt, animæ certe languor, corporis languore a- *Mat to. 2*
trocior eſt, quanto anima præſtat corpori. Pupillā quidem ocu- *Diſsimile*
lorum tuorum, ait idem Chry. alibi, ne minimo lædatur pulue-
re, diligenter cuſtodis, animā autē tuā tanta malorum congerie *Simile.*
preſſam contemnis & negligis? Quando ab his ſordibus animū
detergemus? Quando huiuſmodi primū radices amputabimus?
Vt triticum ſemper periclitatur & calamitati eſt obnoxium: ita
hominis vita ſexcentis eſt expoſita periculis. Vnde quiſque ſibi
ipſi conſulat: ſi enim maximam diligentiam homines adhibent
ad bona & diuitias cuſtodiendas, ne ab aliquo dilapidentur: ſi di
C ligentiſsime in ſerijs ipſis religandis incūbunt, ne vinum effun-
datur: ſi in vaſis olearijs ne pereat ipſum oleum, ſi in veſtibus cu
randis, ne à tinea lædantur; cur non multo magis animū ipſum
tuebuntur & defendent, ne vitijs inquinetur? Cum aliquis eſt no
bis fortior hoſtis, vigilanter plane viuimus, metuentes ſemper
ne aliqua nos aggrediatur imparatos: multo igitur magis dęmo
nē ipſum fugere & euitare debemus, qui vndiq; nos oppugnat,
& durisſima ſeruitute opprimit. Quę ſeruitus inquit Cyril. eo
deterior eſt quam corporalis ſubiectio, quia corporalem & du- *Cyr. li. 6.*
ram & acerbam ſentientes deteſtantur omnes, quam quantum *in Ioan. c.*
D aſpera ſit cognoſcunt: peccati vero ſeruitus neque ſatis cogno- *2.*
ſcitur, neq; multis diſplicet. Applaudimus ei & colludimus ſpō-
te noſtra, atque in dies augemus eam: habet enim aſſeclam ſibi &
ſociam blandam voluptatē, cuius fuco & mendacio ineſcat ani- *Tentatio-*
mos hominū, & libertatis pręfert ſpeciē. Pręterea ſerui hominū, *nibus faci*
inhumanos & immites plerumque fugiunt dominos, & corri- *le multi*
piendo fugam, à dura liberantur ſeruitute, ſeruus vero peccati *ſuccūbūt.*
quo fugiat non habet: ſequitur enim illum ſemper vindex con-
ſcientia, & grauiſsimis, qui ex peccatorum recordatione ſurgūt, *diſsimilia*
ſtimulis torquere non ceſſat, neque placidam ei quietem conce- *Peccatum*
dit. Pręterea corporalis ſeruit' plerūq; citra culpā eius qui in cō *aſpera ſer*
ditionē trahit ſeruilē, inducitū, eo ipſo quidē renitente & inuito: *uitus.*

Quid enim peccauerat Ioseph vt in seruum à fratribus venunda E
Gen. 37. retur? Quid item admiserunt, Daniel & socij eius, in captiuitatem Babylonicam adacti? Seruitus vero peccati sponte nostra semper contrahitur, cum peccatum omne sit volũtarium, & eius
Dan. 1. assuefactio spontanea, & culpæ rationem habet assidue annexã, quoniam ex ipsa & frequenti eius perpetratione potissimum nascitur. Rursum humana seruitus, qua in alterius ditionem amissa libertatis conditione quispiam redigitur, saltem ipsa finitur morte, quantumuis in pręsentis vitæ incolatu fuerat diuturna, immitis & aspera: peccati autem seruitus nequaquã in ipsa terminatur morte, sed hic inchoata, perpetuo durat post mortem, sine vlla consequendæ libertatis spe. Qui enim peccati iugum à se nõ excusserit cum præsentem agit vitam, haud quaquam illud abijcere poterit post hanc vitam, quod tum nec pænitẽtiæ, nec veniæ locus vllus relinquetur his, qui hic obdurata fronte grauibus se peccatis obstrinxerũt. Quin & Philosophus etiam ille pythagoras olim sensisse videtur, quã diligentes esse debeamus in animę nostræ defectibus explorandis, cum dixit; nec somnum mollibus in oculis suscipe, antequam diuinorum operum ter vnumquodque percurras. Quo transgressus sum? Quid feci? Quid mihi decens perfectum non est? Incipiens à primo percurrere, & quæ mala operatus es, dole: bona vero, lętare. Hæc labora, hęc meditare, hęc te oportet cupere; hæc te diuinæ virtutis ad vestigia ponent.

*Peccatum seruit⁹ voluntaria*

*Obstinatio animi quã grauis sit.*

*Pytha.*

*Conscientiam sæpe discutiamus.*

F

G

### *Auditores verbi Dei quales esse debeant.*

Ezech. 33. O*Ves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis.* Vnde colligas quod non sufficiat audire verbum Dei, sed etiam oporteat sequi Christum, & executioni mandare quæ audiuntur. Porro conditiones multorum audientium nostri temporis depingit Ezech cum ait, & tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum: & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: venite & audiamus quis sit sermo egrediẽs à domino, & veniunt ad te quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus me⁹, & audiũt sermones tuos, & nõ faciunt eos, quia in canticũ oris sui vertũt illos, & auaritiã suã sequitũ cor eorũ, & es eis quasi carmẽ musicũ, quod suaui dulciq; sono canitũ: & audiũt verba tua, & nõ faciũt ea: & cũ venerit quod prædictũ ecce enĩ venit, tunc scient quia prophetes fuerit inter eos. Quasi dicat tũ id sciẽt, quãdo positis in inferno, nullus erit remedij locus.

H

*Auditores prauos quomodo puniat deus.*

Et certe

A Et certe hodie videmus tales conditiones in multis qui concionatores audiunt, siquidem videas aliquos qui conueniunt inter se vt ad talem prędicatorem exeant, vt audiant num melius concionetur quam ille alter qui in tali prædicat Ecclesia: atque ita exeuntes dicunt, ille maiorem habet eloquentiam, hic vero mouet. Et certe detestabile est quod in artibus mechanicis non pręsumat iudicare de aliquo opere nisi sit versatus in ea arte, & tamen de concionatore omnes volunt censuram facere. Satis quidem manifesta apparet condemnatio nostra qui in prædicatorum multitudine tanta, tam parum proficiamus. Potest quidem de nobis dici illud Ezechielis, væ ciuitas sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram: multo labore sudatum est, & nō exiuit de ea rubigo nimia eius neque per ignem: immunditia tua execrabilis &c. Item apud Hie. dicitur; frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ &c. Monet nos ergo Deus, & tamen nolumus vitam emendare. Sic monuit Pharaonem dicens: congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro &c Qui credidit, illæsa habuit pecora, & iumenta: qui vero non credidit, perijt in agro. Huc enim rediguntur qui nolunt ex salutari doctrina proficere. Contra quos etiam Isa. ait; væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt, & circunuallabo Ariel, & erit tristis & męrens &c. Vide quomodo ipsi comminetur: dicitur autem Ariel quasi fortis leo. Sic etiam modo dicere possum, væ obstinato & duro animo, qui nullis vult diuinis exhortationibus emolliri: execęabuntur oculi tui, idest prædicatores auferentur qui te illuminant. Vnde Isa 3. dicitur, ecce dominator dominus exercituum, auferet ab Hierusalem & ab Iuda, Iudicem & prophetam, & senem, & consiliarium, & dabo pueros principes eorum, & effæminati dominabuntur eis, & corruet populus &c. Quid porro iuuat quod optimos habeas concionatores, si duro & pertinaci es animo? Sane terra præparata & emollita optime recipit semen ipsum, non autem quę inculta est. Vnde Hie. ait, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti: Caueāt igitur ne ipsis accidat quod dicitur in Apo. dedi illi tempus vt pænitentiam ageret, & non vult pænitere à fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum, & qui męchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pænitentiam ab operibus suis egerint.

*Multi auditores quam sint curiosi.*

*Aliqui temere iudicant concionatores*

*Ezech. 24*

*Obstinatos odit Deus*

*Hie. 6.*

*Exo. 9.*

*Monet nos Deus vt emēdemur.*

B, C, D (margin letters)

*Obduratos animos quomodo puniat deus.*

*Isa. 3.*

*Simile.*

*Hie. 5.*

*Apo. 2.*

*Hec. pin. in Eze. 32*

Porro explicans verba illa Ezech. montes Israel audite verbum domini, ait grauis quidam autor, sed quid ais diuine vates?

Confer sermonem tuum hominibus, non autem cum mōtibus. E
Cur insensibilia alloqueris, Iudæos autem sensus participes relinquis? At alte spectare si velimus, videbimus profecto Ezech. Prophetam, ob Iudæorum perfidiam & pertinaciam iratum, ad res insensibiles se merito contulisse, vt homines multo illis insensibiliores esse significaret. Querens alius Propheta à mari, quid esset quod in exitu Israelitarum de Ægypto fugisset, & a Jordane, cur esset retrorsum conuersus? adfert diuersas creaturas in hunc modum respondentes: à facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum, & ru F
pem in fontes aquarum. Acsi dicerent, quid mirum si nos Deo pareamus, cum terra multo nobis crassior, ei aures præbuerit? nec solum terra, sed etiam durissimæ rupes fuerunt ex eius iussu, in fontes aquarum conuersæ. Et alio in Psal Commota est inquit, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis: vnde colligas quam culpabiles sint homines, qui nolunt audire verba Dei; qui certe si nolunt imitari seruos Dei, imitentur saltem mare, vētos, & alia huiusmodi. Quando canis venaticus leporem, vel aliud quoduis venationis genus inuestigat, si nullum vestigium G
inuenit, piger & iners ambulat, atsi venationis fumus eius nares attigerit, solertissimus occurrit quousque prędam inuenerit: ita nos quia Deum non gustamus, inertes & pigri in eius obsequio ambulamus, & prolixam concionem fastidimus. Vtinam fragrantiam & suauitatem diuinorum mandatorum degustaremus, vt cælestem hanc venationem toto pectore inuestigaremus. Tanta est odoris suauitas quæ ex ore Pantheræ egreditur, vt Philosophi dicant quod omnia animalia domicilia sua deserant, tanta eius suauitate attracta: quanto igitur suauius erit Dei verbum, si illud semel degustauerimus? Multi audiunt H
verbum Dei cum magna attentione, sed non cum magno desiderio proficiendi, quin potius cū quadam curiositate. Vnde Christus dicebat, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiūt illud. Et regius vates ait, beati qui memores sunt mandatorum eius, ad faciendum ea. Explicans doctor quidam verba illa Ezech. & es eis quasi carmen musicum, inquit: audiunt te voluptatis causa sed doctrinam tuam minime sequuntur. Quemadmodum nō nulli oblectantur musica, & musicos aliquorum fortitudinem, & res gestas, ac facta heroica canentes, libenter audiunt, sed virtutes quas illi laudibus efferunt & cantu celebrant, imitari non curant: sic filij inquit Israel, oblectationis causa solum modo te audiunt,

*Quantum Deo displiceat obstinatio nostra.*

*Psal. 113.*

*Psal. 17.*

*Quā multi sint auditores duri.*

*Simile.*

*Si gustaremus cęlestia, maxime excitaremur.*

*Simile.*

*Dei verbū quam sit suaue.*

*Luc. 11.*
*Psal. 102.*
*Pin. in Ezec. 33.*
*Simile.*

A audiunt, consilia autem tua penitus contemnunt. Multi igitur his similes sequebantur Christum, & multi etiam tales hodie sequuntur cõcionatorem, semperque fuerunt id genus homines. Et hoc est quod querebatur Apost. de ipsis Atheniensibus dicẽs, Athenienses ad nihil aliud vacasse, quã vt aliquid noui dicerẽt, aut audirent. Sed non propterea concionatores relicturi sunt munus concionandi, nam etsi nonnulli sint auditores curiosi, vani, & impij: sunt tamen multi graues, docti & pij, qui animę vtilitatem quærunt, & quamuis omnes abirent pręter vnum, ei B tamen esset veritas nuncianda. Notum est illud Antimachi poætæ dictum, qui vt refert Cicero, cum conuocatis auditoribus legeret eis carmen suum, eumque loquentem omnes pręter Platonem reliquissent: legam inquit, Plato enim mihi instar est omnium. *Act. 17.* *Anti.* *Cice. decla ora.*

*Bene operari quam sit laudabile.*

*Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Vide quantum sit & quam laudabile, testimonium bonorũ operũ, vt Christus pasim opera esse spectãda dicat. Neque enim initio creationis mundi contentus fuit Deus tãtum ipsa rerum creatione, sed etiam res factas voluit approbare, dixitque opera quę condiderat C esse valde bona Item in Exo. habetur quod agnus qui erat immolandus primo adferebatur ante omnium oculos vt videretur & approbaretur, num maculã haberet. Sic ergo nos opera nostra examinemus num maculam aliquam habeant: vnde Eccles. ait, fili in mansuetudine opera tua perfice. Nos vero non ita facimus, sed potius eos opifices imitamur, qui opera quæ faciunt aduendendum alijs, curiose & perpolite efficiunt, quæ vero sibi faciunt, administerium domus propriæ, non perinde limant & expoliunt, sed dicunt quod rude vtcumque & impolitum opus ipsis sufficiat. Sic ergo videas aliquos, qui quæ ad a-D lios spectãt curiose vestigent, cũ interim in suis cęcutiant. Sed dices tu, quorsum me macerabo in bonis pręstandis operibus, siquidẽ video quod qui talia agunt sæpe hic calamitates multas referant, cum interim qui inique operantur, prosperi fere sint & fortunati? nonne ista præpostera videntur, sicut illud quod ait Ps. Ponẽs in thesauris abyssos? Quasi dicat, ponit arcas in thesauris, cum homines cõtra ponãt thesauros in arca; nã pecuniã recondũt in crumena, crumenã in arcula siue scrinio, & scriniũ in magna vtique arca, probe vndique obserata. Tale etiam videtur illud Apo. lauerunt stolas suas in sanguine agni, etenim aqua potius & sapone mundare solemus vestes, quam sanguine. *Opera bona clarum exhibẽt testimonium* *Gen. 1.* *Exo. 12.* *Exemplũ bonũ dandum.* *Ecclesi. 3.* *Simile.* *Negligentes sumus in virtute* *Psal. 32.* *Apo. 7*

*iudicia dei abyssus multa. Simile.*

Verum tamen intelligamus hęc omnia quæ hominum oculis absurda videntur, esse mysterijs inenarrabilibus plenissima. Siquidem cum aliquis insignis mercator ad locupletissimas profectus nundinas, ibi emit aliqua vilia & parui ponderis, statim numerata pecunia, cum sit minimæ quantitatis, pretium persoluit: si tamen pretiosissimas & inæstimabiles emat merces, nō illico eas soluit pecunia numerata, sed pretium in alias nundinas differt persoluendum, & chirographa sua exhibet. Sic ergo scire debemus quod Deus est insignis mercator qui bona opera nostra emit, cum ergo illa modica sunt & exigui pretij, statim in hac vita ea persoluit & pretium dat, puta bona aliqua temporalia: cum vero egregia sunt & illustria opera, ea differt persoluenda ad cælestes nundinas vbi infiniti sunt thesauri, atque ita chirographa sua exhibet iustis & pijs viris. Quamobrem cum tam infinitos habeat Deus thesauros, curet quisque quomodo præclarissima exhibeat opera, nihil hæsitās vtiq; de solutione ipsa, quæ vota omnia superabit. E F

*Copiosam mercedem differt deus in aliam vitam persoluendā bonis.*

*Optimus retributor Deus & liberalis.*

Exerceamus nos igitur in bonis & sanctis operibus, ea omnia ad Deum dirigentes, sicut Apostol. nos monet dicens, omne quodcumque facitis siue in verbo, siue in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri. Arbor quidem bona vt ait Psalm. Fructum dat in tempore suo: non enim debet expectare mortis statum, sed opportune modo debet homo bonorum operum fructus exhibere. Vnde Ecclesi. ait, ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi: non defrauderis a die bono, & particula boni dici non te prætereat. Non enim solum contentus esse debes dicens, ego non occido, non adultero, non furor, nemini iniuriam infero, sed potius debes bona præstare opera, & bonam intentionem Deo seruare. Siquidē in Leui. legimus, quod quamuis Deus vellet de sacrificijs partem dari ipsis sacerdotibus, nihilominus tamen de incenso nolebat partem aliquam alteri exhiberi, sed sibi soli offerri. Vt inde intelligamus quomodo bona opera nostra in Deum solum dirigere debeamus. Nam sicut modicum acetum, etiam multum vini corrumpere solet, sic vtique praua intentio etiam multa bona opera contaminare solet. Vnde de mala loquens intentione, dicit per Prophetam, incensum abominatio est mihi. Siquidem bona opera quæ isti præstabant, vt orationes, ieiunia eleemosynæ, & alia huiusmodi, fiebant ab ipsis cum deprauata quadam intentione. Vide etiam quomodo dicatur in Gene. G H

*Col. 3.*

*Psal. 1.*

*Ecclesi. 14*

*Tempus bene impendamus.*

*Leui. 7.*

*Simile.*

*Isai. 1.*

quod

A quod respexerit Deus ad Abel & ad munera eius, vt inde intel ligamus, bonam intentionem esse eam inprimis quæ à Deo plu rimi fit. Vnde Pau. ait fide plurimam hostiam Abel quam Caim obtulit Deo. Rupertus Abbas inquit, quod priusquam patriar cha ipse Abel sacrificia sua obtulit Deo, prius quidem se ipsũ exanimo & toto corde Deo obtulit, sed non tamen ita peruersus ille Cain segessit. *Gen. 4.* *Heb. 11.* *Rup. Ab.*

B *FERIA QVINTA POST DOMINIC IN PASSIONE.*

## CONCIO PRIMA.

R*Ogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo.* Luc. 7. Ad prandium, & ad pharisæi prandium venisse Christum, solicitus forsitan miretur auditor, ait Chrysolo. Pharisæi domum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus, neq accubuit, pocula soporata melle, C floribus odorata sumpturus, sed pęnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorum. Cum videret Pharisæus Christi virtutem, & præterea paupertatem, propterea Christum inuitauit: ita etiam tu tales conuiuas inuitare debes. Sed iam hoc tempore plerosq videas, qui non soleant inuitare nisi diuites dumtaxat, vt possint vicem ab eisdem reportare, & mutua referre cõuiuia. *Et ingressus domum pharisæi discubuit* Hinc facile colligas quanta cum celeritate ad conuiuium nostrũ accedat Deus, si eũ inuitemus: neq. hoc mirum est, cum etiam ipse ad ostium nostrũ D stet, & pulset, vt si aperuerimus ei, statim in cænam nobiscum ingrediatur: tum etiam colligas quam ingrati nos simus qui vidẽtes Christum dominum ad primam statim inuitationem nostrã accedere, nos tamen vel si millies ab eo inuitamur, surdam semper ei aurem exhibemus, neque ad eius conuiuium accedimus. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Cum quadam admiratione hoc narrat Euangelista: mirabile enim est quod fæmina quæ imbecillis esse solet, tam mirabilem habuerit animum, & tantis cum lachrymis ad Christum accesserit. *Maxime* debes abhorrere à peccatis, & pręsertĩ publicis, ne toti ciuitati aliquod scandalũ generes: vbi enim semel verecundiæ fines trãsilieris, in multa scelera prolaberis. Quanto numerosior est populus ante quem

*Chrysolo. ser. 93.* *Conuersionẽ nostrã quanti desideret Christus.* *Apo. 3.* *Magnam negligentia nostra.* *Peccata publica quãtũ oderit Deus.*

te quē peccas, tanto etiam grauius fit peccatum tuum, vnde & E
scelera huius mulieris grauia erant propterea quod in ciuitate peccaret, & præterea nobili loco & genere nata esset. Exaggerat Euangelista inquit Chry. mulieris facinus, vt accumulet indulgētiā largitoris. Ciuitate peccauerat, quia famā sua fama totius tetigerat ciuitatis, sicq. iā nō peccatrix solū, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. *vt cognouit.* Hæc cognouit, quia non nisi ab eo solo ciuitatis peccatum posset auferri, qui solus venerat abluere peccatum & abolere. Cognouit quā grauiter in ciuitate peccasset. Si in pago aliquo vitam degeret, vbi F
raro fiunt conciones, tolerabile videretur, sed in ciuitate vbi tā multæ habentur, vbi tot sunt tēpla, tot sacerdotes & religiosi homines, id quidē detestabile est. *Vt cognouit quod Iesus accubuisset.* nō ad stantē nō ad sedentē audet venire peccatrix, Deus cū stat corripit, cū sedet iudicat, prostratis cōiacet cū accūbit; inclinatā ad miserandū diuinā didicit maiestatē, & credidit quod esset adueniā sibi prōptus, qui pharisæi venerat tā prōptus ad mensā. *Vt cognouit.* Quasi tacita mente apud se diceret, nō repellet me iste quāuis peccatrix sim, quandoquidē cū suis inimicis & cū peccatoribus cōuersatur. Benignitas quidē illa qua cum G
pharisæis hostibus suis vtitur, me maximopere incitat atq. impellit. *Rogabat Iesū quidā pharisæus.* Agitur hodie de cōuersione Magdalenę, est autē hoc opus dexteræ excelsi, & idcirco talē diuinitus imploremus fauorē vt cōuertamur. Hie. 10. scio domine, quia nō est hominis via eius vt ambulet & dirigat gress' suos. Est enim instar quarūdā serarū quæ claudūtur quidē & obserātur facile, sed sine claue aperiri nō possūt: sic homo potest in peccatū ipse labi, sed nō potest resurgere sine Dei auxilio. *Rogabat Iesum.* Rogati ad conuiuia accedere debemus, si aliter non possumus ea recusare, non autē debemus nos vltro ingerere vt multi faciūt: atq. ibi versātes, bonū exhibeamus virtutis H
exēplū, & moderati simus. *Ecce mulier.* dicit beatus Vincen. q per duodecim annos in hoc vitio vixisset, & tamē vide quā benigne à Christo recipiatur. Si animalia fera, imo & aues cū ab aduersarijs lędūtur animalibus, ad hominē tanquā benigniorē cōfugere solēt, quāto magis omnes ad Christū cōfugere debemus cū nos hostes nostri inuadūt? *in ciuitate peccatrix.* Quasi per antonomasiā quādā videbatur nomē peccatricis reportasse sicut Nero intelligitur per crudelē, & Alexāder per liberalē. Vide igitur quomodo abusa fuerit pulchritudine sua hæc mulier vt intelligas quā caute ambulare debēt pulchræ mulieres: est c.

*Vbi supra*

*Dissimile*
*Grauius est peccare vbi est concionū abundantia.*

*Confidamus de diuina misericordia & ad Deū conuertamur.*
*Hie. 10.*
*Simile.*

*In conuiuijs quomodo accedendū.*
*D. Vince.*
*Simile.*

*Simile.*

A nim pulchritudo instar vrsæ,ad quã vidẽdã cũ accedãt reliqua animalia propter eius pulchritudinẽ,ipsa interficit. Vnde Sap. ait,fallax gratia,& vana est pulchritudo. Itẽ Theophrastus ait q pulchritudo est fraus tacita & muta, quia absq. loquela corda hominũ decipit,& simul est vana. Quid vanius quam quod vna febre euanescit?est denique flos statim tabescens. *Pro.31.* *Theoph.*

*Attulit alabastrum* Hactenus Euangelista huius mulieris pecca ta narrauit,ecce iã incipit eius conuersionẽ admirabilẽ & virtu tes exponere:& quẽadmodum pictores cũ insignẽ aliquã imagi-B nẽ depingere parãt,prius quidem carbone eã deformãt, quo tẽpore rudis,oculisq. iniucũda apparet,at vero postmodum vi uos super addentes colores,eandẽ maxima venustate spectabilẽ omnibus proponũt:ita beatus Euãgelista hactenus veluti carbone quodã depinxerat Magdalenã vocans eã peccatricẽ,nunc vero incipit iã eius virtutes persequi dicẽs,quod attulit alabastrum. Age mulier,cur Christum domũ tuã nõ ducis?cur eũ in domo tua nõ quæris?Matthæus & Zachæus peccatores erãt, & duxerũt eũ domũ suã. An ignoras quod peccatores recipiat,& mãducet cũ illis?Scio inquit ista,sed adeo sum peccatrix vt nõ C merear eius ingressum intectũ meũ. Quæ enim cõmunicatio lu cis ad tenebras?Mihi certe sufficit si tanquam caniculæ cõceda tur esse ad pedes eius,idq. domi alienæ. Erat quidem pretiosissimũ hoc vnguentũ & odoriferũ,nã cũ sentiret fætorẽ peccatorũ suorũ,ideo curauit bonũ odorẽ adferre, vt à Christo sana retur,& tanquã Iacob curauit placãdũ fratrẽ suũ: neq. expecta uit quidẽ donec prãdiũ peractũ esset,quia magna est peccatorũ sarcina,& statim à nobis deponẽda. Est enim peccatũ in homi ne veluti coluber,aut accensa pruna in sinu posita,quæ ibi diutius sine periculo detineri nõ potest. Neq. timet præterea hæc D mulier,aut erubescit,cõspectũ cęterorũ,modo placeat Christo suo. *stans retro.* instar publicani qui nõ audebat oculos suos sursum attollere, ita hæc nõ audebat corã accedere, sed Christo apud se dicebat,tibi peccaui,atq. depositis prophanis vestibus,ad Christũ accessit tãquã Esther depositis regalibus vestibus ad dñũ preces fudit. Iudith ita cilicio induta est: itaq nos ad Deũ accedere debem',magnacũ humilitate ab eo veniã postulãtes: *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Tãta erat ei' cõtritio, & tãtæ lachrymæ pfluebãt ab oculis ei',vt etiã stãs rigaret pe des dñi. Vnde illud Hie. illi applicari potest,magna est cõtritio tua. Copiam enim tuarũ lachrymarũ cui cõparẽ nõ inuenio,ni copiæ aquarũ maris. Amaritudo etiã qua lachrimaris similis est amaritudini maris. Nos ergo lachrymis etiam peccata nostra

*Simile.* *Artificiũ Euange.* *Mat.9.* *Luc.19.* *2.Cor. 6.* *Mat.15.* *Gen.32.* *Simile.* *Peccatum quam sit detestabile.* *Luc.18.* *Psal. 50.* *Ester. 14.* *Iudith. 9.* *Thre. 2.*

delea

deleamus dicentes cum regio vate, amplius lauame ab iniquita- E
*Psal.* 50. te mea, & à peccato meo munda me. Si enim Michas ille tanto-
*Iudic.* 17 pere deflebat, quod sibi erepta fuissent idola, quanto nos verius
flere debemus qui Christum propter scelera nostra amisimus? si
*Sūmū est* ille dicebat, deos meos quos ego feci mihi tulistis, & quęritis
*miseria* quid ploras? quanto magis nos dicere debemus Deus qui me fe
*Deum a-* cit mihi ereptus est, & non plorabo? Ceruus à canibus obsessus
*mittere.* gemit, & tu non deflebis, cum te circunstent innumerabiles dæ-
mones cupientes animam tuam dilacerare? vt autem intelliga-
mus quocunque tempore pro sceleribus commissis opportu- F
nas esse lachrymas, idcirco non expectauit inuicta fæmina do-
*Glo. inc.* nec prandium per actum esset, sed in medijs epulis, vberrimum
*in ps. ver.* effudit lachrymarum fontem. Hec mulier, vt ait Glo. incog. in
*1756.* Psal. imitata est aquilam, quę rostrum suum renouat in Petra,
*Simile.* illud exacuens: sic enim hæc Christi diuinæ petræ pedibus pro-
uoluta, lachrymisque eosdem rigans, damnum suum reparauit,
totaque renouata est. Aquila etiam plumas antiquas excutit, se
aquæ immergendo: sic hæc mulier lachrymarum imbre veterē
vitam expulit. G
*Autor.* *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Multi quidem lachrymas fū
*Lachry-* dunt, sed non vtiliter, neq. ad pedes Christi, sed propter suos
*mę quomo* appetitus, aut propter lucra mundana. Ille quidem ad Christi pe
*do funden* des lachrymas effundit, qui ex vero corde & contrito peccata
*da.* sua deflet, atque suam miseriam agnoscens, prouoluitur ante
*Lau. Ius.* pedes saluatoris, veniam delictorum cum protestatione emen-
*li. de. obe.* dationis vitæ postulans. Explicans porro Lau. Ius. verba illa
*c.15.* Isa. lauamini, mundi estote, inquit in hunc modum, non cor-
*Isa.1.* poris ablutionem, sed cordis commendat, aqua namque corpo-
*Psal.* 50. rales abluit maculas, spirituales vero abluit confessio delicto- H
rum. Hoc propheta intelligens, dominum deprecabatur dicēs:
asperges me domine hyssopo, & mūdabor &c. Nouerat quippe
*Contritio* non sui esse arbitrij tantum, adeo placidam edere contritionem
*vera ex* sed diuino opus esse auxilio. Nam etsi clamorem quis edat vo-
*Deo est.* cis, & pectoris tunsionem, at vero humilitatem cordis, & piæ cō
*Conuersio* punctionis gemitum, & gratum facientis charitatis possidere
*vera a do* suspirium, à domino instanter postulare debet. Hinc vera sui
*mino postu* cognitio, hinc peccatorum detestatio emergit, Nempe quos vo
*landa.* cat, & iustificat gratia, replet dolore & compunctione, & facit
*Amb. li.* pænitentiæ proferre lamenta. Fortasse ait Amb. non lauit pe-
*6. in Luc.* des suos Christus, vt eos lachrymis nos lauemus. *Et capillis ter*
*gebat.* Sed cur quæso sancta mulier, tantam lachrymarum copiā
tam

A tam cito abstergis ne compareant? quia scilicet non studet hominibus placere, sed Deo, nec opera sua facit vt videatur ab hominibus, more hypocritarum. Satis ei accommodari potest illud Ezech. omnibus meretricibus dantur mercedes &c. Item illud Hie. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere. Tacita igitur dicebat, condole obsecro pijssime domine, mihi perditissimæ mulieri, & vt fiat hæc mutatio dexteræ excelsi, opem tuã imploro. Tu quidem varijs me dotibus exor-B naueras, ingenium dederas splendidum, amplas opes, ego tamen his tantis beneficijs abusa sum, & vnde te amandi ansam arripere debebam, inde potius contra te factorem meum arma sumpsi. Mihi certe propheticum illud quadrat, decora facta es vehementer nimis &c. Et habẽs fiduciam in pulchritudine tua fornicata es, & sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa. Quamobrem pater misericordiarum, qui dixisti, tamen reuertere ad me, complectere me peccatricem tua infinita misericordia & dita tuis opibus, vt tandem merear in tuorum numerũ aggregari *Et osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* E aquæ mortis fuerant instrumenta, in vitæ medicamentum tradu-C xit. Et sicut theriaca quæ de veneno conficitur, tamen in præsentissimum contemperatione quadam conuertitur medicamẽtum: sic mulier hæc prophanos omnes gestus in sanctissimos conuertit, & medicinam quasi de veneno confecit. Vnde Apo. sicut exhibuistis inquit, membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati &c Hebræi quomodo vulnerati fuerant, sanabantur serpens momorderat, serpens curauit Cum philistæi arcam domini cepissent, proptereaque à domino essent percussi, & mures vastassent terram, edocti à diuinis fecerunt mures quibus dominum placauerũt. Filij Israel sicut inaures antea obtulerunt ad
D opus tabernaculi vituli, sic postea ad opus veri domini. Vnde Grego. ait, quod turpiter exibuerat hæc mulier, nunc laudabiliter Deo offert: oculis terrena concupierat, sed hos iam per pænitentiam conterens flebat, Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes domini osculans hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pænitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Præcesserant interuenientes lachrymæ ait Chrysolo. Vt oscula deuota sequerentur quia lachrymæ satisfactionis sunt documentum, oscula sunt quidem reconcilia

*Mat. 6.* Ezech. 16 *Hie. 3.* *Psal. 76.* *Ingratissimus erga Deum.* Ezech. 16 *Hie. 3.* *Simile.* *Rom. 6.* *Num. 21.* *1. Reg. 5. & 6.* *Exo. 32.* *Exo. 35.* *Gre. in Euãg. ho. 33.* *Vera pænitentia qualis esse debeat.* *Chrysolo*

ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditasset vi E
Tit. 3. res & auxilium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et iterum non ex o
Ephe. 2. peribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam miseri-
Chry. ser. cordiam saluos nos fecit. Et alibi, Dei enim donum est, nõ ex-
94. operibus, ne quis glorietur. *Donauit vtrisq.* Audistis ait Chry solo. quemadmodum cælestis creditor totum debitum charita te compensat, & ad crementum totius fęnoris, amoris solius e
Chryso. in xigit & requirit vsuram? plectendus debitor qui dilectione so
Psal. 115. la suam negligit redimere cautionem. Non habemus ait Chry F sos. quo possimus reddere & compensare beneficia nobis, diui nitus collata, quæ quidem amplissima & innumerabilia. Vnde
Psal. 115. Propheta dicebat quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? cælum propter me expandit, fulgidis stellis illud ornauit &c.

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vt enim
Simile. periti & experti medici solent cũ ad aliquam ciuitatem accesserunt, varios curare infirmos, & in illis præsertim peritiam suã manifestare qui morbos incurabiles quodãmodo habeant. ita G Christus dominus potentiam suam in tanta peccatrice ostendere voluit. Cęterum medici humani alias infirmitates curant
Psal. 102. alias vero non, quia neque omnia norunt, neque omnia possunt: at vero de Christo ait regius vates, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tum præterea vulgares medici sanitatem indu cunt, sanguinem emittendo ex ipsis infirmis, venas scindẽdo, a maras potiones propinando, & præter hęc omnia grãdem pe
Isa. 53. cuniam exigendo: at vero cęlestis medicus ipse potius amaras potiones suscipit, ex ipso sanguis elicitur. Vnde Isa. ait, vere lã H guores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Nos uetitos edimus fructus, ipse vero felle & aceto in Cruce potatur: nos malis humoribus pleni eramus, ipse vero in horto san
Mat. 17. guineo sudore pro nobis madefit. Vide quam benignum & mi
Luc. 22. sericordem sese Deus exhibeat huic mulieri, cum ipsa mutata esset à sua pristina vita. vt enim columna nunc dextram, nunc
*Si mutemus vitã prauam, e tiã mutabis Deus sententiã.* sinistram se se nobis exhibet, pro mutatione tantum nostri, cũ ipsa maneat immobilis: ita Deus optimus maximus pro muta tione & conuersione nostra, nulla in ipso mutabilitate adhærẽ te, interdum nobiscum iustitia, interdum vero misericordia vti tur, prout viderit nos mutari siue à virtute ad vitium, siue à vitio ad virtutem. Et sicut sol oculis quidem ægris odiosus est, sa
Simile. nis autem delectationem maximam adfert, cum idem ipse permaneat

maneat: ita Deus ijs qui ad se redeunt, benignitatem suã & misericordiam impartitur, duris autem & obstinatis iracundum se exhibet & seuerum. Tantũ autẽ potuit diuina gratia in hac muliere, vt non solũ peccata omnia deleuerit & absterserit, verũ etiã eandẽ euexerit ad altissimũ quendã virtutis & sanctitatis gradũ. Inuestigabiles plane ait Lau. Iust, sunt viæ domini: & incomprehensibilia iudicia eius. Quadrat plane huic sanctæ mulieri dictum illud Hiere. in charitate perpetua dilexi te, et attraxi te miserans tui: siquidem Christus eã soluit à vinculis pec-
D catorum & ad se attraxit. Sunt enim peccata vincula quædam. Vnde regius vates ait, dirupisti vincula mea. Et diuus Io. ait dixisse Christum, nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Attracta porro longe quidem formosior diuina benignitate & pulchrior reddita est, quam ante esset deformis iacens in peccatorum sordibus.

*Recipit benigne ad se redeuntes Deus.*
*Rom. 11.*
*Lau. Ius. ser. d̃ Magdale.*
*Hie. 31.*
*Psal. 115.*
*Ioan. 6.*

## FERIA QVINTA POST DOMINIC. IN PASSIONE.

## B CONCIO SECVNDA.

*Peccatum multas secum adfert miserias.*



ROGABAT *Iesum quidam Pharisæus.* Luc. 7. ca. Tractat gloriosus Euangelista hodierno die de muliere quadã peccatrice, quæ ad se reuersa, tãtã egit pænitentiã delictorũ suorũ, vt merito exemplar quoddã pænitẽtiæ sit in Ecclesia Dei. Magnũ sane est Dei beneficiũ cũ peccatoris alicuius animũ ita cõuertit, vt intelligat quantis
C in miserijs versetur. Sane postquã Adã peccauit, cæpit Deus altis vti vocibus, vt surdus peccator audiret in quantis versaretur malis, vnde & textus ait quod audiret Adam vocem domini. Etenim cum quis lethaliter delinquit, procul quidem pellit ab anima Deũ & si aperte non dicat ei vt á se egrediatur. Nec enim Laban ipsum Iacob expellebat, sed tamen talibus vtebatur operibus, vt facile eius pulsum intelligeret Iacob. Vnde & dicebat ad coniuges, video faciem patris vestri, quod nõ sit erga me sicut heri & nudius tertius. Hinc Ecclesi. ait, cor hominis immutat faciem eius, Debemus ergo instar mulieris huius pænitentiam agere peccatorum vt Deum quẽ amisimus recuperemus. De Alexãdro quidem Magno ferũt ꝙ cum aliquando furi-

*Ad Deum toto animo reuertamur.*
*Gen. 3.*
*Gen. 31.*
*Eccle. 13.*

Quid enim peccauerat Ioseph vt in seruum à fratribus venunda E
retur? Quid item admiserunt, Daniel & socij eius, in captiuita-
Gen. 37. tem Babylonicam adacti? Seruitus vero peccati sponte nostra
semper contrahitur, cum peccatum omne sit volūtarium, & eius
Dan. 1. assuefactio spontanea, & culpæ rationem habet assidue annexā,
quoniam ex ipsa & frequenti eius perpetratione potissimum na
*Peccatum seruit⁹ voluntaria* scitur. Rursum humana seruitus, qua in alterius ditionem amis
sa libertatis conditione quispiam redigitur, saltem ipsa finitur
morte, quantumuis in pręsentis vitæ incolatu fuerat diuturna,
immitis & aspera: peccati autem seruitus nequaquā in ipsa ter- F
minatur morte, sed hic inchoata, perpetuo durat post mortem,
sine vlla consequendæ libertatis spe. Qui enim peccati iugum à
se nō excusserit cum præsentem agit vitam, haud quaquam illud
abijcere poterit post hanc vitam, quod tum nec pænitētiæ, nec
veniæ locus vllus relinquetur his, qui hic obdurata fronte gra-
*Obstinatio animi quā grauis sit.* uibus se peccatis obstrinxerūt. Quin & Philosophus etiam ille
pythagoras olim sensisse videtur, quā diligentes esse debeamus
in animę nostræ defectibus explorandis, cum dixit; nec somnum
*Pytha.* mollibus in oculis suscipe, antequam diuinorum operum ter
vnumquodque percurras. Quo transgressus sum? Quid feci? G
*Conscientiam sæpe discutiamus.* Quid mihi decens perfectum non est? Incipiens à primo percur
rere, & quæ mala operatus es, dole: bona vero, lętare. Hæc la-
bora, hęc meditare, hęc te oportet cupere; hæc te diuinæ vir
tutis ad vestigia ponent.

*Auditores verbi Dei quales esse debeant.*

OVes meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis. Vnde colligas quod non suf-
Ezech. 33. ficiat audire verbum Dei, sed etiam oporteat sequi Christum, &
executioni mandare quæ audiuntur. Porro conditiones multo H
rum audientium nostri temporis depingit Ezech cum ait, & tu
fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, &
in ostijs domorum: & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum
suum loquentes: venite & audiamus quis sit sermo egrediēs à do
mino, & veniunt ad te quasi si ingrediatur populus, & sedent co
ram te populus me⁹, & audiūt sermones tuos, & nō faciunt eos,
quia in canticū oris sui vertūt illos, & auaritiā suā sequitᷣ cor eo
*Auditores prauos quo modo puniat deus.* rū, & es eis quasi carmē musicū, quod suaui dulciq; sono canitᷣ: & au
diūt verba tua, & nō faciūt ea: & cū venerit quod prædictū ecce enī
venit, tunc scient quia prophetes fuerit inter eos. Quasi dicat
tū id sciēt, quādo positis in inferno, nullus erit remedij locus.
Et certe

A Et certe hodie videmus tales conditiones in multis qui concionatores audiunt, siquidem videas aliquos qui conueniunt inter se vt ad talem prędicatorem exeant, vt audiant num melius concionetur quam ille alter qui in tali prædicat Ecclesia: atque ita exeuntes dicunt, ille maiorem habet eloquentiam, hic vero mouet. Et certe detestabile est quod in artibus mechanicis non pręsumat iudicare de aliquo opere nisi sit versatus in ea arte, & tamen de concionatore omnes volunt censuram facere. Satis quidem manifesta apparet condemnatio nostra qui in præ-

*Multi auditores quam sint curiosi.*

*Aliqui temere iudicant concionatores*

B dicatorum multitudine tanta, tam parum proficiamus. Potest quidem de nobis dici illud Ezechielis, væ ciuitas sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram: multo labore sudatum est, & nõ exiuit de ea rubigo nimia eius neque per ignem; immunditia tua execrabilis &c. Item apud Hie. dicitur; frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ &c. Monet nos ergo Deus, & tamen nolumus vitam emendare. Sic monuit Pharaonem dicens: congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro &c Qui credidit, illæsa habuit pecora, & iumenta: qui vero non credidit, perijt in agro. Huc enim rediguntur qui

*Ezech.24*

*Obstinatos odit Deus*

*Hie.6.*

*Exo. 9.*

*Monet nos Deus vt emẽdemur.*

C nolunt ex salutari doctrina proficere. Contra quos etiam Isa. ait, væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt, & circunuallabo Ariel, & erit tristis & męrens &c. Vide quomodo ipsi comminetur: dicitur autem Ariel quasi fortis leo. Sic etiam modo dicere possum, væ obstinato & duro animo, qui nullis vult diuinis exhortationibus emolliri: execęcabuntur oculi tui, idest prædicatores auferentur qui te illuminant. Vnde Isa 3. dicitur, ecce dominator dominus exercituum, auferet ab Hierusalem & ab Iuda, Iudicem & prophetam, & senem, & consiliarium, & da-

*Obduratos animos quomodo puniat de°.*

*Isa.3.*

D bo pueros principes eorum, & effæminati dominabuntur eis, & corruet populus &c. Quid porro iuuat quod optimos habeas concionatores, si duro & pertinaci es animo? Sane terra præparata & emollita optime recipit semen ipsum, non autem quę inculta est. Vnde Hie. ait, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti: Caueãt igitur ne ipsis accidat quod dicitur in Apo. dedi illi tempus vt pænitentiam ageret, & non vult pænitere à fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum, & qui męchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pænitentiam ab operibus suis egerint.

*Simile.*

*Hie. 5.*

*Apo.2.*

Porro explicans verba illa Ezech. montes Israel audite verbum domini, ait grauis quidam autor, sed quid ais diuine vates?

*Hec. pin. in Eze.32*

Confer sermonem tuum hominibus, non autem cum mõtibus. E
Cur insensibilia alloqueris, Iudæos autem sensus participes relinquis? At alte spectare si velimus, videbimus profecto Ezech. Prophetam, ob Iudæorum perfidiam & pertinaciam iratum, ad res insensibiles se merito contulisse, vt homines multo illis insensibiliores esse significaret. Querens alius Propheta à mari, quid esset quod in exitu Israelitarum de Ægypto fugisset, & a Iordane, cur esset retrorsum conuersus? adfert diuersas creaturas in hunc modum respondentes: à facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum, & ru F
pem in fontes aquarum. Acsi dicerent, quid mirum si nos Deo pareamus, cum terra multo nobis crasior, ei aures præbuerit? nec solum terra, sed etiam durissimæ rupes fuerunt ex eius iussu, in fontes aquarum conuersæ. Et alio in Psal Commota est inquit, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis: vnde colligas quam culpabiles sint homines, qui nolunt audire verba Dei; qui certe si nolunt imitari seruos Dei, imitentur saltem mare, vẽtos, & alia huiusmodi. Quando canis venaticus leporem, vel a- G
liud quoduis venationis genus inuestigat, si nullum vestigium inuenit, piger & iners ambulat, atsi venationis fumus eius nares attigerit, solertissimus occurrit quousque prędam inuenerit: ita nos quia Deum non gustamus, inertes & pigri in eius obsequio ambulamus, & prolixam concionem fastidimus. Vtinam fragrantiam & suauitatem diuinorum mandatorum degustaremus, vt cælestem hanc venationem toto pectore inuestigaremus. Tanta est odoris suauitas quæ ex ore Pantheræ egreditur, vt Philosophi dicant quod omnia animalia domicilia sua deserant, tanta eius suauitate attracta: quanto igitur suauius e- H
rit Dei verbum, si illud semel degustauerimus? Multi audiunt verbum Dei cum magna attentione, sed non cum magno desiderio proficiendi, quin potius cũ quadam curiositate. Vnde Christus dicebat, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. Et regius vates ait, beati qui memores sunt mandatorum eius, ad faciendum ea. Explicans doctor quidam verba illa Ezech. & es eis quasi carmen musicum, inquit: audiunt te voluptatis causa sed doctrinam tuam minime sequuntur. Quemadmodum nõ nulli oblectantur musica, & musicos aliquorum fortitudinem, & res gestas, ac facta heroica canentes, libenter audiunt, sed virtutes quas illi laudibus efferunt & cantu celebrant, imitari non curant: sic filij inquit Israel, oblectationis causa solummodo te audiunt,

*Quantum Deo displiceat obstinatio nostra.*

*Psal. 113.*

*Psal. 17.*

*Quã multi sint auditores duri.*

*Simile.*

*Si gustaremus cęlestia, maxime excitaremur.*

*Simile.*

*Dei verbũ quam sit suaue.*

*Luc. 11.*

*Psal. 102.*

*Pin. in Ezec. 33.*

*Simile.*

A audiunt, consilia autem tua penitus contemnunt. Multi igitur his similes sequebantur Christum, & multi etiam tales hodie sequuntur cōcionatorem, semperque fuerunt id genus homines. *Act.17.* Et hoc est quod querebatur Apost. de ipsis Atheniensibus dicēs, Athenienses ad nihil aliud vacasse, quā vt aliquid noui dicerēt, aut audirent. Sed non propterea concionatores relicturi sunt munus concionandi, nam etsi nonnulli sint auditores curiosi, vani, & impij: sunt tamen multi graues, docti & pij, qui animę vtilitatem quærunt, & quamuis omnes abirent prςter vnum, ei B tamen esset veritas nuncianda. Notum est illud Antimachi poætæ dictum, qui vt refert Cicero, cum conuocatis auditoribus legeret eis carmen suum, eumque loquentem omnes prςter Platonem reliquissent: legam inquit, Plato enim mihi instar est omnium. *Anti. Cice. de cla ora.*

*Bene operari quam sit laudabile.*

*Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Vide quantum sit & quam laudabile, testimonium bonorū operū, vt Christus passim opera esse spectāda dicat. Neque enim initio creationis mundi contentus fuit Deus tātum ipsa rerum creatione, sed etiam res factas voluit approbare, dixitque opera quę condiderat C esse valde bona. Item in Exo. habetur quod agnus qui erat immolandus primo adferebatur ante omnium oculos vt videretur & approbaretur, num maculā haberet. Sic ergo nos opera nostra examinemus num maculam aliquam habeant: vnde Eccles. ait, fili in mansuetudine opera tua perfice. Nos vero non ita facimus, sed potius eos opifices imitamur, qui opera quæ faciunt aduendendum alijs, curiose & perpolite efficiunt, quæ vero sibi faciunt, administerium domus propriæ, non perinde limant & expoliunt, sed dicunt quod rude vtcumque & impolitum opus ipsis sufficiat. Sic ergo videas aliquos, qui quæ ad a-D lios spectāt curiose vestigent, cū interim in suis cęcutiant. Sed dices tu, quorsum me macerabo in bonis prςstandis operibus, siquidē video quod qui talia agunt sæpe hic calamitates multas referant, cum interim qui inique operantur, prosperi fere sint & fortunati? nonne ista præpostera videntur, sicut illud quod ait Ps. Ponēs in thesauris abyssos? Quasi dicat, ponit arcas in thesauris, cum homines cōtra ponāt thesauros in arca; nā pecuniā recondūt in crumena, crumenā in arcula siue scrinio, & scriniū in magna vtique arca, probe vndique obserata. Tale etiam videtur illud Apo. lauerunt stolas suas in sanguine agni, etenim aqua potius & sapone mundare solemus vestes, quam sanguine. *Opera bona clarum exhibēt testimonium Gen. 1. Exo. 12. Exemplū bonū dandum. Eccles. 3. Simile. Negligentes sumus in virtute Psal. 32. Apo. 7.*

*iudicia dei abyssus multa.* Verum tamen intelligamus hęc omnia quæ hominum oculis ab E
*Simile.* surda videntur, esse mysterijs inenarrabilibus plenissima. Siquidem cum aliquis insignis mercator ad locupletissimas profectus nundinas, ibi emit aliqua vilia & parui ponderis, statim numerata pecunia, cum sit minimæ quantitatis, pretium persoluit: si
*Copiosam mercedem differt deus in aliam vitam per soluendã bonis.* tamen pretiosissimas & inæstimabiles emat merces, nõ illico eas soluit pecunia numerata, sed pretium in alias nundinas differt persoluendum, & chirographa sua exhibet. Sic ergo scire debemus quod Deus est insignis mercator qui bo na opera nostra emit, cum ergo illa modica sunt & exigui pretij, statim in hac vita ea persoluit & pretium dat, puta bona aliqua temporalia: F
cum vero egregia sunt & illustria opera, ea differt persoluenda ad cælestes nundinas vbi infiniti sunt thesauri, atque ita chiro-
*Optimus retributor Deus & liberalis.* grapha sua exhibet iustis & pijs viris. Quamobrem cum tam infinitos habeat Deus thesauros, curet quisque quomodo præclarissima exhibeat opera, nihil hæsitãs vtiq; de solutione ipsa, quæ vota omnia superabit.

Exerceamus nos igitur in bonis & sanctis operibus, ea om-
*Col. 3.* nia ad Deum dirigentes, sicut Apostol. nos monet dicens, omne quodcumque facitis siue in verbo, siue in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes G
*Psal. 1.* Deo & patri. Arbor quidem bona vt ait Psalm. Fructum dat in tempore suo: non enim debet expectare mortis statum, sed opportune modo debet homo bonorum operum fructus exhi-
*Ecclesi. 14* bere. Vnde Ecclesi. ait, ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi: non defrauderis a die bono, & particula boni dici non te prætereat. Non enim so-
*Tempus bene impendamus.* lum contentus esse debes dicens, ego non occido, non adultero, non furor, nemini iniuriam infero, sed potius debes bona præstare opera, & bonam intentionem Deo seruare. Siquidẽ in Leui. legimus, quod quamuis Deus vellet de sacrificijs partem H
*Leui. 7.* dari ipsis sacerdotibus, nihilominus tamen de incenso nolebat partem aliquam alteri exhiberi, sed sibi soli offerri. Vt inde intelligamus quomodo bona opera nostra in Deum solum dirigere debeamus. Nam sicut modicum acetum, etiam mul-
*Simile.* tum vini corrumpere solet, sic vtique praua intentio etiam multa bona opera contaminare solet. Vnde de mala loquens intentione, dicit per Prophetam, incensum abominatio est mihi. Siquidem bona opera quæ isti præstabant, vt orationes, ieiunia
*Isai. 1.* eleemosynæ, & alia huiusmodi, fiebant ab ipsis cum deprauata quadam intentione. Vide etiam quomodo dicatur in Gene.
quod

A quod respexerit Deus ad Abel & ad munera eius, vt inde intel ligamus, bonam intentionem esse eam inprimis quæ à Deo plurimi fit. Vnde Pau. ait fide plurimam hostiam Abel quam Caim obtulit Deo. Rupertus Abbas inquit, quod priusquam patriarcha ipse Abel sacrificia sua obtulit Deo, prius quidem se ipsũ ex animo & toto corde Deo obtulit, sed non tamen ita peruersus ille Cain segessit. *Gen. 4.* *Heb. 11.* *Rup. Ab.*

## FERIA QVINTA POST DOMINIC B IN PASSIONE.

### CONCIO PRIMA.

*Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo*. Luc. 7. Ad prandium, & ad pharisæi prandium venisse Christum, solicitus forsitan miretur auditor, ait Chrysolo. Pharisæi domum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus, neq accubuit, pocula soporata melle, C floribus odorata sumpturus, sed pęnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorum. Cum videret Pharisæus Christi virtutem, & præterea paupertatem, propterea Christum inuitauit: ita etiam tu tales conuiuas inuitare debes. Sed iam hoc tempore plerosq videas; qui non soleant inuitare nisi diuites dumtaxat, vt possint vicem ab eisdem reportare, & mutua referre cõuiuia. *Et ingressus domum pharisæi discubuit* Hinc facile colligas quanta cum celeritate ad conuiuium nostrũ accedat Deus, si eũ inuitemus: neq. hoc mirum est, cum etiam ipse ad ostium nostrũ D stet, & pulset, vt si aperuerimus ei, statim in cœnam nobiscum ingrediatur: tum etiam colligas quam ingrati nos simus qui vidẽtes Christum dominum ad primam statim inuitationem nostrã accedere, nos tamen vel si millies ab eo inuitamur, surdam semper ei aurem exhibemus, neque ad eius conuiuium accedimus. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*. Cum quadam admiratione hoc narrat Euangelista: mirabile enim est quod fæmina quæ imbecillis esse solet, tam mirabilem habuerit animum, & tantis cum lachrymis ad Christum accesserit. Maxime debes abhorrere à peccatis, & prẹsertĩ publicis, ne toti ciuitati aliquod scandalũ generes: vbi enim semel verecundiæ fines trãsilieris, in multa scelera prolaberis. Quanto numerosior est populus an-

*Chrysolo. ser. 93.* *Conuersionẽ nostrã quanti consideret Christus.* *Apo. 3.* *Magna negligentia nostra.* *Peccata publica quãtũ oderit Deus.*

te quē peccas, tanto etiam grauius sit peccatum tuum, vnde & E
scelera huius mulieris grauia erant propterea quod in ciuitate
peccaret, & præterea nobili loco & genere nata esset. Exagge-
*Vbi supra* rat Euangelista inquit Chry. mulieris facinus, vt accumulet in
dulgētiā largitoris. Ciuitate peccauerat, quia famā sua fama to
tius tetigerat ciuitatis, sicq. iā nō peccatrix solū, sed ipsius ci
uitatis facta fuerat ipsa peccatum. *vt cognouit.* Hæc cognouit,
*Dissimile* quia non nisi ab eo solo ciuitatis peccatum posset auferri, qui
*Grauius* solus venerat abluere peccatum & abolere. Cognouit quā gra
*est pecca-* uiter in ciuitate peccasset. Si in pago aliquo vitam degeret, vbi F
*re vbi est* raro fiunt conciones, tolerabile videretur, sed in ciuitate vbi tā
*concionū* multæ habentur, vbi tot sunt tēpla, tot sacerdotes & religiosi
*abundan-* homines, id quidē detestabile est. *Vt cognouit quod Iesus accubuis*
*tia.* *set.* nō ad stantē nō ad sedentē audet venire peccatrix, Deus cū
stat corripit, cū sedet iudicat, prostratis cōiacet cū accūbit: in-
clinatā ad miserandū diuinā didicit maiestatē, & credidit quod
esset aduenīā sibi prōptus, qui pharisæi venerat tā prōptus ad
mensā. *Vt cognouit.* Quasi tacita mente apud se diceret, nō repel
*Confida-* let me iste quāuis peccatrix sim, quandoquidē cū suis inimicis
*mus de di* & cū peccatoribus cōuersatur. Benignitas quidē illa qua cum G
*uina mise* pharisæis hostibus suis vtitur, me maximopere incitat atq. im.
*ricordia* pellit. *Rogabat Iesū quidā pharisæus.* Agitur hodie de cōuersio
*& ad Deū* ne Magdalenę, est autē hoc opus dexteræ excelsi, & idcirco talē
*conuerta-* diuinitus imploremus fauorē vt cōuertamur. Hie. 10. scio do-
*mur.* mine, quia nō est hominis via eius vt ambulet & dirigat gress°
*Hie. 10.* suos. Est enim instar quarūdā serarū quæ claudūtur quidē & ob
*Simile.* serātur facile, sed sine claue aperiri nō possūt: sic homo potest
in peccatū ipse labi, sed nō potest resurgere sine Dei auxilio.
*Rogabat Iesum.* Rogati ad conuiuia accedere debemus, si aliter
non possumus ea recusare, non autē debemus nos vltro inge- H
*In conui* rere vt multi faciūt: atq. ibi versātes, bonū exhibeamus virtutis
*uijs quo-* exēplū, & moderati simus. *Ecce mulier.* dicit beatus Vincen. ꝙ
*modo ac-* per duodecim annos in hoc vitio vixisset, & tamē vide quā be-
*cedendū.* nigne à Christo recipiatur. Si animalia fera, imo & aues cū ab
*D. Vince.* aduersarijs lędūtur animalibus, ad hominē tanquā benigniorē
*Simile.* cōfugere solēt, quāto magis omnes ad Christū cōfugere debe
mus cū nos hostes nostri inuadūt? *in ciuitate peccatrix.* Quasi
per antonomasiā quādā videbatur nomē peccatricis reportasse
*Simile.* sicut Nero intelligitur per crudelē, & Alexāder per liberalē. Vi
de igitur quomodo abusa fuerit pulchritudine sua hæc mulier
vt intelligas quā caute ambulare debēt pulchræ mulieres: est e.

nim,

A nim pulchritudo instar vrsæ,ad quã vidẽdã cũ accedãt reliqua animalia propter eius pulchritudinẽ,ipsa interficit. Vnde Sap. ait,fallax gratia,& vana est pulchritudo. Itẽ Theophrastus ait q̃ pulchritudo est fraus tacita & muta, quia absq. loquela corda hominũ decipit,& simul est vana. Quid vanius quam quod vna febre euanescit? est denique flos statim tabescens. *Pro.31.* *Theoph.*

*Attulit alabastrum* Hactenus Euangelista huius mulieris pecca ta narrauit,ecce iã incipit eius conuersionẽ admirabilẽ & virtu tes exponere:& quẽadmodum pictores cũ insignẽ aliquã ima- *Simile.*
B ginẽ depingere parãt,prius quidem carbone eã deformãt, quo tẽpore rudis,oculisq.iniucũda apparet,at vero postmodum vi uos super addentes colores,eandẽ maxima venustate spectabilẽ omnibus proponũt:ita beatus Euãgelista hactenus veluti car- bone quodã depinxerat Magdalenã vocans eã peccatricẽ,nunc vero incipit iã eius virtutes persequi dicẽs,quod attulit alaba- strum. Age mulier,cur Christum domũ tuã nõ ducis? cur eũ in domo tua nõ quæris? Matthæus & Zachæus peccatores erãt, & duxerũt eũ domũ suã. An ignoras quod peccatores recipiat,& mãducet cũ illis? Scio inquit ista,sed adeo sum peccatrix vt nõ *Artificiũ Euange.* *Mat.9.* *Luc.19.*
C merear eius ingressum intectũ meũ. Quæ enim cõmunicatio lu cis ad tenebras? Mihi certe sufficit si tanquam caniculæ cõceda tur esse ad pedes eius,idq.domi alienæ. Erat quidem pretiosis- simũ hoc vnguentũ & odoriferũ,nã cũ sentiret fætorẽ pecca- torũ suorũ,ideo curauit bonũ odorẽ adferre,vt à Christo sana retur,& tanquã Iacob curauit placãdũ fratrẽ suũ: neq. expecta uit quidẽ donec prãdiũ peractũ esset,quia magna est peccatorũ sarcina,& statim à nobis deponẽda. Est enim peccatũ in homi ne veluti coluber,aut accensa pruna in sinu posita,quæ ibi diu- tius sine periculo detineri nõ potest. Neq. timet præterea hæc *2.Cor. 6.* *Mat.15.* *Gen.32.* *Simile.* *Peccatum quam sit detestabi- le.*
D mulier,aut erubescit,cõspectũ ceterorũ,modo placeat Christo suo. *stans retro.* instar publicani qui nõ audebat oculos suos sursum attollere, ita hæc nõ audebat corã accedere, sed Chri- sto apud se dicebat,tibi peccaui,atq. depositis prophanis vesti- bus,ad Christũ accessit tãquã Esther depositis regalibus vesti- bus ad dñũ preces fudit. Iudith ita cilicio induta est: itaq nos ad Deũ accedere debem⁹,magnacũ humilitate ab eo veniã po- stulãtes: *Lachrymis cæpit rigare pedes eius.* Tãta erat ei⁹ cõtritio, & tãtæ lachrymæ pfluebãt ab oculis ei⁹,vt etiã stãs rigaret pe des dñi. Vnde illud Hie. illi applicari potest,magna est cõtritio tua. Copiam enim tuarũ lachrymarũ cui cõparẽ nõ inuenio,ni copiæ aquarũ maris. Amaritudo etiã qua lachrimaris similis est amaritudini maris. Nos ergo lachrymis etiam peccata nostra *Luc.18.* *Psal. 50.* *Ester. 14.* *Iudith. 9.* *Thre. 2.*

delea

deleamus dicentes cum regio vate, amplius lauame ab iniquita- E
Psal. 50. te mea, & à peccato meo munda me. Si enim Michas ille tanto-
Iudic. 17 pere deflebat, quod sibi erepta fuissent idola, quanto nos verius
flere debemus qui Christum propter scelera nostra amisimus? si
Sūma est ille dicebat, deos meos quos ego feci mihi tulistis, & quęritis
miseria quid ploras? quanto magis nos dicere debemus Deus qui me fe
Deum a- cit mihi ereptus est, & non plorabo? Ceruus à canibus obsessus
mittere. gemit, & tu non deflebis, cum te circunstent innumerabiles dæ-
mones cupientes animam tuam dilacerare? vt autem intelliga-
mus quocunque tempore pro sceleribus commissis opportu- F
nas esse lachrymas, idcirco non expectauit inuicta fæmina do-
nec prandium per actum esset, sed in medijs epulis, vberrimum
Glo. inc. effudit lachrymarum fontem. Hec mulier, vt ait Glo. incog. in
in ps. ver. Psal. imitata est aquilam, quę rostrum suum renouat in Petra,
1736. illud exacuens: sic enim hæc Christi diuinæ petræ pedibus pro-
Simile. uoluta, lachrymisque eosdem rigans, damnum suum reparauit,
totaque renouata est. Aquila etiam plumas antiquas excutit, se
aquæ immergendo: sic hæc mulier lachrymarum imbre veterē
vitam expulit. G

Autor. *Lachrymis capit rigare pedes eius.* Multi quidem lachrymas fū
Lachry- dunt, sed non vtiliter, neq. ad pedes Christi, sed propter suos
mę quomo appetitus, aut propter lucra mundana. Ille quidem ad Christi pe
do funden des lachrymas effundit, qui ex vero corde & contrito peccata
da. sua deflet, atque suam miseriam agnoscens, prouoluitur ante
Lau. Iust. pedes saluatoris, veniam delictorum cum protestatione emen-
li. de. obe. dationis vitæ postulans. Explicans porro Lau. Iust. verba illa
c. 15. Isa. lauamini, mundi estote, inquit in hunc modum, non cor-
Isa. 1. poris ablutionem, sed cordis commendat, aqua namque corpo-
Psal. 50. rales abluit maculas, spirituales vero abluit confessio delicto- H
rum. Hoc prophetaintelligens, dominum deprecabatur dicēs:
asperges me domine hyssopo, & mūdabor &c. Nouerat quippe
Contritio non sui esse arbitrij tantum, adeo placidam edere contritionem
vera ex sed diuino opus esse auxilio. Nam etsi clamorem quis edat vo-
Deo est. cis, & pectoris tunsionem, at vero humilitatem cordis, & piæ cō
Conuersio punctionis gemitum, & gratum facientis charitatis possidere
vera a do suspirium, à domino instanter postulare debet. Hinc vera sui
mino postu cognitio, hinc peccatorum detestatio emergit; Nempe quos vo
landa. cat, & iustificat gratia, replet dolore & compunctione, & facit
Amb. li. pænitentiæ proferre lamenta. Fortasse ait Amb. non lauit pe-
6. in Luc. des suos Christus, vt eos lachrymis nos lauemus. *Et capillis ter*
*gebat.* Sed cur quæso sancta mulier, tantam lachrymarum copiā
tam

A tam cito abstergis ne compareant? quia scilicet non studet hominibus placere, sed Deo, nec opera sua facit vt videātur ab hominibus, more hypocritarum. Satis ei accommodari potest illud Ezech. omnibus meretricibus dantur mercedes &c. Item illud Hie. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere. Tacita igitur dicebat, condole obsecro pijssime domine, mihi perditissimæ mulieri, & vt fiat hæc mutatio dexteræ excelsi, opem tuā imploro. Tu quidem varijs me dotibus exornaueras, ingenium dederas splendidum, amplas opes, ego tamen his tantis beneficijs abusa sum, & vnde te amandi ansam arripere debebam, inde potius contra te factorem meum arma sumpsi. Mihi certe propheticum illud quadrat, decora facta es vehementer nimis &c. Et habēs fiduciam in pulchritudine tua fornicata es, & sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa. Quamobrem pater misericordiarum, qui dixisti, tamen reuertere ad me, complectere me peccatricem tua infinita misericordia & dita tuis opibus, vt tandem merear in tuorum numerū aggregari. *Et osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat*. E aquę mortis fuerant instrumenta, in vitæ medicamentum traduxit. Et sicut theriaca quæ de veneno conficitur, tamen in præsentissimum contemperatione quadam conuertitur medicamētum: sic mulier hæc prophanos omnes gestus in sanctissimos conuertit, & medicinam quasi de veneno confecit. Vnde Apo. sicut exhibuistis inquit, membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati &c Hebræi quomodo vulnerati fuerant, sanabantur serpens momorderat, serpens curauit Cum philistæi arcam domini cepissent, proptereaque à domino essent percussi, & mures vastassent terram, edocti à diuinis fecerunt mures quibus dominum placauerūt. Filij Israel sicut inaures antea obtulerunt ad opus tabernaculi vituli, sic postea ad opus veri domini. Vnde Grego. ait, quod turpiter exibuerat hęc mulier, nunc laudabiliter Deo offert: oculis terrena concupierat, sed hociam per pænitentiam conterens flebat, Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes domini osculans hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pænitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Præcesserant interuenientes lachrymę ait Chrysolo. Vt oscula deuota sequerentur quia lachrymæ satisfactionis sunt documentum, oscula sunt quidem reconcilia

[Margin notes: Mat. 6. / Ezech. 16 / Hie. 3. / Psal. 76. / Ingratissimus erga Deum. / Ezech. 16 / Hie. 3. / Simile. / Rom. 6. / Num. 21. / 1. Reg. 5. & 6. / Exo. 32. / Exo. 35. / Gre. in Euāg. ho. 23. / Vera pænitentia qualis esse debeat. / Chrysolo]

ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditasset vi E
*Tit.3.* res & auxilium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquã
ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et iterum non ex o
*Ephe.2.* peribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam miseri-
*Chry.ser.* cordiam saluos nos fecit. Et alibi, Dei enim donum est, nõ ex-
*94.* operibus, ne quis glorietur. *Donauit vtrisq.* Audistis ait Chry
solo. quemadmodum cælestis creditor totum debitum charita
te compensat, & ad crementum totius fęnoris, amoris solius e
*Chryso. in* xigit & requirit vsuram? plectendus debitor qui dilectione so
*Psal.115.* la suam negligit redimere cautionem. Non habemus ait Chry F
sos. quo possimus reddere & compensare beneficia nobis, diui
nitus collata, quæ quidem amplissima & innumerabilia. Vnde
*Psal. 115.* Propheta dicebat quid retribuam domino, pro omnibus quæ
retribuit mihi? cælum propter me expandit, fulgidis stellis il-
lud ornauit &c.

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vt enim
*Simile.* periti & experti medici solent cũ ad aliquam ciuitatem accesse-
runt, varios curare infirmos, & in illis præsertim peritiam suã
manifestare qui morbos incurabiles quodãmodo habeant. ita G
Christus dominus potentiam suam in tanta peccatrice osten-
dere voluit. Cęterum medici humani alias infirmitates curant
*Psal.102.* alias vero non, quia neque omnia norunt, neque omnia pos-
sunt: at vero de Christo ait regius vates, qui sanat omnes in-
firmitates tuas. Tum præterea vulgares medici sanitatem indu
cunt, sanguinem emittendo ex ipsis infirmis, venas scindẽdo, a
maras potiones propinando, & præter hęc omnia grãdem pe
*Isa.53.* cuniam exigendo: at vero cęlestis medicus ipse potius amaras
potiones suscipit, ex ipso sanguis elicitur. Vnde Isa. ait, vere lã H
guores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Nos
vetitos edimus fructus, ipse vero felle & aceto in Cruce pota-
tur: nos malis humoribus pleni eramus, ipse vero in horto san
*Mat. 17.* guineo sudore pro nobis madefit. Vide quam benignum & mi
*Luc. 22.* sericordem sese Deus exhibeat huic mulieri, cum ipsa mutata
esset à sua pristina vita. vt enim columna nunc dextram, nunc
*Si mute-* sinistram se se nobis exhibet, pro mutatione tantum nostri, cũ
*mus vitã* ipsa maneat immobilis: ita Deus optimus maximus pro muta
*prauam, e* tione & conuersione nostra, nulla in ipso mutabilitate adhærẽ
*tiã muta-* te, interdum nobiscum iustitia, interdum vero misericordia vti
*bit Deus* tur, prout viderit nos mutari siue à virtute ad vitium, siue à vi-
*sententiã.* tio ad virtutem. Et sicut sol oculis quidem ægris odiosus est, sa
*Simile.* nis autem delectationem maximam adfert, cum idem ipse per-
maneat

maneat: ita Deus ijs qui ad se redeunt, benignitatem suã & misericordiam impartitur, duris autem & obstinatis iracundum se exhibet & seuerum. Tantũ autẽ potuit diuina gratia in hac muliere, vt non solũ peccata omnia deleuerit & absterserit, verũ etiã eandẽ euexerit ad altissimũ quendã virtutis & sanctitatis gradũ. Inuestigabiles plane ait Lau. Iust, sunt viæ domini: & incomprehensibilia iudicia eius. Quadrat plane huic sanctæ mulieri dictum illud Hiere. in charitate perpetua dilexi te, et attraxi te miserans tui: siquidem Christus eã soluit à vinculis pec-
D catorum & ad se attraxit. Sunt enim peccata vincula quædam. Vnde regius vates ait, dirupisti vincula mea. Et diuus Io. ait dixisse Christum, nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Attracta porro longe quidem formosior diuina benignitate & pulchrior reddita est, quam ante esset deformis iacens in peccatorum sordibus.

*Recipit benigne ad se redeuntes Deus.*
*Rom. 11.*
*Lau. Ius. ser. d Magdale.*
*Hie. 31.*
*Psal. 115.*
*Ioan. 6.*

## *FERIA QVINTA POST DOMINIC. IN PASSIONE.*

B

## CONCIO SECVNDA.

*Peccatum multas secum adfert miserias.*



ROGABAT *Iesum quidam Pharisæus.* Luc. 7. ca. Tractat gloriosus Euangelista hodierno die de muliere quadã peccatrice, quæ ad se reuersa, tãtã egit pænitentiã delictorũ suorũ, vt merito exemplar quoddã pænitẽtiæ sit in Ecclesia Dei. Magnũ sane est Dei beneficiũ cũ peccatoris alicuius animũ ita cõuertit, vt intelligat quantis
C in miserijs versetur. Sane postquã Adã peccauit, cæpit Deus altis vti vocibus, vt surdus peccator audiret in quantis versaretur malis, vnde & textus ait quod audiret Adam vocem domini. Etenim cum quis lethaliter delinquit, procul quidem pellit ab anima Deũ & si aperte non dicat ei vt á se egrediatur. Nec enim Laban ipsum Iacob expellebat, sed tamen talibus vtebatur operibus, vt facile eius pulsum intelligeret Iacob. Vnde & dicebat ad coniuges, video faciem patris vestri, quod nõ sit erga me sicut heri & nudius tertius. Hinc Ecclesi. ait, cor hominis immutat faciem eius, Debemus ergo instar mulieris huius pænitentiam agere peccatorum vt Deum quẽ amisimus recuperemus. De Alexãdro quidem Magno ferũt ꝙ cum aliquando furi-

*Ad Deum toto animo reuertamur.*
*Gen. 3.*
*Gen. 31.*
*Eccle. 13.*

bũdus a crapula familiarẽ suũ: lõge dilectũ nẽpe Clitũ interfici E
*Ale.exẽp.* iussisset, postquam ad se reuersus est, tantũ de huiusmodi mor
te doluit, vt nisi à quibusdã impediretur, sibi manũ vellet præs
cindere, & tu q Deũ toties offendisti, nõ dolebis? Aduerte quid
dicat Ecclesi. noli facere mala, & non te apprehendẽt. Item ne-
*Eccle.7.* alliges inquit duplicia peccata, neq. enim in vno eris immunis
Certe sicut filij solent parentibus esse similes: sic mors cum sit
*Simile.* filia peccati, ipsi est per similis. vnde Apostolus ait, per vnum
hominem mors introiuit in orbem terrarum, & per peccatum
*Rom.5.* mors. Satis igitur intelliges quam deforme sit peccatum, cum e F
ius filia nẽpe mors, sit tã deformis. Sed tamen sicut qui diuitias
cõgregat, nõ satiatur, sic qui peccata thesaurizat, vix finem sibi
vnquam præscribit, & sibi vt inquit Pau. thesaurizat irã in die
*Simile.* iræ. Vnde idem Aposto. ait, nunquid iniquus est Deus qui in-
*Rom. 2* fert iram? hoc est pænam & vltionem. Absit inquit, quia iniqui
*Rom.3.* tas nostra, iustitiam Dei commendat. Item Mich. ait, iram do-
*Mich. 7.* mini portabo, quoniam peccaui ei. Porro vocat Aposto. diem
*Rom.2.* iudicij diem iræ & reuelationis, quia illic reuelabuntur abscõ
dita tenebrarum, & intelligetur quam iuste iudicet Deus. Cum
tu vis pretiosum liquorem in aliquod vas infundere, illud ite- G
*obstinatos* rum atq. iterum lauas à sordibus, quod si nitidũ nõ reddatur,
*quomodo* proijcis illud & comminuis: sic ergo vult Deus in animã tuã
*puniat* liquorẽ gratiæ infundere, & vult eam lauare à sordibus tũ timo
*Deus.* re, tum amore, cũ autẽ videt quod nihil proficiat in infernũ
*Psal. 41.* te proijcit atq. demergit Obstinati enĩ homines de malo in pe
*Gen.37.* ius tendunt. Vnde Psal. abyssus abyssũ inuocat. Hinc filij Ia-
cob ex inuidia in odiũ venerunt, & ex odio in homicidium, &
tamen perinde cum securitate degebant, ac si nil mali egissent:
sic nos cũ Deũ offenderimus sæpe, nihil tamen nobis præstitis
se videmur. ô impudentiã nostrã lachrymis deplorandã! Quod H
scilicet cum ad cætera impatientes simus, tamen tyrannidẽ pec
*Zacha. 5.* cati tam patienter sustineamus, & in ea delectemur, de qua tamẽ
dicit Zacha. quod sit talentum plũbi. Et Ioan. in Apo. ait, quod
*Apo.14.* tales non habent requiem die & nocte, qui adorauerunt bestiã
Sane quando contra Deum peccas, patrem tuum à te repellis.
Considera quantus sit paternus amor, adeo vt etiã gallina pro
*Simile.* pullis suis strenue decertet. Est autem hic pater tanto accensus
zelo vt dicat apud Mat. patrem nolite vocare super terram, v-
*Mat.23.* nus est enim pater vester: vt intelligamus nulla ex parte amorẽ
terreni patris esse cum hoc cõparandũ. Est autẽ dæmon tã astu
tus vt multos inducat ad talẽ patrem repellendũ etiã sub quodã
colore

A colore necessitatis. Vnde muliercula dicit, se in peccatum labi, propter necessitatem qua premitur. Contra quã dicit Hie. omnis populus gemens & quærens panẽ, dederunt pretiosa quæq. &c. Quasi diceret, ô infelicem illum, qui sub specie quadam necessitatis, Deũ suũ à se repellit. Considera igitur peccator quantum oderit Deus peccatum ipsum, vt sanguinem suum fuderit ad illud extirpandum. Postquam Samson excæcatus fuit, & tanta pertulit opprobria, mori voluit vt malos interficeret, dicens B moriatur anima mea cum philisthijm. Sic ergo Christus ad vlciscendas iniurias contra patrem factas, mori voluit. Si hæc attente consideraremus, detestaremur vtique mundanas delectationes. Noluit Dauid aquam bibere, de cisterna sibi allatam cũ tanto vitæ discrimine, sed libauit eam domino: sic ergo nos cũ se offert delectatio, dicamus, non gustabo huiusmodi delectationem, nec committam tale peccatum, cum tam caro me Deus redemerit. Vnum etiam Christum consideremus in Cruce positum propter nos cum tanta ignominia, qui pati voluit tot labores non solum vt nos redimeret, & patri satisfaceret, sed etiam vt nos in posterum à peccatis refrænaret & compesceret, si ipsi C obediremus. Vnde Pau. ait, dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Talibus igitur considerationibus peccatum fugabunt serui Dei. Sed ô nos miserabiles qui pænitentiam videmur agere quasi ludum quendam ita vt statim ad peccata reuertamur! Cæterum quarto regum habetur quod tempore Iosiæ regis, inuenit librum quendam puluere obsitum Helchias sacerdos, in quo lex scripta erat, cum ergo tam pretiosum vidisset librum & salutarem oblatus is regi fuit, & cum hilari vultu accepit & legit: cumque venis D set ad comminationes illas belli, famis & pestis contra facinorosos homines, compassione motus non potuit vltra exaudire sed scidit vestimenta sua, & quidem ipsam Oldam prophetidem accersiri fecit, atque cum ea consultauit quid faciendum esset, ac tandem deliberarunt vt publici peccatores omnes exterminarentur.

*Astutię dęmonis.*

*The. 1.*

*Peccatum quantum oderit De' 2. Pa. 13.*

*Quibus cõsiderationibus peccata fugabimus.*

*Tit. 2.*

*Simile. 4. Re. 2.*

*Legem obliuiscimur.*

Considerauit enim rex quanta esset grauitas peccati, vt propter eam mitteret deus tam atroces pænas. Sed quid dixisset, siquidem considerasset purgatorij & inferni pænas? Quas vtinam concionatores quotidie ante populum prædicarent. Hinc enim Hie. ait, quis non timebit te ô rex gentium? Et Petrus inquit, in timore incolatus vestri conuersamini. Si obligatio

*Peccata publica exterminãda*

*Hie. 10.*

*1. Pe. 1.*

Pau. ait, non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. E
*Rom. 8.* Est quidem pellicanus misericors in his insignibus & vexillo Christianorum, qui quidem vt vitam tribueret filijs suis, & eosdem redimeret, aleret nutriret, & sustentaret, pretiosissimum sanguinem suum effudit in altari Crucis. Accedite igitur omnes ad tam misericordem & pijssimum pellicanum, qui vitam æternam dat ouibus suis.

*Christus pellicano cõparatus*

## FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO QVARTA.

*Conscientiam mundemus & diligenter expurgemus.* F



FACTA *sunt Encania.* Ioan 10. Nos etiam Encænia quædam in anima nostra celebrare debemus, & templum interius nostrum perpurgare, atq; Deum ibidem admittere: cum consentientibus enim, & idẽ volentibus aut nolentibus, inquit Chr. facilius & libentius quisquis cohabitat, imo omne animal diligit sibi simile. Cur igitur in Deo sic fieri non putamus? Nam cum bonus natura sit, & fons atque origo virtutis, etiam studiosos complectitur, & impuros ac sordidos à se reijcit. Si igitur nos mundã & nitidam domum habitare studemus, cur non magis Deus qui purissimus est, hoc præstabit, & impuram aspernabitur? Felix ille, inquit alius autor, qui animæ suæ hospitio Deum excipit, quia multa munera ei confert apud quem hospes est. Vide quid contigerit ipsi Abrahæ & Loth, quod recepissent hospitio angelos Item Obededom qui arcam hospitio excepit, vide quanta commoda reportarit: tum etiam Elizabeth cum hospitio excepit matrem domini. Quanta igitur commoda reportabit is apud quem tota Trinitas mansionem faciat? Quid ei deesse potest, qui Deum apud se habet? Vnde sancti cum Deum in animo haberent, non timebant hæc mundana. Hebræis à Deo dilectis, H non defuit manna in deserto: neque Eliæ cibus, quem etiã à coruo accipiebat. Danieli item in lacu leonum constituto: quę omnia contingebant his quoniam Deus apud eos habitabat, cum mundam haberent conscientiam & Deo placerent. Tanta ergo cum vigilantia candori vitæ incumbamus, vt in nullam prorsus incurramus vituperationem. Hinc enim Iaco. ait, quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Super quæ verba ait Glo. vere qui in vno offedit reus est transgressor totius legis, quia qui peccat, contra autorem legis facit, quẽ in sua lege negligit, & cõtra charitatẽ, quæ est cau-

*Chry. in Ioã. li. 10. c. 4.* *Simile.* *Ferus in Ioan. 14.* *Gen. 18. & 19.* *2. Reg. 6.* *Luc. 1.* *Exo. 16.* *3. Reg. 17.* *Dan. 14.* *Iaco. 2.* *Glo. ordi. in Luc.* *Simile.*

G

sa &

A sa & mater totius legis. Hanc autẽ sententiã ex simili videamus:
siquis enim me offenderet, oẽs fratres & amicos meos in me offẽ
deret, & quodammodo contra oẽs peccaret: sic qui bonũ mãdatũ
negligit, cætera quæ cõpleta videbãtur adiuuare, sibi inutilia red
dit. Si habuerimus aliquã passionẽ corporis, ait Chry. omnia *Chry ho. 14. in Mat & li. 1. de cõpũ. ho. 43. in Mat to. 2*
facimus, cuncta mercamur, vt corpus ægritudine liberemus: ani
ma vero nostra tam male se habente dissimulamus? Propterea sa
ne fontem ipsum malorum incuratum relinquentes, in multa
prolabimur mala. Nã præterquamquod peccata ipsa, sępe morbi
B corporei causa sunt, animæ certe languor, corporis languore a-
trocior est, quanto anima præstat corpori. Pupillã quidem ocu- *Dissimile*
lorum tuorum, ait idem Chry. alibi, ne minimo lædatur pulue-
re, diligenter custodis, animã autẽ tuã tanta malorum congerie *Simile.*
pressam contemnis & negligis? Quando ab his sordibus animũ
detergemus? Quando huiusmodi primũ radices amputabimus?
Vt triticum semper periclitatur & calamitati est obnoxium: ita
hominis vita sexcentis est exposita periculis. Vnde quisque sibi
ipsi consulat: si enim maximam diligentiam homines adhibent
ad bona & diuitias custodiendas, ne ab aliquo dilapidentur: si di
C ligentissime in serijs ipsis religandis incũbunt, ne vinum effun-
datur: si in vasis olearijs ne pereat ipsum oleum, si in vestibus cu
randis, ne à tinea lædantur; cur non multo magis animũ ipsum
tuebuntur & defendent, ne vitijs inquinetur? Cum aliquis est no
bis fortior hostis, vigilanter plane viuimus, metuentes semper
ne aliqua nos aggrediatur imparatos: multo igitur magis dęmo
nẽ ipsum fugere & euitare debemus, qui vndiq; nos oppugnat,
& durissima seruitute opprimit. Quę seruitus inquit Cyril. eo
deterior est quam corporalis subiectio, quia corporalem & du- *Cyr. li. 6. in Ioan. c. 2.*
ram & acerbam sentientes detestantur omnes, quam quantum
D aspera sit cognoscunt: peccati vero seruitus neque satis cogno-
scitur, neq; multis displicet. Applaudimus ei & colludimus spõ-
te nostra, atque in dies augemus eam: habet enim asseclam sibi &
sociam blandam voluptatẽ, cuius fuco & mendacio inescat ani- *Tentationibus faci le multi succũbũt.*
mos hominũ, & libertatis pręfert speciẽ. Pręterea serui hominũ,
inhumanos & immites plerumque fugiunt dominos, & corri-
piendo fugam, à dura liberantur seruitute; seruus vero peccati
quo fugiat non habet: sequitur enim illum semper vindex con-
scientia, & grauissimis, qui ex peccatorum recordatione surgũt, *dissimilia Peccatum aspera seruitus.*
stimulis torquere non cessat, neque placidam ei quietem conce-
dit. Pręterea corporalis seruit' plerũq; citra culpã eius qui in cõ
ditionẽ trahit seruilẽ, inducit, eo ipso quidẽ renitente & inuito:

Quid enim peccauerat Ioseph vt in seruum à fratribus venunda E retur? Quid item admiserunt, Daniel & socij eius, in captiuitatem Babylonicam adacti? Seruitus vero peccati sponte nostra semper contrahitur, cum peccatum omne sit volũtarium, & eius assuefactio spontanea, & culpæ rationem habet assidue annexã, quoniam ex ipsa & frequenti eius perpetratione potissimum nascitur. Rursum humana seruitus, qua in alterius ditionem amissa libertatis conditione quispiam redigitur, saltem ipsa finitur morte, quantumuis in pręsentis vitæ incolatu fuerat diuturna, immitis & aspera: peccati autem seruitus nequaquã in ipsa ter- F minatur morte, sed hic inchoata, perpetuo durat post mortem, sine vlla consequendæ libertatis spe. Qui enim peccati iugum à se nõ excusserit cum præsentem agit vitam, haud quaquam illud abijcere poterit post hanc vitam, quod tum nec pænitẽtiæ, nec veniæ locus vllus relinquetur his, qui hic obdurata fronte grauibus se peccatis obstrinxerũt. Quin & Philosophus etiam ille pythagoras olim sensisse videtur, quã diligentes esse debeamus in animę nostræ defectibus explorandis, cum dixit; nec somnum mollibus in oculis suscipe, antequam diuinorum operum ter vnumquodque percurras. Quo transgressus sum? Quid feci? G Quid mihi decens perfectum non est? Incipiens à primo percurrere, & quæ mala operatus es, dole: bona vero, lętare. Hæc labora, hęc meditare, hęc te oportet cupere; hæc te diuinæ virtutis ad vestigia ponent.

*Gen. 37.*

*Dan. 1.*

*Peccatum seruit⁹ voluntaria*

*Obstinatio animi quã grauis sit.*

*Pytha.*

*Conscientiam sæpe discutiamus.*

### *Auditores verbi Dei quales esse debeant.*

*Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis.* Vnde colligas quod non sufficiat audire verbum Dei, sed etiam oporteat sequi Christum, & executioni mandare quæ audiuntur. Porro conditiones multo H rum audientium nostri temporis depingit Ezech cum ait, & tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum: & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: venite & audiamus quis sit sermo egrediẽs à domino, & veniunt ad te quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus me⁹, & audiũt sermones tuos, & nõ faciunt eos, quia in canticũ oris sui vertũt illos, & auaritiã suã sequitᷣ cor eorũ, & es eis quasi carmẽ musicũ, ꝙ suaui dulciq; sono canitᷣ: & audiũt verba tua, & nõ faciũt ea: & cũ venerit ꝙ prædictũ ecce enĩ venit, tunc scient quia propheres fuerit inter eos. Quasi dicat tũ id sciẽt, quãdo positis in inferno, nullus erit remedij locus.

*Ezech. 33.*

*Auditores prauesquo modo puniat deus.*

Et certe

A Et certe hodie videmus tales conditiones in multis qui concionatores audiunt, siquidem videas aliquos qui conueniunt inter se vt ad talem prędicatorem exeant, vt audiant num melius concionetur quam ille alter qui in tali prædicat Ecclesia: atque ita exeuntes dicunt, ille maiorem habet eloquentiam, hic vero mouet. Et certe detestabile est quod in artibus mechanicis non pręsumat iudicare de aliquo opere nisi sit versatus in ea arte, & tamen de concionatore omnes volunt censuram facere. Satis quidem manifesta apparet condemnatio nostra qui in præ- B dicatorum multitudine tanta, tam parum proficiamus. Potest quidem de nobis dici illud Ezechielis, væ ciuitas sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram: multo labore sudatum est, & nō exiuit de ea rubigo nimia eius neque per ignem: immunditia tua execrabilis &c. Item apud Hie. dicitur; frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ &c. Monet nos ergo Deus, & tamen nolumus vitam emendare. Sic monuit Pharaonem dicens: congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro &c Qui credidit, illæsa habuit pecora, & iumenta: qui vero non credidit, perijt in agro. Huc enim rediguntur qui C nolunt ex salutari doctrina proficere. Contra quos etiam Isa. ait, væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt, & circunuallabo Ariel, & erit tristis & męrens &c. Vide quomodo ipsi comminetur: dicitur autem Ariel quasi fortis leo. Sic etiam modo dicere possum, væ obstinato & duro animo, qui nullis vult diuinis exhortationibus emolliri: excęcabuntur oculi tui, idest prædicatores auferentur qui te illuminant. Vnde Isa 3. dicitur, ecce dominator dominus exercituum, auferet ab Hierusalem & ab Iuda, Iudicem & prophetam, & senem, & consiliarium, & da- D bo pueros principes eorum, & effæminati dominabuntur eis, & corruet populus &c. Quid porro iuuat quod optimos habeas concionatores, si duro & pertinaci es animo? Sane terra præparata & emollita optime recipit semen ipsum, non autem quę inculta est. Vnde Hie. ait, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti: Caueāt igitur ne ipsis accidat quod dicitur in Apo. dedi illi tempus vt pænitentiam ageret, & non vult pænitere à fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum, & qui męchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pænitentiam ab operibus suis egerint.

*Multi auditores quam sint curiosi.*

*Aliqui temere iudicant concionatores*

*Ezech. 24*

*Obstinatos odit Deus*

*Hie. 6.*

*Exo. 9.*

*Monet nos Deus vt emēdemur.*

*Obduratos animos quomodo puniat deus*

*Isa. 3.*

*Simile.*

*Hie. 5.*

*Apo. 2.*

Porro explicans verba illa Ezech. montes Israel audite verbum domini, ait grauis quidam autor, sed quid ais diuine vates?

*Hec. pin. in Eze. 32*

Confer sermonem tuum hominibus, non autem cum mõtibus. E
Cur insensibilia alloqueris, Iudæos autem sensus participes relinquis? At alte spectare si velimus, videbimus profecto Ezech. Prophetam, ob Iudæorum perfidiam & pertinaciam iratum, ad res insensibiles se merito contulisse, vt homines multo illis insensibiliores esse significaret. Querens alius Propheta à mari, quid esset quod in exitu Israelitarum de Ægypto fugisset, & a jordane, cur esset retrorsum conuersus? adfert diuersas creaturas in hunc modum respondentes: à facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. F Acsi dicerent, quid mirum si nos Deo pareamus, cum terra multo nobis crassior, ei aures præbuerit? nec solum terra, sed etiam durissimæ rupes fuerunt ex eius iussu, in fontes aquarum conuersæ. Et alio in Psal Commota est inquit, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis: vnde colligas quam culpabiles sint homines, qui nolunt audire verba Dei; qui certe si nolunt imitari seruos Dei, imitentur saltem mare, vẽtos, & alia huiusmodi. Quando canis venaticus leporem, vel aliud quoduis venationis genus inuestigat, si nullum vestigium inuenit, piger & iners ambulat, atsi venationis fumus eius nares attigerit, solertissimus occurrit quousque prędam inuenerit: ita nos quia Deum non gustamus, inertes & pigri in eius obsequio ambulamus, & prolixam concionem fastidimus. G Vtinam fragrantiam & suauitatem diuinorum mandatorum degustaremus, vt cælestem hanc venationem toto pectore inuestigaremus. Tanta est odoris suauitas quæ ex ore Pantheræ egreditur, vt Philosophi dicant quod omnia animalia domicilia sua deserant, tanta eius suauitate attracta: quanto igitur suauius erit Dei verbum, si illud semel degustauerimus? H Multi audiunt verbum Dei cum magna attentione, sed non cum magno desiderio proficiendi, quin potius cũ quadam curiositate. Vnde Christus dicebat, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. Et regius vates ait, beati qui memores sunt mandatorum eius, ad faciendum ea. Explicans doctor quidam verba illa Ezech. & es eis quasi carmen musicum, inquit: audiunt te voluptatis causa sed doctrinam tuam minime sequuntur. Quemadmodum nõ nulli oblectantur musica, & musicos aliquorum fortitudinem, & res gestas, ac facta heroica canentes, libenter audiunt, sed virtutes quas illi laudibus efferunt & cantu celebrant, imitari non curant: sic filij inquit Israel, oblectationis causa solum modo te audiunt,

*Quantum Deo displiceat obstinatio nostra.*

*Psal. 113.*

*Psal. 17.*

*Quã multi sint auditores duri.*

*Simile.*

*Si gustaremus celestia, maxime excitaremur.*

*Simile.*

*Dei verbũ quam sit suaue.*

*Luc. 11.*

*Psal. 102.*

*Pin. in Ezec. 33.*

*Simile.*

A audiunt, consilia autem tua penitus contemnunt. Multi igitur his similes sequebantur Christum, & multi etiam tales hodie sequuntur cõcionatorem, semperque fuerunt id genus homines. Et hoc est quod querebatur Apost de ipsis Atheniensibus dicẽs, Athenienses ad nihil aliud vacasse, quã vt aliquid noui dicerẽt, aut audirent. Sed non propterea concionatores relicturi sunt munus concionandi, nam etsi nonnulli sint auditores curiosi, vani, & impij: sunt tamen multi graues, docti & pij, qui animę vtilitatem quærunt, & quamuis omnes abirent prętér vnum, ei B tamen esset veritas nuncianda. Notum est illud Antimachi poætæ dictum, qui vt refert Cicero, cum conuocatis auditoribus legeret eis carmen suum, eumque loquentem omnes pręter Platonem reliquissent: legam inquit, Plato enim mihi instar est omnium.

*Act. 17.*

*Anti.*

*Cice. decl ora.*

*Bene operari quam sit laudabile.*

*Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Vide quantum sit & quam laudabile, testimonium bonorũ operũ, vt Christus passim opera esse spectãda dicat. Neque enim initio creationis mundi contentus fuit Deus tãtum ipsa rerum creatione, sed etiam res factas voluit approbare, dixitque opera quę condide-C rat esse valde bona Item in Exo. habetur quod agnus qui erat immolandus primo adferebatur ante omnium oculos vt videretur & approbaretur, num maculã haberet. Sic ergo nos opera nostra examinemus num maculam aliquam habeant: vnde Eccles. ait, fili in mansuetudine opera tua perfice. Nos vero non ita facimus, sed potius eos opifices imitamur, qui opera quæ faciunt aduendendum alijs, curiose & perpolite efficiunt, quæ vero sibi faciunt, administerium domus propriæ, non perinde limant & expoliunt, sed dicunt quod rude vtcumque & impolitum opus ipsis sufficiat. Sic ergo videas aliquos, qui quæ ad a-D lios spectãt curiose vestigent, cũ interim in suis cęcutiant. Sed dices tu, quorsum me macerabo in bonis pręstandis operibus, siquidẽ video quod qui talia agunt sæpe hic calamitates multas referant, cum interim qui inique operantur, prosperi fere sint & fortunati? nonne ista præpostera videntur, sicut illud quod ait Ps. Ponẽs in thesauris abyssos? Quasi dicat, ponit arcas in thesauris, cum homines cõtra ponãt thesauros in arca; nã pecuniã recondũt in crumena, crumenã in arcula siue scrinio, & scriniũ in magna vtique arca, probe vndique obserata. Tale etiam videtur illud Apo. lauerunt stolas suas in sanguine agni., etenim aqua potius & sapone mundare solemus vestes, quam sanguine.

*Opera bona clarum exhibẽt testimonium*

*Gen. 1.*

*Exo. 12.*

*Exemplũ bonũ dandum.*

*Eccles. 3.*

*Simile.*

*Negligentes sumus in virtute*

*Psal. 32.*

*Apo. 7.*

*iudicia dei abyssus multa.* Verum tamen intelligamus hęc omnia quæ hominum oculis ab E
*Simile.* surda videntur, esse mysterijs inenarrabilibus plenissima. Siquidem cum aliquis insignis mercator ad locupletissimas profectus nundinas, ibi emit aliqua vilia & parui ponderis, statim numerata pecunia, cum sit minimæ quantitatis, pretium persoluit: si
*Copiosam mercedem differt deus in aliam vitam per soluendā bonis.* tamen pretiosissimas & inæstimabiles emat merces, nō illico eas soluit pecunia numerata, sed pretium in alias nundinas differt persoluendum, & chirographa sua exhibet. Sic ergo scire debemus quod Deus est insignis mercator qui bona opera nostra emit, cum ergo illa modica sunt & exigui pretij, statim in hac vita ea persoluit & pretium dat, puta bona aliqua temporalia: F
cum vero egregia sunt & illustria opera, ea differt persoluenda ad cælestes nundinas vbi infiniti sunt thesauri, atque ita chirographa sua exhibet iustis & pijs viris. Quamobrem cum tam in
*Optimus retributor Deus & liberalis.* finitos habeat Deus thesauros, curet quisque quomodo præclarissima exhibeat opera, nihil hæsitās vtiq; de solutione ipsa, quæ vota omnia superabit.

*Col. 3.* Exerceamus nos igitur in bonis & sanctis operibus, ea omnia ad Deum dirigentes, sicut Apostol. nos monet dicens, omne quodcumque facitis siue in verbo, siue in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes G
*Psal. 1.* Deo & patri. Arbor quidem bona vt ait Psalm. Fructum dat in tempore suo: non enim debet expectare mortis statum, sed opportune modo debet homo bonorum operum fructus exhi-
*Ecclesi. 14* bere. Vnde Ecclesi. ait, ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi: non defrauderis a die bono, & particula boni dici non te prætereat. Non enim so
*Tempus bene impendamus.* lum contentus esse debes dicens, ego non occido, non adultero, non furor, nemini iniuriam infero, sed potius debes bona præstare opera, & bonam intentionem Deo seruare. Siquidē in Leui. legimus, quod quamuis Deus vellet de sacrificijs partem H
*Leui. 7.* dari ipsis sacerdotibus, nihilominus tamen de incenso nolebat partem aliquam alteri exhiberi, sed sibi soli offerri. Vt inde intelligamus quomodo bona opera nostra in Deum solum dirigere debeamus. Nam sicut modicum acetum, etiam mul-
*Simile.* tum vini corrumpere solet, sic vtique praua intentio etiam multa bona opera contaminare solet. Vnde de mala loquens intentione, dicit per Prophetam, incensum abominatio est mihi. Siquidem bona opera quæ isti præstabant, vt orationes, ieiunia
*Isa. 1.* eleemosynæ, & alia huiusmodi, fiebant ab ipsis cum deprauata quadam intentione. Vide etiam quomodo dicatur in Gene.

quod

A quod respexerit Deus ad Abel & ad munera eius, vt inde intel ligamus, bonam intentionem esse eam inprimis quæ à Deo plu rimi fit. Vnde Pau. ait fide plurimam hostiam Abel quam Caim obtulit Deo. Rupertus Abbas inquit, quod priusquam patriar cha ipse Abel sacrificia sua obtulit Deo, prius quidem se ipsũ ex animo & toto corde Deo obtulit, sed non tamen ita peruersus ille Cain segessit. Gen. 4. Heb. 11. Rup. Ab.

B *FERIA QVINTA POST DOMINIC IN PASSIONE.*

## CONCIO PRIMA.



*Ogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo.* Luc. 7. Ad prandium, & ad pharisæi prandium venisse Christum, solicitus forsitan miretur auditor, ait Chrysolo. Pharisæi domum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus, neq accubuit, pocula soporata melle, C floribus odorata sumpturus, sed pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorum. Cum videret Pharisæus Christi virtutem, & præterea paupertatem, propterea Christum inuitauit: ita etiam tu tales conuiuas inuitare debes. Sed iam hoc tempore plerosq videas, qui non soleant inuitare nisi diuites duntaxat, vt possint vicem ab eisdem reportare, & mutua referre cõuiuia. *Et ingressus domum pharisæi discubuit* Hinc facile colligas quanta cum celeritate ad conuiuium nostrũ accedat Deus, si eũ inuitemus: neq. hoc mirum est, cum etiam ipse ad ostium nostrũ D stet, & pulset, vt si aperuerimus ei, statim in cœnam nobiscum ingrediatur: tum etiam colligas quam ingrati nos simus qui vidẽtes Christum dominum ad primam statim inuitationem nostrã accedere, nos tamen vel si millies ab eo inuitamur, surdam semper ei aurem exhibemus, neque ad eius conuiuium accedimus. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Cum quadam admiratione hoc narrat Euangelista: mirabile enim est quod fœmina quæ imbecillis esse solet, tam mirabilem habuerit animum, & tantis cum lachrymis ad Christum accesserit. *M*axime debes abhorrere à peccatis, & preserti publicis, ne toti ciuitati aliquod scandalũ generes: vbi enim semel verecundiæ fines trãsilieris, in multa scelera prolaberis. Quanto numerosior est populus an-

Chrysolo. ser. 93. Conuersionẽ nostrã quantũ desideret Christus. Apo. 3. Stagnans diligentia nostra. Peccata publica quãtũ oderit Deus.

te quē peccas, tanto etiam grauius fit peccatum tuum, vnde & E
scelera huius mulieris grauia erant propterea quod in ciuitate peccaret, & præterea nobili loco & genere nata esset. Exaggerat Euangelista inquit Chry. mulieris facinus, vt accumulet indulgētiā largitoris. Ciuitate peccauerat, quia famā sua fama totius tetigerat ciuitatis, sicq. iā nō peccatrix solū, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. *vt cognouit*. Hæc cognouit, quia non nisi ab eo solo ciuitatis peccatum posset auferri, qui solus venerat abluere peccatum & abolere. Cognouit quā grauiter in ciuitate peccasset. Si in pago aliquo vitam degeret, vbi F
raro fiunt conciones, tolerabile videretur, sed in ciuitate vbi tā multæ habentur, vbi tot sunt tēpla, tot sacerdotes & religiosi homines, id quidē detestabile est. *Vt cognouit quod Iesus accubuisset*. nō ad stantē nō ad sedentē audet venire peccatrix, Deus cū stat corripit, cū sedet iudicat, prostratis cōiacet cū accūbit: inclinatā ad miserandū diuinā didicit maiestatē, & credidit quod esset aduenia sibi prōptus, qui pharisæi venerat tā prōptus ad mensā. *Vt cognouit*. Quasi tacita mente apud se diceret, nō repellet me iste quāuis peccatrix sim, quandoquidē cū suis inimicis & cū peccatoribus cōuersatur. Benignitas quidē illa qua cum G
pharisæis hostibus suis vtitur, me maximopere incitat atq. impellit. *Rogabat Iesū quidā pharisæus*. Agitur hodie de cōuersione Magdalenę, est autē hoc opus dexteræ excelsi, & idcirco talē diuinitus imploremus fauorē vt cōuertamur. Hie. 10. scio domine, quia nō est hominis via eius vt ambulet & dirigat gress' suos. Est enim instar quarūdā serarū quæ claudūtur quidē & obserātur facile, sed sine claue aperiri nō possūt: sic homo potest in peccatū ipse labi, sed nō potest resurgere sine Dei auxilio. *Rogabat Iesum*. Rogati ad conuiuia accedere debemus, si aliter non possumus ea recusare, non autē debemus nos vltro ingerere vt multi faciūt: atq. ibi versātes, bonū exhibeamus virtutis H
exēplū, & moderati simus. *Ecce mulier*. dicit beatus Vincen. q̄ per duodecim annos in hoc vitio vixisset, & tamē vide quā benigne à Christo recipiatur. Si animalia fera, imo & aues cū ab aduersarijs lædūtur animalibus, ad hominē tanquā benigniorē cōfugere solēt, quāto magis omnes ad Christū cōfugere debemus cū nos hostes nostri inuadūt? *in ciuitate peccatrix*. Quasi per antonomasiā quādā videbatur nomē peccatricis reportasse sicut Nero intelligitur per crudelē, & Alexāder per liberalē. Vide igitur quomodo abusa fuerit pulchritudine sua hæc mulier vt intelligas quā caute ambulare debēt pulchræ mulieres: est e-

*Vbi supra*

*Dissimile*
*Grauius est peccare vbi est concionū abundantia.*

*Confidamus de diuina misericordia & ad Deū conuertamur.*
*Hie. 10.*
*Simile.*

*In conuiuijs quomodo accedendū.*
*D. Vince.*
*Simile.*

*Simile.*

nim,

A nim pulchritudo instar vrsæ,ad quā vidēdā cū accedāt reliqua animalia propter eius pulchritudinē,ipsa interficit. Vnde Sap. ait,fallax gratia,& vana est pulchritudo. Itē Theophrastus ait ꝙ pulchritudo est fraus tacita & muta, quia absq. loquela corda hominū decipit,& simul est vana. Quid vanius quam quod vna febre euanescit?est denique flos statim tabescens. *Pro.31.* *Theoph.*

*Attulit alabastrum* Hactenus Euangelista huius mulieris pecca ta narrauit,ecce iā incipit eius conuersionē admirabilē & virtu tes exponere:& quēadmodum pictores cū insignē aliquā imaginē depingere parāt,prius quidem carbone eā deformāt, quo tēpore rudis,oculisq.iniucūda apparet,at vero postmodum vi uos super addentes colores,eandē maxima venustate spectabilē omnibus proponūt:ita beatus Euāgelista hactenus veluti carbone quodā depinxerat Magdalenā vocans eā peccatricē,nunc vero incipit iā eius virtutes persequi dicēs,quod attulit alabastrum. Age mulier,cur Christum domū tuā nō ducis?cur eū in domo tua nō quæris?Matthæus & Zachæus peccatores erāt, & duxerūt eū domū suā. An ignoras quod peccatores recipiat,& māducet cū illis?Scio inquit ista,sed adeo sum peccatrix vt nō merear eius ingressum intectū meū. Quæ enim cōmunicatio lucis ad tenebras?Mihi certe sufficit si tanquam caniculæ cōceda tur esse ad pedes eius,idq.domi alienæ. Erat quidem pretiosissimū hoc vnguentū & odoriferū,nā cū sentiret fætorē peccatorū suorū,ideo curauit bonū odorē adferre,vt àChristo sana retur,& tanquā Iacob curauit placādū fratrē suū: neq. expectauit quidē donec prādiū peractū esset,quia magna est peccatorū sarcina,& statim à nobis deponēda. Est enim peccatū in homine veluti coluber,aut accensa pruna in sinu posita,quæ ibi diutius sine periculo detineri nō potest. Neq. timet præterea hæc mulier,aut erubescit,cōspectū cęterorū,modo placeat Christo suo. *stans retro.* instar publicani qui nō audebat oculos suos sursum attollere, ita hæc nō audebat corā accedere, sed Christo apud se dicebat,tibi peccaui,atq. depositis prophanis vestibus,ad Christū accessit tāquā Esther depositis regalibus vestibus ad dñū preces fudit. Iudith ita cilicio induta est: itaq nos ad Deū accedere debem᷑,magnacū humilitate ab eo veniā postulātes: *Lachrymis cepit rigare pedes eius.* Tāta erat ei᷑ cōtritio, & tātæ lachrymæ ꝓfluebāt ab oculis ei᷑,vt etiā stās rigaret pedes dñi. Vnde illud Hie. illi applicari potest,magna est cōtritio tua. Copiam enim tuarū lachrymarū cui cōparē nō inuenio,ni copiæ aquarū maris. Amaritudo etiā qua lachrimaris similis est amaritudini maris. Nos ergo lachrymis etiam peccata nostra

*Simile.* *Artificiū Euange.* *Mat.9.* *Luc.19.* *2.Cor. 6.* *Mat.15.* *Gen.32.* *Simile.* *Peccatum quam sit detestabile.* *Luc.18.* *Psal. 50.* *Ester. 14.* *Iudith. 9.* *Thre. 2.*

B C D

delea

deleamus dicentes cum regio vate, amplius laua me ab iniquita- E
*Psal.* 50. te mea, & à peccato meo munda me. Si enim Michas ille tanto-
*Iudic.* 17 pere deflebat, quod sibi erepta fuissent idola, quanto nos verius flere debemus qui Christum propter scelera nostra amisimus? si
*Sũma est miseria Deum amittere.* ille dicebat, deos meos quos ego feci mihi tulistis, & quęritis quid ploras? quanto magis nos dicere debemus Deus qui me fecit mihi ereptus est, & non plorabo? Ceruus à canibus obsessus gemit, & tu non deflebis, cum te circunstent innumerabiles dæmones cupientes animam tuam dilacerare? vt autem intelligamus quocunque tempore pro sceleribus commissis opportunas esse lachrymas, idcirco non expectauit inuicta fæmina do- F
nec prandium peractum esset, sed in medijs epulis, vberrimum effudit lachrymarum fontem. Hæc mulier, vt ait Glo. incog. in Psal. imitata est aquilam, quę rostrum suum renouat in Petra,
*Glo. inc. in ps. ver. 1736. Simile.* illud exacuens: sic enim hæc Christi diuinæ petræ pedibus prouoluta, lachrymisque eosdem rigans, damnum suum reparauit, totaque renouata est. Aquila etiam plumas antiquas excutit, se aquæ immergendo: sic hæc mulier lachrymarum imbre veterẽ vitam expulit. G

*Autor.* *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Multi quidem lachrymas fũ
*Lachrymę quomodo fundendæ.* dunt, sed non vtiliter, neq. ad pedes Christi, sed propter suos appetitus, aut propter lucra mundana. Ille quidem ad Christi pedes lachrymas effundit, qui ex vero corde & contrito peccata sua deflet, atque suam miseriam agnoscens, prouoluitur ante
*Lau. Iust. li. de. obe. c.* 15. pedes saluatoris, veniam delictorum cum protestatione emendationis vitæ postulans. Explicans porro Lau. Iust. verba illa Isa. lauamini, mundi estote, inquit in hunc modum, non cor-
*Isa.* 1. poris ablutionem, sed cordis commendat, aqua namque corpo- H
*Psal.* 50. rales abluit maculas, spirituales vero abluit confessio delictorum. Hoc propheta intelligens, dominum deprecabatur dicẽs: asperges me domine hyssopo, & mũdabor &c. Nouerat quippe non sui esse arbitrij tantum, adeo placidam edere contritionem
*Contritio vera ex Deo est.* sed diuino opus esse auxilio. Nam etsi clamorem quis edat vocis, & pectoris tunsionem, at vero humilitatem cordis, & piæ cõ
*Conuersio vera a domino postulanda.* punctionis gemitum, & gratum facientis charitatis possidere suspirium, à domino instanter postulare debet. Hinc vera sui cognitio, hinc peccatorum detestatio emergit; Nempe quos vocat, & iustificat gratia, replet dolore & compunctione, & facit pænitentiæ proferre lamenta. Fortasse ait Amb. non lauit pe-
*Amb. li. 6. in Luc.* des suos Christus, vt eos lachrymis nos lauemus. *Et capillis tergebat.* Sed cur quæso sancta mulier, tantam lachrymarum copiã

A tam cito abstergis ne compareant? quia scilicet non studet hominibus placere, sed Deo, nec opera sua facit vt videãtur ab hominibus, more hypocritarum. Satis ei accommodari potest illud Ezech. omnibus meretricibus dantur mercedes &c. Item illud Hie. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere. Tacita igitur dicebat, condole obsecro pijssime domine, mihi perditissimæ mulieri, & vt fiat hæc mutatio dexteræ excelsi, opem tuã imploro. Tu quidem varijs me dotibus exornaueras, ingenium dederas splendidum, amplas opes, ego tamen his tantis beneficijs abusa sum, & vnde te amandi ansam arripere debebam, inde potius contra te factorem meum arma sumpsi. Mihi certe propheticum illud quadrat, decora facta es vehementer nimis &c. Et habẽs fiduciam in pulchritudine tua fornicata es, & sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa. Quamobrem pater misericordiarum, qui dixisti, tamen reuertere ad me, complectere me peccatricem tua infinita misericordia & dita tuis opibus, vt tandem merear in tuorum numerũ aggregari. *Et osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* E aquę mortis fuerant instrumenta, in vitæ medicamentum traduxit. Et sicut theriaca quæ de veneno conficitur, tamen in præsentissimum contemperatione quadam conuertitur medicamẽtum: sic mulier hæc prophanos omnes gestus in sanctissimos conuertit, & medicinam quasi de veneno confecit. Vnde Apo. sicut exhibuistis inquit, membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati &c Hebræi quomodo vulnerati fuerant, sanabantur serpens momorderat, serpens curauit Cum philistæi arcam domini cepissent, propterea que à domino essent percussi, & mures vastassent terram, edocti à diuinis fecerunt mures quibus dominum placauerũt. Filij Israel sicut inaures antea obtulerunt ad D opus tabernaculi vituli, sic postea ad opus veri domini. Vnde Grego. ait, quod turpiter exibuerat hęc mulier, nunc laudabiliter Deo offert: oculis terrena concupierat, sed hoc iam per pænitentiam conterens flebat, Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes domini osculans hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerũ, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pænitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Præcesserant interuenientes lachrymę ait Chrysolo Vt oscula deuota sequerentur quia lachrymæ satisfactionis sunt documentum, oscula sunt quidem reconcilia

*Mat. 6.* Ezech. 16 *Hie. 3.* *Psal. 76.* *Ingratissimus erga Deum.* *Ezech. 16* *Hie. 3.* *Simile.* *Rom. 6.* *Num. 21.* *1. Reg. 5. & 6.* *Exo. 32.* *Exo. 35.* *Gre. in Euãg. ho. 23.* *Vera pænitentia qualis esse debeat.* *Chrysolo*

reconciliationis indicia. E

*Hic si esset propheta sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Non considerabat hic pharisæus, ait Chrysolo. quia sol non inquinatur stercore, & medicum cum tangit vulnera, putredo non polluit, iudicem quamuis tangat reus, non potest maculare cum supplicat: sic peccator cum dominũ tãgat, non sordidat eũ, sed ipse accipit sanctitatẽ. Probat hoc mulier in profluuio sanguinis cõstituta, quę cũ tangit fimbriã domini, nõ fimbriam polluit, sed ipsa mox inquinamento vetustæ caruit passionis. Cæterũ mulier habebat vulnus, sciebat illud, & ideo taliter tãti vulneris medicũ p. requirebat. Pharisæus perfidiæ morbo saucius, superbiæ flãma febriẽs, & p phrenesim se nesciebat insanũ. Profecto ait Gre. si hæc mulier ad pharisæi pedes venisset, nimirũ calcibus repulsa discederet, inquinari enim se alieno peccato crederet. Vnde sẽper necesse est vt cũ peccatores, quosq. cõspicimus, nosmet ipsos prius in illorũ calamitate defleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi sum', aut labi possumus, si lapsi nõ sumus. *Hic si esset propheta.* Satis aperte pharisæus stultitiã suã ostẽdit, quia bene poterat Christus esse propheta, & illã nõ cognoscere, Deus enim solus est qui omnia agnoscit, homines autẽ licet prophetæ sint, multa ignorant. Samuel quidẽ ignorabat quisnã ex filijs Isai electus esset in regẽ Nathã cõsulens Dauid vt ædificaret tẽplũ, errauit quoniam volũtas Dei erat vt Salomõ ædificaret illud. Elisæus dixit Giezi, dimitte illã, anima enĩ illius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. *Hic si esset propheta.* Nõ debemus temere quẽquã iudicare, ecce enim quomodo hic pharisæus deceptus sit, putãs Christũ nõ esse prophetã. Vnde Lau. Iust. ait, sicut nemo iudicandus, ita nemo est ab homine dãnandus quãtumcũq. scelestus & malus, quãdiu in hac peregrinatione subsistit, quoniã Dei iudicia quæ erga hominũ salutẽ exercẽtur, in cõprehẽsibilia sunt, adeo vt nullus sit qui in eorũ consideratione nõ claudicet. Nã euenire sæpe cognoscim', vt qui heri nequã fuit, hodie efficiatur bonus, & qui gehennæ filius existimabatur, in filiorũ Dei sit numero cõputatus ad resecãda itaq. temeraria iudicia parabolã zizaniorũ dñs habuit, in qua illos cõpescuit, qui ante tẽpus mellũ illã euellere cupiunt, dicẽs sinite vtraq. crescere vsq. ad messẽ, ne forte eradicare volentes zizania, eradicetis simul & triticũ. Sic plane in iudicãdis proximorũ meritis frequẽtissime cõtingit vt dãnetur iustus, accusetur innocens, & electus à Deo, vt reprobus existimetur. Quid

Chry. ser. 94. Similit. Mat. 9. F Gre. in Euãg. ho. 33 G 1. Re. 16. 2. Re. 7. 4. Re. 4. Lau. Iust. li. de spi. ani. inte. c. 1. H Nemiñẽ temere iudicemus. Mat. 13.

quæ

A quæso ante cõuersionẽ Paulus fuit?nõne lupus rapax,persecutor sæuus,importunus insidiator,rabidusq. occisor?at vero vt prostratus solo est cæcitate percussus,vocatusq.de cælo,Saule, Saule,quid me persequeris?agniculo factus mãsuetior, ait:domine quid me vis facere?Quis illũ gratia Dei arbitratus nõ fuisset indignũ,cũ vidisset illũ Christianos rapere,ligare,trahere, verberare,occidere?nihilominus tamẽ vas electionis erat præcipuũ,ad prædicandũ nomẽ domini corã regibus,& gẽtibus,& filijs Israel. Matthæus præterea ex publicano vide quomodo B factus fuerit Apo.& Euangeli. Quis dixisset ꝙ filius ille prodigus in patris gratiã esset vnquã reuersurus? *ait intra se dicẽs, hic si esset propheta.* Chrysos. videtur insinuare quod hæc verba audiuerit ipsa *Magdalena*,& ita maxime cõmẽdat eius patientiã quę nihil respõderit,reprehẽditq. impatientiã nostrã qui facile statim irascimur si quid cõtra nos dicatur Quare illud quod dicitur ait intra se,videtur explicare ꝙ dixerit submisso murmure,ita tamẽ vt Magdalena potuerit intelligere & audire.

Act. 9. Mat. 9. Luc. 15. Chry. ad pop. ho. 62 to. 5. Patientiã habeamus in contumelijs.

*Et respondens Iesus, ait ad illum,* Accusantibus Christũ scribis & pharisæis coram Pilato nil respõdit,adeo vt ipse valde mira C retur,nunc vero ille qui famã & honorẽ suũ videtur nõ curasse,cõtra importunos calũniatores peccatricis mulieris respondet,& eius patrocinio suscepto,cõuiciatoris argumẽta diluit. Quare in hoc refugio firmiter confidamus,quo muniti,omnes iniurias facile contẽnemus. Nã vt Pau ait,si Deus pro nobis, quis cõtra nos?Itẽ Iob ait,pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet cõtra me. Et regius vates,dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? *Duo debitores erant cuidã feneratori* Quod debemus,ait Ambro.est omne illud quod pro nobis fecerit Deus, soluere autẽ hoc debemus nõ pecunia,sed virtutibus:ꝙ si sol- D uẽdo nõ sumus ob incuriam & secordiã nostrã,petamus humiliter à domino vt debita nostra dimittat, dicẽtes dimitte nobis debita nostra. Nos quidẽ Christiani arctiori tenemur vinculo,plusq.debemus quã hebræi illi debebant:illi promissa debebant;nos autẽ & sacratissimæ virginis partũ, & pretiosissimũ Christi sanguinẽ debemus,aliaq; quam plurima beneficia. *vnus debebat denarios quingẽtos.* Christo quidẽm debitores nos sumus, ait Chry. alij quidem plus,alij vero minus, secundum talenta quæ à diuina manu accepimus. Itaque pro his omnibus gratias ei agamus, qui tantis nos afficit & insigniuit beneficijs. *Non habentibus illis vnde redderent* Nemo ex suis viribus,seclusa Dei benignitate,soluere Deo potest,nemo potest

Marci. 15 Rom. 8. Iob. 7. Psal. 26. D. Amb. li. 6. in Luc. Mat. 6. Chry. in Gen. ho. 9 to. 1.

ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditasset vi E
Tit. 3. res & auxilium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et iterum non ex o
Ephe. 2. peribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam miseri-
Chry. ser. 94. cordiam saluos nos fecit. Et alibi, Dei enim donum est, nõ ex operibus, ne quis glorietur. *Donauit vtrisq.* Audistis ait Chrysolo. quemadmodum cælestis creditor totum debitum charitate compensat, & ad crementum totius fęnoris, amoris solius exigit & requirit vsuram? plectendus debitor qui dilectione so
Chryso. in Psal. 115. la suam negligit redimere cautionem. Non habemus ait Chrysos. quo possimus reddere & compensare beneficia nobis diuinitus collata, quæ quidem amplissima & innumerabilia. Vnde Propheta dicebat quid retribuam domino, pro omnibus quæ
Psal. 115. retribuit mihi? cælum propter me expandit, fulgidis stellis illud ornauit &c.

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vt enim
Simile. periti & experti medici solent cũ ad aliquam ciuitatem accesserunt, varios curare infirmos, & in illis præsertim peritiam suã manifestare qui morbos incurabiles quodãmodo habeant. ita G
Christus dominus potentiam suam in tanta peccatrice ostendere voluit. Cęterum medici humani alias infirmitates curant
Psal. 102. alias vero non, quia neque omnia norunt, neque omnia possunt: at vero de Christo ait regius vates, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tum præterea vulgares medici sanitatem inducunt, sanguinem emittendo ex ipsis infirmis, venas scindẽdo, amaras potiones propinando, & præter hęc omnia grãdem pecuniam exigendo: at vero cęlestis medicus ipse potius amaras
Isa. 53. potiones suscipit, ex ipso sanguis elicitur. Vnde Isa. ait, vere lãguores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Nos H
uetitos edimus fructus, ipse vero felle & aceto in Cruce potatur: nos malis humoribus pleni eramus, ipse vero in horto san
Mat. 17. guineo sudore pro nobis madefit. Vide quam benignum & mi
Luc. 22. sericordem sese Deus exhibeat huic mulieri, cum ipsa mutata esset à sua pristina vita. vt enim columna nunc dextram, nunc
*Si mutemus vitã prauam, etiã mutabit Deus sententiã.* sinistram se se nobis exhibet, pro mutatione tantum nostri, cũ ipsa maneat immobilis: ita Deus optimus maximus pro mutatione & conuersione nostra, nulla in ipso mutabilitate adhærẽte, interdum nobiscum iustitia, interdum vero misericordia vtitur, prout viderit nos mutari siue à virtute ad vitium, siue à vitio ad virtutem. Et sicut sol oculis quidem ægris odiosus est, sa
Simile. nis autem delectationem maximam adfert, cum idem ipse permaneat

maneat: ita Deus ijs qui ad se redeunt, benignitatem suã & misericordiam impartitur, duris autem & obstinatis iracundum se exhibet & seuerum. Tantũ autẽ potuit diuina gratia in hac muliere, vt non solũ peccata omnia deleuerit & abstersẽrit, verũ etiã eandẽ euexerit ad altissimũ quendã virtutis & sanctitatis gradũ. Inuestigabiles plane ait Lau. Iust, sunt viæ domini: & incomprehensibilia iudicia eius. Quadrat plane huic sanctæ mulieri dictum illud Hiere. in charitate perpetua dilexi te, et attraxi te miserans tui: siquidem Christus eã soluit à vinculis pec-
D catorum & ad se attraxit. Sunt enim peccata vincula quædam. Vnde regius vates ait, dirupisti vincula mea. Et diuus Io. ait dixisse Christum, nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Attracta porro longe quidem formosior diuina benignitate & pulchrior reddita est, quam ante esset deformis iacens in peccatorum sordibus.

*Recipit benigne ad se redeuntes Deus.* *Rom. 11.* *Lau. Ius. ser. d Magdale.* *Hie. 31.* *Psal. 115.* *Ioan. 6.*

## *FERIA QVINTA POST DOMINIC. IN PASSIONE.*

## B CONCIO SECVNDA.

*Peccatum multas secum adfert miserias.*



ROGABAT *Iesum quidam Pharisæus.* Luc. 7. ca. Tractat gloriosus Euangelista hodierno die de muliere quadã peccatrice, quæ ad se reuersa, tãtã egit pænitentiã delictorũ suorũ, vt merito exemplar quodda pænitẽtiæ sit in Ecclesia Dei. Magnũ sane est Dei beneficiũ cũ peccatoris alicuius animũ ita cõuertit, vt intelligat quantis
C in miserijs versetur. Sane postquã Adã peccauit, cæpit Deus altis vti vocibus, vt surdus peccator audiret in quantis versaretur malis, vnde & textus ait quod audiret Adam vocem domini. Etenim cum quis lethaliter delinquit, procul quidem pellit ab anima Deũ & si aperte non dicat ei vt á se egrediatur. Nec enim Laban ipsum Iacob expellebat, sed tamen talibus vtebatur operibus, vt facile eius pulsum intelligeret Iacob. Vnde & dicebat ad coniuges, video faciem patris vestri, quod nõ sit erga me sicut heri & nudius tertius. Hinc Ecclesi. ait, cor hominis immutat faciem eius, Debemus ergo instar mulieris huius pænitentiam agere peccatorum vt Deum quẽ amisimus recuperemus. De Alexãdro quidem Magno ferũt ꝙ cum aliquando furi-

*Ad Deum toto animo reuertamur.* *Gen. 3.* *Gen. 31.* *Eccle. 13.*

bũdus a crapula familiaré suũ lõge dilectũ nẽpe Clitũ interfici E
*Ale. exẽp.* iussisset, postquam ad se reuersus est, tantũ de huiusmodi morte doluit, vt nisi à quibusdã impediretur, sibi manũ vellet praescindere, & tu q Deũ toties offendisti, nõ dolebis? Aduerte quid dicat Ecclesi. noli facere mala, & non te apprehendẽt. Item ne
*Eccle. 7.* alliges inquit duplicia peccata, neq. enim in vno eris immunis Certe sicut filij solent parentibus esse similes: sic mors cum sit
*Simile.* filia peccati, ipsi est per similis. vnde Apostolus ait, per vnum hominem mors introiuit in orbem terrarum, & per peccatum
*Rom. 5.* mors. Satis igitur intelliges quam deforme sit peccatum, cum e F ius filia nẽpe mors, sit tã deformis. Sed tamen sicut qui diuitias cõgregat, nõ satiatur, sic qui peccata thesaurizat, vix finem sibi vnquam praescribit, & sibi vt inquit Pau. thesaurizat irã in die
*Simile.* irae. Vnde idem Apostо. ait, nunquid iniquus est Deus qui in-
*Rom. 2* fert iram? hoc est paenam & vltionem. Absit inquit, quia iniqui
*Rom. 3.* tas nostra, iustitiam Dei commendat. Item Mich. ait, iram do-
*Mich. 7.* mini portabo, quoniam peccaui ei. Porro vocat Aposto. diem
*Rom. 2.* iudicij diem irae & reuelationis, quia illic reuelabuntur abscõ dita tenebrarum, & intelligetur quam iuste iudicet Deus. Cum tu vis pretiosum liquorem in aliquod vas infundere, illud ite- G
*obstinatos quomodo puniat Deus.* rum atq. iterum lauas à sordibus, quod si nitidũ nõ reddatur, proijcis illud & comminuis: sic ergo vult Deus in animã tuã liquoré gratiae infundere, & vult eam lauare à sordibus tũ timore, tum amore, cũ auté videt quod nihil proficiat in infernũ
*Psal. 41.* te proijcit atq. demergit. Obstinati enĩ homines de malo in pe
*Gen. 37.* ius tendunt. Vnde Psal. abyssus abyssũ inuocat. Hinc filij Iacob ex inuidia in odiũ venerunt, & ex odio in homicidium, & tamen perinde cum securitate degebant, ac si nil mali egissent: sic nos cũ Deũ offenderimus saepe, nihil tamen nobis praestitisse videmur. ô impudentiã nostrã lachrymis deplorandã! Quod H scilicet cum ad caetera impatientes simus, tamen tyrannidé pec
*Zacha. 5.* cati tam patienter sustineamus, & in ea delectemur, de qua tamẽ dicit Zacha. quod sit talentum plũbi. Et Ioan. in Apo. ait, quod
*Apo. 14.* tales non habent requiem die & nocte, qui adorauerunt bestiã Sane quando contra Deum peccas, patrem tuum à te repellis. Considera quantus sit paternus amor, adeo vt etiã gallina pro
*Simile.* pullis suis strenue decertet. Est autem hic pater tanto accensus zelo vt dicat apud Mat. patrem nolite vocare super terram, v-
*Mat. 23.* nus est enim pater vester: vt intelligamus nulla ex parte amoré terreni patris esse cum hoc cõparandũ. Est auté daemon tã astutus vt multos inducat ad talé patrem repellendũ etiã sub quodã colore

A colore necessitatis. Vnde mulierculа dicit, se in peccatum labi, propter necessitatem qua premitur. Contra quã dicit Hie. omnis populus gemens & quærens panẽ, dederunt pretiosa quæq. &c. Quasi diceret, ô infelicem illum, qui sub specie quadam necessitatis, Deũ suũ à se repellit. Considera igitur peccator quantum oderit Deus peccatum ipsum, vt sanguinem suum fuderit ad illud extirpandum. Postquam Samson excæcatus fuit, & tanta pertulit opprobria, mori voluit vt malos interficeret, dicens

*Astutiæ dæmonis.*

*Thre. 1.*

*Peccatum quantum oderit De⁹*

*2. Pa. 13.*

B moriatur anima mea cum philisthijm. Sic ergo Christus ad vlciscendas iniurias contra patrem factas, mori voluit. Si hæc attente consideraremus, detestaremur vtique mundanas delectationes. Noluit Dauid aquam bibere, de cisterna sibi allatam cũ tanto vitæ discrimine, sed libauit eam domino: sic ergo nos cũ se offert delectatio, dicamus, non gustabo huiusmodi delectationem, nec committam tale peccatum, cum tam caro me Deus redemerit. Vnum etiam Christum consideremus in Cruce positum propter nos cum tanta ignominia, qui pati voluit tot labores non solum vt nos redimeret, & patri satisfaceret, sed etiam vt nos in posterum à peccatis refrænaret & compesceret, si ipsi

*Quibus cõsiderationibus peccata fugabimus.*

C obediremus. Vnde Pau. ait, dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Talibus igitur considerationibus peccatum fugabunt serui Dei. Sed ô nos miserabiles qui pænitentiam videmur agere quasi ludum quendam ita vt statim ad peccata reuertamur! Cæterum quarto regum habetur quod tempore Iosiæ regis, inuenit librum quendam puluere obsitum Helchias sacerdos, in quo lex scripta erat, cum ergo tam pretiosum vidisset librum & salutarem oblatus is regi fuit, & cum hilari vultu accepit & legit: cumque venis

*Tit. 2.*

*Simile.*

*4. Re. 22.*

*Legem obliuiscimur.*

D set ad comminationes illas belli, famis & pestis contra facinorosos homines, compassione motus non potuit vltra exaudire sed scidit vestimenta sua, & quidem ipsam Oldam prophetidem accersiri fecit, atque cum ea consultauit quid faciendum esset, ac tandem deliberarunt vt publici peccatores omnes exterminarentur.

Considerauit enim rex quanta esset grauitas peccati, vt propter eam mitteret deus tam atroces pœnas. Sed quid dixisset, siquidem considerasset purgatorij & inferni pænas? Quas vtinam concionatores quotidie ante populum prædicarent. Hinc enim Hie. ait, quis non timebit te ô rex gentium? Et Petrus inquit, in timore incolatus vestri conuersamini. Si obligatio

*Peccata publica exterminãda*

*Hie. 10.*

*1. Pe. 1.*

qua deuincimur alicui homini, facit ne eum offendamus, sicut dixit Ioseph, quomodo peccare possum in dominum meũ? E
*Gen. 39.* quanto magis cauere debemus ne Deum offendamus, qui nos innumerabilibus beneficijs deuinctos habet? Arist. & si gentilis
*Aris. 1. Rhe. c. 21.* dixit quod amator nõ est qui nõ sẽper amat, quomodo dicem⁹ nos amare Deum, qui mutabiliores sumus lumine ipsius lunæ? Certe timor Dei præstat ne ipsũ offendamus. Vnde ad talẽ timorẽ in Eua remouẽdũ dixit dæmõ, nequaquã moriemini. Itẽ
*Mat. 4.*
*Eccle. 7.* verecũdia & pudor impediũt ne Deũ offendamus. Vnde Eccle. ait, gratia verecundiæ super aurum. Si tales ergo muri amoris, F timoris & verecundiæ destruantur, facile dæmon nos impugnabit. Cæterum quamuis peccatum tale sit, quale supra depinximus, nihilominus tamen est Deus tam peritus artifex, vt ex ipso bona multa educat, etenĩ cũ peccator agnoscit peccatũ suũ in lachrymas resoluitur, & magnam pœnitentiam agit, vt constat in hac muliere. Ferunt in Armenia esse aues quasdam di-
*Exemplũ harpyarũ aui.* ctas harpyas quæ rostrum habent quasi humanum, & tamen sunt crudelissimæ, adeo vt hominem etiam deuorent; cumque ad aquas pergunt vt se lauent, vident in aqua faciẽ suã homini G similẽ, & ita se ipsas misere lacerant propterea quod hominẽ interfecerint. Sic ergo veri pænitentes cũ considerant quod suis
*Pœnitentia quomodo paranda.* vitijs Christum quasi crucifixerunt, maxime dolent de suis sceleribus, & lachrymis se abluunt, considerantes quod causa fuerũt, vt ille qui eos tãtũ diligeret moreretur, & qualiter pro suo amore, eorũ formã accipiẽs, similẽ illis se fecit & ita dolor in eis accrescit vt mori cupiãt, & sanguinẽ effundẽdi desiderio ardeãt, propter illum, qui cũ tanto amore pro illis suum fudit, Timeamus igitur ne Deũ offendamus, cũ in maximo versemur H
*Simile.* periculo: quod quidem ex subiecta similitudine apparebit. Si e-
*Periculum viri impij.* nim esset profundissimus puteus, ignis & serpentũ plenus, atq. aliquis hominẽ de capillo prehensũ ibi supra puteũ sustineret vna manu, altera vero euaginato gladio vellet capillũ illũ scindere, in quanto quæso periculo hic versaretur? Quantas effunderet lachrymas? Quam veniam postularet? Quod si id nõ faceret, sed potius illum rideret & prouocaret, vt capillum scinderet, nonne hunc amentem iudicaremus? sic ergo se gerit obsti-
*Infernum quã parũ timeamus.* natus peccator, qui tantum abest vt veniam petat vt potius rideat & subsannet. Annon igitur hunc insanum iudicabimus?

*Pœnitentia quanti sit momenti.*

*Lachrymis cœpit rigare pedes ei⁹.* Vide quomodo pænitẽtiã egerit hæc mu

A hæc mulier, quæ certe pænitentia quam sit necessaria constare nobis vel ex eo potest quod in Canti. dicitur, nigra sum, sed formosa. Vbi Origenes intelligit ipsam pænitentiam, & virum pænitentem, quem decolorauit sol. Itē ait, filij matris meę pugnauerunt quidem contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui: idest sensus ipsi qui sunt filij matris meæ idest carnis, pugnauerunt contra me, & ita nō custodiui animam meam, debemus ergo has carnales delectatio nes vincere: nā vt inquit Pau. qui secundum carnem sunt, quæ B carnis sunt sapiunt. Item manifesta sunt opera carnis. Quare debemus vincere hæc opera & desideria carnis, & prudenter nos gerere, nam vt ait Aristo. prudentia est recta ratio rerum agibilium. Quorsum obsecro vitam optas miser homo, nisi vt eā in Dei obsequio expendas? an non vides quod miles vt regi suo seruiat, etiam pro vili quodam stipendio sępe in vno etiam Die, vitam suam discrimini exponat? Cur igitur tu pro æterno præmio consequendo, ipsum non imitaberis? Vide quomodo Apost. laudet factum Moysi dicēs: Moyses grandis factus negauit se esse filiū Pharaonis filiæ eligēs potius affligi cū populo C Dei, quā tēporalis peccati capere iucunditatē. Et Gre. Nys. ait quod quando Moyses occidit Aegyptium, iam discesserat à Pharaone, vt intelligas quanto se periculo exponeret. Patiebantur itaque tot labores sancti illi patriarchæ etiam in figurā laborum quos Christus passurus erat, vnde Apo. vocat improperiū Christi. Cur igitur nos animose non subibimus labores pro eo, qui tot iā pass' est pro nobis labores? Nō tardes cōuerti ad dominū, neq; differas de die in diē, ait Ecclesi. sane qui tēpestatē passi sunt, & nauem vident quassatam, eā solent quantum possunt reparare: sic ergo nos per pænitentiam vitam nostram D instauremus. Sed tamen tu cum parum sentias huiusmodi calamitatē, idcirco nō incitaris ad pænitētiā, sed differs remediū animæ tuæ, cōtra quam sentiat Psal. cum ait, conuertantur & erubescant valde velociter. Quāobrē iudicemus nos ipsos & præsertim hoc sancto tēpore, iuxta illud Apo. si nos ipsos iudicaremus, nō vtiq; iudicaremur. In cuius rei figurā legimus in Exo. trāsibit enim dominus percutiēs Aegyptios, cūq; viderit sāguinē in superliminari, & in vtroq; poste transcēdet ostiū & non sinet percussorē ingredi domos vestras & lædere. Noli igitur timere labores quos sustinebis in agēda pænitentia, si quidē lōge maiores propter te passus est Christus & quamuis te frigidū sentias, tamen perge in prosequenda & exequenda pænitentia

Can. 1. Orig. ho. 1 in Can. Rom. 8. Gal. 5. Aris. 6 Ethi. Heb. 11. Gre. Nys. in l. Moy. Heb. 11. Eccle. 5. Psal. 32. 1. Cor. 11. Exo. 12.

rentia Legimus quidē 2 Re. quod banaias tēpore niuis duos E
interfecit Leones, sic ergo tu quāuis te frigidum sentias, perge in itinere pęnitentiæ & interficies leones & hostes animæ tuæ. Sic enim fecit hæc mulier: & sicut olim hæbræi dolentes propter vastationem templi, viriliter in eius instaurationem incu-
2. Ma. 10. buerunt, sic etiam nos debemus viriliter instaurare templum animæ nostræ Et enim videmus quod arbores ipsas quibus folia deciderunt hyeme, solet Deus in ipso vere vestire: quanto igitur magis in nostrum incumbet ornatum? videmus quod serpens pellem mutet, & accipiter plumas suas, atque aliæ aues cur igitur nos veterem hominem non deponemus? vnde Pau. F
ait, deponentes secundum pristinam conuersationem veterem hominem. Est enim magna Dei iniuria quam illi infligimus peccando cum scilicet, eius deposita figura, dęmonis vestem & arma induimus, sicut si quis Christianus se Turcæ armis insigniret. Hæc ergo omnia emēdat ipsa pænitentia Quare noli ad extremam vsq; horam pęnitentiam differre: inquit enim Ecclesi.
Eccle. 7. noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo, Et Pau. in-
Gal. 7. quit, dum tempus habemus, operemur bonum: ne scilicet deficiat te tēpus, & ita moriaris in tempore non tuo, factus seruus G
vitiorum tuorū. Exerce igitur te in pænitentia, quāuis per eā aliquantulum affligi videaris: nam vt ait Pau. licet is qui foris
2. Cor. 4. est noster homo corrumpatur, tamē is qui intus est, renouatur de die in diem. Et nescio certe quorsum securitatem quandam nobis pollicemur, in vitijs permanentes, cum videamus Deum nobis esse aduersariū, & præterea inferni nos manere tormenta Quod si propter vnum tantum peccatum quo inuolutus esses, deberes solicite viuere, & pęnitentiam agere, quanto magis id præstare debes cum sis tot sceleribus irretitus? Quamobrem noli extendere manum tuam ad mel delectationum, sed potius vince prius & supera hostes tuos, sicut Saul olim præcepit militibus suis, ne quidquam degustarent, nisi prius hostes vicissent Festina igitur ad agendam pænitentiam, & noli eam differre: ridiculus enim esset ille qui vellet festo die egregie ornatus procedere, & tamen in eundem diem festum differret ipsarum vestium structuram & compositionem. Recordare etiam quo modo Deus eum lapidari iusserit, qui ad diem sabbathi distu H
Num. 15. lit colligere ligna. Sic ergo dies sabbathi debet esse dies requiei & remunerationis operum, noli igitur ad illud vsque tēpus differre pęnitentiam tuam, aliter enim sempiterna morte morieris.

*Templum Dei sumus & ideo ipsum instaurremus.*

*Simile.*

*Ephe. 4.*

*Pænitētiā non differamus.*

*Circunspecte viuamus.*

*Simile.*

*Panitentiā nō differamus.*

Hic si

A *Temere iudicare quam sit iniquum.*

HIc si esset propheta. Hæc quidem est conditio eorum qui temere iudicant, vt suorum obliti defectuum, de alienis defectibus facile statim censuram ferant. Si quis vineam haberet sentibus & noxijs herbis confertam, & eā obliuiscens vel negligens, accederet ad alienas vineas, & aliquas herbas quas ibi forte videret, eradicaret, nonne stultus iudicaretur? Sic tu stultus iudicandus es, qui vita tua neglecta, alienam exploras vitam atque defectus. Est quidem dæmon tam subtilis latro, vt expectet cum dominus non sit domi suæ, vt libētius suffurari possit, hoc est vt tu neglecta conscientia tua, de aliena censuram facias. Videas sane multos qui cum vident proximū suum calamitate aliqua percussum, dicant id ipsi euenire, propter vetusta aliqua scelera. Sic amici Iob de ipso sancto temere iudicabant: & quales ipsi erant, tale gerebant iudicium: sicut hic pharisæus etiam temere iudicabat hanc mulierem. Videmus certe quod etiam de ligno aliquo in via posito soleāt homines in varias distrahi sententias, aliqui enim dicunt aptum fore ad ignem, alij ad imaginem insculpendam. Quis ergo erit qui se affligat cum de se temere iudicari senserit, cum præsertim videat quod de hac muliere, & de sancto Iob, imo quidem & de Christo domino, tam temeraria fierent iudicia? Adde quod non es tu tam perfectus, quin statim vir malus aliquam imperfectionem tuam videat oculis illis suis plusquam lynceis. Sane de rege Achab legimus quod vndiq. probe armatus ad præliū processisset, & tamen non defuit minimus aliquis locus patens perquē transfigeretur & vulneraretur: sic ergo nos non debemus vsque adeo de vitæ nostræ integritate cōfidere, quin existimemus aliquas etiam imperfectiones posse in nobis reperiri. dolendum sane est quod passim videamus tot iudicia temeraria à plerisque iactari, & ab his ad alios transferri & amplificari Non debemus igitur statim talibus iudicijs de proximis nostris asentiri, sed caute in his & prudenter nos gerere debemus, siquidem de multis dici potest quod dicit scriptura de Nabal Carmelo, quod esset pessimus & malitiosus. Vnde Ecclesia. ait, in via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes quidem stultos æstimat. De Nerone enim ferunt quod dicere solitus esset, omnes mundi homines facturos quæ ipse faciebat, si similem nacti essent potestatem. Sic vir malus cum bonum aliquod fieri videt, eos qui faciūt iudicat Hypocritas.

*Simile.* *Simile.* B *Nostrum sinū inspiciamus.* *Iob.22.* *Iudices temerarij quātū fallantur.* C D *2.Re.22.* *Non debemus satis de vita nostra esse securi* *1.Re.21.* *Eccle.10.* *Exemplū prauum.*

contra tamen vir probus, omnia in bonam partem interpreta- E
Exo. 19. tur. Sicut legimus de Moyse quod cum dominus ipsi diceret semel atq; iterum vt populum moneret, ne ad montem accederent, ipse statim credidit de ipsis quod id nequaquam facerent vnde & ait, non poterit vulgus ascendere in montem Sinai, tu
Exo. 9. enim testificatus es & iussisti. Sic etiam facile credebat Pha
1. Cor. 13. raoni dicenti quod populum dimitteret. Vnde Apostolus ait, charitas omnia credit, omnia quidem sperat, non cogitat malum.

*Temere se pe indicamus.* Noli porro iudicare quod videas te in laboribus versari & ta F men vicinum tuum in magna esse prosperitate & quiete: siquidem ille alia via incedit quam tu ignoras: & fortasse non ita patienter sicut tu labores sustineret. Recordare obsecro quomodo Elizeus aquā sale medicatus fuerit, & ollam farina, vt in
4. Re. 2. de intelligas quomodo etiam Deus varijs vtatur remedijs ad
4. Re. 4. salutem nostram, nempe cum quibusdam vtitur sale tribulationum, & cum alijs vtitur farina delectationum. Sic cæcitatē Tobiæ curauit piscis felle, & tamen oculis Ionathæ medicatus est
Tob. 11. melle. Sunt variæ viæ domini, & remedia quibus nobiscum v-
1. Re. 14. titur. Nabuchodonosor noluit parere consilio Danielis dicen G
Dani. 4. tis, peccata tua eleemosynis redime, sed potius magis visus est superbire, & ait, nonne hæc est Babylon. &c. quæ ciuitas vt ait Hieronymus, circuitum habere videbatur triginta duarum leucarum, & ita superbiebat rex propterea. Sed tamen vocem audiuit dicentem sibi, tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua. Atque hoc adhibito remedio resipiuit, qui antea audire noluerat mitia Danielis verba. Vti-
*Vic. in Isa.*
Isa. 26. tur ergo nobiscum Deus varijs remedijs. Vnde Isaias ait indulsisti domine genti, nunquid glorificatus es? quasi dicat non, H quoniā obstinati sunt. Vnde addit textus dicens, in angustia requisierunt te.

Psal. 37. Dauid quidem fatetur se plurimum perdidisse quod in alia nimis se distraheret: Vnde ait, dereliquit me virtus mea, & lumen
Eccle. 1. oculorum meorum: quoniam inquit amici recesserunt à me, quia scilicet in alienis factis nimis intendam. Vide etiam quod dicit Ecclesiastes, proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole, hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum vt occuparentur in ea, idest permittit Deus vt occupētur in pœnā peccatorū. Nō debes aliorum facta explorare, sed tua. Vnde Apo. ait, omnes nos
*Alios non iudicemus*

manifestari

A manifestari oportet ante tribunal Christi. Sane cum domum aliquam multis inquinatam sordibus ingrederis, statim dicis quod ibi nullus debet habitare, cum sit tot sordibus respersa domus: sic ergo habita in domo tuæ conscientiæ, & eam expurga, ne de te quidpiã tale dicamus. Videmus certe aliquos qui statim post triduum quo ad meliorem se vitam receperunt, volunt iudicare de aliena vita, quibus obijci vtique potest quod ait Apostol. tũ quis es qui iudicas alienum seruum? Quare ora potius pro eo, & noli ipsum iudicare. 2. Corin. 5. Simile. Mali conscientia immũda. Rom. 14.

B

## APPENDIX.

*Et capillis suis tergebat.* Hanc nouam capillorum compositionem docuit Christus eam, ne aliter accideret ipsi sicut accidit Abſalon, qui cum delicatis crinibus abuteretur, idcirco ex eis suſpensus est. Noluit ergo hæc mulier, tale supplicium expectare, sed crines quibus abusa fuerat, in Dei obsequium cõuertit. 2. Reg. 14.

*Et osculabatur pedes eius.* Quomodo non osculabor inquit pedes, qui tantum laborarunt ad inquirendam ouem perditam? C Quanto igitur magis se prostrabat ad eos deosculandos, tanto maiores recipiebat vires, sicut Antæo contigit quãdo cum Hercule pugnabat. Simile. Antæus.

*Et vnguento vngebat.* Quod antea venenosum sibi erat, modo tanquam salutarem exhibet theriacam: ipsi quidem mulieri erat lethale vnguentum quo se vngebat ipsa, nunc vero illud vnguẽtum conuertit in pretiosissimam & salutiferam quidẽ medicinã. Simile.

## FERIA QVINTA POST DOMINIC. IN PASSIONE.

D

## CONCIO TERTIA.

*Securitatem non habemus in mundo.*

ROGABAT *Iesum quidam Phariseus.* Luc. 7. Cognouit quidem hæc mulier de qua fit mentio in Euange. quod non esset securitas in mundo, atque idcirco ad Christum confugiendum censuit. Porro si exemplum requirimus, circa illa verba Ecclesi. cum ait, de propitiatu peccatorum noli esse sine metu, à Greg. mirabile assignatur 1. Reg. vbi dicitur quod videntes se Hebræi in maxima afflictione Ecclesi. 5. Greg. in 1 Reg. c. 7. to. 2.

oppressos à Philisthæis, cum consuluissent Samuelem; dixit eis E
Samuel vt ex toto corde ad Deũ redirẽt, & conculcarẽt Baalim
1. Reg. 7. & Astaroth, fecit item Samuel vt veniam à dño postularent, longas etiam funderent preces; sed paulo post cum audirent iterũ Philisthæos contra se insurgentes validissime, timuerunt valde num ipsis Deus scelera condonasset, & ita Samuelẽ deprecatorem posuerunt. Si ergo isti postquam tã diligẽter se prępararũt ad veniam impetrandã, adhuc metũ habebãt, quenã erit falsa securitas obstinati, & eius qui in peccato perseuerat? Vnde Bern. ait, flere quidẽ debemus propter scelera nostra, & exanimo quidem flere, non vt multi faciunt, leuiter tantum, & statim redeuntes ad pristina scelera: vere igit̃ fleuit hæc mulier hodierno die, & veram egit pænitentiam: videns quidẽ Abacuc in quanta miseria & periculo hic versemur, ait, super custodiam meã stabo, & figam gradũ &c. Hoc est curis superuacaneis post terga relictis, in hanc curam totus incumbam, vt scilicet solicite circa custodiam meã inuigilem, propter quod stabo, idest non iners atq; supinus, iacebo, sed erecto animo peruigil durabo. Harũ autẽ curarum & cogitationum aculeus timor est, quo a periculis tuti seruamur, vt miro modo cum timor & securitas contraria sint, timor tamen securitatem pariat. Anchora enim virtutis esse dicitur timor cordis: vbi ergo timor est, ibi securitas est, quia vbi timor, ibi studium, ibi pia solicitudo, quæ securitatis mater est; vbi vero timor non est, ibi somnus & negligentia, quæ periculorum omnium materia est: nullus enim hostis periculosior quã qui contemnitur. Cujus rei euidentissimum exemplum in animantibus apparet, nam quæ armis & viribus instructę sunt, timore carent, quæ vero his destitutæ, vt lepores, solo metu & fuga salutem tuentur, & timor illis pro armis est. Homo igitur qui communis peccati vitio, fortissima illa originalis gratiæ & iustitiæ arma perdidit, ad timoris præsidium confugere debet, vt eo salutem suam incolumem seruare queat, sicut hęc mulier fecit. Vnde Chry. dicit quod non inde fit vt peccator sibi securitatem polliceatur, quia peccata non mordeant, sed quia insensibilis est anima quæ peccata accumulat: quod ex illis per pendere solumus qui peccata sentiunt: annon huiusmodi, his qui secantur vel vruntur, amarius videntur vlulare? Quanta faciũt, quanta patiuntur, quantum lugent & lamentantur, vt à mala cõscientia liberentur? Quod certe non facerent nisi secundum animam vehementer dolerent, vt patet in hac muliere. Est igitur primum bonum nil omnino peccare, secundum vero, post peccatum senti-

D. Ber. de Aduẽ. ser. 4. — F
Autor.
Abacuc. 2
G
Timor dei magni est momenti.
Simile.
H
Dei iudicia timeamus.
Chry. in Mat. hom 14. to 2.
Viri penitentes quo modo segerant.

A tum sentire quid commiseris, atque lugere. Si vero ne istud quidem habemus, quemadmodum precabimur Deum, & pecca torum remissionem petemus, de quibus nil omnino dolemus? Cũ enim ille ipse qui deliquit, ne hoc quidem ipsum quod peccauit studeat agnoscere, pro quibus Deũ delictis rogabit, quæ adhuc se commisisse nescit? Hæc vero ignorans, quomodo nosse poterit diuini largitatem beneficij? solicite igitur propria delicta considera, vt discas quorũ remissione doneris, & benefactori tuo gratus existas. Nam tum quidem cum hominẽ in te fortẽ B cõmoueris, & amicos, & vicinos rogas, & pecunias erogas, & plurimos dies patienter impendis, humiliter astando, & patiẽter supplicando: sed etsi semel, etsi iterũ te repellat, ac millies, qui à te fuerit offensus, tu nihilominus non quiescis, sed maiori solicitudine concussus, supplicationem quoque adhibes longiorem: in nos vero cum indignetur omnium Deus, oscitamur & negligimus, atque cuncta quæ sunt malę consuetudinis frequentamus: ecquando illũ hoc modo possumus facere placatũ? non dolere enim quia peccaueris, magis indignationem Dei prouocat, quam illud ipsum quod ante peccaueras. Propter quod in C ipsam iam dignũ erat demergi terram, & ne solem quidẽ istũ videre nec respirare prorsus; quia cũ tã recõciliabilẽ nobis habeamᵘ Deũ, cũ tamẽ per pænitẽtiã nobis placare negligimus. Nõ igitur ita viuẽtes, falsam nobis securitatẽ polliceamur, sed prius conemur quãtũ in nobis est, à peccato exire Porro D. Aug. De hoc eodẽ argumẽto edisserẽs, ita habet: in quo homine securitas? in quo certũ gaudiũ? nec de te ipso vtique neq; de alio, solus enim Deus hãc securitatẽ & gaudiũ dare nobis potest, veraq; securitas in cælis est. Si enim in possidẽdis & cõseruandis rebus tẽporalibus, nõ solemus talẽ nobis securitatẽ polliceri, sed potius D semper in quodã timore versamur, quid faciendũ erit in securitate spirituali? Porro quod in rebus mũdi periculosa sit interdũ securitas, late docet idẽ Aug. loquens cũ Romanis, in hęc verba: pacẽ cupitis, vt infinita varietas voluptatum vanis effusionibus & insanis exquiratur, secundisque rebus ea mala oriãtur in moribus, quæ sęuioribus priora sunt hostibus. At ille Scipio Pontifex noster, ille iudicio totius senatus vir optimus, istam nobis probe metuens calamitatẽ, nolebat æmulam tunc imperij Romani Charthaginem dirui, & decernenti vt dirueretur contradicebat Catoni, timens securitatem falsam, & tanquã publicis ciuibus tutorem idoneum necessarium videns esse terrorem. Nec eũ sententia fefellit: re enim ipsa probatum est quod verum diceret,

*Peccata nostra agnoscamᵘ & veniam postulemᵘ.*

*Simile.*

*Deprecatores apud Deum paremus.*

*Deum iratum contra nos non curamus placare.*

*Aug. in Psal. 81. tom. 8.*

*Simile.*

*D. Aug. 1. de ci. Dei. c. 3. to. 5.*

*Exemp.*

dirutaque concordia, prius cruentis seditionibus, mox malarũ E
conuectione causarum, bellis etiam ciuilibus, tantæ strages ede-
rentur, tanta cupiditate proscriptionum & rapinarum ferueret
immanitas, vt Romani illi qui vita integriore mala metuebant
ab hostibus, perdita integritate vitæ, crudeliora paterentur à
ciuibus, eaque ipsa libido dominandi, quæ inter alia vitia gene-
*Ambitio detestabilis.* ris humani magis inerat populo Romano, postea quam in pau-
cis potentioribus vicit, obtritos, fatigatosque cęteros etiã iu-
go seruitutis oppressit.

*Diligenter incumbamus animę saluti.* F

*Lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat*
*Simile.* &c. Vide obsecro quam varijs modis saluti animę hęc mulier
*Multa in mundo pericula.* incumberet, quamque diligenter & vigilanter. Si enim tanta vi
gilantia & attentione opus est ei, qui per tensum funem inambu
let, vt scilicet maxima æqualitas passuum & ponderis ex vtraque
parte seruetur: quanto maiori cura & prudentia opus est nobis
*D. Bern.* vt in hoc mundo, cuius casus periculosior est, tuto viuamus?
*Psal. 120.* Vnde D. Ber super illa verba Psal 120 ecce nõ dormitabit ne-
*Simile.* que dormiet, ait quod etsi scires dæmonem ipsum imparatum, tu
tamen semper paratus esse deberes, ne forte sua ista astutia te G
imparatum opprimeret: sicut enim qui versantur in bello, quã-
*1. Pe. 5.* do hostis inuadere cessat, tunc se muniunt, & propugnacula sua
reficiunt, ita tu vigilantissimus semper esse debes, cum scias eum
*Euse. pa. in epis. ad episco. Tuscia & Campa.* numquam cessare, sed esse leonẽ rugientem & quærentem quem
deuoret. Videte fratres, ait Euse. Papa, quid nos sacrę literæ
doceant, discite benefacere & mala declinare. Fili serui Deo, &
dignas ei oblationes offer Memor esto quoniam mors non tar-
dat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi. An-
*Ecclesi. 14* te mortem benefac amico tuo. Non defrauderis à die bona, &
*Grego. ho. 19. in Euã* particula diei bonę nõ te prætereat. Nemo se de opere, nemo se H
de tempore extollat, ait Greg. Etsi enim sciamus quæ vel quan-
ta bona egerimus, adhuc supernus iudex qua subtilitate hęc exa
minet, ignoramus. Quid enim hodie aspicimus, si quis cras fu-
turus sit vnusquisque nescimus? Plerumque & is quem post nos
*Exemp. Acto 17* venire cernimus, per agilitatẽ nos boni operis antecedit, & vix
eum cras sequimur. Ecce cum Stephanus pro fide moreretur,
Saulus lapidantium vestimenta seruabat, omnium ergo lapidan-
tium manibus ipse lapidauit, qui ad lapidandũ omnes expeditos
reddidit, & tamen eundem ipsum in sancta Ecclesia laboribus an
*Mat. 20.* te cessit, quem persequendo martyrem fecit. Duo ergo sunt
quę solicite pẽsare debemus, quia multi vocati, sed pauci electi
sunt:

A sunt: primum est vt de se quisque minime præsumat, quia etsi iam ad fidem vocatus est, vtrum perenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est vt quisque proximum quem fortasse viuere in vitijs conspicit, desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat, vt patet in hac muliere. Porro plurimum nititur dæmon vt peccatores in falsa quadam securitate degant. In cuius rei figuram dicebant Babylonij Hebræis captiuis, cantate nobis de canticis Sion: sic ergo dæmon nititur, vt in securitate degamus, & non consideremus in quam acerba versemur seruitute: quod certe miserabile est, vt scilicet qui potius flere deberet peccata sua, rideat & cachinnetur. Sunt iusti ait Ecclesi. quibus mala proueniunt quasi opera egerint impiorum; & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Vide quam præclarum nobis pænitentiæ exemplum dederint Niniuitæ, qui ad prędicationem Ionæ statim conuersi sunt, & ita in triduo sententiam diuinam reuocarunt, qui tamen 40. dies induciarũ habebant. Quid igitur nos cunctamur, qui nec horam quidem certam habemus? Sane mali in sua nequitia vigilãtiores sunt, quam boni in bonitate. In cuius rei argumentum legimus quod Ionas dormiret, cum tamẽ nautę ipsi & idololatræ illi maxime vigilarẽt. Sicut magistratuj ciuitatis parũ prodesset quod ciuitas validissimis circundaretur muris, & diligenter custodiretur si rimam quandam relinqueret ex qua in eam tutus hosti pateret ingressus: vel nautæ quod nauẽ tabulis & clauis instaurare fecisset, si ruinam quandam minus commode coagmentatam reliquisset, ex qua intra nauem aqua ingredi posset quæ ipsam nauem submergeret: ita certe homini parum proderit aliquot fugere vitia, & de bonis operibus gratias Deo agere, atque eleemosynas pauperibus dare, si vitio animi elati efferatur, vel quocumque alio etiam vnico vitio, & ita hostibus aditum præbeat, qui ingredientes omnia vastent. Sane, vt inquit grauis quidam autor, domitor equorum statim solet initio equum suum bene domare, vt post modum bene assuefactus, facile sessorẽ ipsum recipiat, neque cum opus fuerit deneget instiganti domino, cursum suum. Sic ergo necesse est vt statim vitam nostrã in melius commutemus, atque eam asperitati pęnitentiæ assuefaciamus, vt hoc modo mereamur peruenire adoptatum finẽ cælestis patriæ. Necesse est igitur vt media diligenter adhibeamus, quę nos ad huiusmodi vanitates mundanas fugiendas instruunt, quæque ad beatitudinem comparãdam viam muniunt. Necesse etiam est vt vigilanter & caute viuamus, vt hoc modo declinare possimus incommoda

*Psal. 136. Simile. Ecclesi 9. Iona. 3. Pænitẽtiã non differamus. Iona. 1. Simile. Pęnitẽtia ex animo fiat. Ludo. Gr. Simile. Diligẽter pęnitentię incumbamus.*

(Marginal letters: B, C, D)

incommoda & damna quæ possunt nobis contingere in hoc itinere cælestis beatitudinis: qui enim id non faciunt, sunt vt isti similes brutis animantibus quidẽ, quæ quidem dumtaxat quæ præsentia sunt respiciunt, futura autem ipsa & quæ euentura sunt, nullatenus prospiciunt, minimis etiam laboribus ac difficultatibus deterriti, victas illico manus præbent. Quod si considerarent militiam esse vitam hominis super terram, longe vtiq; paratiores viuerent, magisque præmeditati ad omnia incommoda præcauenda & prudenter declinanda At vero miserabiles isti homines tantum abest vt vigilent, quin potius ventrem sibi tanquam Deum constituerunt cui seruiunt, tum etiam mũdanos honores. Annon enim ille Deus vester censendus est, cuius legibus obtemperatis, & quem in omnibus sequimini? Quamobrẽ potius ad Christum confugiamus sicut fecit hęc mulier, & culpas nostras eius imitatione defleamus. E

*similitudo* *Facile succumbimus statim vitiis.* *Iob. 7.* F *Timorem Dei quomodo abiecerint mali.* *Phil. 3.*

## *Quanta sit amoris & charitatis excellentia.*

*Thom. a villa.* *Simile.* G

R*Emittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Habet se amor Dei ad ceteras virtutes, vt inquit grauis quidam autor, sicut se habet aurũ ad alia metalla. Vt enim aurum cæteris metallis præstat decore & valore, sic charitas excellit reliquas virtutes. Sine dilectione enim cętetæ virtutes modici valoris sunt, dicente Apost. si linguis hominum loquar & angelorum &c. Siquis enim alium vere diligit, ei in omnibus credit, ei pretiosa quęque confidit, ei omnia liberaliter largitur: nec deniq; ipsa morte amor superatur: fortis enim est vt mors dilectio. O patientia maxima! ô insuperabilis virtus charitatis, quid non potes? Quid non aggrederis? Quid non vincis? Est præterea nobis potissima & maxima causa diligendi Deum, quia multipliciter hoc debitum est, & potissimum duabus de causis. Prima quia vt inquit Apost laborantem agricolam oportet primum de fructibus edere, & qui plantauit arborem aut vineam, iure fructu eius potitur. Fecit te Deus capacem sui intellectu & voluntate, vt intelligendo amares, & amando fruereris, iuste igitur fructum tui intellectus & voluntatis sibi debitum, à te exigit, qui talem ac tantam tibi dedit facultatem, & plantauit in te potentias, per quas posses & ipsum capere, & captum diligere. Illi ergo debes amoris tributum, qui tibi contulit amandi facultatem. Sed neque o satis mirari domine, quod tanti facias amorem erga te meum, vt nisi te amem, æterna etiam mihi mineris tormenta. Quis obsecro. H

*1. Cor. 13.* *Can. 8.*

A sum ego miser, vt sic ęstimes amari à me? inter tot & tanta cęlestium spirituum agmina, & tam splendidã tamque decoram te diligentium multitudinem, despicabilis huius & vilis vermiculi, non solum non despicis amorem, sed insuper veluti grande aliquid & pretiosum, minis, & terroribus reddi tibi efflagitas? Quid est homo quia sic magnificas eum, aut filius hominis, quia sic reputas eum? sola tui æstimatione grandis sum, gratia enim tua sum id quod sum. Sed intelligo domine, quod in amore meo non tuam, sed meam inquiris virtutem, propter me igitur B amari vis à me, & quia diligis me, ideo diligi vis à me. Vides enim quoniam in amore tuo vita mea tota consistit, & propter hoc vis amari à me vt vitam ego habeam amando te. Tangit enim te domine, & multum tangit te mea perditio, quia opus tuũ & factura tua sum, tam caro sanguinis pretio à te redemptus. Nõ vis ergo perire tam cari pretij mercimonium. Est alia ratio, quia tu etiam diligis me & prior dilexisti me: non quasi nos dilexerimus ipsum inquit Apost. sed quia ipse prior dilexit nos. Prior dilexisti me domine, quia sine merito vel debito aliquo fecisti me. Quid enim tibi feceram antequam essem, vt feceris me? Quid C dico? imo & ab æterno dilexisti me, quoniam & ab æterno tibi placuit vt in tempore suo faceres me. Gratias ago tibi domine, quia sic placitum fuit ante te. Sed numquid in hoc solum dilexisti me, quia fecisti me? imo multo amplius dilexisti me, cum me perditum redemisti. Dic igitur ô Christiane, teneris ne diligere eum, qui sic prius dilexit te? Audite fratres mei primo, quia amor non nisi amore rependitur: etsi enim dederit homo diligẽti se omnem substantiam domus suæ pro dilectione, si autem non redamet amãtem, quasi nihilum reputabitur, non enim nisi amore amor persoluitur. Nostis etiam fratres quod amor tam D pretiosus est, quod etiam in vili persona & abiecta non vilescat. Habes Æthiopem famulum emptitium captiuum, hic diligit te, & tu diligis eum, & benetractas eum: quod si quispiam amicus dixerit tibi; tu cum sis ingenuus & nobilis, quomodo non dedignaris id quod est in te pretiosius scilicet amorem tuum, famulo Æthiopi condonare? statim aperta fronte satisfacis obiurganti dicens: ecce diligit, non mireris si diligo eum. Dic igitur ô Christiane, qui nomẽ Christi solo verbo profiteris, despicis in Christo quod nõ despicis in seruo? Amas Æthiopem, & multũ amas, & iuste amas quia ipse amat te, & amat te Deus tuus atque amore tuo gaudet, & pro tuo amore moritur, & tamen eius dilectionem contemnis, nec eum dignum redamari cẽses?

*Iob. 7.* *Psal. 8.* *1 Cor. 15.*

*Maximus Dei amor quod iubeat vt ipsum amemus.*

*1. Ioan. 4.*

*Psal. 17.* *Mat. 11.*

*Amorẽ amore repẽdimus.*

*Simile.*

*similitudo*

*Redamemus amantes.*

Vtiq. si captiuus ille Æthiops & defor mis pro te passus esset, sicut pro te filius Dei passus est, vt te de morte redimeret, quod vere credis & confiteris passum esse dominum Deum tuum, infinitæ maiestatis, pulchritudinis, & magnitudinis, sine dubio super caput tuum ipsum poneres, & eum quasi Deum venerareris ac liberatorem tuum. Nunc autem hæc omnia de Dei filio credis, & tamen alges & friges, atque talis muneris oblitus, sic ad eius amorem es frigidus, sic ad honorem stupidus, sic ad seruitium tardus es, quasi ista oīa non fuissent. Cur nō resipiscis miser? Aut credis, aut non: si non credis, quare te Christianum esse mentiris? Si autem credis, cur fidem tuam operibus non ostendis? E F

*Amemus Deum cui tantum debemus.*

Quod Deum magis, minus ve amemus, ait Fulgen. id quidē prouenit ex eo amore quē erga nos habemus, minimo vel maximo: non enim potest otiosus esse amor. Si igitur in Deum eū non ferimus, in hęc mundana referamus necesse est. Sicut ex duro ferro nihil fabricari potest commode, nisi prius ignitum reddatur, & in fornace inflammetur: sic plane in corde nostro nihil præclarum & exquisitum atque laudabile inueniri, aut efformari potest, nisi illud diuino amori coniungatur, & eo inflammetur. Nil plane pręstantius, ait Chry. nil illustrius, quam Deum diligere, & ab eo diligi: hoc quidem reddit homines & angelos splendidos. Dices tu, quomodo Deus nos diligit, cū nobis comminetur infernum? Respondeo id propterea facere vt emenderis: quęrit enim modos omnes accommodatos ad te sibi attrahendum, quod sane procedit ex summo amore quo te prosequitur. Non diligit Deum, ait Aug. qui alias res plusquam ipsum diligit. Siquis habet manus in re aliqua occupatas, non potest alteram rem bene recipere, necesse est enim vt priorem deponat: sic oportet vt quod habes ommittas, si vis quod non dum possides comparare. Turpe plane est, ait Lactan. Vt Deum qui tanto nos amore dilexit, tam frigide nos diligamus Viri multi quidem docti & illustres, sic se diuinæ contemplationi dederūt, vt cuncta terrena contemnerent & obliuiscerentur: nos vero miserrimi nec tantillam quidem rerum cælestium contemplationem toleramus. Attendamus inquit Ansel. quanta propter Deū facere debeamus, cum tantum nos dilexerit, & tam singularia pro nobis præstiterit, insuper etiam promittit quod si eum dilexerimus, largietur quidem vitam æternam. Libenter quidē eius promissis fidem adhibere debemus, cum pro nobis talia passus sit, & cum esset immortalis, factus fuerit pro nobis mortalis: quin G H

*Fulgen.*

*Simile.*

*Chry. ad po. ho. 64. tom. 5.*

*D. Aug. de tēp. sermone 233. to 10.*

*Lactan. fir. li. de fal. reli. c. 1.*

*Aug. in epis. ad Ro. ca. 3.*

A quin imo difficilius est creditu quod id quod ęternum moriatur, quam quod homo mortalis in æternum viuat. Qui igitur id quod difficilius est prętitit, vtique quod facilius est præstabit. Quare Deum amemus, cum videamus in amorem resolui totam legem & Prophetas, & quod si amorem & charitatem tollamus, omnia corruunt præcepta. In cuius rei argumentum legimus quod cum Moyses descendens de mõte videret idololatriã populi, ambas tabulas confregit, cum tamen videretur sufficere quod vnam tantum confringeret, cum populus esset idolo-
B latra: verumtamen id fecit, quia charitate Dei deperdita, facile etiam proximi amorem perdimus. Sane luna eclypsatur, neque nos illuminat, quod eam sol non feriat, iuxta nostrum prospectum: sic etiam cum anima diuino amore caret, inde prouenit quod lucem amoris proximis suis non præbeat.

*Confidam' de diuinis promissis.*

*Rom. 13.*

*Exo. 32.*

*Amemus Deum & proximũ.*

## APPENDIX.

*Et respondens Iesus.* Pro se non respondit in passione, ita vt miraretur præses vehementer, & tamen respondet pro hac mu-
C liere, non quidem illi dicto, hic si esset Propheta, sed cum ait, quia peccatrix est, vt inde intelligamus quomodo Deus pro seruis suis soleat respondere, & eorum partes agere.

*Mat. 27.*

*Respondet Deus pro suis.*

## FERIA QVINTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO QVARTA.

*Temperantia vtamur in conuiuiis.*

D

ROGABAT *Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo.* Luc. 7. Quamuis hodie inuitatus fuerit Christus, nõ tamẽ permisit vt in cõuiuio fierent aliqua immoderata & intẽperata, sed potius lachrymas permisit & fletum gloriosæ Magdalenæ. Non sunt quidem talia multorum conuiuia hoc tempore, sed potius intemperata & impudica, in quibus non de dolore peccatorum agitur, sed potius gula regnat atque libido. Tale fuit conuiuiũ Herodis, de quo scribens Chry. ait, audistis fratres quanta euasit de voluptate crudelitas? de libidine impietas? allatum est caput Ioannis in disco, quo salutaria monita dabat incestui, mẽsa

*Autor.*

*Conuiuia sępe quam sint immoderata.*

*Chry. ex va in Mat. Lo. hom. 16.*

migrat in caueam, mutatur furore conuiuium, fit cibus cædes, E
vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali, in ortu
exhibetur occasus, conuiuium mutatur in homicidium, organa
vertuntur in funus. Porro qualia esse debeant conuiuia nostra
Tob. 2. descripsit Tobias dicens filio suo, vade & voca aliquos de tribu
Ecclesi. 9. nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. Item Ecclesi ait,
viri iusti sint tibi conuiuæ. Obserua etiam quod Christus inter
manducandum, vtilē eis tradidit doctrinam, nō autē talia sunt
In conuiuiis sæpe detrahitur absentibus. multorum conuiuia, sed potius detrahentia & murmurātia, quę
que mereantur tria illa horrifica verba, Mane, Tethel, Phares, F
quæ rex Babyloniæ vidit in conuiuio describi. Intemperantia
quidem in cibo, ait Ansel statum mentis immutat; siquidem hæc
Ansel. in epis. ad Gal. c. 5. simul cum corpore, animam etiam quodammodo debilitat. In ebrietatis enim ægritudine corpus simul & anima corrumpitur,
spiritus pariter cum carne vitiatur: omnia membra fiunt debilia,
pedes, manus, lingua resoluta: oculos tenebræ, mentem velat
Gen. 2. obliuio, ita vt hominem se nec sciat esse, nec sentiat. Noluit
quidem dominus protoparentes nostros omni cibo vesci in paradiso, sed ab aliquo abstinere, vt ex obedientia & abstinentia
Leui. 11. amplius mererentur. Propter eandem etiam causam præcepit G
3. Reg. 17. Deus filijs Israel vt a multis cibis abstinerent Elias vt liberius
3. Reg. 18. & 19. & sapientius prophetaret, vtebatur victu tenui, quandoquidem
petijt à vidua sareptana buccellam panis & aquam: non est etiam
sine mysterio quod corui pascerent Eliam carnibus bis in die,
Dan. 12. angelus vero pane & aqua semel tantum. Danieli propter eius
abstinentiam ostendit Deus mirabiles visiones. Vir qui conse-
Num. 6. crabatur domino, ab omni eo quod inebriare poterat abstinebat. Vxori Manue concepturæ Samsonem fortissimum, angelus
Iudic. 13. abstinentiam indixit. In trecentis viris aquam temperate biben- H
Iudic. 7. tibus, dominus populum suum liberauit Iosaphat rex Iuda victoriam reportauit, quia ieiunauit ipse, & alijs ieiunium com-
2. Par. 20. mēndauit. Multum valet abstinentia ad vigilias traducendas &
Mat. 26. orationem fundendam. Vnde dominus Apostolos suos post cænam minus aptos ad vigilandū reprehendit. Abstinere debemus
2. Reg. 23. interdum propter aliorum exemplum: nam Dauid desideratam
sibi aquam de Bethleem allatam bibere noluit. Dic oro quid lu-
Chry. in Mat. ho. 56. craberis, si dum seruum tuū magnificis dapibus deliciose viuere videas, tu extremo inedię malo debilitatus iaceas? an forte
Simile. quia dominus es, lucrari te quidquam dices? nequaquam: id
ergo ipsum ad animam tuam transferas cum delicaris corpore,
esuriente anima. Quemadmodum acuti vepres, ait Chry. vnde-
cumque

A cumque capiuntur atque constringuntur, manus cruentant, eodem modo delicię manibus, pedibus, capiti, oculis denique officiunt: delicijs enim senectus citius surripit, delicijs sensus obtũduntur, cogitatio retardatur, corpus dissoluitur, maior copiá denique malorum; & magna moles tanquam nauis nimis onustæ. Sed quid quæso ita pingue corpus reddere curas? an vt te ad immolandum apponamus? aues certe pingues ad saniorem diætam sunt inutiles. Adeo mala deliciarum lasciuia est, vt irrationalibus quoque pestifera sit. Nam & volucres saturitate nimia B & sibi & nobis inutileș efficiuntur: superfluitates enim indigestæ & putredo humidior, à pinguedine oriuntur. Quæ vero animalia non copiose aluntur, sed quasi ieiunantia mediocri victu simul & labore exercentur, hæc quidem tam sibi sanitatem seruant, quam nobis, & qui his vescuntur, sani viuunt: qui vero illis, ad ęgrotandum aptiores redduntur. Et certe mirum quod quidam neque sicut vtribus sibi parcere velint, nã qui vina huc illucque traducunt, nolunt vtres nimium implere, ne distenti rumpantur: isti vero ærumnosum ventrem nec vtris quidem dignitate condonant, sed distendunt & replent vsque ad fauces du C plices. Temperantia & abstinentia quidem corporis plurimũ iuuat pænitentiam nostram peragendam, & castitatem cõseruãdã. Vnde Climacus, eum qui saturo corpore castitatem se putat seruaturum, ei similem ait, qui proiecto pane, canem à se abigere conatur. Tractans quidem Chrysolo. de Ioannis decollatione, ait: ecce quid pariunt totis noctibus protracta conuiuia, ecce quid generat quod cum mensura emitur, & sine mensura bibitur vinum: ecce quo præcipitatur caro cum ad luxuriæ facinus, voluptatis inflammatur incendijs. Sufficit infelix caro sibi suis casibus ad ruinam, attestãte propheta cum dicit, vt quid irruitis D in hominem? interficitis vniuersi vos &c. Olim quidem homines fortissimi leguntur antequam Noe vineam plantaret, & cum primum Roma condita fuit, & per longum hinc etiam temporis spatium habitata nempe per 633. annos, cum fortissimi essent homines, vinum tamen vt referunt multi Historiographi, veluti pro medicina tantum in paucis admodum Oenopolijs vendebatur. Nunc vero vsque adeo à plerisque sumitur intemperate vinum, vt vires sibi omnes eneruent, & sensus debilitent, ac mẽtem de sua sede deturbẽt. Spartianus refert quod cum exercitus Posceniȷ in Ægypto versaretur, atque nonnulli ex militibus vinum sibi dari postularent, subijceret imperator ignominiosum quidem esse quod vinum sibi dari postularent.

*Simile.* *Chry. ho. 42. in Mat. 10. 2.* *Simile.* *Simile.* *intẽperantia quantũ noceat.* *Tẽperantia vtilis corpori & animæ.* *dissimile.* *Edacitas perniciosa* *Clima.* *Simile.* *Chrysolo. ser. 141.* *Psal. 61.* *Ælius Spar.*

*Exemplum prauum non demus.* E

*Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Propterea appellatur peccatrix in ciuitate, quia prauum omnibus dabat exemplum. Vnde Euse. Emis. ait, commodat quidem vel incommodat vnus alteri pro ratione vel recti, vel praui exempli quod ei dederit. Sicut enim quando aliquis peccat sub conscientia aut destructione plurimorum, de pluribus incurrit reatum: & quantum per vnius membri vitium serpit tale diffusum, reliqua per membra contagium, tantum in autorem suum multiplicis mali recurrit augmentum, & quantos distraxerit, de tantis sibi materiam damnationis acquiret, commisso enim pessimo opere contristantur boni, subuertuntur mali, vtinam non etiam boni, nimis enim penetrabile telum est imitatio deteriorum. Ita è contrario, quandocumque aliquis de Ecclesiæ filijs, aliquod bonum profitetur in publicum crescit deuotio meritorum in corde mirantium, ac de tantis acquiruntur bonorum operum fructus, quantorum velut balsami suauitate condiuntur affectus. Vnde Orige. ait, attende quam grauiter puniti fuerint Madianitę propter scandalum quod dedere filijs Israel, quamuis & ipsi quoque scandalizati pænas dederunt, occisis videlicet ex ipsis viginti quatuor hominum millibus, sed longe maior facta est strages eorum qui scandalum præbuerūt. Porro Chry ait, aduerte quantum curæ Paulus semper præstiterit, ne suo exemplo quemquam scandalizaret, siquidem ad Ro. Scribens ait, si cibi gratia frater tuus tristitiam ceperit, nondum secundum charitatem incedis. Item non destrues inquit opus Dei propter cibum. Tum præterea Chrysolo. ait, cæterum scandalum populo Israelitico Balaam diuinator obiecit, quando bellatoribus non cum armatis viris, sed puellis toto lenocinio fucatis occurrit, vt arma verteret in luxum, triumphum mutaret in infamiam, & in reatum reatus deuocaret vltores, & ad summam prophanaret totam deturpitudine sanctitatem. Hinc est quod Moyses tali ipsum notauit sententia cum puniret. Et Balaam inquit diuinum occidite, quia sic misit scandalum ante filios Israel. Vnde & textus ait, Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Scandalum molitus est Hieroboam, qui ex auro vaccas populo in Deos figmento miserabili collocauit, ne Deum viuum, ne verum templum, ne legitimas leges quærerent. Atque ita miserabiliter perijt Hieroboam, sicut vaticinatus fuerat Amos dicens, & consurgam super domum Hieroboam in gladio &c.

F

G

H

*Euse. Emi. Simile.*

*Exemplū prauū plurimum nocet.*

*Exemplū malū quasi venenum*

*Ori. ho. 25 in l. Num to. 1.*

*Num. 25.*

*Num. 31.*

*Chry. in ser. ne cui fra. scan. pona. to 5.*

*Rom. 14.*

*Chrysolo. ser. 27.*

*Num. 31.*

*Apo. 2.*

*Num. 31.*

*3. Reg. 1.*

*4. Reg. 14 & 15.*

Quicumque

A Quicumque aut verbis, aut prauis exemplis, alteri occasionē præbet ruinæ, vtique scandalum ponere dicitur in via, iuxta illud regij vatis, in via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Verbi gratia, qui aliquem iniuria affectum hominem, prauis consilijs ad vindictam expetendā inducit, is plane offendiculum eius pedibus subijcit. Scandalum item est cum quis innocentem virginem verbis, litteris, munusculis, promissis, internuntijs, cæterisque malis artibus, ad pudoris iacturam solicitat. Sic etiam cum eadem virgo instar Iezabel oculos suos pingit stibio, & meretricio habitu, cultuque ornata, in edito loco sedens, prætereuntes & simpliciter in via gradiētes, in sui amorem pellicere intendit, scandalumque & laqueus diaboli est. Cum præterea pater in filiorum conspectu impudenter & frequēter iurat, peierat, sacrilegum os in cælum ponit, & diris omnibus famulos deuouet, & pictis ludit patrimonium chartis. Vnde fit vt hoc exemplo filij famulique inducti, idem facere discant, scandalum plane & quidem grauissimum est. Si enim fur qui decem aureos è domo tua clanculum surripuit, capitis interdum supplicio pœnas luit, qua pęna digni erunt, qui exanima tua Deū surripuerunt? Sunt plane multa reprobationis signa quæ sancti patres commemorant, inter quæ præcipuum mihi locum hoc sceleris genus habere videtur. Iustitiæ enim & æquitatis ratio hoc exigit, vt qui alterius animam perdidit, suam perdat. Sic enim olim diuina lex sanxit, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente reddendum. Iustum est vt quę nos mala innocentibus irrogauimus, ipsi patiamur. Sic Pharao qui ferali immanitate Hebręorum pueros aquis interimebat, aquis pariter quidem scelestissimus & nequissimus tyrannus, diuina perurgente iustitia peremptus est. Sic Dauid qui alienam vxorē violauit, & maritum gladio sustulit, eadem mala & multo etiā grauiora, tum ab exteris, tū à parricida filio perpessus est. Sic Adonibesech qui regibus quos bello ceperat, pedes & manus amputabat, simili quoque modo ipse Deo ita disponente trūcatus est. Quid igitur ex his sequitur, nisi vt qui animam Christi sanguine redemptam, Sathanæ tradidit suo prauo exemplo, ipse quoque eidem torquendus tradatur? Et sicut grauissime delinquunt qui ita viuunt, vt per eos nomen domini & doctrina blasphemetur: ita maxima laude digni sunt qui sic vitam instituunt, vt idem nomen eorum causa glorificetur. Vnde bonū exemplum Apost. commendabat cum diceret, vnusquisque vestrum proximo placeat in bonum ad ędificationem. Idē etiam

Psal. 144
Simile.
Solicitare ad malum virgines grauissimū scelus.
3. Reg. 19.
Simile.
Exo. 21.
Exod. 14.
2. Reg. 12.
Iudic. 1
Scandalizantes alios prauo exemplo quomodo puniat Deus.

Rom.15. alibi ait, ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod E
1.Cor.10. mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Qui male viuunt
Aug. in ait Aug. & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciunt, de
Ioã. trac. quibus dictum est quod per eos nomen domini blasphematur,
50.to.9. sicut per bonos nomen domini laudatur Audi Aposto. Christi
2.Cor.2 inquit bonus odor sumus. Item in Can. dicitur, oleum effusum
Can.1. nomen tuum. Felices qui bono odore vtuntur, sicut infelices qui malum odorem redolent.

### *Cognitio sui quantum conducat.*

F

*Cognitio sui plurimum confert.* *Simile.* VT cognouit quod Iesus accubuisset. Magni quidem fuit momenti & vtilitatis, quod hæc mulier sui cognitionem haberet. Siquidem cognitio sui ipsius, reddit quemque humilem Vnde multum refert vt quisque sese nouerit, quod tamen laboriosissimum est. Adamus sibi nomen non imposuit, cum tamẽ cæteris imponeret; quia scilicet vt conuenientia rebus nomina imponantur, oportet vt notitiam habeamus naturæ ipsarum
*Gen.2.* rerum. Vnde cum Adam in statu innocentiæ haberet scientiam
*Seipsum cognoscere difficile est* omnium rerum quæ naturaliter sciri poterant, facillimum fuit ei imponere rebus nomina Sibi ergo non imposuit, quia non G
est ausus affirmare sui se habere notitiam. In quo docent nos sacræ literę quam sit difficile vt quisque se nouerit. Gregor.
*Gr.Naz.* *Simile.* Na. dicit quod quemadmodum male euenit ei qui fixam oculorum aciem in solem contorserit, & præsertim si oculos habeat infirmos: ita impurus homo non potest puritatem ipsam & splendorem probitatis contueri, & oculi eius sunt adeo infirmi, vt videre non possint suam miseriam: multo igitur minus videbunt dignitatem & excellentiam ipsam. Quo igitur nos magis per humilitatem descendimus ad notitiam nostri, tanto
*Dissimile* magis per cõtemplationem subleuamur ad Dei considerationẽ. H
In rebus quidem corporeis & mundanis verticem ipsum tangere dicitur & apicem à mundo, qui magis extollitur: in spiritualibus autem rebus, qui magis humiliatur. Sed quo tandem pacto poterit quis aliena diiudicare, si adeo laborat in sui cogni
*Porphy.* *Pli.* tione? Quod quisque in sui ipsius cognitionem neruosissime debeat incumbere, nos admonet dictum illud vulgatum Porphyrionis Philosophi, intra tuam pelliculam te contine. Et illud Plinianum, tuum ipsius sinum inspice. Illud porro vetus prouerbium, nosce teipsum, adeo fuit olim celebratum, vt graues disputationes extiterint quisnã eius autor fuerit, propter tatam excellentiam

A excellentiam huius sententiæ. Nam Dioge. Laer. asserit esse sententiam Thaletis: Plinius affirmat esse Philonis Lacedemonij: Ouidius porro illud dictum ascribit pythagorę: Socrates autem & Plato, quos Micro. sequitur in somnio Scipio. Tribuũt illud Appollini Cum Philosophus Demonax fuisset rogatus quãdo cępisset Philosophari, respondit quod postquam se ipsum cognoscere incępisset. Sic ergo responderet hęc mulier quod tunc sancta esse incępit, cum se agnoscere cæpit. Cæterum plurimum quidem querebatur Deus apud Hiere. quod homines
B sua scelera non agnoscerent, dicens: nullus est qui agat pænitẽtiam super peccato suo, dicens quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirũdo & ciconia, custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, lex domini nobiscum est? Porro idem vates intelligẽs quãtum Deo placeat cognitio sui ipsius, ait: cognouimus domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi, ne des nos in opprobrium, propter nomen tuum,
C neque facias nos in contumeliam. Tantum pręterea profuit Dauidi quod cum angelus tantopere sęuiret in populum, ipse sę prostraret ante Deum, & diceret, ego sum qui peccaui, & ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra domum patris mei; vt statim cessaret plaga; vnde textus ait, & propitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Sanctus etiam Daniel videns tantopere oppressum & in captiuitate positum populum, ipsius nomine post multa ieiunia & alias asperitates, ait, peccauimus domine, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus
D & declinauimus à mandatis tuis & iudicijs: nõ obediuimus seruis tuis Prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terrę. Auferatur obsecro ira tua & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, & à monte sancto tuo. Quę humilis oratio vide quanta impetrauerit à Deo, nam & habuit Daniel reuelationẽ aduẽtus Christi in mundũ. Quod si idcirco quia nolumus agnoscere iniquitates nostras, illæ Deo possent occultari, non esset perinde mirum quod in earum cognitionem descendere recusaremus: at vero vide quid dicat per Isa. Habitationẽ tuã & egressum tuum, & introitum tuũ ego cognoui, & insaniã tuã cõtra

*Dio. Laer. Pli. Ouidi. Pla. Socra. Macro Demo. Hie. 8. Nostra scelera agnoscamus. Hie. 14. 2. Reg. 20 Daniel. 9 Daniel 9. Isa. 37.*

me, cũ fureres aduersum me superbia tua ascẽdit in aures meas. E
Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis,
*Hie. 2.* & reducam te in viam per quam venisti. Item per Hie. loquens
ad Hierusalem, ait: quomodo dicis non sum polluta, post Baa-
lim non ambulaui? Vidi vias tuas in conualle, scio quid feceris.
*Isa. 64.* Quæ cum ita sint, dicamus nos humiliter, illud Isa. Facti sumus
vt immundi omnes nos, & quasi pãnus menstruatæ, vniuersæ
iustitiæ nostræ, & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquita-
tes nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Leua igitur vt ait Hie.
*Hie. 3.* oculos tuos in directum, & vide vbi prostrata sis, sicut præclare F
facit hodierno die hęc mulier.

Cognouit quidem hæc mulier vocem patris sui, & quantope-
re deciperetur sequens adulterinum patrem, atque ita tanquam
pulli quos perdix falsa mater fouet, ad verum patrem accessit.
*Hie. 17.* Vnde Hie. ait, perdix fouit quæ non peperit. Super quæ verba
*Eus. Emi* dicit Euse. Emisse. Perdix autem diabolus pro nequitia vel mul
*Simile.* tarũ rerum comparatione esse perhibetur. Hęc auis quocumque
casu, vel feræ alicuius incursu, priuata fuerit ouis proprijs in-
sidiatur alienis, & inde habitatore depulso, partus inuadit extra
neos, quos cum vsq; ad spẽ fætuũ genitali lepore confouerit, pa G
*Perdicis* rentem cũ præda efficit, non natura, interea verus pater, vocanti
*ingenium* & lamentanti similis, syluas questibus replet. Tunc adulta iam
*& natura* soboles voce proprij genitoris audita, curã queruli clamoris in-
telligit, atque ita ad originariam sedem læta peruolant nutrimẽ
ta generis sui conscia, & adulteri nutritoris oblita. Quid ad hæc
dicis ô homo, pretiosum vas sapientiæ, imago diuinitatis, & pos
*Ad Deum* sessor generosę rationis? Quid de creatore tuo subtrahis? Ecce
*reuerta-* bruta cognoscunt quid proprio debeatur autori. Diabolus
*mur qui ve* igitur humanum genus quod non creauerat, vsurpauerat:
*rus est pa-* quod non genuerat, mentito patris nomine possidebat. Sed H
*ter.* vbi vocem per Prophetas, vel per semetipsum pius autor emi
sit, vbi perditis salutifera charitas inclamauit, dicens: venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ad paternos sinus cõ-
*Mat. 11.* festim auidum cucurrit examen. Tunc princeps mundi hu-
ius sub aduentu domini saluatoris, in dimidio dierum suo
*Ioan. 12.* rum perdidit, quos se in finem vsque seculi possessurum esse
credebat. Quod quidem cum in plerisque alijs, tum vel in
primis in hac muliere, hodierno die comprobatum est: quæ suũ
miserabilẽ agnoscens statum, & in quam acerbissima dæmonis
seruitute versaretur, statim ad vocem sui parentis conuersa est,
& adulterinum patrem reliquit atque contempsit quidem.
Quod quidem

A Quodquidem opus dexteræ excelsi fuit. Vnde Dauid dicebat misericordia eius præueniet me Et Christus inquit, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item Iob ait, Deus molliuit cor meum Et certe sicut pia mater filio cum multis lachrymis ad se venienti occurrit, & eundem complectitur: sic Christus hanc filiam suam ad se redeuntem largo cũ lachrymarum imbre, humanissime complexus est: neque enim tantũ eam excitauit ad pænitentiam, sed etiam eius conatus prouexit & adiuuit, ac promouit. Vnde Eccle. canit. Actiones nostras B quę sumus domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere. Item Iob ait, operi manuum tuarũm porriges dexteram.

*Psal. 58. Ioan. 6. Iob.23. Simile. Ecclesia. Iob.14.*

## *FERIA SEXTA POST DOMINIC. IN PASSIONE.*

## CONCIO PRIMA.

*Autor. discordias non seminemus.*

C *Collegerunt pontifices & pharisæi concilium.* Ioan. 11. Audierant siquidem à peruersis delatoribus quibusdam de miraculo Lazari, qui vsque adeo eos incitarunt vt concilium cogerent contra eum Vnde intelligas quam sit fugiendum tale hominum genus qui discordias seminare solent & zizania, contra quos Horatius etiam ait, percontatorem fugito, nam garrulus idem est. Itẽ Pytha. ait, hirundinem sub eodem tecto ne habeas. Et pro. 6. dicitur, sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem &c. Et eum qui seminat inter fratres discordias. Multi quidem diuino beneficio ex resurrectione Lazari profecerunt, hi vero impij propter suam obstinationẽ, grauius sibi nocumentum genuerunt. Si D quidem eam sibi dumtaxat pænam imputare debent, cum oblata salutis præsidia obstinato animo repulerint, & oculos suos ad manifestissimam lucem clauserint. Liquet enim pios beneficio domini seruari, malos vero sua culpa perire. Cuius rei cõmodissimum in Coloniensi Conci. subijcitur exemplum Si enim duobus hominibus aut in mari, aut puteo, vnde per se exire nequeant, periclitantibus, funem demittis, cuius ope emergere inde possent, quorum alter oblato auxilio diligenter vtatur, alter vero eo vti nolit, non dubium quin alter alieno beneficio viuat, alter vero suo vitio & secordia pereat: vtriusque autem rei D. Aug. in Pharaone & Nabuchodonosore appositissimum

*Hora. Pytha. Pro. 6. Multi ex bono educunt malũ. Con. Colo. Simile. D. Aug.*

*Obstinati quo redigantur.* simū proponit exēplū: hi nāq. quod ad fortunā quidē attinet, ambo reges erāt, q̄ ad culpā vero ambo Dei populū captiuū tenebant: quo ad pænā ambo grauissimis à domino plagis ad pænitentiā excitati sunt. Nabuchodonosor enī toto septēnio sub hominis imagine, cor bouis gestauit, fænū vt bos comedit, & rore cæli tinctus est; Pharao autem varijs à domino plagis vapulauit, quorū tamē ille diuino iudicio & castigatione eruditus Deum agnouit, adorauit, & cælestem potentiā regna omnia cōtinentē & moderantē cōfessus est: hic autē e lima ipsa rubiginē cōtrahens, Deoq. obfirmato animo repugnans morte tādē mulctatus est. Ille igitur diuino munere adiutus, & voluntatis suæ libertate recte vsus seruatus est, hic vero eiusdē domini ope adiutus, sed libero arbitrio suo abusus prauitate sua dānat⁹ fuit. E F

*Danie 4. Exo. 7. &c.*

*Gre. l. 18. Mo. 19.* *Quod facimus, quia hic homo multa signa facit.* Inuidebāt, inquit Grego. vnde conuerti debuerāt, atque exinde peruersiores fiebant. Quærebant extinguere quē cernebāt mortuos viuificare, in ore tenebant legem, sed legis persequebantur autorem. Si igitur vestro etiam iudicio, hic multa signa, idest multa opera diuina facit, quanto verius & certius erat ex hoc antecedente, vt dialecticorum more loquamur. illud concludere quod Nicodemus intulit? Rabbi scimus quia à Deo venisti magister &c Si ergo Deus cum eo, si legatus et magister à Deo missus est: si diuina virtute & potētia suffultus est: quid attinet Romanorū arma formidare? cū omnis humana potētia diuinæ cōparata nulla sit? Si Deus cū illo est, suscipite ergo & veneramini hominē in quo Deus est, qui & vitæ & mortis, & ipsius naturæ dn̄s est, quiq. ad salutē vestrā à Deo missus est. Hæc igitur omnia ex illa positione apertissime sequebātur: qua ergo mēte & quo cōsilio cōcluditis, mortis supplicio esse mulctādū quē tot diuina testimonia cómēdant? Certe vnde alij vitā, isti mortē sumūt, vnde alij fidē, isti perfidiā acceperūt, quod alijs lucē attulit, istis tenebras & caliginē offudit. Quos plane nocturnis auibus merito cōparare possumus, quæ ꝓpter oculorū imbecillitatē, splēdorē solis ferre nō valent. Sic apes noxias herbas in suauissimū mel araneæ vero salutares etiā & innoxias, in lethale venenū vertūt. G H

*Ioan. 3.*

*Inuidia quantum excaecet in usdū.*

*Potentia humana nulla est si ad diuinam comparetur.*

*Simile.*

*Simile.*

*Luc. 12.* Cæterum simili cæcitate atq. isti Iudæi, diues ille ex Euangelio deceptus est, de quo Saluator ait: hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens, Quid faciam? Magna sane cura anxius distineris, quid in tanta frugum vbertate facere debeas. Si veritatem scire desideras, si quid ratio, quid pietas, quid humanitas, quid diuina lex, quidque

*Auari diuites quo redigātur*

Deus,

A Deus ipse à te exigat, inquiris, in promptu responsio est, age gratias Deo qui tuos auxit prouentus, quando vt Apostolus ait, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremētum dat Deus, vtere parce & sobrie his quæ tibi diuina largitas donauit, dispensatorē te bonorum, non prorsus dominū esse cognoscas, quę conseruis partire, Fac tibi sacculos qui nō veterascāt: fac amicos de māmona iniquitatis, qui te cum defeceris recipiant in æterna tabernacula. Congrega tibi thesaurum indeficientem in cælis, eo transfer patrimoniū, vbi neque ærugo consumit, nec tinea exedit, neque fures effodiunt & furantur, & vbi in æternum victurus es: quandoquidem non habemus hic ciuitatem manentem, sed futurā inquirimus. Si ergo consilium quæris, hoc est maxime salutare consilium. At is longe diuersa ratione ductus, destruam inquit horrea mea, & maiora faciam, & dicam animę meæ, multa bona habes, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe epulare, dixit autem illi Deus, stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti, cuius erunt? Hæc sunt fratres humana consilia, futuri nescia, & diuinorum decretorum ignara, à quibus quid aliud quam infelices & inopinati exitus expectari possunt? *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit?* Hominem eum adhuc per abiectionē vocāt: tamē velint nolint cōfitentur, quia ille quē quasi hominem despiciebant, sicut Deus signis & miraculis coruscabat. Hoc torquebat inuidum eorum animum, quod tot fulgeret miraculis, quibus splendor sui nominis, magis et magis hominibus innotuit. Id solum in crimen adducitur, quare captandum sit de morte eius consilium, quia signa multa facit, & si hoc pacto dimittatur liberius agere quæ voluerit sine cuiusdam obstaculo, quod omnes credent in eum. ô inuidiam bonis semper operibus æmulam! o liuorem nil nisi quod rectum est et bonum, obliquo dente rodentē! Inuident soli, quod in plures suæ lucis distribuit radios, æmulantur hominibus quod à veri solis luce illustrentur, et ad fidem adducātur. Quare? quia vellent suam doctrinā et paternas traditiones ab hominibus potius suscipi, atq. in admiratione et honore haberi. *Quid facimus?* Erat quidē adeo horū hominū inuidia manifesta, vt diceret Pilatus ꝙ ꝑ inuidiā tradidissent eū, vt ait Mat. siquidem quanto virtus est illustrior, tanto in eundē hominem tali virtute præditum vehementiori flāma ardet inuidia. Et sicut fulmen altiora petit fastigia, sic quidem inuidia sublimio-

*1. Cor. 3.* *quidquid boni ex Deo est.* *Luc. 12.* *Luc. 16.* *Mat. 6.* *Hebr. 13* *Mors inopinata sæpe nos inuadit.* *Cyr. in Io. li. 8. c. 1.* *Inuidorū conditiones.* *Mat. 26.* *Simile.* *Inuidia instar fulminis.*

B C D

rem gio

rem gloriam insectatur, vt eam deijciat. Porro de impiorum Iu E
*Gen. 9.* dæorum aduersus Christum consilio, dicebat Iacob, in cōciliū
*Simile.* eorum non veniat anima mea. Nam vt ex puteo turbulento
*Simile.* quidquid hauseris turbulentum erit: sic ex animo corrupto etiam prodibit. Et sicut caseus à fiscella in qua reponitur, formā recipit: ita consilium ab ingenio vnde manat bonitatem sumit vel malitiam.

*D. Aug. tra. 49. in Io. to. 9.* *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Temporalia perdere timuerunt, ait Aug. & vitam æternam non cogitauerunt, ac sic vtrunque amiserunt. Nam Romani post domini passionem & glorificationem, tulerūt eis lo F cum & gentem, expugnando ipsos, & in captiuitatē redigēdo. Si viderint inquiunt, Romani, turbam ipsam sequentem, sub tyrannide, alteriusq regis principatu, nos esse constitutos arbitrabuntur, & diruent nostram ciuitatem & locum. Et quanā
*Cyr. in Io. li. 8. c. 1.* gratia, inquit Cyr. putabunt Romani Christū sibi Iudæorū regnum vendicare velle? nunquid seditionem docebat Christus,
*Mat. 22.* aut discessionem à Romanis? Nunquid dissuadebat censum da
*Io. 6.* ri Cæsari? nōne regem ipsum facere voluistis, & renuit? nonne humilem & abiectam in paupertate duxit vitam? nonne & domo & alijs ad vitam necessarijs caruit? Hæc ergo sine ratione G vlla dicebant, sed inuidia tantum. Erāt quę faciebat Christus minime formidanda, nec vllam tyrannidis suspicionem habentia. Qui enim ægrotos sanabat, qui optimam docebat vitā, qui
*Inuidia excæcat homines.* principibus suis subditos parere iubebat, non confirmabat, sed propulsabat tyrannidem. Non Christi doctrina, conuersatio in terris, miraculorum operatio, & credentium in ipsum
*4. Re. 19.* multitudo, vobis ó Iudei captiuitatis causa fuit, sed longe alia
*1. Ma. 2.* Huius namque captiuitatis à Romanis factæ, & ante captiuitatis Babylonicę, & eius quæ sub Anthiocho facta est, non fuit H causa quod apud vos boni viri diuersabantur, sed quod mali & iniusti, & Deum prouocantes inter vos habitabant, ob quorum scelera venit Dei etiam indignatio. Veruntamen inuidia nihil videt, sed excæcat animam. Vide enim obsecro quā inopes sint concilij, & quam imprudenter futura metiātur & prospiciant. Proponunt ipsi quod si dominus sic dimitteretur, venturi essent Romani, & deleturi locum & gentem. Res autem ipsa contrarium omnino habuit exitum, nam quia non dimiserunt dominum sic, sed tanquam malefactorem in Crucem crudeliter egerunt, venerunt tandem Romani & sustulerunt locum & gentem: nempe secundo & quadragesimo anno post eius passio

*Inuidis quā præter opinionem omnia contingāt.*

A ius paßionem, ſimulq; glorioſam aſcenſionem, venientes *Romani* ſub Tito & Veſpaſiano principibus, locum & gẽtem eis abſtulerunt, illoſq; excidio, ferro, fame, & captiuitate deleuerunt: & qui in paſcha Chriſtum occiderant, in eadem ſolemnitate ab hoſtibus obſidione cincti ſunt, quique iniuria filij patrẽ offenderant, ipſi à patre & filio Veſpaſiano & Tito deleti ſunt, ſicque rei & miſeri ad æterna ſupplicia tranſierunt, iuxta quod dominus alibi eis dixerat, ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Item filij regni huius eijcientur in tenebras exteriores ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Venient Romani.* Diabolus ſemper molitur vt omnes cogitationes noſtras, omnia opera, & veſtigia noſtra in terris figamus, neglectis cæleſtibus bonis, tanquã ſequentes quodammodo illud pythagoricum, quæ ſupra nos, nil ad nos: ita igitur Iudeos incitauerat vt propter cupiditatẽ terrenæ ſuæ dignitatis ſacrilegas in Chriſtum manus inijcerẽt. *Et tollent locum noſtrum & gentem.* Hoc eſt honoris et dignitatis locum in hac Repub. amittemus. Videte quid ambitio, quid auaritia, quid cupiditatis immanitas efficere ſoleat. veriſsime enim Apoſt dictum eſt, radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, circa fidem naufragauerunt: hi autẽ nõ modo circa fidem naufragium fecerunt, ſed autorem etiam fidei & conſũmatorem Ieſum, è medio tollere decreuerũt. Qua in re aperte liquet quantum inter Dei amorem, & terrenarum rerum cupiditatem, diſcriminis ſit: Dei namq; amor vſque adeo diuinarum rerum ſtudio intentus eſt, vt terrena omnia præ illarum amore facile contemnat: contra vero immoderata cupiditas & amor ſui, oppoſita ratione, tanto ardore terrenis opibus inhiant, vt præ illarum deſiderio, nulla neq; ſalutis æternæ, neq; diuinarum rerum cura tangantur. Quam rem Vrbanus papa in epiſt. quadam teſtificatur his verbis, cupiditas hoc in primis malum habet, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna, & dum à foris condita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit & dum aliena quærit, ſectatorem ſuum à ſemetipſo alienum facit. *Venient Romani* Quorſum quæſo Romani ex eo ſuſpicionem aliquã tyrannidis percipere potuerunt, qui duodecim diſcipulis, eiſdemq; inermibus conſtipabatur? Qui conſulebat vt ſi tunicam quis auferre velit, eidem etiam pallium traderent? Si quis dextram percuteret maxillam, alteram etiam eidem præberent? non domum, non agrum poſsidebat. Age vero nonne apertum eſt antea à Romanis inquirendum fore, quibus militibus vteretur, quodnam haberet armorum genus, quæ præſidia

B

C

D

*Quomodo puniat Deus crudeles.*

*Mat. 23.*

*Pytha.*

1. *Tim. 6.*

*Amor Dei quantũ diſtet ab amore mundi.*

*Vrba. Pa.*

*Cupiditas quantũ excæcet homines.*

*Mat. 5.*

*Mat. 8.*

nũ censũ dissuaderet dari Cæsari? Veruntamen vestra inuetera- E
ta inuidia & cæca cupiditas, huiusmodi figmenta inuexit. Metuebatis amittere temporalia, atque ita omnia amisistis. Vnde pro. 10 quod timet impius veniet super eum.

Pro. 10.

*Vnus autem ex his Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, prophetauit.* Suboritur hoc loco quæstio nõ perfũctorie prætereunda, ait Cyr. quomodo hic dicatur pontifex anni illius ipse Caiphas, cũ dominus in lege præcepisset vt vnus dumtaxat esset sũmus sacerdos, cui mortuo filius succederet, & loco patris sacerdotiũ administraret? sed respõsio adhibẽda, quod illo tempore lex illa domini nõ obseruabatur apud eos, abrogata per F ambitionẽ Iudæorũ, & auaritiã Romanorũ, qui in annos singulos sũmũ sacerdotiũ tũc pecunia venditabãt. Erat itaq. illa tẽpestate pontificatus dumtaxat annuus & trãslato anni curriculo, vni succedebat alter qui pontificalem dignitatem sibi pecunia cõparasset. Nẽpe de hoc Caipha referunt probati historici, quod pretio sibi vnius anni sacerdotiũ redemerit ab Herode. Et hãc morũ corruptelã tũc synagogæ irrepsisse, haud difficile est ex Machabæorũ historia deprehẽdere, vbi nõnulli memorãtur ad sũmũ sacerdotiũ data grãdi pecunia cõtẽdisse. Cũ autẽ refert Euangelista re ipsa quod erat pontifex anni illius, G magnitudinẽ impietatis & grauitatẽ sceleris eius perspicue demõstrat, quia enĩ dignitate põtificali cæteros præstabat & auctoritate, debuisset pietate maiori erga Deum refulgere & religione, vt cæteris exẽplo esset virtutẽ colẽdi, & diuina mandata seruandi: ipse vero reliquis immanior, præcipitatior ad scelus, & ad cædem paratior, alios quasi tardius agentes hortatur ad facinus dicens: vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vnius hominis salutẽ pro tota repub. negligi, quandoquidem bonum priuatum publico est postponendum. H

Quæstio.
Cyr. in Io. li. 8 c. 2.
Exo. 28.
Respon.
Ambitio & auaritia quantũ no ceat.
2. Ma. 4.
Virtutẽ cõ torquent mali.

*Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gẽs pereat.* Expedit ait Ber. vt vnus pro omnibus denigretur similitudine carnis peccati; splendor & figura substãtię Dei obnubiletur in forma serui, pro vita serui: candor vitæ æternę nigrescat in carne, pro carne purganda, speciosus homo prę filijs hominum, pro filijs hominum illuminandis obscuretur in passione, turpetur in cruce, palleat in morte. Non sit ei species, neque decor, vt sibi speciosam atque decoram acquirat sponsam Ecclesiam sine macula, & sine ruga. *Expedit vobis.* Quæ quidẽ verba, ait Diuus Thomas alium intellectum habent secundum intentionem Caiphæ, & alium secundum expositionem Euangelistæ

Ber. in Cã. ser. 28.
Hebre. 1.
Psal. 44.
Isa. 53.
D. Tho. in Io. 8 le. 7.

A gelistæ: vt ergo primo exponantur secundum eius prauam intentionem, sciendum est quod vt dicitur Deute. Mandatum est domini, si fuerit in medio tui prophetes aut qui somnium vidisse se dicat, & voluerit te à domino retrahere, propheta ille vt fictor somniorum interficiatur. Secundum hanc ergo legem credebat iste quod Christus auerteret populum à cultu Dei. Vnde apud Luc. dicunt, hunc inuenimus subuertentem gẽtem nostram, & ideo dicebat iste, vos nescitis quidquam idest nescitis legem, nec cogitatis quia expedit vobis &c.. Vt vnus idest iste B homo moriatur, ne totus populus seducatur Quasi dicat, vnius hominis salutem pro communi Repub. oportet contemnere. Vnde sequitur in Deut. & auferas malum de medio populi tui, iuxta illud Pau. auferte malum ex vobis. Sed aliter Euangelista exponit, dicens, hoc autem à semetipso non dixit. &c. *Expedit vt vnus moriatur.* Hic pestilentior cæteris erat & immanior: vide quæso quantopere dignitates & magistratus plerosque insolentiores & truculentiores reddant. Expedit plane & multum expedit, aliter nullus ingredietur in cæleste regnum: verum tu prauo loqueris animo. dedecet plane omnis C crudelitas prælatum, & eum qui in dignitate constitutus est. Vnde ait Sene. est quidem clementia hominibus omnibus secundum naturam, maxime tamen decora imperantibus. Proderit tibi vt clementia vtaris erga subditos tuos, considerare & dicere ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum qui in terris deorum vice fungerer: ego vitæ, necisq. omnibus arbiter, qualem quisque sortem, statumque habeat, in manu mea positum est, & ideo clementior esse debeo. Crudeles quidem principes & prælati similes esse videntur erinaciјs, quæ animalcula interius mollitiem quandam & lenitatem præseferre videntur, D at vero exterius aspera sunt, & spinosa, ita quidem ipsi sibi quidem blandiuntur & indulgent, at vero erga alios inhumani sunt. Quemadmodum in suprema quidem aeris regione, non perinde grando, procellæ, & similes tempestates, atque in media & infima generantur, ita quidem in statu prælatorum non perinde vigere debent seditiones & perturbationes, atq. vigent in plebe ignara & rudi, sed potius esse debent qui aliјs præficiuntur, tranquilli et mansueti. Sicut vulnus quidem aliquod et cicatrix deformior quidem apparet in facie quam in cæteris mẽbris, propterea quod statim omnib' aspecturis obiјciatur, et omnes illico in ipsam faciem oculos coniјciant, ad eundẽ modũ longe deformior esse, crudelitatis macula videtur

in his

*Deut. 31.* *Luc. 23.* *Deut. 13.* *1. Cor. 5.* *Horoz indecl. Quadra.* *Sen. li. 1. de cle. c. 1.* *Simile.* *Simile.* *Principes & prelati clementes esse debẽt.* *Simile.*

in his qui locantur in excelso dignitatis gradu, quā in cęteris, propterea quod omnium statim oculi in eos conijciantur Hic certe qui in superiori loco constitutus erat, pestilentior tamen cæteris erat: ita enim accidere plerisque videmus. Vt enim paleæ in lata area, non quod præstantiores sint & meliores, super ponuntur & supereminent ipsi tritico, sed quod agiliores sint & leuiores, ita multi dignitatibus quidem & honoribus fungū tur, non quod meliores sint cæteris, sed quod fortasse agiliores fuerunt ad eos sibi honores comparandos, etiam interdum cum fraudibus & sordibus, qualis erat hic Caiphas. E

*Simile.*

F

*D. Aug. in Io. tra. 49. lo. 9.*

*Hoc autem a semetipso non dixit, sed cū esset pontifex anni illi' prophetauit.* Hic docemur, ait Aug. etiam homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere, quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit & summus sacerdos. Potest autem dubitare aliquis, quomodo dicatur pontifex anni illius, cum Deus vnum constituerit summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet? Sed intelligēdum est quod per ambitionem inter Iudæos postea constitutum esset vt plures essēt & per annos singulos vicibus ministrarent Vnde Luc. 1. dicitur, factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum secundum consuetudinem sacerdotij, forte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum domini. Vnde apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse. Nā incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam vnum annum plures administrabant ex quibus sorte exibat quis vt incensum poneret. Aliam autem rationem assignat Iosephus vt refert Lyranus, dicens à tempore Herodis Ascalonitæ, qui auxilio Romanorum occupauit regnum Iudeæ, sacerdotium communiter vendi, & sic propter maius lucrum temporale summus sacerdos frequenter mutabatur. *Sed cum esset pōtifex.* Cur autem magis Caiphas prophetauerit quam alij, rationem assignat Euangelista, inquit Cyril. quia erat pontifex anni illius. Magna plane est pontificalis potestatis virtus: cum enim pontifex esset, licet indignus, prophetauit, nesciens tamē quid diceret, et os tantum gratia spiritus, non autem scelestum cor attigit, id circo non simpliciter, sed quo ad hoc propheta Caiphas dici posset, cum in litera prophetasse dicatur, idest verbum protulisse propheticum, quamquam id ipsum verbum in prophetico sensu minime intellexit: non enim ad prophetæ rationem id semper exigitur et necessarium est, vt quæ futura denunciat, intelligat. Habuit enim Daniel complures visiones, et pro-

*Luc. 1.*

*Dignitates pecunia acquirere turpe videtur.*

G

*Ioseph.*

*Lyra. in Io. 11.*

H

*Cyr. l. 8. in Io. c. 3.*

*Magna est pontifi-calis dignitas.*

A & propheticas protulit denunciationes quas primo non intellexit, sed eorum intelligentiam postea ab angelo est edoctus, & tamen prophetici nominis rationem simul & denominationẽ non perdidit proinde. Neque idcirco quis recte negauerit Caipham fuisse hic prophetam, quia prauus fuerit & iniquus: nam & Balaam nefarius erat, & tamen inter prophetas connumeratur Et dominus noster d extremo illo iudicij die loquẽs, inquit multi dicent mihi in illa die, domine nõne in nomine tuo prophetauimus, dęmonia eiecimus, & signa multa fecimus? Et tũc B confitebor illis quia nescio vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. *Hoc autem a semetipso non dixit.* Quis vnquã existimasset quod ex tam sacrilego ore, tale verbum promanarę deberet? Solet quidem Deus etiam ex malis bona elicere. Sed quis etiam vnquam existimasset quod coruus pasceret Eliam, & non potius quod ei oculos erueret? & tamen coruus rapax pauit Eliam. Item quis existimasset, quod ex dura petra emanare posset aqua? Et quod ex morte Christi tanta nobis prouenirent bona? Hæc quidem enim sunt Dei mirabilia. *Prophetauit.* Tetigit Deus linguam eius, non autem cor. Prophetia C est quidem donum Dei, vt ait Pau. tum etiam princeps Apostolorum Petrus.

Dani. 10
Num. 22.
Mat. 7.
3. Reg. 17.
Num. 20
1. Cor. 12.
2. Pe. 1.

*Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.* Non quod antea iam id non cogitassent, ait Cyr. cum superius in eius necem conspirasse, & eum comprehendere sæpius voluisse legantur. Sed quia nunc firmiter & fixo animo se scelere perficiendę mortis eius constrinxerunt, & quam citissime possent, iniqua sua consilia perpetrare decreuerunt Quis in huius sceleris perpetratione, non aperte mentis cęcitatem & obdurationem horum videat? Hęc est maxima pænarum, qua do D minus inueteratos dierum malorum plectere solet, qui etiam quamdiu viuunt, ad maiorem damnationis suæ cumulum viuunt, quia peccata peccatis addere nunquam intermittunt. Et quemadmodum monachorum statuta, monachum professionis suæ leges facile violantem, iterum atque iterum legitimis pænis sæpe repetitis coercere iubent, quem tamen si nihilo melior euadat, desperata salute à contubernio suo eijciunt: sic summus ille humanarum rerum moderator, quos multis modis ad se vocatos & monitos, nil profecisse videt, tandem desérit, & vel ẽ medio tollit, vel sibi ipsis relinquit. Hoc autem indicant verba illa Isa. quibus dominus respondet Iudæis querentibus, quod eos à se proiecisset, ecce inquit in pecca-

Cyr. l. 8. in Io. c. 3.
*Obstinati fiunt quotidie peiores.*
*Simile.*
*Obstinatos quomodo puniat Deus.*
*Isa. 50.*

tis vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem E
vestram, quia veni, & non erat qui audiret, vocaui & non fuit
qui responderet. Videtis hic aperte dominum primum qui-
*Obstinati quantum Deum offendāt.* dem rebelles homines vocasse, ac tandem in scelere obstinatos
deseruisse. Simili quoque ordine extrema huius populi capti-
uitas & vastatio quæ quidem à Romanis illata est, processit.
Quod saluator ipse apertissima oratione indicat cum ait: ecce
ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis
*Mat. 23.* occidetis & quidem flagellabitis. Quid ergo post hanc rebellio
nē superest? nimirum quod protinus subdit, ecce relinquetur
domus vestra deserta. Hoc autem ita futurum, Hieremiæ quo F
que dominus ostendit his verbis: tonde capillum, & proijce,
quia proiecit dominus & dereliquit generationem furoris
*Hie. 7.* sui. Hac igitur de causa Adrianus pontifex ait, horribile esse
peccata peccatis addere, quia incertum est pro qua culpa sit nos
Deus in præsenti seculo deserturus. Quare pontifices & pha-
*Adri. pa.* risæi qui tot Christi vocibus, tot clarissimis virtutum exem-
plis, tot admirandis signis et prodigijs resipiscere noluerunt,
iusto Dei iudicio sibi ipsis relicti et excæcati, ita demum
in vltimum supplicium adducti sunt.

*D. Aug. in Io. tra. 49.* *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos.* Non G
quia potentia eius defecerat, ait Augus. in qua vtique si vellet
et palam Iudæis conuersaretur, et nihil ei facerent, sed in ho-
minis infirmitate viuendi exemplum quidem discipulis mon-
strabat. In quo apparet non esse peccatum si fideles eius qui
sunt membra eius, oculis persequentium se subtraherent, et
furorem quidem atque etiam iracundiam sceleratorum ipsorū
et perditorum hominum, latendo potius deuitarent, quam se
offerendo magis accēderent.

## *FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.* H

## CONCIO SECVNDA

*Mali doctrina salutari interdū deteriores euadunt.*

*Mali quomodo puniantur.*



*Ollegerunt pontifices & Pharisæi concilium.* Ioan. 11.
Hæc est malorū cōditio, vt interdū ex salutari etiā
doctrina deteriores euadant quandoquidem huius
modi sagittæ verbi Dei procul à corde feriunt.
Vnde

A Vnde 1. Reg. legimus quod Ionathas tale signum dederat ipsi Dauidi, iracundiæ vel indulgentiæ patris sui, vt scilicet cum ipse egressus in campum cum arcu suo, sagittas extorqueret, & diceret puero suo quod sagitta quam quærebat prope se erat, tunc Dauid qui ibi in abscondito erat, intelligeret quod non esset periculum, quod si diceret sagittam esse procul, tunc imminere sibi periculum & fugiendum procul esse. Sic ergo quando salutares exhortationes non penetrant ad cor alicuius infelix quidem est indicium salutis, quando nec prodest deuota lectio, nec confessoris consilium, nec documenta prædicato- B rum. Porro sæpe videas quod improbis viris multa prospere succedant, sicut videmus quod isti pharisæi quod tantopere optabant, obtinuerunt, nihilominus tamen non propterea malus quod hic non puniatur aduersitate aliqua, se securum existimare debet, quin potius magis debet timere. Vnde loquẽs Deus cum rebelli Synagoga apud Ezechi. ait, & requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentię tuę, & prouocasti me in omnibus his. Quasi di- C ceret, eo iam tandem peruenerunt impudentiæ peccata tua, vt decreuerim hoc tecum uti maximo supplicio, vt te non puniam. Hinc & Isa. ait, derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea. Quod quidem etiam de anima viri impij dici potest. Ita enim punit Deus interdum malos, vt relinquat eos voluntati eorum & quidem secundum desideria cordis eorum. Vnde Psalm. fiant contra dominum semper, vbi non dicit dominus contra eos, sed ipsi contra dominum, quia ab ipsis procedit perditio eorum. Vnde Paulus ait, tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditia &c. Et D Oseas ait, dimitte quidem eum &c. Quasi dicat, suæ voluntati & libidini eum permitte. Vnde & dominus apud eundem ait non quidem visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. Vnde qui hæc non attente considerat, iudicabit prauos esse felices qui aduersitates non sustinent, & contra bonos infelices, qui aduersitatibus feriuntur, & quodammodo in terra obliuionis versari videntur. Vnde Psal. nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Vocat quidem hanc vitam terram obliuionis. Dic obsecro, si miles aliquis defendens castrum sibi à rege commissũ, labores multos ferret & tandẽ mortẽ ipsam, rex vero nõ solũ non remuneraretur huiusmodi labores, sed potius vxorẽ ei' &

1. Re. 20.

*Mali aliquando sint prosperitate versantur.*

*Ezech. 16.*

*Isa. 1.*

*Psal. 108.*

*Rom. 1.*

*Osee. 4.*

*Osea. 4.*

*Mali in prosperitate videtur*

*Psal. 87.*

*Simile.*

A reprehensibile in Christo, etiam quæ laudanda sunt reprehendit. Considera obsecro quo dementiæ isti qui alioqui literati erant, deuenissent, talis est malorum conditio, vt etiam literarũ lucẽ negligant. Vnde Pau. ait, sathanam imitãtur & sequũtur, non habentes lumen vitæ. Et Hiere. ait, sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sic ergo videas literatos aliquos viros, qui vsque adeo in rebus spiritualibus rudes sunt & hebetes, vt si eos de his interroges, nil sciant, & ad confessoris pedes obmutescant, atque tanquam noctuæ ad huiusmodi solem cæcutiant, seque in fraudibus & dolis exerceant. B Hæc autem potius est dementia quam scientia: siquidem scientiæ veritatis contemplationi incumbunt, vt etiam tradit Aris. Si ergo tu relinquis ipsam veritatem & mentis lucem, atque te totum vitijs tradis, quomodo poteris sciens & doctus appellari? Talis vtiq. erat hic Caiphas, qui cæcus reddebatur ex signorum Christi splendore, & ea signa reprehendebat, dicẽs quid facimus? quia hic homo multa signa facit.

*Inuidia interdum literatos excecat.*

*Ephe. 6.*
*Hie. 4.*

*Aris. 1. met. c. 1.*
*Aris. 6. eths. c. 2.*

### *Iudices quales esse debeant.*

C

*Quid facimus*? Si hic Iudex perseuerasset in prosecutione causę sicut incæperat, bene quidẽ haberet. Quid enim melius proponi potuit, quam dicere, Quid facimus? Quasi diceret, meum est vobis referre & proponere hanc rem nouam, & vestrum est mihi salutari aconsulere, & me iuuare in his quæ recta fuerint. Sed tamen male prosecutus est causam & peruersum habuit animum. Tales vtique sunt multi iudices hoc tempore, qui exterius bona præseferre videntur verba, & tamen animum habent deprauatum. Mirum sane est quod fere quoties sponsa D quęrebat sponsum suum, toties incideret in vigiles custodiẽtes ciuitatem, qui etiam eã spoliabãt. Quis vnquã id existimasset quod ministri isti iustitiæ essent eam spoliaturi, & non potius ipsi fauerent in bono? Sic ergo multi segerunt hoc tempore, non timentes Deum, qui supremus omnium iudex est, sicut qui boni sunt & Deum timentes, præclare segerunt in suo munere & officio. Videas enim aliquando in Repub. quod multa nimis dissimulantur interdum mala, quæ quidem maxima digna sint punitione, & quod pecunia euadant facinorosi homines, qui potius morte plectendi essent. Atque ita in corde Reipub. mala multa fabricantur. Vnde Nahum ait, cor tabescens

*Aliqui bene incipiunt sed male prosequũtur.*

*Can. 3. & 5.*

*Qui Deũ non timẽt iudices, quantã inferant perniciem.*

*Nahũ. 2.*

cens, & dissolutio geniculorum. ô miseram Rempubli. quæ in E
tantam deuenit miseriam & calamitatem! vbi nec fit discretio
bonorum, neque malorum, neque dantur præmia bonis; neque puniuntur mali. Cæterum Plutar. scribit olim iudices ipsos depingi atque describi, ut scilicet essent sine manibus, vt intelligerent quam procul ab omni auaritia & sordibus abesse deberent. Vna quidem statera ponderamus aurum, argentum & stannum aliquando, sic etiam æqua libra & lege debet iudex ipse quidem tam pauperem quam diuitem iudicare. Item pingebāt iudicem iuxta cælum & sine capite, vt ait Cæli. Rhodigi. F
Vt inde intelligeret iudex quod solum Deum & iustitiam deberet contueri. Refert etiam Cicero quod in abscondito sententia dictaretur, ne viderentur partes, & ita forte iudex à recto declinaret: neque etiam qui orabant, debebant affectata quadam vti eloquentia, sed rem nudam referre De lacedęmonijs refert Alexander, quod iudices eorum cum sententiam date vellent, in domo quadam se includerent & absconderēt, nec aliquis eos alloqui posset. Vulgatum etiam est quod iustitia nō debeat cognoscere patrem vel matrem, hoc est nulla consanguinitate vel amicitia distorqueri debeat, ne locum habeat il- G
lud tritum prouerbium. Qui iudicem habet patrem, securus ad iudicium vadit. Præterea etiā iustitia olim pingebatur sub specie quadam virginis manus vinctas habentis, vt inde intelligeremus iustitiam seruandam esse incorrupte, & non distorquendum præmijs iudicē: sed multos videas qui quamuis ipsi pecuniā respuant, tamē coniuges eandem amplectūtur. Vide obsecro quam recta haberet sua tribunalia Dauid, qui hunc titulū ipsis apposuerat, Deus stetit in synagoga deorū, in medio autē Deos dijudicat. Vocat Deos iudices vt intelligant quam rectitudinē habere debeant, & vt quantum possunt pro fragilitate humana, accedant ad imitandam rectitudinem iudiciorum Dei H
Item ait stetit, & dijudicat, vt intelligant quod præsentem habeant Deum cum iudicant: nec contentus est vocare homines aut angelos, sed vocat deos, vt intelligant quod respectū nullum habere debeant siue acceptionem personarum, sed solum Deum contueri. Item antiqui non solebāt iudices pauperes cōstituere, imo etiam Tyberius raro iudices ipsos mutare solebat, vt ait Vale. Ma. ne forte pauperes succederent pæcuniæ auidi atq. rapinæ. Vbi etiam adfertur similitudo illa de paupere conquerente quod aliquis à suis vulneribus muscas abigeret, dicebat enim quod iste iam saturæ minus ipsum lęderēt. Refert etiam

Plutar. Simile.
Cal. Rho.
Tul. in epis. quadā ad Atti.
Alexan.
Iudices quales esse debeant.
Iudex nō debet muneribus excecari.
Psal. 81.
Val. Ma. Simile.

A fert etiam idem Vale. quod cum Romani Scipionem mitterét in Hispaniam, ei etiam duos iudices adiunxerunt, quos cũ Scipio vidisset, dixit sibi neutrum placere, alter enim inquit nihil habet, & alteri nihil sufficit. Cum ergo iudici pecunia offertur dicat Deũ non egere pecunia: item caueat ne notam aliquam auaritiæ det in Repub. neque etiam consideret ipsos litigãtes & controuersiam habentes, sed potius litem inter veritatem & falsitatem Monet etiam Dauid ipsos iudices dicens: iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate: eripite paupe- B rem, & egenum de manu peccatoris liberate: aliter enim inquit mouebuntur omnia fundamenta terræ. Etenim si iustitiam au feras, Rempublicam conturbas: vnde solemus dicere talem quidem optimam esse ciuitatem, si iustitia in ea seruaretur. Aduertant etiam iudices ne ideo insolescant, quod Dij appellentur à propheta: siquidem statim subijcit, vos autem quidem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Vt ergo bene iudicet iudex debet in medio versari, nam omnes lineę ductæ à puncto ad circumferentiam sunt æquales: sic etiam cum ipse iudex neutri parti adhæret & factiosus est, bene iudi- C cabit & æqualiter. Vnde Apos. ait, non est acceptio personarũ apud Deum. Et Iob dicebat, non accipiam personam viri, nescio enim quamdiu subsistam &c. Vide quomodo mortem ipsam consideraret. Porro rex ille Iosaphat dixit iudicibus quos constituit, videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed domini, & quodcunque iudicaueritis, in uos redundabit: sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cunctafacite, non est enim apud dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Cæterum de rege illo Saleuco ferunt quod legem sanciret, vt adul- D tero eruerentur oculi, cumque filius eius peccasset contra hanc legem, voluit statim eam executioni mandare pænam. Sed cum pro filio intercederent magnates omnes, hoc solũ obtinere potuerunt, vt filio oculus erueretur, et alter ipsimet regi: vt inde intelligas quomodo non sibi placeret acceptatio personarum. Debet ergo iudex tam pauperes quam diuites æqua lance ponderare: et non segerat quidem more illorum, qui cum ligna colligant ex aliquo flumine furibundo cum vident exiguum statim quidem illud funibus trahunt: si tamen videant procerem arborem, nec tangere quidem audent præ timore, ne demergantur: sic ergo ipse non debet in causa pauperum

*Val. Ma. Scipio.*

*Iudices auari multum nocẽt*

*Psal. 81.*

*Simile.*

*Rom. 2.*

*Iob. 32.*

*2. Par. 19*

*Iudices timeant Deum.*

*Saleuci regis exẽ.*

*Simile.*

tantum recta ferre iudicia, sed etiam diuites & potentes æquali E
Eccle. 7. ter iudicare. Vnde Ecclesi. ait, noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Dicat ergo iu-
Psal. 118. dex domino cum Dauide, doce me facere voluntatem tuam: atque incumbat plurimum in punitionem peccatorum publicorum, audiatque quid tantopere lugeat propheta cum ait, facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum.
Isa. 5. Miserum sane esset spectaculum, videre vicos omnes alicuius ciuitatis plenos cadaueribus, sed longe miserabilius, videre ci-
Simile. uitatem plenam publicis peccatoribus, cum vnus ex his sufficiens sit ad contaminandam vniuersam ciuitatem. Et certe qui morbo aliquo corporeo laborat, nō vult inficere amicos suos & cognatos, at vero peccator vnus publicus non solum familiam suam inficit, sed multas etiam contaminat familias. F

*Non perinde videmur diligentes in bono atque in malo.*

*Nimis incumbunt multi in offendēdo Deū.* *Quid facimus?* Mirum plane est quod tam negligentes simus in virtute, cum interim diligentes simus in vitio patrando. Sane propter secordiam nostram, est dæmon tam victoriosus G & triumphat sæpe de nobis. Vide quomodo ciuitas illa Lais fue
*Iudic. 18.* rit expugnata propter secordiam suam & negligentiam á tribu Dan, vnde expoliatores dixerunt, eamus & possideamus eam, nullus erit labor, intrabimus ad securos. Et subdit textus, veneruntq. in Lais ad populum quiescentem atque securum, & percusserunt eos in ore gladij, vrbemque incendio tradiderūt. Caueamus igitur ne nobis propter secordiam nostram tale quid
*Acto. 5.* quam accidat. Vnde Petrus dixit ad Ananiam, cur tentauit Sathanas cor tuum, non ait, cur succubuisti, sed cur dedisti ei lo
Die. 13. cum præ negligentia tua, vt te tentaret? Itē Hie. ait populo he H bræo, tu enim docuisti eos, scilicet hostes, aduersum te. Quare vndiq. vigilemus, & pleni simus oculis, sicut erant animalia il
*Ezech. 1.* la apud Ezech. dicamusque, Quid facimus? Quod si vigilantia omnibus est necessaria, inprimis tamen ipsis prælatis & principibus, qui capita sunt aliorum: hi enim non sibi tantum, sed alijs etiam vigilare debent. Vnde rex ille Antigonus dicebat filio suo, scito regnum nostrum esse splendidā seruitutē. Quod si uir Ethnicus id dicebat, quanto magis idipsum qui fidei lumine ornati sunt, dicere debent?
*Circunspecte viuamus, ipsi prælati vigilare debent.*
*Antigon.* Dicere etiā debent peccatores, Quid facimus? Modo enī De' nos ad

A nos ad pęnitentiam expectat. Vnde Isa. ait, propterea expectat dominus, vt misereatur vestri. Videas certe aliquos nimiū morosos circa hanc rem. Non ita se gessit Abraham, sed statim circuncisionē apprehendere voluit. Item cum iussit illi Deus vt filium suum sacrificaret, noluit eam differre immolationem. Tū etiam cum angelos hospitio excepit, statim dixit Sarræ, accelera tria sata similæ, commisce, & fac subcineritios panes; ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vnum vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero, qui festinauit, & coxit illum. Vn- *Isa 30.* *Ad Deum conuertamur.* *Genes. 17.* *Genes. 22.* *Gen. 18.*

B de pręclare ait Orige super hunc locum, quod in domo sapientis nullus est piger. Et D. Bona. ait quod celerius ascendit anima ad perfectionem per actus feruidos breui tempore, quam per remissa opera in multis annis. Et D Tho. inquit quod habitus charitatis intenditur & augetur actibus intensis & feruidis. Et Sap ait, egestatem operata est manus remissa, manus autē fortior diuitias parat. Et alibi inquit, manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet. Tepidus semper se tributarium & passionibus suis captiuum experitur, feruidus autem & diligens, ipse passionum suarum dominatur, & eas superat. *Orige.* *D. Bona. insti. diui. amo.* *D. Th. 22. q24. a.6* *Pro. 10.*

C Quid ergo facimus? Quorsum conuersionem nostrā differimus? Quorsum vitia statim nascentia non eradicamus, ne radices agant & propagentur? Vnde Apost nos monet dicens, non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et in lib. quidem Sap. dicitur, in memoria enim sermonum tuorum exterminabātur, & velociter sanabantur, ne in altam incidentes obliuionem nō possent vti tuo adiutorio. Ignis quidem nascens & oriens facile quidem extinguitur & suffocatur: item planta nuperrime plantata, statim facili negotio eradicatur: item lapis cum incipit pręcipitationem suam de monte facile cōtinuatur. Vnde Psal. bea- *Pro. 12.* *Deo toto corde seruiamus.* *Rom. 6.* *Sap. 6.* *Similia.* *Psal 136.*

D tus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram id est qui statim orientes prauas cogitationes opprimit. Quid ergo facimus? Cur enim in virtutis studio & exercitatione torpemus? Siquidē videmus quod nisi igni apponantur ligna, extinguitur: item aqua quæ non currit, corrumpitur: triticum si non agitetur, à gurgulione læditur: vinum nisi coletur, acescit: vestis nisi quatiatur, tinea exeditur, terra nisi excolatur, spinas producit & tribulos, arma nisi exercētur, nocumentum patiuntur: auisquæ non volat, magis periclitatur. Quid ergo facimus? Sane conuersionem differre perniciosum est. Vnde in epis. Iudæ dicitur, væ illis qui in via Cain abierunt Mirum sane fuit, quod cum Cain in alijs rebus tam oculatus esset, nihilominus tamen in suo *Similia.* *Iudę. epis.*

rum erratorum cogitatione tam esset cæcus, & in tantis seculis & ętatibus non saperet & emendaretur. Quare teipsum cognosce & tua scelera, ne in viam eas ipsius Cain. Noli in senectutem & extremam vsque horam conuersionem tuam differre: siquidē ille fatuus esset iudicandus, qui tum demum differret mulum suū & iumentum onerare, cum præ senecta vix posset gradum suū mouere. Mirandum est quidem, quod pro salute corporis instauranda, nil intactum relinquamus, sed omnia diligenter conquiramus media, & tamen salutem animæ nostræ tantopere negligamus. Quis quæso non esset statim locupletissimus, si tam facile posset sibi terrenas opes comparare, atque opes cælestes? Quæ mulier non esset statim longe pulcherrima, si perinde facile corporis pulchritudinem procurare posset, atque animæ? Si adhanc vrbem aliquis veniret medicus, qui senectutis morbum curaret, & maculas atque morbos omnes corporis depelleret, nec nō senes iuuenes redderet, & nigros albos efficeret, annon maximus vndique ad eum concursus fieret? Nunc vero cum habeamus medicum qui longe mirabiliores in anima nostra, quæ longe nobilior corpore est, operatur effectus, negligimus tamen & torpemus? Quid tandem facimus?

*Simile.* *Plus sunt soliciti mul ti de corpore quam de anima.* *Simile.* *Animā facile si volumus locupletare possumus.*

E F G

## APPENDIX.

*Quid facimus?* O pestilentes homines, qui nil aliud viderant in sua Repub quod ipsos offenderet, nisi Christum dominum! Sed heu miserabilis peccator, tu modo etiam his persimilis videris, cum nihil aliud fastidias & oderis, quam virtutem ipsam, & quæ cum virtute coniuncta sunt.

*Virtutes fastidiūt improbi.*

*Expedit vt vnus moriatur homo.* Hodie videtur adimpletum quod dixerunt olim fratres Ioseph, ecce somniator venit, venite occidamus eum. Siquidem velut fratres Ioseph olim contra ipsum conspirarunt, sic isti contra Christum. Et sicut olim Ioseph merito de fratribus conqueri poterat, imo & ipsi dicebant. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: sic etiam conquerens Christus merito istis dicere potest. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Vide quanta sit inuidorum malitia & virus, vt ex bonis eliciāt mala. Sic olim Cain inuidebat ipsi Abel, Propterea quod sacrificia eius accepta essent Deo, & ita decreuit ipsum interficere. Adeundem ergo modum isti propter signa quæ faciebat Christus, statuunt eum occidere:

*Gen. 37.* H *Ioan. 10.* *Gen. 4.*

Feria Sexta

A FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO TERTIA.

*Consulamus de his quæ ad salutem animæ pertinent.*



OLLEGERVNT pontifices & Pharisæi conciliū. Ioan 11. Non debemus nos vt isti Pharisæi consultare de his quæ praua sunt & execrabilia, sed ea statim repellere, qui potius cum Deo & seruis suis, animæ
B nostrę negotia consultemus. Nullum opus moliamur, in quo nō patrem luminum consulamus, & ab eo res nostras dirigi, assiduis precibus postulemus. Sunt enim decreta nostra & prouidentię, quarum felix euentus frequenter ex futuris casibus pendet: quid ergo certi habere possunt? Recte enim Salomon, multa inquit hominis afflictio, quia præterita ignorat, & futura nullo scire potest nuncio, Quod igitur in tantis humanæ mentis tenebris remedium? Non aliud certe, quam quod ille sanctus rex Iosaphat designauit, cum ait: cum enim ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros diri-
C gamus ad te De his autem qui Dei consilio neglecto, totos se ad humana consilia conferunt, conqueritur per Isa. dominus his verbis, væ filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, hoc est vt veteribus flagitijs, hoc etiam superbię & contemptus adderetis. Adeo enim humana cōsilia dubia & incerta sunt, vt Iosue vir alioqui sanctissimus, cuius imperio sol in cælo stetit immotus, Gabaonitis in consortiū populi receptis, in magnum errorem lapsus sit, quoniam vt scriptura sacrę produnt, os domini non interrogauit. Hanc autem
D esse causam reor fratres, quod frequenter in diuersum atq; putabamus, negotia nostra cadant, atque vt expectationes nostræ ita frequenter nos fallant, ut pro sperata pace bellum, pro lucro dānū, pro quiete tumultū inueniamus, ac postremo vt inde lachrymas colligamus, vbi letitiæ semina iecisse nos credimus. Cuius rei non aliam arbitror fuisse causam, quam quod prudentię nostræ nixi, diuinum consilium & auxilium implorare neglexímus. Hac enim pęna dignum est vt puniātur, qui Deum consiliorū suorum participem, & vitę ducem efficere nolunt. Vt autem hęc ipsa quæ diximus, euidentius appareant, huius tādē Pharisęorū cōsilij exitū videamus. Cōsilij ergo huius cōmune decretū fuit, expedire, vt vni' capitis piculo, toti' gētis saluti cōsuleret.

Quæ res

*Consultémus. de rebus ad profectum animę pertinētibus.*

*Consultemus cū deo negotia nostra.*

*Ecclesi. 8.*

*2. Par. 20.*

*Isa. 30.*

*Iosue 9.*

*Multa sępe mala eueniunt, quod bonū cōsilium nō accipiam'.*

*Diuinū sanorē imploremus.*

Quæ res adeo in diuersum cecidit, vt qua ratione populi salutẽ E
stabiliri posse putauerant, eadem extremum exitium miseræ gen
ti attulerint, quandoquidem propter hoc teterrimum facinus
ea funditus vastata & destructa est. Quoquidem exemplo apparet
1. Reg. 21. quanta sit Dei potentia & sapientia, quæ ita prauorum hominũ
1. Reg. 23. consilia inuertit, vt non modo prauis eorũ conatibus obsistat,
sed etiam quibus ipsi rationibus res suas confirmare nituntur,
eisdem ipsis illas euertat. Propterea sanctus Dauid sæpe Deum
consulebat: persecutus à Saule venit in Nobe, ad sacerdotẽ Do
mini Achimelech: & cum vellet contra Philisthæos ire qui Cei- F
lam volebant capere, statim dominum consuluit: itẽ cũ Amale-
1. Reg. 30. chithę destruxerũt & cõbusserunt siceleg: & quia Deum & eius
Leui. 24. legem ante oculos ferebat, ideo prospere agebat. Moyses præ-
Gene. 46. terea Deum consuluit quid esset faciendum de blasphemo. Item
Iudith. 8. Iacob consultauit Sic sancti Apostoli in electione Mathiæ fe-
Esth. 24. cerunt. Denique omnes viri iusti hunc etiam morem imitãtur,
Acto 1. & ita à prudentibus faciendum est, si volunt feliciter res suas ge-
rere. Contra vero qui mundi consilium, & non Dei capiunt, in
1. Par. 10. feliciter omnia faciunt. Saul qui Pythonissam consuluit, infeli
4. Reg. 1. citer occubuit. Similiter perijt Ochozias, eo quod miserit nũ- G
2. Par. 16. tios ad consulendum Beelzebub Deum Accarõ Atha etiam rex
Psal. 21. Iuda mortuus est dolore pedum vehementi, quia in infirmita-
te sua dominum non quæsiuit. De huiuscemodi etiam consilio
Iudi. 3. ait Dauid, consilium malignantium obsedit me. Prius debes
apud te cogitare diligenter quæ facere intendis, antequam illa
executioni mandes, Si Æglon Moabitarum rex, præcogitasset
summum esse inconueniens, solum cum Aioth Israelis principe
manere, cum decem & octo annos populum Israeliticum oppres
Iudic. 9. sisset, non subijsset mortem. Si Abimelech secũ reputasset quan H
1. Ma. 16. tum esset periculum in turrim accedere, nõ fuisset percussus fra-
gmine molę à muliere desuper coniecto. Eodem etiam modo
cõfidens Simon Ptolomæo, cum filijs suis in conuiuio interijt.
Iob. 39. Debes ergo diligenter pręcogitare quę agenda sumis, & cũ Deo
consultare, vt ipse te instruat. Vnde Iob ait, nunquid ad pręce-
4. Reg. 4. ptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?
inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt.
Vade dixit Eliseus viduę, & ingredere, & claude ostium tuum,
4. Reg. 1. atque ibi vasa tua omnia replebuntur. Consultemus ergo cum
Deo negatia nostra: recordemur enim quomodo dixerit Deus
Ochoziæ per Isaiam, nunquid non est Deus in Israel, vt eatis
ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hæc
dixit

A dixit dominus, delectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Vide quantum profuit consilium quod soror Moysi infantis, præbuit filię Pharaonis, quandoquidem causa fuit vt infantulus Moyses liberaretur à morte. Vide etiam quantum recti sermones Abigail obtinuerint à Dauide, nempe ne Nabal occideretur cum eius familia. Attende quantum profuit exhortatio Mardochæi apud reginam Esther, præsertim cũ tot hominum millia seruauerit. Abdemelehc exhortatus Sedechiam, liberauit Hieremiam è carcere in quo morabatur. Con- *Exod. 2.* *1. Reg. 25.* *Esth. 4.* *Hie. 38.*

B sidera quantum profecit Moyses ex consilio quod sibi dedit Iethro. Ad exhortationem Nehemiæ, vsurarij reddiderunt vsuras, & eas vlterius non acceperunt. Animaduerte quantum illæ exhortationes magni Baptistæ valebant, quando tot ad eius prædicationem vndique confluebant, & baptizabantur. Quin & Pytha. ait, consilium bonum capesse, nequid stulti committas. Anianus etiam dixit, necesse est optima sequi consilia. Item Phocylides, accipe consilium sapientis. Isocra. persuasum habe, optimum semper sequendum consiliarium. Menander, sapientum semper capesse consilia. *Exod. 18.* *Nehe. 5. c.* *Mat. 3.* *Pythago.* *Ania.* *Phocy.* *Isocra.* *Menan.*

C

*Inuidia detestabile malum.*

*Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.* Satis aperte indicant quanta arderent inuidia contra Christum, propter mirabilia quæ ab ipso fieri videbant, cum tamen contra exinde maximam lętitiam capere deberent, cum redundarent omnia in maximam vtilitatem gentis suæ. Verum vsque adeo radices mittit inuidia, vt etiam inuidi sui proprij commodi & vtilitatis obliuiscantur. Vnde Chry. præclare ait, quod postquam rex Saul vi- *Inuidia quantum noceat.* *Chry. in Gen. ho. 45. & c. 1.*

D dit tanta gloria Dauidem celebrari, & tripudiãtes clamare, vicit Saul in millibus, non ferens quę dicebantur gloriose de ipso, victus inuidia, benefactori mala potius excogitabat & insidias. O cæcitatem & insaniam incredibilem! ô stuporis magnitudinẽ: eum qui sibi vitam seruarat & toti populo, vt hostem despexit, & immemor beneficij, ab inuidia se vinci passus est. Ita enim se habere solet huius affectionis malitia, vt primum perdat eum à quo generatur. Sic enim vermis qui à ligno producitur, lignum primo consumit, ita & inuidia illam primum animam corrumpit, à qua gignitur. Sane inuidi, vt ait grauis quidam autor, dum proximo res ex sententia succedere vident, miserabiliter torquentur, in quos recte dictum illud Hora competit, *1. Reg. 18.* *Inuidia quantum excæcet inuidum.* *Simile.*

inuidus alte

inuidus alterius rebus macrescit opimis: quod est vitium plane E
*Ioã. Lãs. in festo 5. Ioã. Hor.* diabolicum. Dic quæso inuide, quid tibi oberit, si alteri bene sit? aut quid proderit tibi si illi male sit? si bonus es, nil tibi nocet illius prosperitas; sed dolet tibi illius aduersitas. Si malus es, malitia potius tua tibi officit, non illius prosperitas. Pelle inuidentiæ virus ab anima tua, & erit tibi voluptati, si ille bene habuerit. Sicut ergo dum quidpiam in corpore patitur membrum
*Simile.* vnum, compatiuntur omnia membra; & dum gaudet vnũ membrum, etiam reliqua propter eam causam gaudent: ita & nos qui
*Ephe. 5.* sumus membra huius mystici corporis, debemus aliorum membrorum felicitati congratulari, & aduersitati condolere. Hoc F quidem proprium est charitatis, vt lætemur de prosperitate proximorum nostrorum, non autem inuidi ita faciunt, sed potius tristantur & dolent de prospero successu rerum proximi
*Basi. ho. 11 de vi. inui.* sui. Vnde Basi. ait, caueamus fratres charissimi, inuidiæ vitium, ne socij gestorum diaboli efficiamur, aut cum ipso condemnati in iudicio reperiamur. Si enim superbus in diaboli iudicium incidit, quomodo inuidus paratam diaboli pænam effugiet? Inuidus inquit Aug, clamat per vicos & plateas, & veluti canis latrat,
*Aug. ad fra. in ere. ser. 18.* sed primo seipsum mordet & occidit. Quid enim agit Phęnix, ni G si quia dum senescit, ad partes calidissimas volat, ligna arida cõgregat, alis ligna ferit, & sic ignem accendit, atque in eodem loco se comburi permittit? Sic & inuidus agit cunctis diebus vitę
*Simile.* suæ, intus & extra seipsum cõburens, seipsum primo interficiẽs, seipsum distorquens. Sicut vestis à tinea valde corrosa, remediũ & reparationem non admittit: sic animus inuidia stimulante tabescens, difficile reparatur. Graue quidem vitium inuidia est,
*Inuidus se ipsum còburit.* ait Chry. quæ misere torquet quos possidet, atque consumit tã quam perniciosum quoddam virus, vt aperte constat in his Pharisęis. Omnia quidem vitia, ait Chryso. ad aliorum potius H
*Chry. in Matt. ho. 15. to. 2. Chrysolo. ser. 172.* videntur intendere læsionem, at vero inuidia, suum cruentat autorem: inuidia suorum carnifex est, animum torquet, mentem discruciat, corda corrumpit. Et quid plura? hanc qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia, quia in se domesticum semper diligit habere tortorem. Qui sibi malorum finis, vbi alterius bonum pęna est, & vbi cruciatus est aliena felicitas? Malũ certe multiplex: quot enim sunt prosperitates hominum, tot tormenta sunt inuidorum. Iste ergo velociter fugiẽdus est morbus, quia quos contigerit, non patitur prope sanari. Inuidia cælum tentat, ibi enim diabolum fecit ex angelo: vrit terras, quæ vtique paradisi nobis amæna flammeo custode seclusit.

Reges,

A Reges turbat, quia hęc Herodem in coæuos Christi sic compulit desæuire, vt antelac quam sanguis teneris funderetur ex mēbris. Charitatem violat, nam hęc Cain reddidit fratricidam,&in nocuam adhuc terram, noui sanguinis cruore perfudit. Vastat populos, Iudęos etiam in necem Christi impulit. Vnde dicebant, hic est hęres, venite occidamus eum. *Luc.10. Gen.3. Mat.2. Gen.4. Mat.13.*

Comparant quidem D. Basi. & D Ber. inuidum hominē ipsi viperæ, cuius nati eandem necant: ita plane inuidus apud seipsum concipit & gignit ea quæ deinceps eum misere torquent B & occidunt. Vt etiam rubigo ferrum ipsum, ita inuidia inuidum,conficit atque consumit: & sicut naturale est ipsi igni superiora capessere loca; itaq; ipsius inuidi contentio & studium est cęteris super eminere, & aliorum gloriam denigrare, atque quos videt pluris fieri, deprimere & extenuare. Pictor quidam olim cum gallum gallinaceum & gallinas aliquas pinxisset,curauit vt famulus adesset semper ipsi picturæ, quam non satis optime depictam nouerat, eo autem consilio famulus ibi aderat, vt gallos cæteros gallinaceos,naturalesque gallinas abigeret,ne defectus picturæ nosceretur: sic ergo inuidi ante se bonos viros C & virtute ac gloria præstantes videre nolunt, ne sui defectus manifestentur & deprehendantur. Et quemadmodum, ait Chrys. insani aduersus seipsos frequenter gladios impellunt: ita & inuidi solam inuidiosi miseriam disquirentes, in propria læduntur salute. Hiferis etiam sunt sæuiores: illæ enim fame impulsæ, aut à nobis prius irritatę, nos inuadunt: hi beneficos nonnunquam inimicorum loco ducunt. Feris inquam sæuiores, dæmonibus pares videntur. Quidnā obsecro miser, proximi tui cōmodis perturbaris? Dolendum quidem est cum malis afficimur, nō cum proximi felicitatem intuemur. Et cæteri quidem excusatio D nem habere videntur, vt scortator voluptatis stimulos in excusationem adfert, fur paupertatem, homicida furorem: friuolas quidem nec admittendas, qualescumque tamen excusationes: tu vero quam adferes quæso? nullam profecto, nisi animi prauitatem atque malitiam. Nam si inimicos amare iubemur, quamnam pœnam ex amicis odio daturos nos arbitramur? Et si amicos diligendo, nil gentilem superamus, si nihil de nobis male meritos persequimur, quam veniā merebimur? *D. Basi. D. Ber. Simile. Simelitudo Simile. Inuidi torquentur de alterius prosperitate. Chry in Ioan. ho. 36.to.3. Inuidi nullam videntur habere excusationem Mat.5*

*Proficiamus semper in virtute.*

*Quid facimus?* Sic nos debemus dicere cum in virtute quotidie nō proficimus: etenim quamuis initio quidē sit aliquis paruus, si tamen *Negligentes sumus in his quæ ad salutem animæ pertinent.*

si tamen post modum quotidie magis ac magis creuerit in virtu- E
te, seque in eius studio exercuerit; tandem celeberrimus fiet & magni ponderis. Quamuis enim per seipsum non valeat ad tantum fastigium & apicem peruenire, nihilominus tamē quia suis nunquam Deus deest, & ipse est qui incrementum dat, & bonos nostros conatus ad altiora euehit & extollit: hoc modo diuino auxilio & eorundem hominum adhibita etiam diligentia, tandē fit vt qui antea parui erant, post modum omnibus admirationem pariant & exhibeant. Vnde Lau. Iusti ait, rationali creaturę videlicet homini, hoc à vere intelligentibus noscitur esse proprium, vt semper proficere appetat, & numquam aliqua ratione torpescat. Ducitur enim ad huiusmodi proficiendi solicitudinē naturali impulsu, quo mediante pertingat ad sui cognitionem finis, atque in eadem delectabiliter conquiescat. In hoc namque ipse homo est conditus, vt potiora semper obtinere concupiscens, perueniat quandoque ad id quo nihil est melius videlicet ad ipsum Deum. Semper bene occupati esse debemus, interdū corpore, prout negotij exposcit opportunitas, exigit qualitas, requirit tempus: semper vero mente, nunc intentione recta, nuc cogitatione sancta, nunc affectione interueniente ignita: his quippe modis, laudabile quodcumque & gratissimum Deo perficitur opus. Crescere debet semper quisque in virtute, atque sibi persuadere quod quamuis diuturnam vitam contingeret, semper tamen virtuti insistendum sibi esset, atque ita non solū prēmium consequetur eorum operum quæ fecit, verum etiam eorum quę facere intendebat. Hoc videtur significare Ecclesi. quādo ait, cum consummatus fuerit homo, tūc incipiet. Item Sap. 4. consummatus in breui, expleuit tempora multa. Vera quidē virtus finem nescit, tempore non clauditur: numquam iustus arbitratur comprehendisse: numquam dicit satis est, sed semper H
esurit, sititque iustitiam, ita vt si semper viueret, ait Ber. semper quantum in se est, iustior esse contēderet, semper de bono in melius proficere totis viribus niteretur: non enim ad annum vel ad tempus instar mercenarij, sed in æternum diuino se mancipat famulatui. Audi denique vocem iusti, in æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Proinde iustitia eius manet non aliquanto tempore, sed in seculum seculi. Sempiterna itaque iusti esuries, sempiternam meretur refectionem: & licet in breui consummetur, iudicatur tamen explesse tempora multa pro virtutis perpetuitate. Ob hoc enim proculdubio inflexibilis & obstinatæ mētis punitur ęternaliter malum licet temporaliter perpetratum, quia quod

1. Cor. 3

Lau. Iust. in proæmio li. de perfec. gra.

F

Proficiamus in virtute, vt deo tandē fruamur.

G

Semper eamus de virtute in virtutem.

Ecclesi. 18

Sap. 4.

Phil. 3.

Mat. 5.

D. Ber. epi. 253.

Psal. 118.

Psal. 11.

Sap. 4.

A quia quod breue fuit tempore vel opere, longũ fuit in pertinaci voluntate, ita vt si numquam quidem moreretur, numquam velle peccare desisteret, semper viuere vellet, vt semper peccare posset. Itaque indeffessum proficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Quodsi studere perfectioni, esse perfectum est, profecto nolle proficere, deficere est. Cęterum non vacat mysterio quod in tanta opificum & architectorum multitudine, tantaque diligentia adhibita, tam varia præparata materia iam inde à multis annis, non valuerit tamen magnificentius & breuiori tempore Salomonis templum constitui, præsertim cum hoc tempore si cui omnia illa suppeterent, is longe excellentius extruere posse templum videretur, etiam minori temporis curriculo. Siquidem insinuari videtur quam impotentes olim Hebræi in lege essent, per legem suam, quamque nos per Euangelium potentiores facti simus, vt iam non liceat nobis expectare ad cælestis regni ianuam ingrediendam, si feliciter vixerimus, habeamus quoque miram quãdam, eandemque compendiosissimam viam ad perfectioné nos statim introducentem. Sed ô deplorandam secordiam nostram, quibus cum affatim omnia suppeditentur, non tamen contendamus vehementi quodam conatu, sed maxime remisso, ad perfectionis alta & sublimia! Certe si prisci illi patres olim, nempe Abraham, Isaac, Iacob, Noe, moyses, & cæteri heroes, cõtemporarij, nobis hic nunc conuixissent, neruosius etiã multo ad omnem virtutem & probitatem contendissent: & non dico nos etsi maxime excitatos, sed seipsos etiam in dies magis magisque exuperassent & vicissent. Quare attendamus quid Ioannes dixerit, iam securis ad radicem arboris posita est, omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur: curemus ergo vt quo magis ad mortem appropinquamus, eo magis virtutes & bona opera in nobis fulgeant, imitãtes naturales motus qui sunt in fine velociores.

*Autor Figura. 3. Reg. 6.*

B

*Proficiamus in virtute cũ tãtos diuinitus fauores habeamus*

C

*Quam feruide olim sancti patres virtuti incumberent.*

*Mat. 3.*

D

## APPENDIX.

*Expedit vobis vt vnus moriatur homo.* Videbatur istis Pharisæis quod non indigeret Christo Resp. Sed sine eo satis esset honorifica, cum non satis probe intelligerent quãtũ iustus vnus & virtutis studiosus illustret rempub. & eam saluam conseruet. Vnde præclare id intelligens Elisæus Propheta, dolebat propter absentiam Elię, & magnis quidem vocibus dicebat, pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Idem etiam dixit rex Ioas Prophetæ Elisæo cum moreretur, intelligens quãto bono

*4. Reg. 2*
*4. Reg. 16*

regnum ipsum priuaretur in eius morte. Nunc autem multi sūt E
instar Phariseorum qui potius dolent de iactura honoris mundani vel etiam pecuniæ, quam quod Deum amittant: sed aliquā-
*Iudic.* 16. do sentient quantum bonum perdiderint, & sero fortasse. Sic Samson maxime sensit sibi debilitatas vires abscisis crinibus, qui tamen paulo ante dicebat, aggrediar sicut ante feci & me excutiam: sed tamen comprehensus est à Philisthæis & ignominiose
*1. Reg.* 18. se tractatus: sic vir malus comprehendetur à dæmonibus & pessime tractabitur. Hinc Samuel dixit ad Saulem quem Deus dereliquerat, quid interrogas me, cum Deus recesserit à te, & transierit F
ad æmulum tuum? Sentiet ergo aliquando malus Dei absentiam, fortasse cum eum recuperare non poterit: sic Laban tunc sensit
*Gen.* 31. ipsius Iacob absentiam, cum recesserat ab eo, & hactenus eius vtilitatem accurate non nouerat.

## *FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.*

### CONCIO QVARTA.

G

*Inuidorum mores quales sint.*

*Inuidia detestabilis pestis.*



OLLEGERVNT *Pontifices & Pharisæi conciliū.* Io. 11 Vide obsecro quomodo magis, magisq; in dies creuit inuidia in animo istorum Pharisæorum, adeo vt tandē in tam sacrilegū proruperit homicidiū. Quā-obrem ne in talia tu prorumpas scelera, vbi primum subsenseris radicem aliquam inuidiæ in animo tuo pullulantem, eam illico extirpandam cura, & penitus conuellendam. Quod vtiq; cōmode facies, si te charitate armaueris quæ contraria est ipsi inuidię. Nam vt ait Chry. pessime admodum se habet hæc mala inui H
*Chryso. in Ge. ho. 54. to. 1.* diæ affectio, adeo vt non ante desistat, quam à se captum in præceps deijciat, & ad homicidij trudat scelus. Radix enim homicidij inuidia, & fructus inuidiæ homicidium, ita & ab initio fuit inter Abel & Cain. Nil enim habens Cain de quo posset fratrem accusare, vbi vidit illum domino probari propter oblationem
*Gen.* 4 munerum, se autem propter negligentiam suam despici, ad cædē statim prorupit. Sic Esau cum vidisset fratrem à patre benedictionem reportasse, homicidium machinabatur & fratricidiū.
*Gen.* 25. *Matt.* 27. Talia enim semina inuidia in animo eius quem comprehenderit iacere solet. Sic Pilatus etiam sciebat quod per inuidiam tradidissent eum.

A dissent eum. Non est plane quod cuiquam inuideamus, inquit Seneca, presertim cum natura communem nobis fecerit solem, aerem, lunã & astra: adde etiam quod alij aliorum opera inuicem indigeamus. Opponitur autem inuidia charitati, de qua charitate inquit Christus, in hoc cognoscẽt omnes quod discipuli mei estis si charitatem habueritis ad inuicẽ: ita diabolus inquit suis, in hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis; si inuidiam habueritis ad inuicem. Papilio quidem extinguere gestit ardentem lucernam, cum vehementer irruit in illam, ex ea tamen re id
B dumtaxat lucratur, vt alas suas comburat & quam citissime moriatur splendente tamen semper lucerna ipsa. Sic inuidus splendorem boni viri & lucem extinguere conatur, & eius famam denigrare, verumtamen inde reportat, vt totus inuidię morbo cõtabescat, perseuerante semper bono nomine proximi. Inuidus tale induit ingenium, vt existimet honorem proximo collatum, sibi ipsi auferri: numquid tibi aufert Deus quod proximo largitur? Numquid tibi debitor est Deus? Piscator vtique sub fallaci cibo hamum occultat, vt vel sic attractus piscis, eius manibus cõprehendatur: sic dæmon hamo mortis piscatur auarum, abscõ
C dens illum sub dulci diuitiarum siti: superbum vero honoribus luxuriæ, & libidini deditos, ipsis voluptatibus carnis: at infelix inuidus nullo etiam cibi genere comprehenditur, quin potius ipse sibi inimicus seipsum prodit. Vnde perspicuum est quã improuidus & stultus sit inuidus, quandoquidem mortis & inferni hamum imbibit, nulla tectum esca. Duplicem ergo habere videtur gehennam, nempe hic, & in futuro seculo, nam cęlum obtinere nequit, cum in cęlo omnes læti sint, & inuidus sit tristis de aliorum bono. Habebit ergo inuidus accommodatũ sibi locum in inferno, vbi habebit sempiternum luctum, & dentium stri-
D dorem. Est quidem peruetus hic inuidorum mos, vt quo magis aliquem florentem viderint prosperitate, eo etiam malitiosius contra eum ferantur, atque tanto plures eos excruciare soleant, quanto à pluribus boni ipsi commendantur & extolluntur. Et sicut vermes aliqui quidẽ gigni solent inter flores, ita etiam inuidus ex rebus præclaris alterius, magis inuidia succẽditur, & hinc fit vt sæpe homicidia machinetur. Refert quidem Iusti. de Alex. Mag. quod cum audisset ex quodam Parmenio duce suo laudes prædicari Philippi patris sui, tanta fuerit inuidia percitus, vt statim non solum ipsum ducem, sed etiam eius liberos interfici iusserit. Idem etiam Iusti. refert Euridicem præ inuidia interfecisse Olimpiam. Vide præterea, qua inuidia arderent isti quidę.

*Mat. 27.*

*Sen. epist. 74 li. 1.*

*Ioan. 13.*

*Simile.*

*Simile.*

*Inuidi nullã habent excusationem.*

*Mat. 8.*

*similitudo.*

*Iusti. l. 12.*

*Insti. li. 14*

vt Christum vellent interficere, cum tamen essent literati & do- E
cti, vt inde intelligas prouerbium illud quod figulus figulum o-
dit. Item passim videas prædicatorem deprędicatore, medicū
Gen. 4. demedico, tabellionem detabellione, sutorem etiam desutore
detrahentem. Cain quidem & Abel fratres erant, & tamen po-
steaquam idem munus Deo offerendi subierunt, statim exorta
Gen. 13. est inter eos concertatio. Eodem modo etiam iurgium erat inter
2. Reg. 20. pastores Abraham & Loth depascuis ipsis. Ioab dux Dauid cre
Basi. ho. de dens Dauidem velle honorare Amasam, eundem interfecit: tan-
inui. ta est enim multorum ambitio & inuidia, vt velint in factis suis F
Simile. esse singulares. Et sicut vt ait Basi. vultures peramæna volantes
loca, ad fætida tamen & tabida tendunt tādem; & muscæ siquid
Simile. est sanum, illud relinquunt, & ad vulnera ipsa conuolant: sic &
inuidi splendorem virtutum proximi imitari non curantes, po-
dissimile. tius in aliquo vulnere residentes contabescunt: & tanquam ma-
Inuidi quā ligni pictores proximum non delineant & describunt elegāti fa
sint ingra cie, sed potius contorta atque deformi. Sed quod quæso est tam
ti. crudele animal, quod inuidus sua feritate non vincat? Canes
Simile. quidem educatione domestica māsuescunt: leones obsequio tra
inuidos fu ctabiles fiunt, inuidi vero etiam ipsis beneficijs deteriores eua- G
giamus. dunt. Tales erant isti Pharisęi: quare salutare remedium esse
videtur, vt nos interdum ab eorum conspectu subtrahamus.
sicut cum ardentem videmus flammam, nos ab ea diuertimus,
ne comburamur.

*Cupiditas rerum temporalium quantum noceat.*

Luc. 9. *Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem.* Vide ob-
Simile. secro quanta isti rerum temporalium cupiditate flagrarent. Sed
tamen audiant quid dicat Christus, quid prodest inquit homini,
si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suę detrimentum H
patiatur? profecto sicut ille maxima reprehensione dignus est,
qui ne feriatur in vestibus, nudum corpus ictibus exponit: ita
etiam vitio non carent, qui ne diuitias suas amittant, mortalis
Plato. culpæ labem incurrunt. Miratur quidem vehementer Plato, vt
Senec. refert seneca, quod nonnulli vsque adeo sint stulti, vt velint vi
tam amittere ne amittant quæ vitam ipsam confirmare solent
quodammodo. Cum ergo res temporales concessæ sint propter
vitæ conseruationem, non autem propter destructionem, mi-
rum est quod aliqui vsque adeo dementes sint qui propter res
temporales vitam sibi animę auferri patiantur. Nam quanto
desiderio, quamque ardenti, plerique teneantur horum tem-
poralium, illud satis indicat, quod res difficultate quidem
plenissimas,

A plenissimas, ac propemodum impossibiles aggrediātur, modo cupiditati suę satisfaciant, quæ illis persuadet etiam impossibilia esse possibilia. Persuadet etiam ipsis dæmō, ibi miram esse cōsolationem & dulcedinem, & tamen cum in medio negotij se constitutos vident, illico tempestas occurrit, & se delusos inueniunt: & tametsi aliqui ex eis tandem quod volunt cōsequātur, nihilominus tamen paulo post idipsum relinquere debent quod non sine multis sudoribus fuerant consecuti. Omnia quidem animantia manus habentiá, ait grauis quidam autor, illis terram attingūt præter hominem qui manus a terra habet eleuatas, Cum enim bruta creata non sint ad possidendum cælum, sed terram, debent eam manibus attingere, at vero homo ad Dei imaginem & similitudinem creatus ad beatitudinem possidendá, non terit manibus terram, sed pedibus eam conculcat. Voluit ergo Deus vt ipsa nostra compositio nos doceret vt vellemus cōtemnere terram, & ad cęlum semper aspicere. Ad terram autem non debemus descēdere, nisi vt ea quæ sunt vitæ necessaria accipiamus, quibus obtentis, debemus ad ipsum Deum cogitatione volare & toto animo confugere. Ad quod nos hortatur Pau. dicens, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Vnde dicebat Salomon, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus alliciar adnegandum. Et rursus, melius est parum cum timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles. id ꝙ his verbis ait Ps. melius est modicū iusto, super diuitias peccatorum multas. Eam ob causam dixit Ecclesi. noli anxius esse in diuitijs iniustis, non enim proderūt tibi in die obductionis & vindictæ. Hanc autem veritatem aliquo etiam modo videntur cognouisse antiqui illi Philosophi. D Vnde Plut. ait, contemptus diuitiarum est instrumentum Philosophi. Bias vero dixit, quis diues? qui nil cupit. Quis pauper? auarus. Seneca, breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Volentes antiqui Philosophi carminibus auaritiam describere, finxerunt Tantalum apud inferos in medio aquarum siti cruciari, significantes esse auaritiam barathrum quoddam, vbi cupidi diuitiarum amore flagrantes, eas ardentius appetunt quibus abundant: & quo magis illis affluunt, eo vehementiore cupiditate torquentur. Etsi auarus sit auro onustus & diuitiarū plenior naue illa quæ veniebat ad Salomonem ex Ophir, numquam tamen satiabitur. Traianus ille imperator, thesaurum diuitum cum hyeme comparabat, autore sexto Aure. in vita

[Margin notes: *Auari quā sint cęci.* — *Pin. in Eze. 22.* (B) — *2. Timot. 6* — (C) *Pro. 30.* — *Psal. 36.* — *Eccle. 5.* — *Plu.* — *Bias* — *Senec.* — *Tantali fabula.* — *Auarus quo magis abundat, tanto magis sitit.*]

Iuliani. Vt enim crescente hyeme, reliqui artus contabescunt, sic crescente fisco tyranni, debilitantur diuitiæ subditorũ quas auarus diues debilitat, vt se locupletet. Et sicut crescẽte lyene, decrescunt alia membra: sic crescente auaritia, deficiunt virtutes, arescit benignitas, liberalitas, charitas, veritas, iustitia & reliquæ virtutes. Laudat quidem Plinius pompeium, quod qui tantum in repub. Romana posset, numquam tamen agrum contermin ũ emerit, ne in hoc potentia sua ostentaretur, ita in maxima fortuna minima licentia fuit. Laudatur & Scipio Aphricanus quod tota vita nil emerit, nil vendiderit, nil ędificauerit, tenuesque admodum opes reliquerit, cum tamen is Chartagine potitus, plusquam cæteri imperatores, milites suos ditauerit. Quid Curium memorem? qui cum forte rapula in ollis fictilibus ad cœnam coqueret, samnitibus ei post victoriam, auri magnam vim offerentibus, ait: nil opus esse auro, talem cęnam cęnanti. Videtis quam stricte Ethnicus hic opibus se suis cinxerat, qui ditissimorum hostium victor, tam parca mensa contentus erat? Hac autem sobrietate vixerunt, qui nec Deum pro hominibus pauperem effectum, nec diuiti epuloni ignis supplicia constituta agnouerunt, qui tamen adeo sobrie rebus suis vtebantur, cum tamen cupiditatibus nostris, qui Christiani sumus, quique nudum in Cruce Christum dominum adoramus, vix terrę mariaq; sufficiant. Ita enim hoc tempore humana pectora auaritiæ pestis inuasit, vt omnes aliæ cupiditates in hãc vnam transisse videatur. Quo facile perspicitur in quam miserabili statu nunc mundus sit positus, quando radix omnium malorum cupiditas tam late dominatur, tamque in eo radices egit. Vnde fit vt pauperes absorbeantur à plerisque diuitibus & deuorentur. Est plane diuitis marsupium cisternę per simile, ex qua multis partibus aqua cõcepta effunditur: nam quamuis magnis aliquando alluuionibus impleatur, post modum tamen ita depletur & exinanitur, vt maiorem copiam desideret. Sic ergo auarus etsi quandoque aliquo maximo lucro plenus esse videatur, & aliquantulum contentus appareat: simulatque tamen ad se reuertitur, nouis quibusdam plura lucrandi & acquirendi curis vrgetur, & grauibus solicitudinibus concitatur. Qui se ingerit malis & cupidis, plane se se intromittere videtur in flammas quasdam voraces. Vnde Christus dominus dicebat, homo quis me constituit iudicem? cũ scilicet postulabant vt inter auaros sententiã ferret. Item radix & origo inimicitiæ Cain aduersus fratrem suum Abel fuit cupiditas & auaritia.

*Sextus Ancre. Simile. Simile. Exempla preclara. Plin. Pompeius Scipio. Curius. Diuitias mundanas contemnamus. Luc. 16. 1. Tim. 6. Simile. Auari nũquã satisfaciunt cupiditati suæ. Luc. 12*

E F G H

Causa certe

A Causa certe hæc est, quia homines longam sibi polliceantur vitam videlicet, vt tanta ducantur rerum temporalium cupiditate. Vnde enim in tam breui vita tam longę vitæ opinio? Sępe hoc cum animo meo cogitaui, causamque huius cæcitatis inquirens deprehendi, vehemens diuturnę vitę desiderium menti nostræ tenebras offundere. Desiderium enim & spes ita habent se vt quæ speramus, eadem etiam desideremus: & quæ item desideramus, futura quoque speremus. Quia ergo plerique mortales quam diutissime viuere desiderant, ideo quam longam esse vitā B cupiunt, tam longam esse futuram sperant. Desiderium igitur vitæ nobis imponit, desiderium spem decipit, & fallit, nobisque persuadet longum esse futurum, quod auiditas nostra longū esse desiderat. Qua in re cæcitas atque dementia nostra vehementer accusanda est, quę desiderijs nostris fidem adhibet, cum vix aliud frequentius in vita contingat, quam desideria nostra frustrari, conatus impediri, & spes irritas ac fallaces esse. Accedit hostis antiqui fallacia, qui mendax est, & mendacij pater, quo ad fallendos nos semper vtitur, vt pote qui præstigijs suis nobis persuadet quam longissime abesse quod vnicuique nostrum proximum est. Certe vt D. Ber. ait, mors senibus quidem in foribus, iuuenibus autem in insidijs est. Quid enim quæso mortalibus morte ipsa vicinius atque propinquius? at vero plerisque adeo longe posita esse videtur, vt hac spe freti se totos cupiditatibus dedant, felicitatem in hoc exilio quærant, opes, dignitatesque ad eam tuendam, inexplebili auiditate conquirant, & ita in omne genus flagitiorum se pręcipites agant, acsi nullus vitæ finis eos maneret, nullaque vnquam ab eis factorum ratio esset exigenda, adeo vt ne quotidiano quidem morientium conspectu, aut se morituros, aut certe mortales credant.

*Ludo. Gr. Quæst. Resp.*

*Vitam longam aut sibi multi polliceantur.*

*Ioan. 8.*

*D. Ber.*

C

*Mors prope est, & eam fingimus longe abesse.*

D

### *Qui alijs præsunt, si mali sint, quantum noceant.*

HOc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex &c. Sane cum per ostium non esset ingressus ille Caiphas, sed fur esset & latro, atq; per ambitionē & sordes dignitatē obtinuisset, inde effectum est vt tā peruersus esset, & tam male gubernaret. Ille enim dicitur non intrare in ouile ouium per ostium qui sua pręsumptione, nimiaque solicitatione, prelaturas ambiens, eas obtinet. ô quantæ redargutionis, inquit Lau. Iust. quātorūq; suppliciorū ylle cēsendi sūt rei, qui nullo eos qrēte,

*Ambitio quantum noceat.*

*Ioan. 10*

nemineque vocante, primatum Pontificalis officij ambiunt, & E
*Lau. Iust. li. de Insti. & regi. præla. c. 2.* præsulatus honores adipisci per optant, nequaquam attendentes quod supra modum ab itineribus veræ humilitatis deuiant, & ab exemplo per summum pontificem dominum nostrum Iesum Christum exhibito; qui cum verus esset sacerdos, & constitutus à Deo honorabilis esset pontifex, transeuntis dignitatis eminentiam, atque temporalis cathedræ honorem respuens, tanquam singularis præsul, Crucis tribunal seipsum immolaturus conscendit, & aperte indicauit, quale esset pōtificis ministerium, & qua intentione & affectu illud suscipere debeant qui vocātur.
*dignitates multi ambiunt.*
Oportet ergo & per ostium ingrediantur, ministrando, laborando, orando, & si opus fuerit etiam moriendo pro ouibus. F Summopere inquit Greg. fugiendum est, suscipere prelaturæ & regiminis onus. Christus namque fugit, cum vellent eum regem facere & quis quæso, illo prudentius gubernare potuisset? Quis cuncta perfectius disponere & ordinare, cum sit creator omniū? Recusauit tamen regnum & fugit, vt nobis exemplo esset fugiēdi quantum possumus prælaturę & regiminis onus. Solent enim multos immutare similia onera, & eos vehementer lędere. Vide enim quam mutatus fuerit Saul postquam suscepit regnum. Recordare quid contigerit ipsi Dauidi postquam pacifice regnauit in amplissimo imperio, cum tamen antea Dei præcepta accurate seruaret. G De iniquis quidem pastoribus Deus per Ose. ait, ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui, hoc est non approbaui. Et per Zacha. ait, ô pastor & idolū derelinquens gregem. Permittit aliquando Deus ob hominum peccata, vt pastores eligantur, qui subditis perniciem machinentur. Tales pastores idola sunt, foris præsulum imaginem ostendentia, intus vana, quia oculos habent, & non vident; aures, & non audiunt: qui flagitia publica dissimulant, qui veritatem audire nolunt. H Deus inquit Iob, regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Vnde dicebat Deus per Isa. Dabo pueros principes eorum, & effęminati dominabuntur eis. Item Dauid ait, qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Sicut piscis seu alterius animalis capite corrupto, corrumpitur facile reliquum corpus: ita corrupta & deprauata prelati vita, statim fętor ille diffunditur per reliquum totius reipub. corpus. Et sicut aqua illa præstantior censeri solet, quæ minus terreum saporem participare videtur: ita ad gubernandum tanto quisque aptior videtur, quanto remotior est à terrenarum rerum ambitione & cupiditate quidem ipsa.

*Greg. I. p. pasto. c. 3. Ioan. 6.*
*Prelaturas nō ambiamus.*
*1. Reg. 16. 2. Reg. 12. Osee 8. Zacha. 11.*
*Prelatos malos interdū cur permittat Deus.. Iob 34. Isa. 3. Psal. 52. Simile. Simile.*

Sane si pleri-

A Sane si plerique longe ante quam dignitates suscipiunt, diligẽter considerarent qualia secum ferant onera, non tam cupidè ipsas ambirent. Vnde plerosque videas qui cum dignitates iam ipsas administrant, dicunt, si hæc sciuissem, nunquam pro dignitate obtinenda laborassem: & in morte constituti dicunt, vtinam nullam vnquam habuissẽ dignitatem & prælaturam. Et certe quanto nobilior & præstantior est dignitas ipsa, tanto consideratius te gerere debes. Vt enim qui vas aliquod suaui liquo B re plenum gestat, quanto prætiosior est liquor, tanto etiam attẽtius illud gestat: & sicut architectus quanto in altiori versatur edificio, tanto etiam sibi magis consulit, & caute ambulat, cum videat perniciosiorem fore casum: sic etiam quisque ad dignitates euectus, sibi diligenter prospicere debet, & caute ac vigilanter ambulare. Quod cum nõ considerasset hic Caiphas, propterea tam peruersus erat & iniquus. Magna sane fuit illa dæmonis astutia, cum persuasit hominibus vt homines sceleratos tãquam deos colerent & venerarentur, vt inde, sibi persuaderent sibi licere quod dij sui fecerunt, & ita luxurię dediti essent vt Iuppiter, intemperantiæ vt Bacchus, vindictæ vt Mars. Sic etiã C modo multis persuadet vt prælatos suos si vitiosi fuerint, imitentur: & ita ex prauo præsidentium exemplo, multæ respub. perierunt. Cicero etiam affirmat multas respub. perijsse propter imprudentiam moderatorum: & alias restauratas fuisse consilio & prudentia sapientium rectorum, vnde Romani eos quorum consilio respub. gubernabatur, senatores appellabãt, quasi seniores natu & prudentiores. Et Aris. appellat iuuenes imprudentes siue inexpertos. Item Iulius fronti. lib. 4. inquit, duces senes esse debere, vt prudenter gubernent, milites vero iuuenes, vt fortiter pugnent. Stobęus affirmat Solonis fuisse le D gem apud Athenienses, vt nullus adolescens ad aliquod consilij genus quamuis sapientissimus esset, admitteretur. Vide etiã quam maturam ætatem haberet Ioannes cum exijt ad prædicandum: item Christus, vt multos doceret exemplo suo prædicatores, vt prius haberent requisita ad prædicandi munus antequam illud temere aggrederentur. Mirum sane non perinde igitur videtur quod hic pontifex Caiphas tam male administraret, cum non calleret ea, quæ sui muneris erant, aut nollet ea exercere. Legimus quidem quod cum Deus sibi offerri primogenita animalium vellet, non tamen admitteret primogenita asini, sed illa redimebantur oue, vt inde intelligamus quantum velit Deus vt prælati sint scientia prædíti & ornati. Et propterea sanctum

*Dignitates laboriosę.*

*Simile.*

*Simile.*

*Caute viuere debẽt vigilãter q. pręlati.*

*Cicero de senec.*

*Ari. 6. ethi. c. 8.*

*Iul. Frõ. li. 4.*

*Stobæ ser. 112.*

*Exo. 13. & 34.*

Cō, Tri. optime in hanc curā incubuit, ea salutariter ordinādo E
*Danie. 4.* quæ maxime fauerēt virtuti & doctrinæ. Vidit quidem Nabuchodonosor arborem proceram, & sub arboris vmbra positas belluas, supra autē ramos volucres cæli: ordinata quidem ista erāt & decētia: at vero indecēs fuisset si bestiæ supra ramos fuissent, & volucres sub arbore in vmbra ipsius. Sic ergo fit cum qui ignari sunt & virtute destituti dignitates ambiunt & affectant viris litteratis & virtute præditis preesse. Ita sane res se habebat in hac pharisæorum repub. nam, cæci erant quamuis docti sibi viderentur qui alijs Preerāt, & omni prauitatis genere F contaminati erant, & tamen dicebant alijs, vos nescitis quidquam. Hinc Hie. inter cætera quæ lachrymis prosequebatur, illud etiāerat, videlicet serui inquit dominati sunt nostri, nō fuit, qui redimeret de manu eorū Eccles. etiam id admirans, dicebat. est malum quod vidi sub sole, positum stultum in dignitate. Item vidi seruos inquit, in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.

*Prælati non debēt esse ignorantes.*

*Thre. 5.*

*Eccles. 10*

## SABBATHO POST DOMINICAM IN PASSIONE. G

### CONCIO PRIMA.

*Chry. in Io. ho. 65. 10. 3.*



*Ogitauerunt principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent* Io. 12 Ex omnibus à Christo domino factis miraculis, inquit Cyr. nullū ita Iudæos vsit & percussit, vt suscitatio Lazari, quoniā multis fuit insignibus circunstātijs illustrata. Lazar' siquidē vir erat insignis & nobilitate preclarus: miraculum fuit clarissimum, non fuit H in sabbatho factū ne calumniandi illis ansa vlla daretur: fuit etiam paschæ solēnitati valde propinquū, vnde ex multis alijs vrbibus & regionibus illuc multi conuenerant, et multi adibāt Lazarū visuri, vt veritatē ipsā cōperirēt. Hinc proueniebat ira et inuidia maxima Iudeorum contra Lazarum, adeo vt ipsum vellent interficere. Vnde Cyril ait, excitata nouitate miraculi Lazari, turba venit Bethaniam, et vt Iesum tanti quidem signi authorē videant, et Lazarū etiā resuscitatū cernāt, vt cū oculus etiā testis fuerit eorū quæ auditu perceperunt firmiores in eis radices fides agat, et indubitatos efficiat'. Principes autē suis sceleribus in Christū patratis adhuc nō cōtēti, etiam Lazarū interficere voluerūt. Sed quid Lazarū possūt accusare, vt ꝗ ei'

*Cyril. l. 8. in Io. c. 8.*

A cogitent interitu? numquid beneficium accipere, crimini dandum est? Considera quæso quantum studebant cædi et occisioni. Porro multa signa fecerat Iesus, sed nullum eos perinde pũxit, non paralytici, non cæci curatio. Hoc enim admirabilius erat, et post multa factum, et mirandum erat mortuũ quatriduanum, ambulantem et loquentem videre, idcirco quam plurimi etiam omisso festo, bethaniam ad ipsum visendũ cõcurrebant. Hoc eos angebat, quod Lazari occasione multi Iudæorum, discedebant ab eorum secta et traditionibus, et credebant in Christũ, inuidebãt enĩ gloriæ Christi, & nõ mediocri dolore torquebãtur ꝙ populus in eũ credebat, itaq. materiã omnẽ auferre volẽtes, cogitauerũt interficere Lazarum, vt eo interẽpto, nõ amplius eius occasione populus ad Christum conuerteretur. Cogitauerunt ô stulta cogitatio, & sæuitia indomita, ait Augu. Christus dominus qui potuit suscitare mortuũ, nõ potuisset etiã occisum? Quando Lazaro inferebatis necẽ, nũquid domino potestatẽ auferebatis eũ suscitãdi? Ecce dominus vtrumq. fecit, & Lazarum mortuũ, & seipsum suscitauit occisũ. Idẽ etiã alibi ait, quod ex vno eodemq. suscitato, varij effectus extiterunt, quidam enim vitã receperunt, alij vero mortem: quidam credendo vixerunt, alij autẽ nõ credẽdo perierũt. Hinc Apos. dicebat, Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs odor vitæ in vitã. Isti inquit D. Tho. voluntati diuinæ resistere conabantur, de quibus optime Iob ait, currunt aduersus Deũ erecto collo. Volebat rex Israel Deo resistere, dũ resistebat illi prophetæ Amos, sed nihil illi profuit. Parum possunt & valẽt humanæ industriæ contra id quod Deus decreuerit, & ita parũ profuit Achab regi Israel ingredi prælium ficto quodã & simulato ornatu. Sed quis diuinę poterit resistere voluntati, & Dei oculos fallere, præsertim cum in tanta quidem hominum multitudine deprehensus fuerit facinorosus Acham? Explicãs quidem D. Grego. verba illa Iob, qui comprehẽdit sapiẽtes in astutia eorũ, & cõsilia prauorum dissipat, inquit nõnulli impij quamuis sentiant Deũ rebus quas ipsi obtinere & perficere nitũtur, obsistere, procurãt tamẽ pertinaciter perseuerare in prauo suo proposito, & noua quædã excogitare pergũt media ad illud implẽdũ quod volũt. Verũtamẽ dominus eorũ machinas destruit, & interdũ facit vt ipsi cadãt in laqueos quos instruxerũt. Aduerte obsecro quot media cõquisiuerũt fratres Ioseph ait Grego. vt eius gloriã & nomen obscurarent & tamen illud

Ioan. 5.
Ioan. 9.
Suscitatio Lazari quantum commonerit Pharisæos.
Aug. in Io. tra. 50. 10. 9.
Tra. 51.
B
C
D. Tho. le. 12. in Io. 12.
Amos. 7.
2. Par. 18.
Iosue. 7.
D
D. Gre. l. 6. Mora. c. 11.
Iob. 5.

ipsum quod ipsi acceperunt medium ad fratrem prostrandum E
Lib 6. accepit Deus ad eum illustrandum & sublimandum. Vide etiã
mora. c. quantas fraudes & scelera Saul machinaretur ad interficiendũ
12. & 13. Dauid,& tamen id præstare non potuit. Considera quod Ionas
& 14. excogitasset,ne præceptum domini impleret,& tamen illud im
Gen. 37. pleuit tandem,nec potuit diuinæ resistere voluntati, Sic ergo
1. Re. 18. isti non solum Christum,sed etiam Lazarum voluerunt inter-
Ionæ.1. ficere,nec tamen quod voluerunt,potuerunt adimplere. Com
prehendit ergo dominus sapientes in astutia eorum,quando &
Ioan. 11. hoc ad pietatis suæ obsequium redigit,quod contra illum hu- F
Iob.5. mana crudelitas exarsit. Alia igitur concedit Deus propitius,
alia permittit iratus,atque ea quæ permittit sic tolerat,vt hęc in
sui consilij vsum vertat. Vnde miro modo fit vt quod sine vo-
luntate Dei agitur,voluntate Dei in bonũ vsum malefacta ver-
tuntur,eius consilio militant etiam quæ eius consilio repug-
nant Id quod docet propheta dicens:magna opera domini, ex
Psal. 111. quisita in omnes voluntates eius. Quæcunque itaque homines
operantur,tandem eo deuoluũtur,vt Dei fiat voluntas & im-
pleatur:& sæpe inde perficitur,vnde repelli putabatur,iuxta il-
lud prophetæ,omnia quæcunque voluit dominus fecit, in cæ- G
lo & in terra. Et sap. ait,non est sapientia, non est prudentia,
non est consilium contra dominum. Vide obsecro quot inue-
Psal. 134. stigauerit modos Astyages,ne Dei voluntas impleretur in Cy
Pro. 21. ro,& quam vanę extiterint illius cogitationes,siquidem cũ eũ
Iust. li. 1. feris dilaniandum exposuisset,nihilominus tamen bene educa-
tus fuit à rustica muliere,& tandem regiam dignitatẽ obtinuit
Tit. li. vt refert Iustinus. Itẽ Titus li. refert de Remo & Romulo quo
Iust. l. 43 modo fuerint à lupa educati,& á varijs periculis liberati,vt tan
Iust. li. 23. dem Romam conderent. Hieron existens ad huc infans, proie
ctus fuit feris dilaniandus à patre,quod ex serua susceptus es- H
set,et tamen ab apibus nutritus, tandem rex siciliæ fuit,vt re-
fert Iusti.

*Cogitauerunt principes sacerdotum*. Super illa verba Psal domi-
Glo. in nus scit cogitationes hominum,quoniam vanæ sunt,ait Glo.
cog. in incog. quod Dei propriũ est,corda interius scrutari,quia Deus
Psal. 93. debet arguere et punire quidem peccata, quæ principalius sũt
in corde quam in opere. Quomodo ergo iuste posset arguere
peccata cordis,nisi corda videret? Et ideo sequitur quod domi
nus scit cogitationes hominum,quoniam vanæ sunt. Vnde in
Gen. 8. Gen. etiam dicitur,sensus et cogitatio hominis,ad malum pro
na sunt. Si autẽ nouit vanas cogitationes,cõsequens est quod
et no-

A & nouit bonas, quia bonum plus in se habet de ratione entitatis quam vanum. Et aduerte quod quamuis omnia sint nuda & aperta coram oculis Dei, vt ait Apos. tamen specialia multa dicitur scire & cognoscere, scilicet nostram ambitionem & superbiam, nostram fragilitatem & miseriam, nostram asperitatem & pœnitentiam, cordis iniquitatem & malitiam, iustorum humilitatem & innocentiam, nostram in aduersitate patientiam. primo cognoscit nostram ambitionem & superbiam, sed à longe, iuxta illud Psal. Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit, quia scilicet humilia respicit oculo misericordiæ. Si autem aliqui sint superbi, non eum latent, sed à longe cognoscuntur ab eo, quia per gratiam non est cũ illis. Secundo scit fragilitatem nostram quæ ipsum inclinat ad nobis compatiendum, iuxta illud Psal. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, idest infirmitatem nostram. Nouit enim quod fecit, quomodo dilapsum sit, & quomodo reficiendum sit. Tertio scit nostram in aduersis humilitatem & pœnitentiam, quam nobis inspirat vt à peccato surgamus, & hoc est quod ait Propheta, tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionem meam, quam scilicet tu donasti. Sedent humiles in patientia, surgunt erecti in spem vitæ æternæ: item sedent contitentes peccata sua, surgunt iustificati gratia Dei Quarto agnoscit iniquitatem cordis & malitiam: aliter enim illam iuste iudicare non posset, iuxta illud Psal. nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Vnde Hie. prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda &c. Quinto cognoscit iustorum puritatem, aliter enim iuste bona præmiari non posset, iuxta illud, ego cognosco oues meas. Sexto cognoscit nostrã in aduersitate patientiam vt scilicet ipsam remuneret, iuxta illud Psal. Nouit dominus viam immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Sed isti pharisæi hæc non considerantes, idcirco iniquas inibant cogitationes, vt & Lazarum interficerent. Sic sæpe nos etiam inique cogitamus, cum hanc considerationem non ineamus.

*Cogitauerunt principes.* Quicquid pudet dicere, pudere debet & cogitare: vtilissimum quidẽ est, vt sancti tradunt doctores, vt assuescat animus peruigili semper & solicita custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum vel probare, vel reprobare quod cogitat, vt vel bonas cogitationes alat, vel statim malas extinguat. Hinc namque fons est boni, vel origo

*Heb. 4.* *Psal. 138.* B *Psal. 102.* *Psal. 138.* C *Psal. 43.* *Hie. 17.* *Ioan. 10.* D *Psal. 36.* *August. li. 4. contra Iæu. hæc. in epi. ad Deme.*

origo peccandi,& ibi maxime obseruare oportet peccatum vbi nasci solet,statimq; ad primam tentationis faciem,& malum ante quam crescat restinguere,dum adhuc est in cogitatione. In illa quidem cogitatione peccatum,quæ suggestioni consensum mentis dedit,quæ malũ suum blande fouet,quæ in factũ gestit irrumpere:& quãuis ex aliqua impedita causa non impleat voluntatem,nihilominus actione criminis condẽnatur à domino vt illud in Euang. legimus,qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam,iam mæchatus est eam in corde suo. Ad peccatum quidẽ quod opere perpetratur nequaquam peruenies, si incentiua vitiorũ statim in mẽte iugulabis,& paruulos Babylonis statim allides ad petrã,in qua serpentis vestigia non reperiũtur, & caute domino promittes, si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Tunc ad perfectionis summã pertingimus, inquit Greg. cum sic exteriora vitia vincimus,vt cogitationes superfluas á mentes resecemus:nam tanto longius mens à necessarijs cessat,quanto inania latius cogitat. Magno ergo studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt,etsi amputari funditus à te nõ valebunt,nã semper caro superflua generat,quæ semper spiritus ferro solicitudinis rescindat,electorũ quidẽ mẽtes si quas in se carnales cogitationes inueniunt,pœnitentiæ ardore cõsumunt,nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt,quia semetipsos iudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum.

*Voluntas pro facto reputatur* *Mat. 5.* *Psal. 136.* Pro. 30. *Psal. 18.* *D. Grego.* *Cogitationes superfluas amputemus.*

*Cogitauerunt principes sacerdotum vt & Lazarũ interficerent.* Vide quã crudeles essent isti principes sacerdotum cũ tamẽ nil sit in principe perniciosius crudelitate,nihilq. abiectius, cõtra vero nil vtilius clementia,& nil præstantius. Vnde Sapi. ait,in hilaritate vultus regis,vita, & clementia quasi imber serotinus hoc est quasi pluuia desiderata,terrã nutriens,vt pulchros atq. vberes ferat fructus. De crudelitate porro ita habet Hier. cuius sententia est inter sacros canones relata: crudelitas est animi atrocitas & immanitas,legi naturæ quã sequi debemus inimica: hæc nec sanguine expletur,nec est vlla calamitate saciata, sed omnẽ repellens humanitatem,spumat ex ore scelus, & anhelat ex intimo pectore sæuitiam:cõtra vero clemẽtia est animi lenitas & benignitas,hominum naturæ consentanea,per quam animus temere in odiũ alicuius inuectione cõcitatus,comitate retinetur. Ita antiqui pietatẽ venerabantur,vt ei templum dedicarent. Et quãuis clemẽtia cõueniat omnibus, maxime tamẽ principi,vt ait Seneca,cuius est admirabile ornamentũ:nã crudelitas

*Pin. in Dan. 7.* *Prou. 16.* *D. Hiero. epi. ad Ripa. & habetur. 23. q. 8. c. legimus.* *Sene. li. de clemen.*

A tas parit odiũ, dissidiũ, & interitũ, clementia autẽ beneuolẽtiã, concordiã, & perpetuitatẽ. Et quemadmodum non debet sumere cytharã, qui nec canendi nec pulsandi peritus sit: ita nec debet Rẽp. gubernãdã suscipere, nisi qui sit prudẽtia præditus: hæc enim cum docebit, consilia crudelitatem suadentia, repudiare, & ea quæ clementiam persuadent amplecti. *Simile.*

*Vt Lazarum interficerent.* Non poterant Christũ dominũ occidere, & propterea cogitauerunt occidere Lazarũ. Sic Saul cũ Dauidẽ cõprehendere non posset, occidendũ curauit Achimelec, & alios sacerdotes Homicidium quidẽ vehementer deo displicet, vnde vide quomodo punierit ipsum Cain, etsi adhuc scripta lege non prohiberetur. Volens insuper Deus ostendere quantũ sibi homicidiũ displiceat, illud etiã inhibuit sub hoc velamine, cũ prohibuit, ne carnes cũ sanguine ederẽtur. Adeo etiam homicidiũ Deo displicuit semper, vt noluerit Dauidem qui homicida fuerat, sibi templum ædificare. *1. Reg. 22.* B *Gen. 4.* *Leui. 9.* *1. Par. 22.*

*Vt Lazarum interficerent.* Hi quidẽ sunt pestilentissimi fructus quos ira & furor producit. Vnde Sene. inquit: ira nil habet vtile, nec acuit animũ ad res bellicas, nunquam enim virtus vitio iuuanda est. Cęterũ ira necessaria est inquit Arist. interdũ, sed non vt ea vtamur ad crudelitatẽ, neq ea vtamur duce, sed vt milite. Et ita videtur sententiã Senecæ interprætari. Verũ Seneca suum prosequens institutũ inquit, quod si rationi paret, iã non videtur censenda ira, sed alio nomine appellanda videtur. Itẽ hic inquit erit vtilis miles qui scit parere consilio: absit hoc à virtute malũ vt vnquã ratio ad vitia cõfugiat. Quare inquit, ira vel parua vel magna non videtur bona, nã non est bonum quod incremento inquit, malum fit. Sed Arist. inquit etiã vtilẽ esse iram, quia pugnatiores facit: contra quod insurgens Sene. inquit, quod isto modo etiam ebrietas videretur vtilis, quæ facit audaces, & furor etiam validiorem videtur reddere. Porro quod aliorum vitia non sint cum ira castiganda, Socrates exemplo suo docuisse videtur, qui seruo suo dixit: cęderẽ te, nisi irascerer. Cuius quæso erit temperatus affectus inquit, cum Socrates non sit ausus se iræ committere? Ergo vt optime quis alios corrigat, non debet cum ira procedere. *Sen. lib. 1. de ira ad Nou. c. 9. 10. 13. & 15* C *Pugna inter Sen. & Arist.* D *Exemp.*

Porro idẽ Sen de hoc instituto etiã alibi loquens, inquit: cura ab illorũ cauere cõsortio, quos nosti eo præditos ingenio, vt tuã prouocẽt irã, & conuersare cũ hominibus mãsuetis, benignis, & pacificis, atq. modestis, ne sint adulatores. Hi enim quoque ambitione ipsa tibi nocere, & incommodare possent. *Sen. lib. 3. de ira. c. 8* *Iracundos declinemus.*

Non

Non vis esse iracundus? ne sis nimis curiosus, circa ea præsertim quæ tibi detrahunt, & quæ detractores de te murmurant. Qui enim inuestigat curiose nimis quid de se dictum sit, atque omnia discutere vult & per scrutari, facile ira incandescet, & in bilem atque iracundiam despumabit, & se inquietum valde quidem reddet. Mille sane exquirere debemus modos vt ab his declinemus, & iniurias nobis illatas non vlciscamur. Sapientissimum quidem Socratē philosophum olim Colapho percussum, dixisse hæc dumtaxat ferunt, quod molestum esset vt homines nescirent quando cum galea sibi procedendum esset. Recordare obsecro quot mala patrata fuerint olim à tyrannis & iratis hominibus: nam quosdam quidem dilaniabant, alios pugione confodiebant, alios leonibus deuorandos tradebant, cum tamē aliqui ex his essent sibi amici, & nihil tale meriti essent. Alios etiam abscisis primum auribus & naribus punierunt, mostruosa ira etiam res monstruosas efficiente: alios fractis cruribus, oculis erutis, abscisis & truncatis manibus, & sic paulatim mēbris singulis, interemerunt. Sed quid? contumeliam tibi facit aliquis & iniuriam? Diogenem saltem imitare: cui de ira disserēti cum adolescens quidam inspuisset, tulit hoc leuiter & sapienter, non quidem inquit irascor, sed dubito an irasci oportet: Cato noster melius: cui cum causam agenti, in frontem mediam quantum poterat, attracta pingui saliua, Lētulus inspuisset, ille patrum nostrorum memoria factiosus & impotens, abstersit faciem, & affirmabo inquit omnibus lentule, falli eos qui te negant os habere.

*Socrat. exem.* E F

*Crudeles quanta in currant absurda.*

*Exeē. Dio* G

*Exemp. Cato.*

Porro isti Iudæi inducere non valentes Lazarum vt taceret tātum tamque mirabile beneficium, ipsum interficere cogitabāt, grauissima flagrantes ira. Proprium est siquidem impiorum, & antiqua est eorū consuetudo, bonos ad suos prauos mores vel le inducere: & quidem si consentire ipsis renuunt, statim eos odio prosequuntur. Attende enim quam vehementer iratus est Balaac contra Balaam, quia noluit maledicere populo Dei Vide magistratus Holophernis quam fuerint indignati aduersus ipsum Achior, quod noluerit in aliorum venire sententiam, vt statim Bethuliam expugnarent, & ipsum occidere etiam voluerunt. Considera præterea Achab, quia obtinere non potuit ab ipso Naboth vt sibi vineam venderet, quantopere fuerit indignatus. Vide quanto fuit furore repletus Holophernes, quia inducere nequiuit Hebræos, vt suo statim parerent imperio. Itē quam graui ira succensus fuerit Nabuchodonosor, quia indu-

*Autor.* *Mali alios vellet esse in ilos.* H

*Num. 24.*

*Iudith 3.*

*3. Reg. 21.*

*Iudith 5.*

A cere nequiuit pueros vt statuam adorarent. Quanta etiam fuit ira inflammatus Aman contra Mardochæum, quia se nollet adorare. Attende quanto furore exarserunt Antiochus & ministri eius, in illos laudabiles Machabæos, cum mirabili matre, adeo vt varijs tormentis in ipsos debaccharetur, tum etiam in venerabilem illum senem Eleazarum, quod porcinas edere carnes recusaret. *Vt Lazarum interficerent.* Cum autem ad sorores itum esset, vt condolerent de Lazaro mortuo, ecce iam subito mutata voluntate, nouam Lazari vitam ad perdendum quærunt: non igitur nouerant peruersi isti homines, veram atque inuiolatam conseruare amicitiam Et tamen non videtur difficile amicitiam cum bonis conseruare: non enim est mirabile si ex delicatissimo auro, pretiosum quoque exprimatur numisma: mirabile vero esset si ex plumbo gemmam præclaram efficeres: ita ex bonis bonum elicere non videtur difficile, ex malis vero bonum elicere, res est pretiosissima. Pari itaque ratione, ex inimico amicum facere, & ex crudeli reddere humanum atque clementem, & ex vitioso studiosum, res quidem est heroica. Quod si delictum est, inimico non benefacere, quanto quæso grauius erit istorum Iudæorum delictum, qui cum essent in dignitate constituti, & Reipub. moderatores, positique tanquam cæterorum exẽplar, incurrerent tamen in tam immane crudelitatis peccatum, vt propter odium quo Christum Dominum prosequebantur, ciuem beneficum & clarissimum vellent crudelissime quidem & impie interficere & trucidare?

*Dani. 3.*
*Esth. 3.*
*2. Ma. 7.*
*2. Ma. 6.*
*Quam variabiles sint mali.*
*Simile.*
B
*Bonũ elicere ex malo quã sit preciosum.*
C
*Prauũ eorũ qui pręsunt exemplũ, quantũ noceat.*

## SABBATHO POST DOMINICAM IN PASSIONE.

D

## CONCIO SECVNDA.

*Cogitationes malæ quam sint perniciosæ.*



COGITAVERVNT *principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.* Ioan. 12. Vide quam peruersas isti haberent cogitationes, cũm non incũberent in custodiam mentis suæ diligenter. Nam certe quemadmodum grassante peste, diligentes portis vrbium apponuntur custodes, qui diligenter examinent omnes venientes ad salubrem vrbem suam: sic etiam debemus nos diligenter exami-

*Simile.*
*Diligenter nos custodiamus a prauis cogitationibus.*

nare cogitationes omnes quæ menti nostræ appropinquant,& E
videre sint ne admittendæ,vel repellendæ:& noxias citius à no
bis excutiamus quam serpentem, vel ignem in sinu positum:
nulla siquidē est pestis quę ita corpora inficiat,ac prauæ cogita
tiones inficiūt animam. Sed proh dolor,multos videas qui po-
tius more istorum pharisæorum etiam pestilentes cogitationes
*Noxias cogitationes statim expellamus.* facile statim intromittūt. At ita quidē se nō Dauid gerebat cum
diceret: præuenerunt oculi mei ad te diluculo,vt meditarer elo
quia tua. Vide quæso quomodo sanctus Rex,etsi varijs distine
*Psal. 118.* retur regni curis, nihilominus tamen se exerceret in Dei elo- F
*Vigilemus vt Deo seruiamus.* quijs meditandis. Non igitur facile statim omnes admittamus
cogitationes,neq; omnibus vela demus volūtatis nostræ. Quā
doquidem nauta non omni vento permittit vela, sed illi quem
*Simile.* nouit fauorabilem & vtilem. Sic ergo nos in cogitationibus
*Sap. 5.* nostris nos geramus. Vnde Sap. 5. dicitur, transierunt omnia tā
*Iob. 9.* quam nauis quæ pertransijt fluctuantem aquam, cuius cum præ
*Cogitationes nostras examinemus.* terierit,non est vestigium inuenire. Et Iob ait, dies mei pertrā
sierunt quasi naues poma portantes. Sic etiam boni odorem bo
næ famæ dare debent quocumque pertransierint, atque debent
diligenter cogitationes suas examinare,num cęlestem patriam G
spirent,& conformes sint mandatis legis Dei. Vnde Dauid di
*Psal. 142.* cebat, spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā, hoc est
in patriam cœlestem, vbi summa est rectitudo. Quamobrem
pugnemus viriliter contra prauas cogitationes,& eas à nobis
expellamus,ex hac enim pugna,quamuis sæpe recursent, si eas
*Cogitationes noxias statim pellamus.* semper propulerimus,meritorum vberrimam segetem compa
rabimus. Vnde de his qui in hac re negligentes sunt ait Apos.
euanuerunt in cogitationibus suis tales ergo vanas cogitatio-
nes statim pellamus,sicut abigebat Abraham molestas aues ad
*Rom. 1.* sacrificium venientes. Bonas autem foueamus & nutriamus co H
*Gen. 15.* gitationes: in cuius rei figurā Nazaręi oblongos conseruabāt
*Iudic. 16.* capillos,& quoniam tales abscissi fuerunt ipsi Samsoni, vide
in quantas deuenerit calamitates: sic ergo nititur dęmon nobis
*Cogitationes vanæ plurimum nocent.* præscindere bonarum cogitationum capillos,vt ita tāquam Da
lila,nos in manus tradat inimicorum: tum etiam pro salutari-
bus cogitationibus,nobis vanas & inutiles suggerit cogitatio
nes. Vnde Iob dicebat, cogitationes meæ dissipatæ sunt tor-
*Iob. 17.* quentes cor meum. Et Gen. 6. dicitur, videns autem Deus quod
*Gen. 6.* multa malitia hominum esset in terra,& cuncta cogitatio cor-
*Simile.* dis intenta esset ad malum &c. Et certe quemadmodum nemo
in stabulo regis palatium extruere potest,nisi stabulo prius di-
ruto

A ruto & demolito:ita qui pectus suum immundarum cogitationum stabulum fecerit, illud in Dei templum erigere nequaquã poterit, nisi stabulo prius deiecto, ferisq; omnibus ab eo exturbatis hoc est immundis cogitationibus: quod quidem assiduo labore & contentione præstare debemus: siquidem cęlestem & supernaturalem vitam, sine labore & certamine comparare non possumus, cum tota vis inueteratæ consuetudinis superanda, & peccati regnum excidẽdum sit Vt enim supra naturam assurgamus, natura prius subijcienda & calcanda est, cuius vires potẽ-B tissimæ sunt: in hoc ergo labore & certamine nos exercere debemus, si supernaturalẽ & cęlestẽ beatitudinẽ volumus adipisci

*In immunda mẽte renuit Deus habitare.*

*Laborandũ nobis est vt cæle stem traducamus vitam & deamus.*

Quemadmodũ quãdo ærugo vel alius vermis plantas subierit, eas deuastare solet: sic etiam vbi peruersæ cogitationes mentem occupauerint, eam deuastant atq. disperdunt. Sunt quidem vanæ cogitationes, nuntij quidam dæmonis, & quamuis videantur leues admodum, magnorum tamen incõmodorum seminaria interdum sunt, cum fenestram patefaciant & aditum ad maiora incõmoda, quasi furunculi qui de nocte occultantur in domibus ad valuas aperiendas maioribus furibus. Quare sicut so-C les circunducere agrũ tuum, vel domum tuam, ne ab aliquo lædatur, ita debes cor tuum custodire perdiligenter, non consentiendo vanis & peruersis cogitationibus, ne animam tuam perimant. Et quemadmodum arcam vigilanter custodis, vbi pecuniam tuam asseruas: ita cor tuum vbi thesaurũ vniuersum asseruas custodire sedulo debes. Vnde Sap ait, omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Cæterum obserua etiam, istas vanas cogitationes in alijs magis quam in alijs reperiri: sicut muscarum multitudo ad leprosos magis confluit quam ad sanos: ita vanæ cogitationes magis videntur in sceleratis reperi-D riri & otiosis viris, quã in viris iustis & honeste occupatis. Vnde Glo. explicans verba illa, Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, ait: diabolus exijt ab homine cum in baptismo pompis illius homo renunciauit, quẽ deserens, ambulat per loca inaquosa, quia corda sanctorum ab omni mollitie fluxarum cogitationum, & humore libidinis, immunia, callidus tentator explorat, quærens requiem, & nõ inuenit: quia qui in priuatis cogitationibus & actibus pascitur, in mentibus fidelium omnia sua tentamenta cessare perpendit.

*Simile.*
*Cogitationes malæ quantum noceant.*
*Similia.*
*Simile.*
*Simile.*
*Pro. 4.*
*Simile.*
*Gl. ord. in Lu. 11.*
*Corda conseruemus munda.*

Ex fonte quidem dulci manans aqua, suam refert originẽ, & dulcis est, ex fonte vero amaro & turbido, nõ potest vnda suauis profluere: atqui animus hominis, vt fons est, ita intra se

*Simile.*

concipit, iugiter scaturiens, qui si beneuolus fuerit, & synce- E
*Cyr. in Io.* ro affectus amore, talia etiam sensa & cogitata expromet, vt
*lib. 5. c. 23.* ait Cyr. sin vero maleuolentiæ veneno labefactatus, aut inuidiæ tabe fuerit corruptus, nil rectum, nihil amicum, nihil denique benignum meditabitur, sed obliqua sinistraque cogitatione quæcumque media interpretabitur. Tales vtique erant
*Benignus animus salutares promit cogitationes.* isti pharisæi, qui Lazarum interficere voluerunt. Quamobrem noxias cogitationes statim pellamus, & in bonis potius commoremur: nam quemadmodum ignis in aquam coniectus statim extinguitur: ita peruersa cogitatio in optimam conuersa, siue etiam ei adhærens, statim destruitur. F

*Simile.* *Simile.* *Simile.* Exo. 11. & 12.

Aliter enim, sicut vipera à suis natis veneno inficitur, ita peruersæ cogitationes mentem ipsam inficient à qua procreantur & gignuntur. Et quemadmodum Pharao nunquam concessit liberam omnino abeundi facultatem hebræis, donec tandem primogeniti omnes interierunt: ita dæmon nunquam nos soluere vult, nisi prius in nobis intereant & perimantur primogenita, nempe cogitationes malæ, quæ corda nostra occupant, & in eis principes sedes occupant.

G

*Ira quanta sæpe generet incommoda.*

*Vtet Lazarum interficerent.* Ira quidem indomita & effrænata, parere solet homicidia, & propterea statim nascens ex-
*Simile.* tinguenda est. Nam sicut exigua flumina si extra alueum suum fluant, nocumenta multa generant: sic iracundi si cœperint ira flagrare, magnas excitant tragædias, & incommoda multa adferunt: ac propterea procul ab ipsis fugere debemus.

*Iosue. 8.* Nam sicut vt caperetur vrbs illa Hay, quæ confusionem notat, hoc artificio vsi sunt vt ab ea fugerent; sic etiam vt iracun- H
dos vincamus, debemus procul ab ipsis fugere. Sane Dauid
*Psal. 3.* magno sibi ducebat honori, quod filium suum Absalon fugisset, & quod Semei nō vindicasset, sed Deo potius vindictam
*2. Re. 15.* remisisset. Vnde dicebat, tu autem susceptor meus es. Item,
*2. Reg. 16.* tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. Sic ergo tu
*Iracundos declinemus.* facere debes, & vindictam Deo remittere, atque iracundiam declinare. Considera obsecro quanto furore plenus esset & iracūdia, Saul cum persequeretur Dauidem cum suo exercitu. Vnde
*1 Reg. 24. & 26.* præclare quidē Athenodorus philosophus Octauiani præceptor, cōsuluit ipsi, ne quidquam faceret dū esset iratus, donec to-
*Athen.* tū Alphabetū Græcū percurrisset. Itē Amb. legem persuasit ab

impera-

A imperatore Theodosio sanciri, ne sentētiam capitis executioni mandaret ante trigesimū. Dauid etiā dicebat, turbatus sum & non sum locutus, Non ita se gerebant isti pontifices & pharisæi, sed potius Lazarum præ iracundia interficere voluerunt. Sic etiam Hannibalem aiunt dixisse, cum fossam humano sanguine plenam vidisset, ô formosum spectaculum! Alius quoq; tyrannus cum vno die triginta homines interfecisset, tunc gaudens inter cadauera vultu superbo, grece proclamauit, ô rem regiam, vt refert Sen. Quemadmodum fur ad furandum noctem B quandam obscurissimam & densissimis circunfusam tenebris deligit: & lupus turbulentum expectat tempus quo gregē inuadat: item piscator fluuium quærit turbidum ad rete tendendū. Ita dæmon rapacissimus prędo, voracissimus lupus, astutus piscator, iracundiæ expectat turbinem, imo ipsa iracundia quantum in se est, animum cuiusq; conturbat, qua tandem interueniente, alia atque alia suggerit mala, & in mille præcipitia iracundos homines conijcit. Quemadmodum si fera aliqua interiores machinas luxatas habeat & conturbatas, neque apertilis est, neque facilis vt claudatur: ita certe si præ iracundia interius C animus ipse conturbetur, neq. facilis est ad ea quæ rationi consentanea sunt percipienda, neq. ad verum ipsum discernendum.

*Ambro. Theodo. Psal. 76. Hanni. Sen. lib. 2. de ira. c. 5. Simile. Iracundiā solet dęmō facilius intricare. Simile.*

Sane ex eo quod quis non refrænet iracundiam, oriuntur cōtumeliæ, iniuriæ, & denique homicidia: etenim ira vt ait Chry. est tanquam equus quidam effrænatus, pertrahens nos ad maxima quæque discrimina & scelera. Idem etiā alibi ait, est quidem ira tam execrabile scelus, vt neque blandis verbis, neque etiam prodigijs aliquando mitigetur. Qui Stephanum lapidabant, tanta erant cæci ira, vt quamuis audirent eum rogantem pro D eisdem, & viderent eius faciem tanquam faciem angeli, non tamen iracundiam refrænabant. Per Isa quidem dominus vehementes huiusmodi passiones ebrietati comparat, cum totam humanæ rationis lucem obscurent: sic enim ait, audi hęc paupercula & ebria non à vino. Quibus verbis facile ostendit duplicem esse hominis ebrietatem. Salomon etiam ait, per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: quod quartum esse ait, ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Quid est autem ancillam dominæ suæ hæredem fieri, & locum eius occupare, nisi iram, cupiditatem, & carnem, quæ naturæ iure ancillæ esse, & rationi obsequi deberent, tyrannidem aduersus dominam exercere, eiusque dignitatem & regendi munus vsurpare

*Chry. in Io. ho. 25. Chryso. in Acta. ho. 17. Acto. 6. & 7. Isa. 51. Prou. 3. Cice. li. 1. de fin.*

Simile. pare? Sicut ciuitas in seditione, vt ait Cicero, non potest esse beata, nec in discordia dominorum domus: sic animus à seipso dissidens, secumque discordans, nullam gustare partem liquidæ voluptatis & liberæ potest. Cæterum non effusos esse oportet impetus nostros, sed temperatos & obedientes: nam gladiatores quidem iracūdos, ira denudat. Iracundi & præcipites victoriam belli perdunt, quam obtinent moderati, sedati, & patientes. Quis enim Numantiam expugnauit, sic adeo vt ciues sibi etiam mortem consciscerent, nisi patientia Scipionis? Vt refert Augusti. Liuius, Polybi Sene & alij. Sed quare ignominiam existimas fugere ab homine iracundo & furioso, qui vix differt à feris animantibus? Sane quando feruet olla, & ius totum effunditur, præsens est remedium si à prunis eam abstuleris: sic furiosis hominibus ne debacchentur, auferre debes & subtrahere præsentiam tuam. Vnde & Sap. ait, honor est homini, qui separat se à contentionibus. Sic Iacob fugit à præsentia Esau, & Moyses ab Aegyptio, Dauid à Saule, Elias à Iezabel, & Paulus Damasci submissus est in sporta: interim tamen non defuit eis refugium & consolatio diuina: nam Iacob inuenit sibi in domo Iacob refugium: Moyses eodem modo socerum inuenit principem & ditissimum, Dauid regnum, Elias angelum, & Paulus diuinas consolationes.

*Aug. lib. 3 ciuit. Dei c. 20.* *Liui. li. 21* *Poli. li. 3. hist.* *Sen. lib. 1. de ira. c. 11* *Simile.* *Pro 20.* *Gen. 28.* *Exod. 12.* *1. Reg. 27.* *3. Reg. 19.* *Acto. 9.*

Porro Aristot. ait, quod quemadmodum fumus oculis incommodat & aspectum ita conturbat, vt nec facultas nobis fiat videndi etiam quæ ante pedes sunt: ita oborta ira suffunditur rationi caligo quædam & conturbatio. Quæ autem orationis vis satis explicare queat, in quanta propter iram incidant homines delyramenta? Videas enim quod iracundi interdum non solum contra homines indignentur, sed etiam contra pluuiam, ventos, montes, iumenta, agros, statim leuiuscula aliqua occasione oblata. Quis non vel rideat, vel miretur Xerxis, Cyrique Persarum regum insanias, quas nisi grauissimi autores, vt Plutar. & Senec. commemorarent, vix alicui credibiles viderentur? Xerxes enim aduersus Athonem indignatus, epistolam in hæc verba conscripsit: Athon infelix, ad cœlum vsque porrecte, ne meis operibus facias tuos lapides magnos, & ad elaborandum difficiles, alioqui cōcussum te proijciā in mare. Sed hoc ridiculum magis, quodque insani hominis dementiam arguat, inanem potentiam suam ostendentis.

*Aristo.* *Simile.* *Ira rationem impedit.* *Xerxes.* *Cyrus.* *Pluta.* *Sene.* *Exēp. per uersum.*

Hic autem monti, Cyrus vero fluuio indignatus est. Nam cum

A cum Babylonem, vt Seneca refert, oppugnaturus, festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, riuum quendam late fusum natando transire tentauit, qui cum sibi & rebus suis molestiam videretur exhibere, iracundia percitus rex iurauit eo se amnem ipsum redacturum, vt transiri facile & calcari etiam à fœminis posset: atque ita paulo post totum exercitum in hac re occupauit, adeo vt 180. canalibus fluuium diuiserit in 360. riuos & ita alueum fluminis copiosi prorsus exinaniuerit. Perijt autẽ tunc in ea re militum ardor, quem talis labor fregit: & occasio etiam perijt aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti, cum flumine gerit. Porro ex omnibus quidem malis quæ secum iracundia ipsa adfert, grauissimum & pestilentissimum est feritas, immanitas, & truculentia, atque insatiabilis quædam humani sanguinis effundendi sitis: quo nomine non modo tygrides, pantheras, & serpentes superat, sed ipsas etiam inferorũ furias æquare videtur.

*Sen. lib. 3. de ira.*

*Iracundi aliquando in quantā deueniant insaniā.*

B

*Ira peior fera & sanior.*

C

### *Reprehensiones patienter non audiunt mali.*

*Quia multi propter eum abibant ex* Iudeis, *& credebant in Iesum.* Tanto quidem isti odio furebant contra Christum, quod eorum vitia reprehenderet, vt ea causa non ipsum tantum, sed etiã Lazarum vellẽt interficere. Nihil peius mihi crede, ait grauis quidam autor, quãodisse ad mortẽ scelerum reprehensores. Quid enim in infirmo magis infirmum, aut peius, quam medici necem inquirere, qui quærit ipsum sanare? Contra hos quidem per Amos prophetam dicitur,

D odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt.

*Sim. de Ca. lib. 3. c. 2.*

*Simile.*

*Amos. 5.*

Habet hoc proprium anima deprauata, vt intestino quodam odio oderit eum, qui suis necessarijs placitis, obicem conatur opponere. Perniciosa libertate gaudere exoptat, & neminem sui sceleris vellet esse videntem. Nam vt Chry. ait, furi lux inimica est, & molestus est iustus peccantibus, non enim ferunt huius radios, sicut nec solis iubar, qui oculorum morbo tenentur. In libr. quidem Sapien. dicunt impij de viro iusto, grauis est nobis etiam ad videndum, causaque huius odij subditur, quoniam dissimilis est alijs vita eius. Hæc autem dissimilitudo sane quidem ipsa impie-

*Similia.*

*Chry. in. 2. Cor. ho. 28 tom. 4.*

*Sap. 2.*

*Simile.*

tatem impiorum maxime detegit & declarat. Sicut enim recta linea iuxta obliquam posita, obliquitatem eius apertius ostendit, ita puritas & rectitudo bonorum, facile malorum turpitudinem & prauitatem oculis spectandam proponit. Qua ex re acerbum illorum odium impius concipit. Vnde concludũt, circunueniamus iustum, contrarius enim est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis & diffamat in nos peccata disciplinæ. Sed quid mirum est spirituales homines à carnalibus infestari, cum caro ipsa, spiritum cui alligata est, quem plusquam germana charitate diligit, à quo & vitam, & decorem, atque vigorem omnem recipit, mortiferis cupiditatibus perpetuo infestare non cesset? Si igitur in vna eademque persona, adeo acriter & hostiliter caro aduersus spiritum pugnat, quid futurum putamus inter duas personas, quarum altera spiritus legem, altera motus omnes & impetus carnis pro lege habet?

*Sap. 2.* *Gal. 5.* *Simile.* E F

*Simile.* *Chry. in nõ abs. ho. 19.*

Quemadmodum spina ipsa quacumque parte eam conspexeris, aculeos quosdam habet: sic & seruus diaboli inquit Chry. ex quacumque parte consideraueris, iniquitate plenus est: si loquitur, in dolo loquitur: si cogitat, male cogitat: si tacet, male tacet: si irascitur, insanit: si patienter agit, tempus expectat nocendi & opportunitatem expectat quando noceat magis: si male agit, non erubescit: si benefacit, ad inanem gloriam propter homines facit. Sed quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus est? Nituntur mali eijcere bonos ex grege suo: nec considerant quod imo ipsi boni maius recipiant detrimentum & ignominiam quod ipsis cohabitent. G

*Tre. in. 1. Cor. 4.* *Exemp.* *Boni plurimũ ornant rempu.* *1. Cor. 4.* *Boni à mũdo contemnuntur.*

Cum aliquando sapiens quidam vir reprehenderet tyrannum, iratus tyrannus relegauit sapientem ipsum in exilium. Cum autem ipsum exulantem forte inuenisset aliquando amicus, dixit ei, num priuatus es patria tua? Minime inquit sapiẽs, imo ipsi priuati sunt præsentia mea. Et tamen vt ait Aposto. ipsi boni facti sunt omnium peripsema, quamuis ita ornent rempub. Quasi diceret, cum cæteras sordes etsi alij reijciant, tamen alij eas assumant vel ad agros stercorandos: nos tamen adeo sumus quidem odiosi mundo, vt nullus sit qui velit nos recipere, sed potius magna cum contentione nos omnes pedibus prope proterunt & calcant: & cum nullus sit adeo pauper qui fautorem aliquem non habeat, nos tamen ab omnibus contemnimur. Certe simulatque secum quis statuit Deo se totũ tradere, statim contra eum profecto insurgunt, & excitan- H

A excitantur hinc inde variæ tẽpestates. Vnde Draco ille qui cauda sua destruxit tertiam partem stellarum, significat eos qui conãtur obscurare præclara facta proborum. Holophernes etiam dicebat, ego numquam nocui viro qui seruire voluit Nabuchodonosor: sic dæmon repugnantibus aduersatur, & parẽtes sibi deserit. Sunt qui vitam sibi acerbã ducunt nisi alijs perniciẽ machinentur: vt ignis facula tandiu viuit, quandiu ceram consumit, consumpta vero cera statim extinguitur: sic tota pestilentissimorum hominum vita in aliorum calamitate consistere videtur: hæc est eorum lætitia, nempe aliorum mæror, de quibus in Pro. dicitur, lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed væ illis, quoniam interitus quem alijs moliuntur, in eorum caput redundabit: nã qui in ruina lætatur alterius, vt ait Salomon, non erit impunitus.

*Apoc. 12.* *Iudith 11.* B *Simile.* *Pro. 2.* *Pro. 17.*

## SABBATHO POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO TERTIA.

C

*Corda deprauata, noxias generant cogitationes.*

COGITAVERVNT *principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.* Ioan. 12. Cogitationes quidem malæ & iustis & iniustis offeruntur, verum vt ait Greg. Hęc aliter aguntur à reprobis, aliter ab electis: illorum corda tentantur vt consentiant, istorum vero tentationes suscipiunt quidem, sed repugnant. Illorum mens delectabiliter capitur, etsi ad tempus quod male suggeritur displicet, sed post modum per deliberationem libet: isti vero sic tentationum iacula excipiunt, vt semper resistendo fatigantur: etsi quando vsque ad electionem tentata mens rapitur, ipsam tamẽ citius subreptionem suæ delectationis exterminãt, & forti cẽsura redarguunt quidquid intra se exurgere carnale deprehendũt. Magnam quidem solicitudinem adhibere debemus ad cogitationes nostras omnes diligentissime lustrandas, nam ex negligentia huius rei damna multa contingere solent. Vnde [inquit Ambr. exanimat enim mentem plerumque aut ira, aut dolor aut formido mortis, & improuiso percellit ictu: ideo pręuenire pulchrum est cogitatione, quæ vocando mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, sed iugo quodam rationis & habenis

*Greg. li. 3. mo. ca. 24* D *Cogitationes noxias viriliter resistũt serui Dei.* *Ambr. li. 3. offi. c. 12*

astricta mitescat. Et alibi inquit, vix enim in potestate nostra E
est cor nostrum, & nostræ cogitationes quæ improuiso offusæ,
Amb. lib. de fuga. secu. ca. 1. mentem omnem confundunt, atque alio trahunt quam' tu
proposueras, ad secularia reuocant, mundana ingerunt, ipso
que tempore quo eleuare mentem paramus, inanibus cogitatio
nibus plerumque ad terrena deijcimur. Quis autem tam beatus,
qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino
Cogitationes vanæ nos infestant. quomodo fieri potest? nullo profecto modo. Denique eadem
scriptura ad ijcit, beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensus
in corde eius: beatus plane, quem delectatio non reuocat, quem F
non inclinat voluptas, qui ad inferiora nõ respicit. Porro hoc
Psal. 83. est discrimen inter cor illud quod virtuti diligenter incumbit,
& illud quod vitio, vt ait Chry. quod quemadmodum in candi
da veste macula cito apparet: si autem nigra fuerit & sordida, nõ
Chry. in nõ abs. ho. 13. tom. 2. cito apparet: sic et cordi mundo si surreptio inimici succellerit, mox cor suũ rectus homo discernit quia spiritu alieno pul
satur: si autem cor fuerit iniquitatibus plenum, suggestionem
diaboli in se facile non inteliigit. Hinc Hie. ait, quomodo iuxta
Simile. Hier. epi. ad Princi. vir. qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit, & boni vel
mali odoris flatus indicium est: ita interioris hominis cogitatio G
nes verba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur. Est
quidem malorum cor velut commune quoddam diuersorium
Luc. 6. quod omne genus hominum, siue illi noti, siue ignoti, siue boni
Autor. Ecclesi. 2. siue mali sint admittit, nullum; enim delectum bonarum aut ma
larum cogitationum habet. Vnde Eccles. 2. omnia quæ deside-
Pro. 25. rauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cormeũ quin
Simile. omni voluptate frueretur. Sunt sicut vrbs patens, & absque mu
rorum ambitu, quæ facile ab hostibus inuaditur, vt ait Sapiẽs,
& tanquam vinea destructa maceria & sepe Quodsi qui diligen- H
ter & studiose se custodiunt, sæpe fædis imaginibus & cupidita
tibus infestantur: quid ergo hi patientur qui sine vllo discrimine cupiditatibus cunctis & impuris cogitationibus aditum præ-
bent? Quale hoc dedecus animę sit, vel hoc vno exemplo colligi
Simile. potest. Summum enim mulieris dedecus est, eo impudentiæ de
uenisse, vt in publico lupanari prostituta, omnibus sui copiam
faciat: sic ergo summa animæ nostræ ignominia erit, omnes re-
rum omnium cupiditates & cogitationes sine vllo delectu intra
se admittere: hoc est enim aperte meretricem illam agere, cui
Hie. 2. dominus per Hier. dicit, sub omni ligno frondoso prosterne-
Hie. 3. baris meretrix. Et rursum, leua in directum oculos tuos & vide
vbi nunc prostrata sis, in vijs sedebas &c. Et Ecclesi. ait, omnis
mulier

A mulier fornicaria, quasi stercus in via. Et sicut meretrix cum mares omnes admittat, nihilominus tamen sterilis & infæcunda manet: sic isti quamuis verbi Dei semen frequentissime recipiant, semper tamen in eadem sterilitate & infæcunditate perstant, nec vllum pietatis fructum germinant: quaquidē ex re colligere licet fratres, quantū puritati cordis incumbere, quantoque studio fores eius occludere, & qua celeritate omnes impuras cogitationes à nobis excutere debeamus. *Ecclesi. 9.* *Simile.*

B Porro explicans Chrysolo. verba illa, de corde exeunt cogitationes malę, inquit: quę spatia terrarum, quæ magnitudo vrbium, quæ latitudo regionum, tantos hostes ferre tot inimicos capere, tantas præualet sustinere nationes, quot vitia, quot delicta, quot crimina, capit hominis sensus, hominum corda patiuntur? ad vnam ouem pergit tota feritas bestiarum, quæ magis eo sæuiunt, quo se explere nequeunt. satiari non possunt vnius captione, voraci dente prædones, qui plus hinc ęstuant & tabescunt, quod rapere nequeunt & vorare: quod ad vnam columbam tot aquilę, tot milui, tot vultures, & tantarum currat congeries auium sordidarum. Hanc multitudinem senserat Propheta cum caneret, circūdederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meę, & non potui vt viderem. Tolerabile est cum hostis muros arietat extrinsecus, cum foris positus, cedit aliquando conflictui: cui vero est intus inimicus, cuius aduersarius in ipsis penetralibus iam desæuit, iste se intelligit & sentit oppressum, iste se & captiuum sentit & deplorat: iste suus expugnator & liberator esse non potest, alienum requirit auxilium. Quare ab his sordidus liberemur intrinsecus & mundemur, has nequitiarum gentes in nostris mentibus Christo propugnante vincamus: has delictorum bestias de nostris cordibus terrore dominici nominis effugemus. Si volumus, inquit Grego. vt is in nobis habitet qui fons est totius puritatis, cor nostrum diligēter mundare debemus, templum enim Dei pollutum esse non debet, iuxta illud Apostol. templum Dei sanctum est, quod estis vos. Sed quis gloriabitur quæso se satis mundum esse? Si enim propheta ille cuius labia angelus calculo mundauit, se pollutis labijs esse dixit, annō magis se ille pollutum cōfitebitur, qui peccatis innumeris animum deformauerit? Non ergo nos iactemus quod mundi simus, sed potius humiliter puritatem à domino imploremus, cum Propheta dicentes: cor mundū crea in me De', & spiritū rectum innoua in visceribus meis: *Pe. Chry. ser. 117.* *Mat. 15.* *Psal. 39.* *Simile.* *Gre. in Psal. 50. versū, cor mundum crea.* *1. Cor. 3.* *Simile.* *Psal. 50.*

C

D

Primum

primum autem dixit cormundum, & deinceps spiritum rectum quia sedes ipsa prius est præparanda, & radix per sananda, ne aliter tota arbor penitus corrūpatur. Bonus homo inquit Christus, de bono thesauro suo profert bona, & malus homo de malo thesauro suo profert mala, inuocemus autem post modū spiritum rectum & imploremus, atque prauos mores incandidos commutemus, iuxta illud Pau. renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est Item Isa. ait, auferte malum cogitationum vestrarum. Demus ergo operam vt omnem animi cogitationem puram, integramque seruemus. Aquila quidē pullos quos habet innido, aduersus solem ponit, & eos qui non valent solem intueri, è nido tanquam spurios reijcit: sic nos paruas adhuc cogitationes versus iustitiæ solē dirigamus, vt ad eum oculos leuantes, eū autorem atque dominū cognoscant: eas vero quæ Deum intueri noluerint, tanquā illegitimas ab animę nidopellamus: & propterea debemus eas paruulas ad petram hoc est Christum allidere, iuxta illud Prophetæ, beatus qui allidit paruulos suos ad petram. Cæterum cum corporis nostri membra, animæ instrumēta sint, cum his operatur, vt inquit Plato, consequens est vt operum dignitas, vel indignitas, non tam instrumentorum cōditioni, quam artificis respondere debeat. Hinc videre licet duos eiusdem artis opifices eisdem instrumentis operantes, quorū tamen alter absolutissimum alter imperfectissimū opus edat. Cuius rei causa nō in instrumēta quę vtrobique eadē sunt, sed in artificis peritiā vel imperitiam referenda est. Sic igitur euenire potest vt idem opus homines moliantur, quorum alterum Deo gratum, alterum ingratum, ob dissimilem cordis intentionem existat. Dauid populum exanimi elatione numerari iussit, Moyses ex domini imperio: ille ergo merito à domino accusatur, hic vero iure laudatur, itaque non tam opera nostra, quam operū mentem ac veluti animam spectare debemus, vt rectum de his iudicium faciamus: & propterea diligenter quidem cogitatiōes nostras examinare debemus: quod cum non fecerint isti Pharisæi, idcirco turpissime quidem lapsi sunt.

*Mat. 12.* *Ephe. 4.* *Isa. 1.* *Autor.* *Simile.* *Aquila natura.* *Psal. 136.* *Pla. sub Socratis persona aduersus Alcibi. disputans.* *dissimile.* *1. Par. 21.* *Num. 1.*

E F G H

*Iræ quam sit perniciosa.*

*Ira multos excæcat.*

*Vt Lazarum interficerent* Vide quales effectus in horum animis ira ipsa qua excęcabantur, generaret. Plato quidem interrogatus quo indicio cognosceretur Sapiens, respondit, vt inquit Laer.

A Laer. Sapiens cum vituperatur, non irascitur, cum laudatur, non extollitur. Idem etiam cum iratus seruum castigare vellet, & forte interueniret Xenocrates, flagella inquit tu huc puerum, quoniã ego irascor: sibi diffisus est homo Philosophus sentiẽs animi commotionem, at vulgus hominum tum maxime punit, cum irascitur. Athenodori quoque saluberrimum cõsiliũ quod Plutar. refert, præterire non possum: cum is igitur causatione senectutis flagitaret vt sibi liceret redire domum, Augustus cõcessit; at cum ille Cæsari dixisset vale, volens aliquod monumẽtum dignum in Philosopho apud illũ deponere, adiecit, Cæsar cũ B fueris iratus, ne quid dixeris, feceris ve, priusquam grecarum literarum viginti quatuor nomina apud te recensueris. At sanctissimus Ambr. hac tam breui mora ad irę sæuitiam atque furorẽ sedandum minime contentus, multo longius spatium post latam capitis sententiam, ad eam exequendam Theodosio imperatori pænitentiæ nomine indixit, propter illam crudelitatem quam in Thessalonia exercuerat, videlicet ne talis aliqua sententia ante triginta dies executioni mandaretur: occiderat enim crudeliter septem millia hominum. Porro Plut. vitij huius deformitate in C alijs animaduersa, se in eius odium exarsisse testatur his verbis: & quidem: sicut Hippocrates ait, eũ morbum esse grauissimum, qui faciem ægrotantis quam maxime mutat in diuersum ita conspiciens alios ob iram sibi excidere maxime, ac vultum immutare, colorem, incessum, vocẽ in diuersum vertere, hinc veluti simaginem eius mali mihi fingebam admodum tetram, si quãdo tam formidabilis & commotus viderer amicis, vxori & liberis, nõ tãtum aspectu truci, & ad consuetudinem inamæno, verum etiam vocem emittens immitem & asperam. Idem etiã obseruaui cũ in alios familiares incidissem, qui neque mores, neque formam, ne D que sermonis gratiam, nec affabilitatẽ & comitatẽ in colloquio, præ ira seruare possent. Hinc D. Greg. ait, cuius menti iracundia confusionis tenebras incussit, huic Deus radium suę cogitationis abscondit. Idemque alibi, per iram inquit, spiritus sancti splẽdor excutitur, qui super humilem & quietũ requiescere dicitur: quia cum ira quietem subtrahit, suã spiritui sancto claudit habitationem, cuius recessu animus vacuus, ad apertam morum insaniam ducitur. Ex cuius verbis liquet, quanta cura, qui tota spiritum sanctũ mente conceperunt, omnes irę motus vitare debeãt: sicut fera bestia habens naturalem asperitatẽ, inquit Chry. si ab aliquo fuerit vulnerata, naturalem crudelitatem eius conduplicat ira doloris, & quasi cæca furore iam non aspicit vulnerantẽ, sed

Laer. in vi Pla.
Idem. li. 3.
Plutar.
Ira quomodo franan da.
D. Amb.
Exemp. mirabile.
Plu. li. de cohiben. ira.
Hipp. sententia.
D. Grego.
Ira quantum noceat.
Chry. in nã auſ. ho. 2. to. 2.
Simile.

sed quicumque ante oculos eius accurrerit siue homo, siue alte- E rum animal, quasi autorem vulneris sui dilaniat: sic isti quasi vulnerati tanto Lazari miraculo, Lazarum cogitarunt interficere.

*Plut.* Plutarchus affirmat, iram homicidio peiorem esse: homicida enim inquit, alium perire sine suo detrimento vult, at ira nō

*Ira cur a plu. peior homicidio iudicetur.* hoc conatur, ne quid ipsa patiatur mali, sed vt male etiā habeat, dum ipsa perdit alium. Quod si aliquando ea felicitas vt ipsi putāt, iratis contingat, vt illatis in alterum iniurijs aut cōtumelijs, furorem suum expleant, quam grauiter paulo post patratum scelus, cum furor ipse deferbuit, & pristinę seruituti animus redditus est, discruciantur Alexander vbi ira & furore percitus, Cli- F

*Exē. prauum.* tum inter amicos charissimum interfecisset, seipsum postea sceleris pęnitentia ductus interficere voluit. Ira quidem turbat rationem inquit Aug. æqualitatem ignorat, superioritatem nescit, amicitias frangit, sapientes stultos reddit, consilium nō ad

*Augus. ad fra. in ere. ser. 9. to. 10.* mittit. Cum aliquando Philippus Macedoniæ rex iracundia affectus, iniquam contra subditum sententiam tulisset, subditus videns iniquitatem ipsam, & quod rex per iracundiam in eam incidisset, statim subiecit: appello ô rex ab hac sententia: quem

*Exemp* cum Philippus derideret dicens, ad quem appellabis, cum supe- G riorem non habeam? Subdidit ille, ad te ipsum inquam, vbi primum iracundiam deposueris, Quo audito rex intellexit se per iracundiam iniustam tulisse sententiam, atque ita eādem illico re-

*Val. Max Exemp.* uocauit Refert Vale Maxi. de Theodosio imperatore, quod cū nosset se paulo propensiorem ad iram, edictum sanxisset, vt quis

*Ælia. Exemplū* non statim sententiam capitis à se datam, executioni mandaret. Ælianus refert quod Cambyses rex Persarum, iracundum quēdam iudicem, iusserit excoriari, eiusq. pellem in tribunali collo-

*Simile.* cari, vt inde cæteri iudices exemplum sumerent. Quare iram fre-

*Simile.* nemus, & iracundos fugiamus, neque enim hoc ad ignominiam nostram, sed potius ad vtilitatem cedet, veluti siquis sibi diligen- H

*Iracundos fugiamus.* ter caueat à saucio Vrso vel Leone. Nam queadmodum cum sera aliqua luxatas habet interiores machinas, quando reserare te ostium putas, illud potius claudis: ita cum alicuius animus implacabili ardet iracundia & furore, vsque adeo excæcatur, vt omnia conturbet, & mutet quadrata rotundis. Et veluti si picea nauis incendio conflagrarit, tametsi aquam suffuderis, maius exci-

*Chry. in Acta. ho. 6. to. 3.* tari videtur incendium, ita cum alicuius cor cumulatur ira, tametsi aliqua interseras blāda verba, magis tamen videtur inflammari. Qui iratus est, inquit Chry. tum sibi, tum alijs nocet, præstabiliusque fortasse cum feris, quā cum eo adesse: quoniam illę

non

A non lædunt aliquem nisi ex illo instinctu suo, at vero iratus cōtra rationem agit. Duo quidem sunt dementiæ siue furoris genera, inquit Marsi. altera quidem procedit ex cerebro, & qui hoc morbo laborant, appellantur dementes, altera vero ex corde, & qui hoc morbo laborant, appellantur implacabiles iracundi. Errata aliena melius inquit Senec cum mansuetudine, quam cum iracundia emēdabis: satis enim nos instruxit ratione natura: cur ergo ab iracundia præsidium postulabit? Videlicet res stabilis ab incerta, fidelis ab infida, tranquilla à perturbata, & sana deni-
B. que ab ægra?

*Marsi. fici in Pla. conui.*

*Sen. li. 1. de ira. ca. 16.*

### *Parum ex Eucharistia culpa nostra proficimus.*

*Videtis quia nihil proficimus?* Nos etiam hęc verba videmur posse vsurpare, cum tam parum ex Eucharistiæ sacramento salutifero proficiamus. Cærum si quæras cur veri & salutiferi cibi gustum non sentiant peccatores, ego tibi causam aperiam, si te primum interrogauero, quid causæ esse putas, quod ægrotantium multi, cū edendi fastidio laborant, morte peius cibum oderint, quem sani deperibant? Non alia certe est, quam quod stomachus cum noxijs humoribus plenus sit, dum satis intra se habet hostium cum quibus pugnet, alios admittere recusat. Quo tempore si adhibita pharmaca noxios illos humores expulerint, protinus idem qui antea fuerat edendi appetitus redit. Eadem igitur est causa fratres, cur res omnium maximas atque pulcherrimas, nempe virtutes, & cælestia ac diuina munera fastidiamus. quod scilicet noxijs vitiorum & variarum cupiditatum humoribus, mens nostra referta sit, quæ si à nobis pænitentiæ & melioris vitæ medicamentis non excutimus, numquam aut iustitiæ,
D aut cœlestium rerum, famem & sitim patiemur, atque ita nunquam salutarem illam mentis facietatē percipiemus, quæ ingredientibus inæstimabilis suauitatis pascua præbet. Plurimi quidem inquit Chry. ex hoc Eucha. sacramento semel tantum in anno accipiunt: alij sæpius, & alij sępissime: illos igitur laudamus qui cum munda conscientia ad tam venerabile sacramentū accedunt, quique vitam suam in melius semper emendant, eūtes de virtute in virtutem. Quamobrem incumbamus sedulo in emēdationem consciētiæ nostræ, & nolimus iterum tamquam canis ad vomitum, ad pristina redire scelera atque flagitia, ne ita in turpissimum ingratitudinis vitium & notam incurramus, à quo quidem fædissimo vitio & labe, nos misericors Deus liberet.

*Cur tam parum prō ficiamus ex Eucha.*

*Simile.*

C (margin letter beside "rint, quem sani deperibant?")

*Virtutes cur mali fastidiant.*

*Chrys. ho. 17. in epis. ad Hebr. to. 4.*

Sirex

E

*Simile* Si rex ille Babylonis, ex captiuitate honestos iuuenes forma, & *Dan.1.* decoros facie elegit: multo quidem amplius nos tam regali astantes mensæ, interiori animæ pulchritudini incumbere debemus, & stolam adferre candidam, nec non pretiosum quendam & regalem gestare ornatũ. Cogita inquit idem Chry. alibi, quali sis insignitus honore, cogita quali mensa fruaris, quam angeli *Ad Euch. Pure accedamus.* videntes tremunt, & vix eã audent intueri propter micantem inde & rutilantem splendorem: hac tamen nos pascimur, alimur, fruimur, huic nos vnimur, & facti sumus conuiuæ magni regis, *Chry ho.6 Ad popu.* qui nos delicatissimis istis excipit epulis atque lautitijs. F

Solet quidem Deus, ait grauis quidam autor, nos à pernicie liberare his rebus quibus incidimus in perniciem: à ligno siquidem ipsius scientiæ boni & mali, vt habetur quidem in Genesi, *Hec. Pin. in Ezech. 46.* originem quandam duxisse videtur peccatum ipsum, & à ligno Crucis gratiæ restitutio emanat & profluit, vt qui per lignũ vincebat, per lignum quoque vinceretur. Aquis preterea ipsius di- *Ge.2.&3.* luuij mundus vniuersus perijt, vt etiam in Genesi habetur: & aquis etiã baptismi instauratus est, dicente domino: nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in re- G gnum Dei. Somnijs insuper fuit Ioseph Patriarcha ille integer- *Gen.7.* rimus, venditus & abiectus, & somnijs etiam fuit in excelsa dignitate constitutus & collocatus. Per cibum ingressa est mors, dicente domino, in quacumq; hora comederis, morte morieris, *Ioan.3.* & per cibum etiam ingreditur vita, dicente ipsa vita, qui mãducat hunc panem, viuet in æternum. Homo quidem per pecca- *Genes.37.* tum, inquit Bernar. in saxosum quoddam cænum præcipitatus *Gen.41.* fuit, ex quo factum est, vt non solum immundus, sed etiã fractus & debilitatus iaceret. Duplici itaq; egebat remedio, altero quo sordes abluerentur, altero quo debilitas roboraretur: & ad il- H *Gen.2.&3* lud quidem baptismus & pænitentia, ad hoc vero Eucharistia destinata est, quæ nimirum panis ille vitæ est, qui cor hominis confirmat. Quo fit vt huius sacramenti virtus, inexcusabilem in illo *Ioan.6* extremo iudicij die, causam reproborum reddat. Quam enim hi scelerum suorũ excusationem pretexere poterunt? Si enim car- *D.Bern.* nalis dixerit, infirmus eram, inbecillus eram, ad malum propẽsus eram, ideoque lapsus sum: iudex protinus respondebit, quod lõ- *Psal.103.* ge ante per Prophetam dixit: numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix fi- *Hier.8.* liæ Populi mei? Hoc est, numquid in Ecclesia mea sacramenta & infirmitatis remedia non sunt? non erat panis vitæ qui cor tuum confirmaret? Cæterum cum filij Prophetarum noxias herbas in

A cibum ignoranter decoxissent, vbi ad prādium ventum est, carū amaritudinem sentientes, ad Elisæum clamare cæperunt, mors in olla vir Dei, mors in olla: at ille farinæ pugillo in ollam immisso, earum amaritudinem in salutaré dulcedinem vertit. Quis in hac historia non aperte videat, cælestis huius panis salutarem dulcedinem & virtutem, adumbrari? Quis non videat quantam vtilitatem, quamque vberrima commoda hoc sacramentum hominibus qui digne illud suscipiunt, adferat & adportet? *4. Reg. 4.* *Eucharistia quātas adferat vtilitates*

## B SABBATHO POST DOMINICAM IN PASSIONE.

## CONCIO QVARTA.

### *Inuidia & malitia quam sit detestabilis.*

COGITAVERVNT *principes sacerdotum &c.* Ioan. 12. Satis aperte constat quanta esset horum malitia & inuidia, quandoquidem vbi maxime illos compūgi oportuit, quādo clemētiā illius admirari debue C runt, quando futurorum euentus erant expauescendi, quādo deniq; à rebus præteritis etiam de futuris credendum erat, tūc etiā Lazarū volunt interficere. Omnis quidem malitia, inquit Chry. confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem numquam, maxime eorum qui proposito malo, & non ignorantia peccant. Et quemadmodum si quis claudere voluerit aquæ currentis meatum, si vna ex parte exclusa fuerit aqua, violentia aliunde sibi semitam rumpit: sic & istorum malignitas ex vna parte confusa, ex alia erumpere vult. Sicut non potest fieri vt ligna D mittendo extinguas ignem, sic vix potest fieri vt rationem dicendo places hominem malum. Et sicut ignis quanto amplius ligna susceperit, in maiorem flammam erigitur: sic animus malus quāto clariora viderit opera, eo amplius in malitiam excitatur & ita isti iusto Dei iudicio, eius particularibus fauoribus destituuntur, sine vlla Dei culpa. Vt enim infirmus sibi ipse denegat salutem, si præscripta à medico pharmaca renuat accipere: ita nō est quod impius de deo conqueratur, si minus eum suis specialibus prosequatur auxilijs, propterea quod ipse Deum repellit, ipse eius salutem reijcit, præceptis & inspirationibus diuinis contra dicendo. Quemadmodum tametsi sol ipse splendidissimos emittat radios suos, si quis tamen ei fenestras clauserit, is quidē spōte sua

*Mali quomodo reddātur deteriores.* *Chry. in nō abs. ho. 42 to. 2.* *Simile.* *Simile.* *Simile.* *Animi deprauati cōditiones* *similitudo* *Simile.*

*In vitiis perseuerare quantũ noceat.* te sua in tenebris versabitur, nulla in sole adhærescente culpa: sic tametsi nobis Deus frequẽter suas immittat inspirationes, si nos aures mentis ipsis occludimus, ipsi quidem sponte nostra in tenebris versabimur. Grauis porro affectus est inuidia, inquit Chrysost. & plenus simulatione: hic orbem terrarum innumeris repleuit malis, hinc ambitio, diuitiarum insatiabilis appetitus, hinc inanis gloria. Hic morbus auaritiam peperit, iustitiam corrupit, & innumera mala attulit, & tamen eam non vitamus: sed per eam feris peiores reddimur, & pauperibus etiam vim inferimus, atque eos spoliamus. Reprehendimur propter hanc quotidie, & tamen nil proficimus, vnde potius deflendi sumus, sicut Christus fleuit super ciuitatem, videns eius ruinã. Nunc quidem illud vsurpari potest, vocate flẽtes, & ad sapientes mittite, & loquantur: atque hoc fortasse pacto morbum hũc qui in multorum cordibus habitat, & qui agros rapina complectitur, eijcere poterimus. Cæterum tanta fuit istorum Pharisæorum inuidia qua Christum prosequebantur, vt in mortem omnium atrocissimam eruperit, atque illi vitam abstulerit, qui vt toti mundo vitam daret, in hunc mundum venerat. Quodsi huiusmodi consideratione inquit Chry. non efficimur meliores, nonne lugendi, & plangendi sumus? Et certe præ inuidia adeo longe distamus à diligendis inimicis, vt nec amicis quidem amoris vicem, charitatisque reddamus, sed odio habeamus etiam diligentes. Cum enim bonis inuidemus, & eorum existimationem lædimus, quidnam quæso aliud id est, quam extremi cuiusdam odij indicium? atque ita etiam Ethnicis deteriores videmur. Christus quidem nos orare etiam pro ijs qui nos persequuntur iubet, & tamen nos insidias & dolos amicis etiam concinnamus. Christus maledicentibus benedici iubet, nos è contrario aut priores maledicimus, aut maledictis alterius, multiplicata maledicta restituimus. Nonne tibi videntur contraria esse præceptis Christi quæ gerimus? Si inuidiæ & dissensiones in secularibus viris turpissimę sunt, quanto turpiores erant in his principibus sacerdotum & Pharisęis, quantoque turpiores erunt modo in viris Ecclesiasticis, si se inuicem mordeant? Vnde Pau. ait, quodsi ad inuicem mordetis & comeditis vos, videte ne ad inuicem consumamini. Debemus ergo in pace & quiete hic viuere, sicut faciebant animalia illa in arca Noe: quod cum non facimus, hinc mala multa proueniunt. Vnde Dauid dicebat, conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna. Item Isa. 19. & concurrere faciã Ægyptios aduersus Ægyptios

Marginal notes: *Chr. in Io. ho. 63. to. 3* — *Luc. 19.* — *Isa. 22.* — *Chry. li. 1. de compũctio. to. 3.* — *Mat. 5.* — *Luc. 6.* — *Mat. 5.* — *Gal. 5.* — *Gen. 7.* — *Psal. 45.* — *Isa. 19.*

Right margin letters: E, F, G, H

A ptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicũ. Vide obsecro quomodo Ecclesia propter suam vnionem semper præualuerit contra tyrannos. Vnde Act. 4. dicitur, multitudinis credentium erat cor vnum Hinc etiam Christus sæpe pacẽ commendabat Si diuisio linguarum, tantam excitauit olim discordiam in ędificando, quid faciet diuisio cordium? Margaritę quidem pretiosę, & pretiosa metalla ex concordia quadam elementorũ generari videntur: si ergo tãtũ potest cõcordia, vide ob *Act. 4.* *Ioan. 16.* *Gen. 11.* *Simile.*

B secro ꝙ quomodo soleat medicus discordes humores in corpore humano moderari & ad concordiam quandã reuocare: item cytharedus querulas chordas concordare solet. Sic etiam in communitatibus & repub cõcordia concilianda est & procuranda. Vnde Christus dixit, omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: itẽ Spiritum sanctum misit super vnitos & congregatos Apostolos. Vnde August. ait quod sicut anima, membra à corpore separata non viuificat, sic Spiritus sanctus corda exposcit vnita in virtute & sanctitate, vt in ipsis habitet. Non vacat Sane mysterio quod dicatur de singulis quæ Deus creauerat, quod essent bona, & tamen de omnibus simul dictum est quod essent *Matt. 12.* *Luc. 11.* *Act. 2* *Aug. ad fra. in ere. ser. 2.*

C valde bona. Item in secundo die non videtur appositum quod essent bona, quoniam vt aliqui doctores aduertunt, dualis ille numerus iam videbatur se ab vnitate separare, quę plurimũ grata est Deo: adde etiam quod ibi fiat mentio de diuisione linguarum, vt inde intelligamus quantum displiceat Deo diuisio cordium & discordia. Porro aduerte isti discordes homines & peruersi Pharisæi quale inuenirent medium & quam peruersum ad obscurandum tam illustre Christi miraculum, nempe vt Lazarum interficerent: hæc enim est malorum conditio, vt mala e- *Gen 1.* *Iniqua media non quaramus* *Amb. li. 3 offi. ca. 13.*

D tiam exquirant media: non sic faciunt boni, quin potius bonis gaudent medijs, & non malis. Vnde Amb. narrat de quodã duce Romano, quod cum medicus quidam ad eum accessisset dicẽs quod ipse venenum propinaret aduersario suo cum quo belli gerabat si ipse vellet, atque ita vinceret: noluit tamẽ tale mediũ, sed potius medicum puniendum censuit Refert etiam Plut. dixisse aliquando Themistoclem Atheniensibus, se quidem velle ipsis salutare dare consilium: cum autem ipsi dicerent vt secreto illud Aristidi diceret, & ipse ad populum illud referret si conueniret: dixit Themistocles Aristidi, vniuersam Græciam cõburamus, & ita eius dominabimur. Tũc Aristides populo dixit: nihil Themistoclis consilio vtilius, at nihil iniustius: quod cum populus audisset, Themistoclem amplius ea de re loqui prohibuit. *Plut. Themi. Aristi.*

Quomodo debeat audiri verbum Dei. E

*Verbũ dei non audiamus negligenter.*

*Chr. in Io. ho. 1. to. 3.*

*Ioan. 15.*

*Psal. 46.*

*Rom. 14.*

*Chry. in nõ abs. ho. 20 to. 2.*

*Simile.*

*D. Au. li. de fi. ad pe. Par. 2. to. 3*

*Videtis quia nihil proficimus.* Sic dicere possumus in tantis concionibus quas audimus, quod scilicet propter culpã nostrã nil proficiamus. Vnde Chry. ait, magna nos formido teneat, ne diuinæ sententiæ simus obnoxij, cum inquit, Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Quid enim amplius quam qui nil audierunt consequimur, cum auditis diuinis sermonibus, nil ex his domum referimus, sed verba tantum admiramur? Quare summa nobis attentione laborandum est, ne nobis dicatur quod aspidis surdæ aures habeamus. Quid enim à fera talis differt auditor? nonne omnibus brutis est rationis expertior qui loquentem Deum audire dedignatur? Si Deo placere homines debent, qui audire negligit, quanam ratione id assequetur? Considera igitur quam turpe & quã scelestum sit, cũ Christus nos ex hominib' angelos fieri velit, ex hominib' in belluas potius sponte nostra mutari. Non debemus esse cõtẽti, ait idem Chry. vt Dei verbum tantum audiamus, sed debemus ita audire, vt operibus illud exequamur, Super arenam enim ędificat, qui audit verba Christi, & non facit ea: verba enim quæ nõ conuertuntur ad opus, arena sunt spargibilis. Sicut enim grana arenæ non conueniunt in vnum, neque adhærent ad inuicẽ, sed semper sunt separata: sic verba quæ audiuntur, & non conuertuntur in vnã iustitię massam per opus, separata sunt & dispersa, & ideo assimilantur arenæ, quæ numquam in semetipsa coniungitur. Ergo super arenam se ędificat omnis Christianus, qui ex auditu solum verborũ dicit se credere in Christum, & nõ per opera bona se confirmat in ipso Christo. F G

Debet quidem sibi persuadere auditor quod quamuis habilis sit & maximum feruorem secum habeat, indiget nihilominus diuina ope & auxilio vt possit bene proficere. Vnde Diuus Augustinus ait, firmissime tene, & nullatenus dubites, nõ posse quidem hominem, quem ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, vel aduersitas, verba sanctæ legis & Euangelij, siue commode legere, siue ex ore cuiusquam prædicatoris commode audire, nisi quẽ Deus gratia sua præuenerit, vt quod audit corpore, & corde percipiat, & accepta diuinitus bona voluntate atque virtute, mãdata Dei facere & velit & possit. Non enim qui plãtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremẽtũ dat Deus. Qui etiam Deus operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. H

Paruam

A Paruā quidem affectionem & voluntatem aliqui homines viden tur habere ad audiendum verbum Dei, adeo vt aliqui sint qui pa rum curant audire illud, & videntur flocci pendere. Quodsi audiunt, & ad concionem se conferunt, non id faciunt vt vitam suam in melius emendent, sed ibi potius Deum offendunt, quā ei placeant, spectaculis potius muliercularum vacant, quā rebus dominicis intendant. Alij vero audiunt etiam verbum Dei, non vt proficiant, sed ad vanam curiositatem, vt audiant quanam lin B gua vtatur concionator, qua ve elegantia, quo gestu & concinnitate. Denique tantum audiunt ad aurium voluptatem, non autem ad vtilitatem suam, sicut solent homines musicā audire. Atque ita congruit eis illud Ezech. verbum quippe domini versū est illis in carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur, quando quidem isti non in sententiarum, sed vocum tantum dulcedinem & suauitatem ac sonum attendunt: qui similes mihi esse videntur his qui libris serico & auro ornatis, literisque minio, varijsque imaginibus depictis puerorū more gaudeāt, quid vero intus contineatur, non modo non aduertunt, sed nec legere quidem dignātur. C Tales igitur sunt qui solam concionatoris elegantiam, & verborum flosculos attendunt, cætera vel negligunt, vel ad se pertinere minime putant. De quibus in Ecclesi. dicitur, cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Idem etiam ait, quasi in percussura cribri puluis, sic aporia idest scoria in cogitatu illius. Cribrum enim solas retinet paleas, triticum autem effluere sinit. Sunt rursus alij, quorū pectora sic generis humani hostis obsedit, vt nullis diuinæ vocis fulminibus perterreantur, vel parum animo commoueātur: qua autem ratione eorundem aures obstruat, proposito hoc e- D xemplo indicabo. Bombyces, hoc est vermes illi qui serica fila nectunt, ita tonitruorum sonitu grauantur, vt interdum etiam moriantur, quo fit vt qui eos nutriunt, tympana frequenter pulsent, vt sonitui molliori assueti, à grauiori tonitrui sono non lædantur. Tales sunt aliqui audientes, vt scilicet quamuis terribilia multa concionatores dicant, non magis moueantur, quam si talia non audirent, ita assuefacti sunt soli verborum sonitui, vt intimos sensus non penetrent: quin potius corda sua ita obfirmata habent, vt similia esse videantur peltis quibusdam ab omni sagitta impenetrabilibus. Simile enim quidpiam antiquus hostis excogitasse videtur, qui eorum improborum corda ita obdurauit, vt nullis verbi diuini fulminibus penetrari aut concuti possint, atque ita parum prodest eis verbum diuinum.

*Verbū dei aliqui videntur negligere.*

*Ezech. 16*

*Simile.*

*Eccle. 21.*

*Ecclesi. 27*

*Simile.*

*similitudo*

*Simile.*

*Obstinatio detestabilis.*

Longe quidẽ aliter se Isa. Dei verbũ audire testabatur cum di E
*Isa.50.* cere: dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico,
*Iaco.1.* retrorsum non abij. Sic etiam Iaco. Apostol. nos audire monet
cum ait: estote factores verbi, & non auditores tantum, fallen-
tes vos metipsos: quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic
*similitudo* comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in specu
lo: considerauit enim se, & abiens oblitus est qualis fuerit. Hoc
est, quemadmodum nil iuuat faciem in speculo cernere, nisi eius
maculas tergas: ita nil confert animę sordes in diuini verbi spe-
culo videre, nisi eas diligenter absterseris, & vitam tuam adnor
*Simile.* mam doctrinę cælestis effingas. Et quemadmodum nonnulli F
oblectantur quidem musica, & musicos aliquorum fortitudinem
*Auditores* & res gestas, factaque præclara canentes, libenter audiunt, sed
*non profi-* tamen virtutes quasi illi laudibus efferunt & cantibus celebrant,
*ciẽtes qui-* imitari non curant: sic oblectationis & recreationis tantum cau-
*bus compa* sa multi concionem audiunt, sed non imitantur virtutes quas cõ
*rentur.* cionatores laudant. Quod præuidens Pau. dixit Timotheo, ve
*2.Tim.4.* nit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua de
sideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. In Actis
etiam Apost. legimus Athenienses ad nihil aliud vacasse, quam G
vt aliquid noui dicerent aut audirent. De talibus inquit Senec.
nouimus quosdam qui multis apud Philosophiam annis perse-
uerauerint, & nil tamẽ didicerint, quos ego nõ discipulos Philo
sophorũ, sed inquilinos voco: sic ergo appellari poterunt qui ex
tam multis concionibus nil proficiunt.

Sane auditores qui ex concione parum proficiunt aut nihil
potius, valde debilitant animum concionatoris, & frangũt eius
*Chry. in* admaiora conatus. Vnde Chry. ait: dum volo solitã tractare do-
*Gen. ho.6* ctrinam, moram quandam traho, ac mecum ipse hæsito: men-
*to.1.* tem enim meam confudit & conturbauit superueniẽs tristitiæ
nubes, imo non solum tristitiæ, sed & cuiusdam iræ, ita vt vix H
sciam quid faciendum sit, & mentem teneat magna hæsitatio. Nã
cum cogito quod omnem nostram doctrinam, & quotidianam
admonitionem, ad modicum diaboli flatum, obliuioni tradi-
deritis, ecqua quæso alacritate potero iterum deprædictis vos do
cere & instruere, quæ tam cito animo exciderunt? Quomodo
non contristabor, tantam intuens dissolutionem vestram, atq;
quod semen iaciam supra duros lapides? Timeo quidem & an-
*Luc.12.* xius sum, ne hoc vobis ad maiorem accusationem cedat, quia
*Simile.* vt dicitur Luc.12. seruus qui scit voluntatem domini sui, &
non facit, plagis vapulabit multis. Et certe quemadmodũ nihil
prodest

A prodest recte plantasse aut inseuisse arborem aliquam, si antequã fructum proferat suum, euellatur siue præscindatur, ita parum prodest audisse verbum Dei & plantasse illud in anima, si priusquam fructum producat suum, illud deleat obliuio, præscindat peccatum, & denique radicitus conuellat consuetudo mala. Quemadmodum emptores multi cælatoris siue argentarij fabri officinam ingressi, alij sibi torques, alij annulos, alij gemmas, alij denique alia pretiosa coemunt, nonnulli vero qui emendi voluntatem non habent, accipiunt sibi inde carbonem quẽdam,
B depingendo paratum, qui forte argentario fabro casuque exciderit, & eum dumtaxat ex tam nobili officina reportant, quo manus suas inficiant & nigrefaciant: ita plane contingit in his qui ad concionem audiendam confluunt, nimirum vt qui cum proficiendi studio illuc accedunt, alij sibi accommodatam deligant sententiam, alij suis informandis moribus accommodatum decerpant exemplum, & denique singuli singula sibi conuenientia accipiant: qui vero id in animo nõ habẽt, & profectui suo minus student, carbonem tantum quendam secum referunt, hoc est vocabulum aliquod minus elegans & splendidum, vel defe-
C ctum aliquem, aut linguæ lapsum inconsideratũ & improuisum, talique carbone conscientiam suam denigrãt, & commaculant, murmurando de vocula illa non satis idonea. Ecce ergo qualẽ isti tales fructum reportent ex ipsa concione quam audiuerunt quidẽ, nõ tamẽ animo attento & ad parendũ parato, sed curioso & vano, atque ad murmurandum ex prompto.

*Simile.*

*multi auditores nõ audiunt cum desiderio proficiẽdi.*

*aliqui auditores obliuiosi.*

Vnusquisque igitur seipsum introspiciat, & qua ratione sacris concionibus audiendis assistat, quidque ex illis profectus audiẽdo capiat, diligenter inquirat, vt aliquo modo cognoscere possit an in virtute proficiat. Sunt enim quidam qui viginti forte an-
D nis, & eo amplius, sacras conciones in templis audierunt, à quibus tamen si roges an hoc tam longo tempore, tãtoque studio, aliquid deprauis suis moribus detraxerint, hoc est an is qui passim mentiri, deierare, conuiciari, detrahere, male precari, vindictam expetere, & concupiscere quæcunque collibuisset, in vsu habebat, aliquod ex his vitium à se abdicauerit, vel aliquod saltem pietatis officium amplexus fuerit, hoc est si orare, si meditari, si pios libros legere, si ieiunijs carnem macerare, si diuina sacramenta paulo frequentius sumere, si laborãtes proximos charitatis operibus iuuare, si denique aliquid horum designare tot auditis concionibus statuerit: multos inueniemus qui si verum fateri velint, se nil horum effecisse dicunt.

*Proficiamus in virtute.*

*Eccle. 1.*

Quid enim est quod futurũ est, nisi id quod ante præcessit? Imo E
Eccles. 1. vero tanto minus de te sperare potero, quanto difficilius est, inueteratam consuetudinem, quam adhuc nouam & recentem superare. Scio diuinæ gratiæ nil esse impossibile, hæc tamen vehemens apud me perditionis tuæ coniectura est, atque eo vehementior, si tu quisquis in hoc periculo modo degis, dum hæc audis, nihilo magis commoueris, quam si hoc nil ad te pertineret. Hoc enim non leue cæcitatis & obstinationis, ac proinde reprobationis indicium est. Vnde Isocrates dicere solitus erat, ne- F
Isocra. que enim minus turpe est, vtilem orationem cum audieris, non discere, quam boni quidpiam ab amicis non accipere. Maxima quidem est felicitas incidere in Christi rete, sicut summa est infelicitas eorum qui hoc rete effugiunt, & à se excutiunt. Qui similes esse videtur cuidam pisci, de quo inquit Pli. quod si forte viderit se hamo comprehensum & irretitum, soleat à se viscera ipsa atque intestina abijcere, vt ita se excutiat ab hamo, & postmodum eadem resumit, & in pristinam redit naturam atque ingenium,

Simile. Pli. li. 9. c. 43.

## DOMINICA IN RAMIS PALMARVM. G

### CONCIO PRIMA.



*VM appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti.* Matth 21. Luc. 19. Ioan. 12. Præceptum legis erat vt decima luna primi mensis agnus inferretur, vsque ad decimam quartam, quando ad vesperã immolabatur. Sic ergo voluit verus agnus ex omni H grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus, Hierosolymam modo accedere, & appropinquare loco passionis, vt etiam per hoc clareſceret quia non inuitus, sed sponte pro humani generis salute mortem pateretur. Voluit ergo ostẽdere se esse agnum immaculatum qui peccata tolleret mundi, & exemplar ac veritatẽ typici illius agni.

Cyr. in Ioan. li. 8. c. 9.

Sponte se obtulit Christus passioni.

Ioan. 1.

*Misit duos discipulos.* Duos discipulos mittit Christus vt soluant asinam idest peccatorem, nempe mittit spem & metum. Inuenietis etiã asinã idest carnẽ lasciuã stolidãq́;, alligatã prauis & veteribus cupiditatibus & cõcupiscẽtijs, & alijs peccatorũ funibus. *Misit duos* Mittuntur quidẽ duo, vt nobis cõmẽdet mutua fraternitas & beneuolentia, & ꝗ mutuis etiã nobis opitulemur auxilijs. Duo

Galfri.

A duo etiam missi sunt, nempe Moyses & Aaron ad educendos Hebræos ex seruitute Aegypti: item duo reseruati ad promissionis terram ingrediendam: item discipuli bini mittuntur à Christo vnde intelligas quantum Deo placeat mutua charitas. Ideo duos misit, quia per duo generalia mādata omne genus hominū de peccato absoluitur, nēpe diliges dominum Deum tuū, & proximum sicut te ipsum: Itē per illa duo quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & quod vultis vt faciāt vobis homines, facite & vos similiter, vt ait Chry. in non abso. ho. 37. *Ite in Castellum.* Est quidem peccator castellū quod contra Deum est, id B circoque necesse est vt eatur adhoc castellum, & varijs quidem machinis impugnetur, vt tandem capi possit, & in Dei seruitutem redigi. Vnde Apos. ait, insta opportune, importune &c. Huc etiam spectat illud quod Deus præciperet Ezech. vt speculaietur tam solicite & diligenter abominationes illas. Tum etiā adhibendum est illud medium adhoc castellum expugnandum, vt scilicet proponatur oculis peccatoris & describatur cælestis illius Hierusalem gloria atque maiestas: quod insinuari videtur Ezech. 4. cum dominus præcepit prophetæ vt describeret in la C tere ipso Hierusalem, siquidem in latere hoc est in corde peccatoris duro proponere & manifestare debemus gloriam illius cœlestis Hierusalem. Item proponenda sunt tormenta illa perpetuo duratura ipsius gehennæ: quod significari etiam videtur in eo quod dictum est ipsi prophetæ vt sumeret sibi sartaginē: nam sicut in sartagine decoquuntur quæ volumus, ita in gehenna impij exuruntur. Talibus igitur machinis expugnandum est castellum peccatoris, vt ita tandem mollescat & conuertatur.

*Inuenietis asinam alligatam.* Anima quidem per culpam mortiferam alligata manet: nam omnes homines antequam pecce- D mus in manu nostra habemus vtrum velimus diaboli serui fieri, at vero postquam peccauimus, serui eius sumus. Et sicut nauis amisso gubernaculo, illuc ducitur vbi tempestas tulerit: sic & homo Dei gratia per peccatum destitutus, in varia labitur præcipitia, & ligatus manet, adeo vt nisi Deus validæ suæ misericordiæ manu, cum soluerit, semper in peccatorū vinculis permanebit. Sicut enim cum populus sibi creat regem, tunc pœnes se est, quem eligat, at postquam elegerit, subditur eius potestati: sic etiam homo antequam peccet potest sibi quem voluerit regem eligere vel Christum vel dæmonem, at vero si dæmonem elegerit, iam est sub eius iugo, & per se solum non potest illud excutere, sed Dei gratia opus est.

*Autor.* *Exo. 5.* *Num. 14.* *Mar. 6.* *Chrysost.* *Autor.* *2. Tim. 4.* *Ezec. 8.* *Ezec. 4.* *Cordibus proter vis quot machinis opus sit.* *Ezec. 4.* *Simile.* *Chry in nō abso. hom. 37. tom. 2.* *Simile.* *In quanta versetur aliquis miseria Dei gratia destitutus.* *Simile.*

*Peccati iugũ quam difficulter excutiamus.*

*Asinam alligatam, & pullum cum ea.* Aperte in plerisq; hominibus videmus quod ad diuina percipienda, rudissimis iumentis similes existant: quod malum vtinam quotidie non experiremur. Sed tolerabilius forsitan esset, si non tarditas hæc malitia & feritate indomita cumularetur. Cuius rei gratia non solum iumentis insipientibus, sed etiam pullis iumẽtorum indomitis, atq. adeo truculentissimis feris, homo in literis sacris assimilatur. Hac enim de causa dominus ad Ezec ait, fili hominis, incre- E

*Psal. 48. Ezec. 1. Mat. 7. Iob. 30.*

duli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Et in euange. nolite ait dominus, sanctum dare canibus &c. Itẽ F Iob, frater inquit fui draconum, & socius struthionum. His enim tam tetris nominibus scelerati homines appellãtur, quod harum ferarum mores imitentur, imo etiã feritate vincant. Nã

*Multi belluas immanitate superare vidẽtur.*

cum ratio & ingenium libidini, aut crudelitati, aut huiusmodi motibus ferinis seruit, atq. ad omnia flagitia industriã exacuit, tantum necesse est omnes belluas feritate vincat, quantum cupiditas instructa & armata, cupiditatem nudam & inermem ad facinus antecellit. Vnde Arist. improbum hominem inter anima-

*Aristo. Inhumani sunt improbi. Similia.*

lia cuncta nocẽtissimum esse ait, quod improbitas ingenij acumine munita, maximas rebus humanis clades inferre possit: ar- G ma namq. omnia siue virtutis siue cupiditatis, sunt in rationis solertia, vt sint feris omnibus immaniores, quo sunt rationis & consilij participes. Sic igitur fit vt nullus sus lutulentior, nulla vulpes fraudulẽtior, nulla leæna truculẽtior, nulla tygris immanior, homine scelerato & cupiditatibus suis addicto, possit

*Similitu.*

reperiri. Cæterum solent iumentorum sessores calcaria & frænum gestare, quorum altero tarditati, altero præcipiti iumentorum celeritati consulant. His etiam adiumentis dominus Iesus piorum mentibus insidens vtitur. Nam & tardos atque negligẽ- H tes, secretis inspirationibus velut calcaribus, ad cursum acuit, frænum etiam sensibus nostris, ac præcipue cordi omnium fere scelerum seminario adhibet: felices autẽ inquit Amb qui talem internis renibus habere meruerunt rectorem felices, quorum ora, ne multiloquio soluantur, habena verbi cœlestis restrinxit, atque etiam compescuit.

*Chry. in nõ abso. ho. 37. to. 2.*

*Soluite & adducite mihi.* Soluite per doctrinam vestram, per miracula vestra quia & Iudæi & gentes per Apostolos sunt liberati, adducite vero mihi per ministerium, idest ad gloriam corrigite illos. Et siquis, &c. Ne dicatis dominus tuus, neque dominus noster, neque dominus iumentorum, vt intelligant omnes quia ego solus dominus non solum ani-

malium,

A malium, neque solum eorum qui mihi subditi sunt, sed omnium hominum, etiam qui mihi contrarij sunt.

*Et confestim dimittet eos.* Mouit enim cor possessoris asinæ, vt simulatque audiret, dominus his opus habet, illam præberet. Idem contigit cum petijt hospitium ad celebrandum conuiuiū vltimæ cænæ: nam cum cænaculi dominus audiret, magister dicit, statim omni remoto obstaculo cænaculum tribuit. Hoc etiam contigit cum iussit Deus populum Israel exire de Aegypto, præcepitque vt vasa argētea & aurea exigerēt. Vbi ne hebræi diffiderēt, addidit dicens, dabit dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. *Luc. 22.* *Exo. 11.*

B

*Vt adimpleretur quod dictum est.* Vide quam firmiter, ait Amb. & constanter impleat Deus quę dixerit, atque promiserit, vt indediscamus ita nos gerere in licitis, honestisque pollicitis nostris. Quia domus Saul non impleuit promissionē factā Gabaonitis, fuerunt atrociter puniti. Sic Hebræi promissum seruarunt ipsi Raab: item quando expugnauerunt Hierico. Sic Dauid ne putaretur consentire in morte Abner, multa ei humanitatis obsequia exhibuit: vnde textus ait, & omne vulgus & vniuersus populus cognouit, quoniam non actum fuisset à rege vt occideretur Abner. Quin etiam vt plenius satisfaceret ait, retribuat dominus faciēti malum, iuxta malitiam suā. Insuper etiam philosophus ille Democritus dixit, ad largiendū sis propensus, quæ honesta promiseris. Et Syilli. ait, fœdera mortales ne sæuo rumpite ferro, sed castam seruate fidem. Isocrates, in promittēdo tardus esto, in exequēdis promissis celer. *Amb. li. 3. offi. c. 10.* *Iosue. 2.* *2. Reg. 21.* *Josue. 2.* *Iosue. 6.* *2. Reg. 3.* *Democri.* *Sylli.* *Isocra.*

C

*Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Hoc est enim quod potissimum in regibus desiderare homines solent, ne in superbiā elati cum austeritate imperent & cum potentia. Vt enim Salomon ait, misericordia & veritas custodiunt regē, & roboratur clementia thronus eius. Hæc ergo prima regis nostri laus est, quam ipse quoq. suis imitandam proposuit, cum ait, discite à me quia mitis sum & humilis corde. Si talis ergo rex noster, merito de illo Zacha. ait, venit tibi mansuetus inquam, non terribilis & metuendus: non enim adhoc venit vt bella suscitet, vt tributa populis imperet, vt eos molestis moribus premat, nec vt terrena auferat qui cœlestia donat. *Venit tibi mansuetus.* Videlicet ad improperia, ad cōtumelias, ad plagas & verbera sustinēda, corpus enim suum dedit percutientibus, & genas suas vellētibus, vt ait Isa. deniq. tanta huius regis extitit māsuetudo, tā taq. per eā nobis contulit, vt per eā Apost. petat ab hominibus *Ezech. 34* *Prou 20.* *Mat. 11.* *Zach. 9.* *Isa. 50.* *2. Cor 20.*

D

Non

Non enim credendum erat, huic virtuti aliquid negaturos eos E
qui eius merito seruati & redempti erant. Si ergo tantum huic
uirtuti debemus, qua seruati sumus, cur nō eam in nostris mo-
ribus exprimere studemus? Si regis ad exemplum totus com-
ponitur orbis, cur non ad regis huius mansuetudinem vitam
*Simile.* nostram componamus? Quid facit in pectore Christiano fera-
rum iracundia, serpentum furor, vindictę cupiditas, & viperæ
lingua, quæ tota die detrahit, subsannat, irridet, maledicit, &
*Lud. Gra-disimi.* male precatur? *Venit tibi mansuetus.* Quis non facilem sibi esse
putet accessum ad eum regem qui mitis & pauper est, & tam hu-
*Accedamus ad Christum qui tā mansuetus est rex.* mili vehitur iumento? Si feroci & habenarum impatienti equo F
insideret, si triumphali curru, & armatorum militum manu sti-
patus incederet, timeret vtiq; pauperum & infimorum homi-
num turba ad illum accedere: nunc autem cum totus paupertа-
tis, humilitatis, & lenitatis insignibus, velut gemmis & purpura
ornatus veniat, quis adeo pauper erit, qui non ad pauperem?
Quis adeo abiectus, qui non ad humilem? Quis adeo timidus,
qui non ad mansuetum accedere confidenter audeat? Præsertim
*Iudit. 9.* cum is sit, cui nil aliud magis quam humilium & mansuetorum
placeat oratio? Si enim similitudo amoris causa est, quid magis
*Magna Christi mā suetudo.* humili regi quam humilitas? Quid mansueto, quam mansuetu- G
do placere potest? Cæterum & tam humili iumento vectus est,
vt pompas ac fastum mundi damnaret, & humilitatem virtutū
omnium fundamentum & custodem, regniq; sui præcipuum
decus & ornamētum commendaret. Lex enim huius noui reg-
ni, professio est veræ humilitatis: quæ virtus adeo propria Euā
-gelicæ professionis est, vt quemadmodum gētiles philosophi,
*Simile.* tres illas Theologicas virtutes, fidem scilicet, spem, & charita-
tem, quæ maxime propriæ Christianæ religionis sunt, non ag-
nouerunt, etiam humilitatem ignorarunt. Cuius rei illud argu- H
mento est, quod hæc virtus proprio apud latinos nomine ca-
*Simile.* reat. Vt enim ea quæ apud veteres non erant in vsu, qualia sunt
*Humilitatem nos docuit Christus.* instrumēta illa quæ sulphureo puluere ferreos globos iaciūt,
nomine latino carent, & aut ex similitudine æneæ fistulæ, aut
vulgari nomine bombardæ dicuntur: ita hæc virtus à Christia-
nis humilitatis nomine celebrata, nullum apud philosophos
*Humilitas præstā tissima virtus.* nomen habet, vt pote quæ ab eis pene incognita fuerit: hoc
enim humilitatis nomen non virtutis insigne, sed abiectionis
dedecus latinis significat. Quæ tamen virtus adeo propria Chri
stianæ religionis est, vt eam Dei filius vbi primum in hunc mū-
*Luc. 2.* dum venit, in stabulo natus, & in præsepio reclinatus, ostende-
re atq-

A re atque stabilire voluerit, eamq. à natiuitate, vita & morte ita commendauerit, vt huic virtuti celebrandæ, & mentibus hominum trabali clauo infigendæ, totum incarnationis & passionis mysterium, Ecclesia in huius diei oratione tribuat, cum ait: omnipotens sempiterne Deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, &c. Vnde sicut priusquã ad crucis supplicium prodiret, discipulorum pedes lauit, vt eis humilitatem commendaret: ita humili nunc vehitur asello, vt inanem hominum fastum & superbiam, exemplo suo deijceret: nouerat enim B ceruicis nostræ duritiem, nouerat humanæ naturæ morbũ qui à superbia initium sumens, eodem nos morbo semper infestat: nouerat etiam hominis ingenium, parendi atq. alijs se submittendi nescium, memineratque se dixisse, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum, ideoq. tam multa excogitauit exempla, quibus nos ad huius tã necessariæ virtutis amorem incitaret. Vera enim illa Sen. sentẽtia est, nunquam nimis dicitur, quod nunquã satis dicitur: quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Interrogatus quidam quis potissimum commeatus nauigaturis C in longinquas regiones necessarius esset, aquam respondit: rursusque rogatus quid secundo loco necessarium esset, aquam iterum respondit: tertio quoq. idem rogatus, eodemmodo respõdit. Qua loquendi figura, quam esset huius elementi copia nauigaturis necessaria, declarauit. Quia ergo summus humilitatis magister, huius virtutis dignitatem & necessitatẽ, adeo probe tenebat, ideo quandiu inter homines versatus fuit, nunquã destitit siue in vita, siue in morte, varijs eam documentis & clarissimis exemplis commendare, vt vel hoc argumento intelligerent homines, præstantissimum illud esse, quod æterna sa-D pientia tot modis in omni vita animis hominum infigere voluerit. Cum æstate incipiente præmaturas ficus homines solicite inquirunt, si quam forte viderint passerculorũ morsibus ac delibatione ab alijs distinctam, protinus eam velut iam maturam abripiunt, quod intelligant auiculas quæ certo naturæ instinctu erudiuntur, in huiusmodi electione non decipi. Si ergo tantum apud te auium electio & iudicium valet, cur non idem apud te autoritatis pondus Christus habeat, vt ea tibi maxime amplectenda esse statuas, quæ is complexus est, ea vero repudiãda quæ ipse repudiauit? Si is igitur terrenas opes, si fastum & superbiam mundi calcauit, & ab ipsis incunabulis labores, inopiã, & humilitatis officia sectatus est, cur non id maxime sectandũ esse

*Luc. 2.*

*Ecclesia.*

*Ioan. 13.*

*Magna superbia nostra.*

*Mat. 18.*

*Seneca.*

*Exemp.*

*Humilitas nos ducit ad cælum.*

*Simile.*

*Humilitas vtilissima virtus cum sit à Christo itopere commendata.*

*Humilitatẽ exẽplo Christi amplectamur*

A ratur bellum. Porro Ricar. ait quod inde erudimur quã humiliter nos debeamus gerere in solẽnitatibus. Itẽ ornabatur asina vestibus Apostolicis vt inde discamus quã bene cohæreant & super ponantur honores & dignitates ipsi humili. Sed cur quæso domine, ait alius autor, tanto cum triũpho ingrederis Hierosolymã, cũ tam breui hic status sit immutandus? vt scilicet intelligamus honores ipsos proximos sæpe esse atq. finitimos infamiæ, vnde ait alius autor, natus fuit quidem Christus in Bethleem, sed postmodũ fugere eum oportuit in Aegyptũ: ita etiam B hoc loco letanter quidem & gloriose recipitur, sed vide quãta paulo post subeat tormenta. Si ergo in viridi ligno hoc fit, in arido quid fiet? Hoc est si seculum nequã factori suo fidem nõ seruauit, quid quæso nobis de illius fide sperandum erit? *Et eũ desuper sedere fecerunt.* Cæsar quidẽ Romam ingressus est cum magno triumpho, cuius Currus à 40 elephantis ducebatur: itẽ Põpeius magno cum triumpho ex Aphrica rediens ingressus est: M. Antonij Currũ leones, Aureliani cerui vehebant. Quæ omnia nullius sunt momenti, si cum hoc triũpho hodierno cõparentur. Tu vero, ait Chry. subitam pulli domationẽ admira- C re, qui non resilijt, nec reluctatus est: gentium enim obedientia hinc significatur: quæ omnia illis verbis facta sunt, soluite, & adducite mihi. *Plurima antẽ turba strauerunt vestimenta sua in via.* Vestimenta ait Chry. sunt mandata: quoniam ergo mandata legis Iudaicæ & ceræmoniæ, à Christianis fuere conculcanda in via, idest in Christo, ideo tunc illa sub pedibus iumenti sternebant in via: & vide quoniam super iumentum quidem Apostoli posuerunt vestimenta sua: sub pedibus autem iumenti cætera turba, quoniã mandatis quidẽ Apostolorũ sternũtur Christiani, legis autem mandata & ceræmonias conculcant: quoties D enim circũcisionẽ spernimus, sub pedibus nostris cõculcamus.

*Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.* Rami palmarum, ait Cyr laudes sunt significantes victoriã, qua erat dominus mortẽ moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Solent enim victores palma victrice coronari. Et in Apo. beati illi & sancti ciues supernæ Hierusalẽ, qui in hoc mundo legitime certauerũt, palmas manibus tenere describuntur. Cæterum vide obsecro quã cito conuersus fuerit in luctum hic tantus Christi triumphus & in ignominiam. Sic Paulo & Barnabæ immolare voluerũt, sed tamen paulopost lapidabantur. Populus Hieremiæ dicebat, omne verbũ ad quod misit te dominus faciemus.

Magno

*Ricar. Pal. in Mat.* — *Galfri.* — *Mat. 2.* — *Luc. 23.* — *Autor.* — *Triumphi Romanorum.* — *Chr. in Io. ho. 67.* — *Chry. in non abso. ho. 37.* — *Ceræmoniæ Iudaicæ iam extinctæ.* — *Cyr. in Io. li. 8. c. 9.* — Apoc. 7. — Autor. — *Magna inconstantia mundi.* — Actio. 14. — *Hier. 42.*

*Hier. 43.* Magno quidē cum gaudio hebræi receperunt Moyſen & Aarō E
*Exo.5.* in Aegypto,eiſq. de aduentu gratulati ſunt, ſed breui mutaue
*Acto.13.* re ſententiam,murmurantes contra ipſos. Audientes gētes prædicationem Pauli & Barnabæ,eos cum lætitia receperunt, ſed
*Exo.24.* peruerſi quidam eoſdem poſtea definibus ſuis expulerunt. In
*Exo.32.* præſentia Moyſi dixit populus, cuncta quæ præcepit nobis Deus faciemus,at vbi receſsit ab eis Moyſes,vitulum conflaue
*Iudi.8.* runt. Cum Gedeon populum de manu Madian liberaſſet, dixerunt:dominare tu nobis,& etiā filij tui,ſed ipſo mortuo obli-
*1.Re.8.* uiſcebantur promiſsi. Samuel recuperatis vrbibus de manu Philiſthinorum,populum liberauit,ſed poſtmodum populus muta F
*2.Reg.15.* tus eſt,& regem ſibi præeſſe ac dominari poſtularūt,contra voluntatem Samuelis. Quem præterea poterant prętantiorem ſibi
*Ioann.6.* regem quam Dauidem optare? Sed tamen breui eum de regno depellere voluerunt,& occidere,alterumque ſibi deligere. Denique quando Chriſtus pauerat turbas multiplicatis panibus, eum regem facere voluerunt,at vero ſtatim beneficiorum obli
*Cur pallio ſuper poſito capiti non fuerit Chriſtus rē ceptus.* ti,ſigna ab eo fieri poſtulabant. Cæterum illud non erit obſeruatione indignum,quod ſcilicet ſicut inter cætera trophęa imperatorum,regum & ducum,ſic Chriſto ſuper poſitum nō fuerit pallium, ſiue thalamus,& vmbella illa qua ſolent regum ca G pita contegi. Veruntamen ſi id attente conſideremus, eo fortaſſe dicendum erit factum fuiſſe,quod ſcilicet cum Chriſtus dominus rex ſit non ſolum terræ,ſed etiam cæli, idcirco velamen nullum habuit ſupra ſe, quo ſibi cęlum abſconderetur. Præte-
*Ioann.18.* rea quod ſibi terra contecta ſit & veſtimentis cooperta, factum eſt vt ſignificaretur quod ipſe dixit, videlicet regnum meum non eſt de hoc mundo. Cum autem terreni reges imperium nullum habeant in cęleſtia,ſed ſolum in hæc mundana & terreſtria idcirco terra ipſis manifeſtatur,& cælum occultatur. H

*Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabant*
*Greg. in Eze.lib.2. ho.17.* *oſanna.* Latina linguæ oſanna, ſalua nos dicitur,ait Gregor. ab ipſo enim ſalutem & priores quæſierunt,& pręſentes quęrūt: & benedictum qui venit in nomine domini confitentur, quoniam vna ſpes,vna fides eſt præcedentium atq. ſubſequentiū populorū. *Clamabant dicentes Oſanna.* Quod paruuli animaduertentes,parentum exempla ſecuti, ſimili voce & affectu cum
*Auter.* illis clamabant. Qua in re videre licet quantum parentum exēpla apud filios valeant:ita enim natura comparatum eſt,vt pro lege accipiant liberi,quidquid in moribus parentum compererint & animaduerterint. Quemadmodum enim loquendi formam

A mam ab eis accipiunt, cum eos loquentes audiunt: ita etiam viuendi regulam cum eorum opera contemplantur. Si enim orantes viderint, ipsi orant: si facile pauperibus tribuentes, ipsi quoque tribuunt. Contra vero si ludentes viderint, ludunt: si peierantes, peierant: si male precantes famulis, ipsi quoque male precantur. Quo magis pijs parentibus enitendum est, vt non modo suo, sed etiam filiorum nomine, seipsos in officio contineant, ac linguam quidem ipsam, quæ multorum malorum seminarium quoddam est, præcipue moderentur. *Simile.* *Parentes bonū filijs exemplum exhibeăt.*

B

## *DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.*

## CONCIO SECVNDA.



*VM appropinquasset Iesus Herosolymis.* Matth. 21. A monte quidem Oliueti dominus humanum genus redempturus, Hierusalem appropinquare voluit. Ex pinguedine enim & supereminentia charitatis, quæ per oleum designatur, nos redemit, recordatus misericordiæ suæ. Ab hoc enim oliuarum monte, qui est Christus, lux, refectio, & vnctio spiritalis sanitatis, nobis aduenit. Ipse autem prior dilexit nos, & ex celsitudine dilectionis suæ, sola misericordia largiente, soluit asinam à peccatis suis, & in supernam Hierusalem introduxit. Elegit autem tempus & locum in lege prænunciatum, vt se ex certa prouidentia spontanea voluntate ostenderet passurum. Præceperat enim dominus filijs Israel egressuris de Aegypto, quatenus decimo die primi mensis tolleret vnusquisq. agnum, vsque ad quartam decimam diem in domo sua reseruandum, & tunc immolaretur ad vesperam. Et dominus decima die primi mensis ingressus est ciuitatem, quem Iudæi obseruabant, quærentes quomodo eum interficerent: quinta autem feria ad vesperam, luna quarta decima cōprehenderunt eum ad crucifigendum. Et quoniam non erat locus sacrificij nisi in Hierusalem, sicut dominus constituerat in lege: iuit dominus ad locum in lege præfiguratum, imminente die festo, vt ibi facile posset inueniri, & se nō inuitum pati ostēderet, sicut scriptum est: voluntarie sacrificabo tibi. Et Isa. ait, oblatus est quia ipse voluit. Vnde & cum laudibus & ramis palmarum solemniter recipi voluit. Cuius rei occasione, crescente inuidia Iudæorum reproborum, crucifixus est ab eis tempore

C D

*Luc 1.* *1. Ioan. 4.* *Ineffabilis Dei misericordia.* *Exo. 12.* *Oblatus est Christ' quia ipse voluit.* *Psal. 53.* *Isa. 53.*

præfinito & determinato à Deo ſicut Petrus in Actis Apo. ait. A
*Acto.2.* Venit ſedens ſuper aſinā, quia in humilibus & quietis requieſ-
*Iſa.66.* cit, nec tamen contemnas eum quantumcūq; potens ſis in hoc ſeculo, ipſe enim rex tuus eſt, nec eum negligas ſuſcipere, tibi enim venit ad commodum tuum, niſi per te ſteterit. Voluit igitur dominus ſuper aſinam venire cum humilitate & manſuetudine, vt magis per humilitatem amaretur, quam per potentiam timeretur.

*Prælati magis velint amari quam timeri.*

*Ite in caſtellum quod contra vos eſt.* Ad literam deſpectiue Hieruſalem vocat caſtellum, quæ prius fuerat ciuitas ſanctitatis, hunc facta eſt quaſi caſtellū contradictionis & rebellionis. Myſtice autem vocat caſtellum mundum, quaſi contra Deū munitum: ac ſi diceret, ite in mūdum vobis oppoſitum, in quo paſſuri eſtis rabiem perſecutorum. Qui contra vos eſt, & vos cōtra ipſum, at crucifixi ſitis mundo, & ipſe vobis. *Si quis autem vobis aliquid dixerit.* Ideſt ſi quis prædicationi veſtræ contradixerit, ſi quis obedire noluerit, inſtate opportune, importune: ne deſiſtatis à prædicatione. Porro quod dicerent ipſis Apoſtolis, quid facitis ſoluentes pullum? Significatum eſt quod cōtradictiones habituri eſſent Apoſtolici prædicatores. Vnde alij dicebant, quis poteſt peccata dimittere? Et alij, qui ſunt iſti, nouorum dæmoniorum annunciatores? *Ponebant veſtimenta ſua.* Veſtes quidem etiam in via ſaxoſa ponebant, ne aſina & pullus pedes læderent, & vt ſuauius dominum portarent, quod cum nullo terreno principe factum eſt. *Venerunt domino obuiam cum ramis palmarum.* In quo ſignificatum eſt quod Chriſtus venerat pugnare & ſuperare diabolum Palma enim coronabantur victores, per quam deſignatur Chriſti triumphus, dum pugnauit contra dæmones. Adhuc autem victurus, rex appellari non recuſauit, vt oſtenderet quod per ignominiam mortis, & tolerantiam doloris, perueniatur ad gloriam regni. Vnde ſtatim in Eccleſia legitur paſsio Chriſti: ac ſi dicatur, ad prædictam gloriam & ſalutem, quæ eſt in excelſis, perueniendum eſt per dolorē paſſionis: per multas enim tribulationes oportet nos introire quidem in regnum Dei. Voluit præterea dominus triſtia miſcere lętis, vt oſtenderet in hoc mundo non eſſe veram lætitiā, quæ ſemper habet comitem triſtitiam: extrema enim gaudij luctus occupat: & ècontrario triſtitia ſecundū Deum vertitur in gaudium. Quid dulcius in volucri ipſo hepate? Et quid amarius felle? nunquam tamen hepar ſine felle, nec fel ſine hepate. Coniungitur igitur paſsio laudi & honori ad noſtram inſtructionem, vt in

*Mundus cur dicatur caſtellum.* *2.Tim.4.* *Mar.2.* *Acto.27.* *Perſeuerent prædicatores in diuini verbi prædicatione.* *Pugnemus viriliter vt coronemur.* *Acto.14.* *Prou.14.* *Ioann.16.* *Simile.*

B C D

A vt in die bonorum non ſimus immemores malorũ, vt ſciamus abundare & penuriam pati. Proſperitas enim ſtultorum perdet eos, in gaudio enim & triſtitia tota perficitur vita humana. Veſpere enim & mane vnus dies Sed ô quam diſsimilia, tolle, tolle, crucifige eum, & benedictus qui venit in nomine domini! Item rex Iſrael, & non habemus regem niſi Cæſarem! Quam diſsimilia, rami virentes & crux? flores & ſpinæ? Exemplo igitur domini in paſsione patientiam, & in proſperitate exhibeamus humilitatē: nec attollebatur laudibus, nec deprimebatur opprobriis. B Miſcet igitur triſtia lætis, exemplum dans vt tranſitorijs honoribus cor noſtrum non apponamus. Fleuit ſuper Hieruſalem, plangens reprobos, qui cur plangerentur ignorant, ſed in rebus peſsimis exultant: ipſa ergo paſsione gaudium & luctus, dulcedo & amaritudo ſeſe comitantur: dulce lignum, dulces claui, dulcorati mellifluo ſanguine Chriſti.

*Eccleſi.11.* *Gen.1.* *Ioann 19.* *Magna mundi inconſtātia.* *Prouer.2.*

Aſinus quidem diaboli peccator dicitur, vt ait grauis quidā autor, quandiu in peccatis commoratur, piger ad omne bonum & ignauus, contra ſtimulum verbi Dei durus, vt iam aculeum comminationis non ſentiat, cum ex longa conſuetudine peccare non ceſſat. Aſinus eſt animal oneriferum, & quodlibet onus C ſibi impoſitum ſine diſcretione ſuſcipit, & peccator non ſolum diuerſa pōdera peccatorum, ſed etiam ipſum diabolū qui omni pondere grauior eſt, ſuper dorſum ſuum recipit. Aſinus durum & dirum habet rugitum ſiue vlulatum, & clamat horrēde. Sic non ſolum verbis malis peccatores Deum & proximum offendunt, ſed inſuper dum orare, prædicare, vel Deum laudare præſumunt, á domino reprobantur, nec eorum laude vel precibus delectatur, cum in peccato velint permanere. Prius peccator tanquam aſinus currit ad tribulos quam ad flores, plus dili- D git fimum ſtabuli, quam purpuram regis æterni: plus paleā vel carduum diligit, quam ſi quis ei offertet ciuitatem. Aſinus magnas habet aures: ſic peccator amplas & apertas habet aures vt audiat verba vanitatis, & detractionis: aſinus vltra metas conſuetas non facile progreditur, & peccator à peruerſa conſuetudine vix aut nunquam auertitur. Simus ergo aſini Chriſti, qui aliquando fuimus aſini diaboli, primogenita aſini permutantes oue, primordia videlicet laſciuiæ & ſtolidæ conuerſationis, in innocentiam ſimplicitatis, onera fraterna portando, ſapientibus debitores exiſtendo: Stimulemus aſinam carnis noſtræ, vt angelum magni conſilij videre mereamur: Balaam angelum non vidit, donec calcaribus aſinam ſuam afflixit.

*Iaco. Vitr.* *Obſtinati in quanta verſentur miſeria.* *Mali quā ſint detractores.* *Exod. 13.* *Num. 22.*

Sternamus vestimenta nostra in via, carnem mortificando, & bona nostra exteriora pauperibus erogando: eleemosyna enim viam præparat ad vitam æternam. Occurramus præterea domino cum ramis oliuarum, vt ei reconciliemur, & pacem cum illo habeamus. Ramos enim oliuæ insignum pacis antiquitus ferre solebant. Vnde post diluuium columba cum ramo oliuæ reuersa est ad Noe, vt intelligeret pacem esse redditam mundo per diluuium purgato. Christus venit ad nos cum humilitate, asinæ insidens, non occurramus ei cum superbia in equo: venit ad nos in paupertate, non occurramus ei diuitiarum superfluitate: venit ad nos in carne munda, non occurramus ei in luxuria. Sternant coniugati vestimenta in via, de substantia sua pauperibus erogando: cędant pręlati ramos de arboribus, verbum Dei subditis prædicando: clament contemplatiui, osanna filio Dauid, orando, laudando, & ei gratias agendo.

*Magnæ eleemosynę vires.* *Gen. 8.* *Superbia detestabilis.*

E F

*Siquis vobis aliquid dixerit.* Si contradictio futura videbatur ad soluendam asinam, quanto maior est contradictio in soluendo peccatore, cum se postulat à peccati iugo solui? Sane simulatque aliquis vult ad Deum conuerti, statim variæ ipsi occurrunt contradictiones & obstacula. Sic Hebræis cum templũ ædificabatur, tantæ obijciebantur cõtradictiones, vt altera etiã manu gladium habere deberent. Sic Abrahæ cum sacrificabat, occurrebat multitudo muscarũ. Itẽ Magdalenæ nõ defuit qui contradiceret, cum ad Deum vellet conuerti. Quare cum talia nobis sese offerent impedimenta, dicamus, dominus his opus habet: hæc est Dei voluntas & beneplacitum.

*Contradictiones patitur virtus.* *Nehe. 4.* *Gen. 15.* *Luc. 7.*

G

*Strauerunt vestimenta sua in via.* Propter Christum vtiq. hoc fiebat, non propter asinam, vt intelligant serui Dei quod cum honorantur, Deo potius eum honorem tribuere debeant, dicantque oculos ad cęlum leuando, soli Deo honor & gloria, Osanna in excelsis. Atque hac quidem humilitate plurimum proficient, & alia multa beneficia impetrabunt, nam paruulis reuelat Deus secreta sua, sicut etiã videmus hodie instruxisse pueros istos. Cæterum merito quidem hodierno die ramos oliuæ gestamus, insignum misericordiæ & clementiæ. Dic enim quæso, si filius alicuius principis à vipera ictus, moriturus esset, nisi statim de consilio medicorum aliquis pro eo moreretur, an nõ vnus quispiam iam fere capitis damnatus, aut captiuus huic rei deuoueretur? Cæterũ id non perinde mirũ: at vero si seruus aliquis morti vicinus esset, & principis filius libẽter pro eius liberatione se morti exponeret, an nõ hæc esset maxima clemẽtia?

*Tentationibus quomodo resistemus.* *Honorem Deo tribuamus.* *Matt. 11.* *Luc. 10.* *Misericordes simus.* *Simile.* *Dei ineffabilis erga nos amor.*

H

Sic

A Sic ergo filius Dei hodierno die se libentissime morti offer-
re voluit pro infimo & abiectissimo seruo: & insignum huius
tantæ misericordiæ & clementiæ, gestantur oliuæ rami. Porro
sicut duplex est miseria nempe corporalis & spiritualis: sic etiã
duplici vtitur Deus nobiscum misericordia, videlicet parua & *Simile.*
magna: & duplicem etiam habere dicitur iram, nempe paruam,
qua punit his temporalibus pœnis: vnde Iob. 1. dicitur extende
paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: Et mag *Iob. 1.*
nam iram, de qua Zacha. 1. ira magna ego irascar super gentes
B opulentas. Parua ergo misericordia à parua liberari videmur *Zachar. 1.*
ira: & magna misericordia à magna ira. Sed pleriq. magis sen-
tire videntur paruam quam magnam iram, cum magis affician-
tur temporalibus bonis. Magna tamen est dementia non pro-
curare vt à magna liberemur ira, cum pœnes nos sit si modo ve
limus Deo vocanti parere Vnde Psal. inquit, adiutor in oppor
tunitatibus & tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Da-
uid quidem cum misericordiam pro anima sua peteret, ait, *Psal. 45.*
miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. *Psal. 50.*
Chananæa autem dicebat, miserere mei fili Dauid. Nos etiam
C talibus propositis exemplis, Dei misericordiam imploremus,
ideo enim oliuæ ramos gestamus: neque superbiamus, aliter
enim humiliabimur maxime & prostrabimur à Deo. Isa 47. *Mat. 15.*
descende, sede in puluere &c. Si ergo gentiles ita humiliabat, *Misericordiã dei implore-mus.*
quanto magis nos humiliabit, qui veri Dei cognitionem habę
mus, si ex ea non proficiamus, tum etiam ex tanta Christi hu-
militate, qui hodie venit asinæ insidens? Et certe quosdam vi-
deas adeo superbos, vt cæteros despiciant tanquam seruos *Isa. 47.*
suos, cum tamen ipsi sint potius peccati serui. Vnde his qua- *Superbos quomodo puniat Deus.*
drare videtur illud Apo. nomen habes quod viuas, & mortuus
D es. Quin & in sepulchris interdum iactantiam præseferre ali
qui videntur: cum tamen fortasse ipsis quadret illud Hier. tran-
sijt messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. Vnde addit *Quãta sit aliquorũ superbia.*
propheta, nunquid resina non est in Galaad, aut medicus nõ
est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?
Frequentemus ergo sacramenta, viuat quisque decenter in ea *Apo. 3.*
vocatione qua vocatus est: & cum Christiani vocemur, Chri- *Hier. 8.*
stum imitemur & sequamur. Præcipiebat quidem Deus in Exo. *Frequẽte-mus sacramenta.*
vt nomina filiorum Israel in pretiosis lapidibus scriberentur.
Curemus igitur & nos vt nomina nostra virtutibus insculpa-
mus, & in petra perseuerantię inscribamus. Hinc Apo. nos mo *Exo. 28.*
net dicens, obsecro vinctus in domino, vt digne ambuletis in *Ephe. 4.*

ea vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate & mansuetu E
dine. Imitemur ergo Christi humilitatem, qui nõ in curru, aut
lectica venit, vt faciunt aliqui hoc tempore, minus fortasse ho-
neste, & potius ad vanam ostentationem quandam quam ad ne-
*Iosue.11.* cessitatem, sed potius insidẽs asinæ. Præcepit quidẽ olim Deus
*Currumulti ad vanã quandam ostentationẽ dumtaxat vtuntur.* Hebræis vt subneruarent equos & comburerent currus eorum
qui ipsis impediebant ingressum in terram promissionis, ne for
te ipsi etiam vellent eos imitari. Vtinam non essent multi hoc
tempore qui missam & concionem dimittant aliquibus festis
diebus, propterea quod curru minus ornato vti nolint, & pro- F
pterea cum eo vehi non possint, diuina officia ommittunt. Vi
deas etiam quod cum deberent magna cum deuotione ad tem-
plum accedere, meditando peccata sua, potius fenestras quasdã
sibi in eisdem curribus constituerint, vt possint omnes præ-
tereuntes spectare, & vicissim ab ipsis videantur & salutentur.
Et quod peius est, non solum nobiles, sed prope modum iam
plebeij viri hac vanitate ducuntur, & se magnis nobilibus cõpa
*Multi põpas mũdanas sectantur.* rare volunt. Quodquidem reprehendens Ecclesi. dicebat, ne ac
cipias faciem aduersus faciem tuam, hoc est pauper cum sis, no-
li videri diues. Noli tantopere paupertatem aspernari, & te di- G
uitem fingendo, peccata multa committere. Non debes ignomi
*Eccle.4.* niæ ducere paupertatem ipsam. Siquidem Paulus potius gloria
*Superflui sumptus plurimum nocent.* batur in ea, dicens, in fame & siti, frigore & nuditate, &c.
Porro in eo quod Christus etiam pullum conscendat, & ipsi
insideat, insinuatur nobis quomodo debeamus rebellem & in-
domitam carnem nostram domare, & seruituti spiritus subijce-
*1.Co.11.* re. Quamuis enim aliquis se vitijs propensum & pronũ videat,
*Inclinationes malas superem⁹.* non debet tamen propterea diffidere, sed potius speret quod cũ
diuino auxilio, propẽsiones, obstaculaq. huiusmodi superabit. H
De Socrate quidem ferunt, quod cum aliquãdo sibi obijceretur
*Exemp. Socra.* quod esset luxuriæ, & baccho, atq; alijs huiusmodi vitijs dedi-
tus, vellentq. eius discipuli huiusmodi iniurias vlcisci: sapien-
ter ait, sibi quidem tales esse inclinationes & propensiones, sed
*Cupiditates nostras frenemus.* tamen per studium philosophiæ sublatas esse. Est quidem tanta
Dei misericordia, vt nobis auxiliũ tribuat ad vincendas & do-
mãdas prauas inclinationes & affectiones nostras, imo & eas in
melius cõmutat. Sic enim videmus quod cũ Hebræi maxime de
lectarentur ciborum lautitia & abundantia, dixit illis quod eos
*Exod.3.* educeret de terra Aegypti, atque duceret in terram lacte & mel
le manantem: & hoc modo videbatur eis commutare eam aui-
ditatem quam habebant circa cæpas & allia, in meliores cibos,
& præ-

A & præstantiores ciborum lautitias. Tum etiã cum videret eos propensos ad sacrificia idolorum, non abstulit eis sacrificiorũ vsum, sed præcepit, Vt sibi sacrificarent. Sic ergo nos prauas, inclinationes in melius cõmutemus: si amicus es thesaurizãdi, poteris thesaurizare in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neq furantur. Si propẽsus es ad honores, incumbe potius vt eos habeas in cęlo, quam in terra vbi sunt tam caduci & fragiles: in cęlo enim sunt perpetuo duraturi, & non sunt expositi oculis inuidorum & maleuolorum: si times necessitates mundanas, time potius dominum, &

*Variç inuentiones Dei quibus nos ad cælum ducat.*

*Mat. 6.*

B bonis omnibus abundabis. Si propensus es ad delectationes, cęlestes potius appete delectationes, quam terrenas & carnales: atque ita in singulis propensionibus tegerere poteris, vt scilicet eas in melius commutes, neque enim minoris esse debes conditionis quam iumenta ipsa quæ domi habes: si enim iumenta tua indomita curas domanda & instruenda, cur non magis incumbes in tui ipsius curam & ornamentũ? Curas instruendũ equũ in cursu, in gressu moderando, vel comprimendo: item mulam quomodo te sequi debeat etiam sine ductore: insuper etiam leporarium canem doces quomodo vestigare & persequi prædã

*Inclinationes prauas in meliores commutemus.*

*Simile.*

*Magis videmur soliciti de instructione iumentorũ quã nostra.*

C debeat: multo igitur æquius profecto est vt te ipsum erudias & instruas in his quæ ad virtutem & honestatem pertinent atque spectant, ne tandem vsque ad senectã vitia ipsa perducas. Quod vt præstare valeas, diuinum implorato auxilium, quod certe tibi non deerit, si feceris quod in te est. Siquidem succinũ ipsum non quascũq. attrahit paleas, sed sibi proportionatas, non autẽ prægrandes & nimis ponderosas Porro hæc quidem dispositio quæ à nobis fieri debet, figurata esse videtur. 4. lib. Reg. cũ mulier illa in singulis vasis vacuis oleum infundebat pro eorum

*Simile.*

*4. Reg. 4.*

D capacitate: sic ergo si te diligenter præparaueris, gratiam suam Deus tibi communicabit, atq. multis cœlestibus thesauris te locupletabit. Si enim solet Deus etiam his qui beneficia ab ipso non postulant, ea tamen impartiri: quanto magis si ea postulaueris cum humilitate atq. ad ea recipienda diligenter te præparaueris? Vide quæso quomodo Saul dum asinas quæreret, regnum inuenit, quo fortasse nihil minus cogitabat. Cõsidera quo modo Saulus viam suam faceret, spirans minarum & cædis in discipulos domini, & tamẽ euectus est ad amplissimũ Apostolatus munus, & beneficia multa diuinitus adeptus est & cõsecut⁹: vnde intelligamus quã vera sit illa Apost. sententia, cũ ait quod Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.

*Figura.*

*Simile.*

*1. Re. 9.*

*1. Reg. 10.*

*Acto. 9.*

*Phil. 2.*

Quare ad tanta diuinitus impetranda beneficia, nos diligenter E
præparemus & disponamus. Vnde Apost. ait quod sumus nos
1. Co. 3. coadiutores. Item alibi ait, non ego, sed gratia Dei mecum. Sed
1. Cor. 15. interim dices tu, perdifficile admodum esse huiusmodi prauas inclinationes & propensiones dimittere, atque inueteratam peccandi consuetudinem. Veruntamen aduertere debes quod statim mali occasiones aliquas quærunt, & contradictiones comminiscuntur, iuxta illud Apo. quis similis bestię, aut quis po-
Apo. 13. terit pugnare cum ea? Hoc est quis poterit deserere, ludos, blasphemias, fornicationes, & adulteria? Fateor quidem id impossibile esse si solas humanas vires attendas, at vero diuinum debes F
humiliter implorare auxilium, & ipse iuuabit te Deus, vnde Matt. 11. dicitur, venite ad me omnes qui laboratis & onerati
Mat 11. estis, & ego reficiam vos. Item apud Isa. ait ego, ego ipse con-
Isa. 55. solabor vos. Et alibi, transite, transite per portas, pręparate vi-
Isa. 6. am populo, planum facite iter, & eligite lapides &c. Vnde intelligas quod tibi Deus difficultates omnes auferet, & viam planam faciet. Quin etiam eos qui nuper cęperunt deseruire tã dulciter & suauiter tractat, vt nullas graues difficultates eis proponat, ne cadant animo. In cuius rei figurã Hebræos cum nuper de Aegypto eduxerat, non duxit statim per medios phi G
Exo. 15. litthęos, ne fortasse si ipsis bellum mouerent, animis caderent,
Lenes ten & rursus in Aegyptum reuerterentur: atque idcirco duxit eos
tationes potius per desertum: vt inde intelligamus quod non solum im-
initio susti pedimenta tollat, sed etiam suo fauore prosequatur. In cuius
nemus. rei figuram Ioseph non solum fratribus suis triticum dedit,
Gen. 44. sed etiam alia bona videlicet multa eis contulit: sic ergo Deus nobiscum segeret, si bene vtamur acceptis beneficijs, iuxta il-
Psal. 83. lud regij vatis, gratiam & gloriam dabit dominus. Atque hoc quidem pacto asinam nostræ carnis domabimus & frænabimus, H
quamuis prauas habeat inclinationes & propensiones.

*Strauerunt vestimenta sua in via.* Quisquis hoc obsequiũ domino præstare cupis, depone odium, respue libidinẽ, extingue vindictæ cupiditatem, amoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Si alienis opibus viuis, his etiam te spoliare debes, ac dominis suis reddere. Si periculosa aliqua familiaritate aut contubernio ad malũ traheris, hæc quoq; diaboli vincula solue. Quod si hoc tempore non facis, quando tam multos habes quorum exempla sectaris, quando te sacratissimi huius temporis ratio inuitat, quando quæso illa amplexurus es?

# A DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

## CONCIO TERTIA.

*Mundana quam sint caduca.*

CVM appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti. Mat. 21. Satis quidem
B ex hodierno Euangelio constat quam sint caduca & fluxa, atque mutabilia hæc mundana: cum videamus quanta cum iubilatione & applausu fuerit Christus dominus modo à Iudæis exceptus, qui tamen post quinque dies eum crucifigunt, & maxima cum ignominia tractant. Itaque quamuis te in magna positum videas prosperitate, non tamen te securum existimare debes. Vide enim obsecro in quam florenti rerum statu versaretur Aman, quamque intimus esset regi Assuero, adeo vt & totum regnum ad eius nutum gubernaretur, & omnes ei
C sedulo obedirent, & tamen ita rerum vices inuersæ sunt, vt nemo odiosior ipsi Assuero fuerit, ita vt tandem in patibulum arreptus sit. Vide etiam quid acciderit ipsi Sisaræ, qui cũ procederet contra Hebræos cum numeroso exercitu, & diu tardare videretur matri suæ, cui dixerunt quod fortasse tunc diuideret spolia, & sibi pretiosiora reseruaret: nihilominus tamẽ victus ipse fuit, & à fœmina interemptus. Vnde Isa. ait, erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succẽdentur. Sed vide obsecro quam parui facienda sit mundana gloria, cum eam Deus seruis suis diuidere & impartiri nolit. Nam prædicatio illa tam celebris ipsius baptistę, tantaque mirabilia quæ in eius cõ
D ceptione & natiuitate secuta sunt, eo tandẽ veniũt vt capite trũcaretur Ioannes. Item sacrificia illa quæ Lystris Paulo & Barnabę offerre volebant, tandem quidem in carcerem & lapidationẽ cõuersa sunt. Nõ igitur perpetuos existimemus istos honores seculi, sicut multi sentire videntur, audientes quod dicatur status principum, vel status ciuium, siquidem omnia velut vmbra prætereunt, vt ait Iob. Recordare obsecro quanto cum fastu procederet & tumore Pharao cum Hebræos persequebatur, adeo vt diceret: persequar et comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea, sed tamen ipse cum suo exercitu misere perijt. Sicut ergo vnda succedit vndæ, & fluxus fluxui: sic etiam hæ res mundanæ in

*Non est cõstãtia in rẽbus mundanis.*
*Prosperitates humanę quã sint mutabiles.*
*Ezec.* 7.
*Iudic.* 4. & 5.
*Isa.* 1.
*Mũdana gloria quã sit exilis.*
*Mat.* 14.
Act. 14.
*Iob* 14.
*Exo.* 15.
*Non confidamus in potentia humana.*
*Simile.*

magna versantur vicissitudine: conchilia tamen hęrent ipsis ru E
pibus & saxis firmissime: sic etiam qui Christo tanquam petræ ad
*Gre. Na.* hærent immobili, salui fiunt. Atque huiusmodi quidem consi
deratione vtebatur Greg. Nazan. ad littus maris positus, cum
exul esset, vt constat ex lib. quem ipse scripsit, ab exilio reuer-
sus: hæc enim est conditio seruorum Dei, vt ex omnibus quæ vi
dent, aliqua semper ad animæ vtilitatem colligant: & propterea
immobiles etiam solent ipsi in virtute per manere, ne à mutabi-
litate seculi peruertantur. Vnde Psal. stantes erant pedes nostri
in atrijs tuis Hierusalem: nam pedes sunt affectiones, & Hieru-
salem cælum ipsum, vt intelligamus quod in cælo affectiones F
*Psal. 121.* suas defixas habeant. Vnde Apost ait, nostra conuersatio in
cælis est. Sunt ergo viri iusti instar stellarum in nocte apparen
*Phil. 3.* tium, quæ quamuis videantur esse in aqua, nihilominus tamen
*Mundani quà sint vagi & miseri.* sunt in cælo defixæ. At vero mali ita se terrenis rebus immergunt, vt in eis existiment se stabilitatẽ inuenturos. Sane quãdo comædia aliqua representatur, nemo sane mentis existimabit ali quem esse regem, quamuis regijs induatur vestibus: at vero pue-
*Simile.* ri & qui solidum non habent rationis vsum fortasse existimabũt
*Non est firmitas in rebus huius seculi.* illum reuera esse regem: sic plane inopes mentis esse videtur qui G
in his fluxis rebus firmitatem inesse arbitrantur, sed potius ex
his tanquam gradibus quibusdam, ad cælestia assurgere debent,
videntes enim splendorem solis, assurgere debemus ad splendo-
rẽ diuinæ maiestatis: item ex varijs affectibus inferioribus, ascẽ-
dimus ad contemplandam Dei omnipotentiã, vt ibi nostra fixa
sint corda, vbi vera sunt gaudia. Sed tamen mũdani homines his
rebus caducis tantum intendunt, & ita Deum nõn inueniunt.
*D. August.* Vnde August. ait, quęrite quod quæritis, sed vbi quæritis non
inuenietis. Tu quęris diuitias in his rebus caducis, vbi tamen nõ
sunt veræ diuitię. H

Sane ita reputare debemus hæc terrena, quasi iam transissent,
propter tantam eorum mutabilitatem: quodsi faceremus, nõ ita
*Mũdanis minus inhiamus.* eorum amore arderemus. Vnde Ioan. ait, nolite diligere mũdũ, I
neque ea quæ in mundo sunt: nam inquit, omne quod in mun-
do est, aut est concupiscentia carnis &c Et mundus inquit, tran
*1. Ioan. 2.* sit, & concupiscentia eius. Sicut enim lagenæ quæ in antlia po-
nuntur, ascendunt quidem plenę, sed descendunt vacuę; sic am-
bitiosi & mundani quasi funibus quibusdam ambitionis colliga-
*Simile.* ti, alij alijs cedunt, & alij honoribus pleni, ab alijs exinaniuntur.
*Psal. 36.* Vnde Psal. inimici domini mox vt honorificati fuerint & exal-
tati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Nam quanto
fumus

A fumus altius ascendit, tanto citius à vento dissipatur: & quanto lagena in antlia altior est, eo citius exhauritur. Sic August. ait quod quanto quis est in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur Quamobrem hęc mundana animo quodam magnanimo contemnamus. Vnde cum Philippus Macedoniæ rex Philosophis suis pręciperet vt quæstionẽ quandã disputarent, quidnam scilicet videretur in mundo nobilissimum: cumque alius diceret esse montem olympum: alius vero aquam, quæ ignẽ extinguebat: & alius solem: vnus tamen dixit esse cor illius qui B omnia mundana contemnit, atque ita victoriam reportauit, cum præstantiorem iudicaret illum qui artem inuenisset contemnendi hęc mundana, quam illum qui artem inuenisset ea appetendi. Dat quidem tibi res mundus vt eas restituas, quamuis hic tibi videaris plurimum inflatus: sicut videmus quod quandiu durat ludus pyramidularum, alia pro viginti valet, & alia pro decem: non tamen cum confusæ in saccum conijciuntur, vel in angulũ reijciuntur. Sic ergo mũdani quamuis hic ex bonis terrenis plurimi fieri videantur, tamen cum vicini sunt morti & vidẽt se omnia debere deserere, tunc se deceptos inueniunt & ingenue profitentur. C Quamobrem non diligamus mundum, nec mundana.

*Simile.* *August. in Reg.* *Phil. Exẽ.* *Temporalia sperne re quã sit præstabile* *Simile.* *Mundus tibi restradit vt eas sibi restituas.*

### *Humilitas quam sit praclara.*

*Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Venit quidem Christus asinæ insidens, & ille inquam de quo ait Propheta, quod sedet super Cherubim, vt ita confundat superbiam nostram, & humilitatem nos doceat: & ita signum est humilitas quod in nobis habitet Christus, sicut superbia signum est quod habitet dæmon: Vide D quomodo saul initio se humiliaret, cum diceret, numquid nõ filius gemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Vide quomodo adhuc auum suum commemoret propter maiorem humilitatem, qui pauperior erat. Sed cum superbire cæpit & intumescere, dixit Samueli, honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, Dauid tamen dicebat præ humilitate, quis ego sum, aut quæ est familia mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? Sic etiam prudens & humilis Abigail dicebat, ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Est igitur indicium maximũ quod Christus in aliquo habitet, cũ vere humilis est. Tãta quidẽ erat beati

*Psal. 70.* *1. Reg. 9.* *Humiliemus nos ante Deũ.* *1. Reg. 15.* *1. Reg. 18.* *1. Reg. 25.*

Dominici

Dominici humilitas, vt cum in vrbẽ aliquam ingrederetur, Deũ E
*Exemplũ* oraret ne indignaretur contra eam ciuitatem propterea quod ipse iudicio suo maximus peccator, in eam ingressus esset. Male dictionem quidem reportauit Cain & eius posteritas propter su perbiam etiam, vnde & Nẽrot fuit princeps Babyloniæ, hoc est
*Gen. 4.* confusionis & superbiæ, & ita ambitiosi & superbi, sunt potius serui quã domini: quare humiles potius imitemur. Et videamus
*humilitas Christi con fundit superbiam nostram.* quantum pro nobis Christus sese humiliare voluerit, vt superbiam nostram confunderet: non igitur ignominiosum nobis esse ducamus, quod Christus sibi honori duxit, & quod nobis tã vtile fuit. Vnde Isa. dicebat, desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum. Turpe ergo est quod multi hæc vidẽtes, sint F
*Isa. 53.* tãtopere superbi, adeo vt eis cõueniat illud Amos, væ vobis qui
*Amos. 6.* opulenti estis in Sion: non ergo ita faciamus, sed potius humi-
*Simile.* liemus nos: etenim quanto magis luna à sole ipso distat, tanto maiorem accipit splendorem; sic etiam quanto magis superbiã tuam deprimis & te humilias ante Deum, tanto etiam gratior
*Humiles quanto magis huic virtuti incumbũt tãto laudabiliores.* es apud Deum & homines. Et sicut quãto magis luna appropin quat soli, tanto magis obscuratur: sic etiam quanto quis cum præsumptione se apud Deum iactat, tanto etiã magis obscuratur & obtenebratur: sicut per ipsam humilitatem, magis, magisque humiliando se, illustratur & nobilitatur. Et quemadmodũ G leo reueretur murem aut gallum, & elephas vulpem, & ita in cæ
*Simile.* teris animãtibus: sic Deus sola humilitate videtur quodammo-
*Humiles quanti faciat Deus.* do vinci, si ita loqui fas est, & hæc virtus vincit inuincibilem, vt inde intelligamus quanto studio & diligentia debeamus huic virtuti incumbere & inuigilare.

Sane aquila ipsa quamuis in altum tantopere volet, nihilominus tamen se ad pastum abijcit, & humiliter nidificat: sic etiam tu
*Simile.* quamuis diues sis, vel Doctus vir, & cælorum excelsa sciẽtia tua penetras, nisi te humiliaueris, deficiet, vtique te spiritualis pa- H stus, quo possis animam tuam pascere & alere, ac sustentare: neque filios habebis in nido tuo, idest bonas & sanctas considera-
*Gene. 47.* tiones. Fuit quidem Ioseph tam humilis, vt ex duodecim fratri
*Humiles quantum possint apud Deum & homines.* bus quos habebat, quinque delegerit minoris staturæ & præsen tiæ, vt ad Pharaonem ingrederentur, atque præmonuit eos vt si rex ipsos interrogaret cui officio incumberent, responderent, viri pastores sumus serui tui: non dixit vt responderent se ab illustri Iacob procedere, neque vt pretiosis induerẽtur vestibus suasit, sed potius vt hac humilitate vterentur apud regem. Vnde quæso existimas ipsum Dauidem ad tantam nominis celebri-

tatem

A tatem peruenisse, nisi ex hac humilitatis virtute? Dicebat n. āque præ maxima humilitate, factus sum tanquam vas perditū: Quasi diceret, sicut vas perditum & comminutum, vix testā habet qua possis carbunculos corrogare: sic etiam iudico me propemodū vilissimum omnino & abiectissimum. Vide igitur quanta fuerit Christi humilitas, vt pater ipse debuerit eum commendare in monte Thabor, tum etiam cum baptizaretur: dicendo, hic est filius meus dilectus, vt ita manifestaretur eius maiestas, quæ in tanta humilitate latebat, & in tam paupere vita. Si igitur plurimum conducit vt quis se humiliet, videre exemplū humilitatis alicuius principis, vel alterius illustris personæ: quanto vtilius nobis erit ad humilitatem seruandā, quod scilicet consideremus quam humilis Christus fuerit? Sed quid tantopere mirum quod scilicet aliqua insignis persona se humiliet, cum sit puluis & cinis? at vero quod se ille humiliet qui lucem habitat inacessibilē, qui super ventorum pennas ambulat, & qui sedet super Cherubim, id quidem maxima admiratione dignum est. Vide obsecro quantum se humiliauerit Christus atque abiecerit, videlicet in præsepio, in morte, in sepulchro, in limbo. Et quemadmodum C cum aliquis dux vrbem aliquam expugnat, omnibus vtitur instrumētis bellicis, arietibus, telis, armis, tormentis manuarijs, & alijs huiusmodi: vt ita tandem ciuitatem ipsam sibi subijciat: sic etiam cum Christus ad expugnandam & conculcandam mūdi superbiam venisset, ab ipso vsque præsepio eam semper humilitatis armis impugnauit. Quis igitur tantis humilitatis Christi propositis exemplis, non deponet fastum omnem & arrogantiam? Sane qui Dauidem sectabantur cum fugeret Absalon, & viderēt quod pedester ita incederet, ipsi etiam eodēmodo se gesserunt: quis ergo erit posthac qui videns tantam Christi humilitatē & D mansuetudinem, & quod mansuetæ asinæ insideat, non confundatur, & superbiam omnem deponat atque fastum? si ipse tantum se pro nobis demisit & humiliauit, cur non etiam nos vicissim propter ipsum humiliabimus?

*Psal. 30.*
*Humiliemus nos vt a Deo sublevemur.*
*Mar. 1.*
*Mat. 17.*
*Simile.*
*1 Timo. 6.*
*Psal. 103.*
*Psal. 70.*
*Simile.*
*Arrogātia quam sit detestabilis.*

*Anima peccatoris in quanta versetur miseria.*

*Et inuenietis asinam alligatam.* Anima quidem peccatoris est veluti asina alligata, quæ dignitatem suam atque splendorem amisit, & propterea debet à vitis Apostolicis solui. Porro regius vates monere nos volens quomodo à peccatis resipiscere debeamus, ait: filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis *Psal. 4.*

vanitatem

vanitatem &c. Quasi diceret, cum ad tantam dignitatem diui- E
no munere & beneficio euecti sitis, quorsum vos peccatis inqui
natis & contaminatis? Narrat quidem Pli. quod rex Demetrius
*Pli.li. 35. natu. hist.* tanti faceret picturã quãdã à Protogene factam, vt noluerit ciuitatem quandam incendio vastare, quam obsederat, & in qua pulcherrima illa pictura latitabat, de qua vrbe dicit Pindarus quod
*Pinda.* tam diues esset vt super eam aurum plueret: vide igitur quomodo præ amore illius imaginis, tanta se opulentia priuaret: si igitur tãti fecit: quanto igitur pluris facere debemus animam nostram, quæ est ad imaginem & similitudinem Dei facta à tam di- F
*Animam quanti facere debeamus.* uino artifice? describens quidem nobis Isa. Miseriã animę quæ in peccato versatur, ait: derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea &c. Magna quidem est miseria nostra quod animam nostram tam vili vendamus pretio: nolles tu quidem cor-
*Isa. 1.* pus tuum in barbarorum seruitutem redigere, quamuis tibi am
*Simile.* plissima pecunia numeraretur, & tamen vendis animam tuam vi
*Ezech. 13.* lissimo pretio. Vnde apud Ezech dicitur, violabant me prop-
*Simile.* ter pugillum hordei, & propter fragmen panis. Sane sicut in hospitio accidit alicui qui comedit ibidem sub pignore aliquo, vt scilicet cum minus id putasset, excedit sumptus valorem pi- G
*Negligenter viuimus.* gnoris, atque ita hospes illud reseruat: sic etiam accidit plerisque qui peccant existimantes id parum esse, sed tamen quando minus se irretitos putant, illaqueantur ab ipso dæmone. Quam
*Simile.* obrem cum tam vili pretio animam vendiderimus, accedamus tanquam pupilli defraudati & decepti, ad nostrum tutorẽ Christum, vt venditionem omnem atque contractum rescindat: tum etiam angelos protectores nostros inuocemus, vt ipsi etiam pro nobis intercedant. Quid quæso darent damnati si pœnitentiæ agendæ sibi tempus concederetur? Quare finge quod iam ardeas
*Vtilis consideratio.* in inferno, et quod benignitate diuina huc reuocatus sis ad pæ H
nitentiam agendam, & ita magnum quendam dolorem peccatorum tuorum concipies. Si tantum damnum infertur alteri amico, cum amici anima à corpore separatur, quanto quæso maius damnum erit, quod Deum ab anima nostra separari patia-
*Simile.* mur? si tale & tam fætidum redditur corpus sine anima, quanto
*Isa. 34.* deformior erit anima sine Deo? Vnde Isa. ait, erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia, quasi pos
*Rom. 8.* sessores talis domus. Vnde Pau. ait, siquis non habet Spiritum
*Isa. 51.* Christi, hic non est eius. Contra tamen de anima sancta & iusta dicit Isa. ponit solitudinem eius quasi hortum domini. Ignominiosum sane nobis est quod corpus nostrum pretiose ornemus,

& tamen

A & tamen animam negligamus. Sane cum aliquando Philosophus quidam inuitatus fuisset apud quendam, videretque totí domum egregie ornatam, & tamen faciem domini sordidam, spuit in faciem eius, dicens se in tam ornata domo non inueniri commodiorem locum vbi posset expuere. Non debemus igitur animam maculis peccatorum fædare, ne digna sputo appareat. Si pictor aliquis postquam summo artificio & diligentia picturam aliquam depinxisset, videret quod ab alio conspueretur, annon maxime succenseret? Sic ergo plurimum succenset B Deus quod imaginem animæ nostræ, quam ipse creauit, sceleribus deformemus. Vnde Ezech. 16. dicitur, perfecta eras in decore meo quem posuerā super te, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es, væ, væ tibi ait dominus. Plato quidem quamuis gentilis dixit, nihil aliud esse peccare, quam collo sibi vincula circundare. Et certe sicut qui se suspendit, vita corporali se priuat: sic qui lethaliter delinquit, vita spirituali: vt inde intelligas quam apposite etiam anima peccatoris comparetur asinę ligatæ, cum ipsa sit etiam ligata peccatorum vinculis. Recordare C præterea quantum zelum haberet Iudas Machabæus lustrandi & purgandi templum: vt inde discamus quod maximam adhibere debeamus curam vt diligenter animæ nostræ vitia expurgemus cū Dei tēplum sit, in qua tamē sacrificia dæmoni per peccata offerimus. Vnde Ezech: 28. dicitur, fili hominis leua planctum super regem Tyri, & dic ei, hæc dicit dominus, tu signaculum similitudinis, perfectus decore, & peccasti &c. Dolendum sane est quod anima propter quam sanguinem suum Deus effudit, ita vitijs sese coinquinet: quantum enim sit eius pretium, facile ex pretio redemptionis ineffabilis intelliges. Si enim lapidarium dātem videres pro lapillo aliquo viginti mille aureos nummos, an D non mirareris, & diceres lapidem illum pretiosum esse pro quo tanta persolueretur summa? Accedente autem te ad lapidarium, diceret ille, nonne vides splendorem quendam in eo relucere? atque vbi ego obscuritatem illam detraxero quæ eum circundat, intelliges quanti sit pretij. Sic ergo cum ille qui nec falli, nec fallere potest, Deus, tantum dederit pretium pro redemptione animæ, intelligere sane ex eo debemus quam sit pretiosa gemma & inęstimabilis. Atque propterea mittit hodie discipulos suos, vt eam vinculis peccatorum constrictam, soluant & sibi adducant per pænitentiam.

*Exemplū* *Simile.* *Animam non fędemus.* *Ezech. 16* *Plato li. 9 de repub.* *Simile.* *1. Ma. 4.* *Anima tēplum Dei* *Ezech. 28* *Simile.* *Valor animæ ex redēptionis pretio intelligitur.*

Appendix.

## APPENDIX.

E

*Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Non ait, venit tibi castus & abstinens, sed mansuetus Sane quemadmodum saturnus qui ex stellis errantibus summum tenet locum, motu naturali tardis sime agitur in orbem: sic qui est in excelsa dignitate cõstitutus, nulla debet esse insana iracundia cõcitatus, sed leni animo ac re misso ad seueritatem moueri, ne forte graui immanitate ducatur, & temere prçcipitetur. Vt musicus cytharedus chordas dissonantes non statim resecat & abijcit, sed sensim intendens & remittens, ad concentus temperantiam adducit: sic qui rempub. gubernandam suscepit, leuiter debet & suauiter subditos corrigere, & non cum immanitate punire nisi quando aliter exigere videatur ipsa iustitia.

*Mansuetudo quàtum ornet viros in dignitate cõstitutos.* *Simile.* *Simile.*

F

## DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

### CONCIO QVARTA.

*Coniuges quomodo se gerere debeant.*

G



*VM appropinquasset &c. Misit duos discipulos.* Mat. 21 Est quidem hic numerus binarius celeberrimus in sacris literis: nam bina & bina introduxit Noe animalia in arcam: item in duabus tabulis descripta fuit lex, item binos mittebat Christus discipulos ad prçdicandum: item duo coniuges in matrimonium copulantur, nempe maritus & vxor: quæ coniunctio si Sancte seruetur, plurimum quidem placet Deo; aliter enim si in discordia viuant, eis quadrabit ꝙ Christus inquit, erunt duo in lecto, & vnus assumetur, & alius relinquetur. Si vero honeste & concorditer vixerint, amplissima quidem præmia reportabunt Vnde Apost. de nupta ait, saluabitur per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate. Item viris ait Petrus: viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes vestrç. Vide igitur quomodo se mutuo honorare & iuuare debent coniuges. Sic videmus in Cantic. quantopere sponsus honoret ipsam sponsam. Nam cum ipsa dicat, nigra sum: sponsus ait, sicut liliũ inter spinas: item tota pulchra es amica mea. Quare si ita honorauerit maritus

*Gen.6.* *Exo.34.* *Mar.6.* *Luc.10.* *Gen.2.* *Mat. 24.* H *1. Timo.2.* *1. Pe.3.* *Coniuges se mutuo honorent.* *Can.1.* *Can.2.*

A maritus vxorem suam, magis ipsum diliget: vnde propterea appellat infirmius vasculum, vt eam tanquam vas vitreum prudenter teneat & gubernet, cogitetque eam sibi datam in sociã & collateralem. Sic etiam vicissim vxor virum suum honorare debet, tanquam caput suum. In Gen. Quidem habetur dixisse Deum, non esse bonum hominem esse solum: cumque singula contueretur animalia, non inueniebatur adiutor similis illi: atque ita ex ipsomet Adamo educta est costa vt formaretur Eua, vt ita tãdẽ sicut B propria membra homo amat, sic etiam vxorem suam amaret, & propter eam patrem & matrem desereret. Sed nihilominus tamẽ videas aliquos viros tam peruersos, qui vxores suas sine vlla causa odio prosequuntur, & indigne tractant, qui fortasse non satis recta intentione matrimonio se cõiunxerunt, sed vel vt libidinẽ explerent, vel propter pecunias. Non igitur propter pulchritudinem dumtaxat, matrimonio iungi debes, nam Sarra cum pulchra esset, ideo in magnas angustias conijciebat ipsum Abrahã: Sed quęret aliquis, cur Deus non posuerit præceptum de nõ comedendo de ligno scientiæ boni & mali, postquam creauit Euã, C nam fortasse se abstinuisset? Sed dici potest, quod id fecerit, vt intelligeret vxor, quod sibi etiam vir esset in magistrum & instructorem. Vnde Apost. ait, mulieres si discere volunt, domi viros suos interrogent. Sic ergo Eua instructa à viro, dixit Serpẽti, de fructu lignorũ quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu vero ligni quod est in medio Paradisi, pręcepit nobis Deus ne comederemus &c. Itẽ vt intelligeret mulier quomodo se viri sui honestæ voluntati conformare debeat, cum creauit virũ, ait Deus; faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & postea creauit mulierem. Debent ergo coniuges se inuicem amare, & mutuam sibi seruare fidem. Vnde Apost. honorabile connu- D bium, thorus immaculatus; fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Item alibi ait, nolite fraudare inuicem, nisi forte ex cõsensu ad tempus &c. Ne tentet inquit, vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Porro Eucheri. & venerabilis Beda obseruant in ingressu Noe in arcam & filiorum eius, quomodo prius ponantur viri, & postea vxores eorum, & tamẽ in egressu simul ponuntur, vt inde intelligant coniuges quomodo interdũ pro aliqua vrgente calamitate, & ad Dei iram placandam, decens sit & vtile, vt à mutuo se debito abstineant. Videas porro aliquos coniuges interdum minus decenter tam venerabile sacramentum matrimonij tractare, de quo inquit Pau honorabile cõnubium, quod certe non decet, sed cum sanctum sit, etiã sancte

*Vxor honorare virũ suum Gen. 2.*

*Simile. Gen. 2.*

*Gen. 12*

*Mulier habere debet in magistrum virũ suum.*

*1. Cor. 14.*

*Gen. 3.*

*Gen. 1.*

*Hebr. 13.*

*1. Cor. 7.*

*Euche. li. 1 in Gen. c. 40.*

*Beda in Gen. c. 5.*

*Gen. 7.*

tractandum est. Videes etiam aliquos cõiuges dicentes clericis, E vt ipsi seruiant Deo, nam dicunt nos non possumus, debemus enim filios alere, & sustentare familiam: quasi vero non in hoc etiam seruiant Deo: non igitur est quod dicant se propterea nõ seruire Deo. Fateor tamen quod in nimio sumptu, & in polienda nimis vxore, sæpe turpiter multi se gerant, non ergo debent viri in his tanquam Adam placere suis vxoribus, quę sunt vtrisque perniciem allatura: sed potius honesto ornatu & moderato contentæ sint mulieres, & diligenter incumbant curæ ipsius familiæ & liberorum, sicut olim etiam faciebant matronę illæ Romanæ, quæ cum viderent viros in parandis victorijs occupatos, F ipsæ diligenter quoad poterant virtuti incumbebant. Nam fortasse cum Christus narrat in Euangelio de illo debitore, quod creditor etiam vxorem & liberos debitoris ad vendendum adigeret: in causa fuerat tantorum debitorum contractorum, insolentia & nimius ornatus ipsius vxoris: quamobrem moderate in huiusmodi ornatu se gerere debent, & modum quendam sibi adhibere atque præscribere. Vnde Apost. dicebat, qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Et Aristot. quamuis gentilis ait in suis Oeconomicis, virum ea sobrietate cum vxore sua vti oportere, vt cum ab ea absit, graue non sit ei sese continere, casteque viuere: exemplumque Vlysis adducit, qui cum G per diuturnum tempus à coniuge sua Penelope abesset, sępeque rogaretur à Circe filia Athlæ, vt ad eam accederet, quæ & immortalitatem ipsi pollicebatur, nihilominus tamen satius duxit vxori suę Penelope fidem seruare, quam si immortalis existeret, adulterium perpetrare. Vide etiam quomodo Sarra videns seiam paulo seniorem, & tamen grauidam, se absconderet præ verecundia. Item Elizabeth se occultabat mensibus quinque cum Ioannem conceperat. Sed multas videas hoc tempore mulieres paulo impudentiores quam deceret. Quamobrẽ ita viuant H coniuges, vt mereantur diuinitus bene educatos habere liberos, quales erant isti hodierno die, qui Christo decantabant, osanna, benedictus qui venit in nomine domini. Cæterum vxor eligenda est ex bono nomine virtutis & probitatis. vir autem potius est eligendus prudens quã diues, nam diues si imprudens sit facile fieri potest pauper, item prudens quamuis pauper, facile fieri potest diues. Sed maxime tamen coniuges incumbere debent vt familiam suam & liberos bene instituant: nam quamuis Deus multa alia errata coniugum dissimulare sæpe soleat in hac vita, hoc tamen scelus passim corrigere solet, adeo vt ipsos etiã liberos

*Quomodo interdum coniuges a debito se debeãt abstinere.*

*Heb. 13.*

*Mat. 18.*

*1. Cor. 7.*

*Aristi. Exemp. Vlys.*

*Gen. 21*

*Luc. 1.*

*Parentes bene instruant liberos*

*Non debẽt parentes male educare filios*

A liberos quos male educauerunt, habeant sui carnifices & tortores Et quemadmodum quamuis oculi duo sint in nobis, nihilo minus tamen fere fit vt quo vnus respicit, etiam respiciat alter: *Simile.* sic etiam quamuis vir & vxor diuersæ sint patriæ vel nationis, & generis, debent tamen vnicam habere voluntatem, & in concordia sancta & honesta iugiter perseuerare. Et sicut peritus agricola boues coniungere & combinare sub eodem iugo solet, *Cõiuges sint concordes in virtute.* quos consentientes sibi inuicem & similiores viderit: sic etiam coniuges sese mutuo conformes eligant, vt viuant sub iugo

B sancti matrimonij Nam quemadmodum non bene coniunguntur commissuræ coriaceæ cum panno ipso, sic etiam qui sunt *Simile.* dissimilibus moribus, vix accommodate videntur matrimonio copulari. Et sicut magna quidem hominibus sæpe detrimenta *Simile.* contingunt, ex eo quod seipsos diligenter cognoscere & explorare negligant: sic etiam sinistro sæpe modo euenire solent multa coniugia propterea quod externa potius pecunia respiciatur, *Simile.* quam interni mores contrahentium. Denique sicut pica, merula, vel similes aues, ea loquuntur solum quæ sunt edoctæ: sic etiam liberi facile quidem personare solent quę à parentibus acceperunt & didicerunt.

C Ducũtur à multis vxores non causa fornicationis vitandę, sed causa luxurię: non causa prolis, sed causa pecunię. Vnde Marci *Hugo de sancto victore.* Catonis filia iunior, quum quæreretur ab ea cur post amissum virum denuo non nuberet, respondit se non inuenire virum, qui se magis vellet quam sua, quo dicto eleganter ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere, quam pudicitiam, & multos non oculis, sed diuitijs vxores ducere. Optimũ est sane, quum non auaritia conciliat, quum non luxuria copulat.

*Beatitudo quanta sit excellentiæ.*

D Voluit quidem Christus dominus vt tanta celebritas & iubilatio fieret hodierno die, vt inde aliquo modo vestigaremus primum quidem quantum esset desiderium quo tenebatur salutis *Salus animę quanti sit momenti.* nostrę: tum etiam quanta sint cælestia gaudia, pro quibus nobis comparandis, pati libentissime volebat. Sed vę miseris nobis, qui tam negligentes sumus circa considerationem ineffabilium & cęlestium gaudiorum. Sane si minimus etiam angelus, etiam in extremo orbis angulo se conspicuum exhiberet, omnes vndiq; *Simile.* ad eum confluerent vt tam mirabile contuerentur spectaculum: quanto igitur ad mirabilius spectaculum futurum est, cum angelorum omnium dominum contuebimur? *Simile.*

erunt cæleſtes ſpiritus,ſi ad diuinam illam maieſtatem cõferãtur. E
Vnde Iob dicebat, nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum ſuum? in petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, inde contemplatur eſcam &c.
Iob 39. Quod explicans beatus Greg. inquit, quod per huiuſmodi con
D. Greg. ſiderationes ita in altum conſcendunt ſerui Dei, vt videantur
Beatitudo quodammodo interchoros angelicos nidificare & habitationem
quam ſit ſuam conſtituere, atque exinde ad contemplationem eſſentiæ di
excellens. uinæ aſſurgunt, tanquam ad eſcam ſibi præparatam. Vide ergo quanta ſit beatitudo ipſa, quamque excellens, cum in viſione di F
uinæ eſſentiæ conſiſtat, & videatur Deus facie ad faciem, nõ iam
Pſal. 35. per ęnigmata Vnde regius pſaltes dicebat, inebriabuntur ab v-
Gloria cæ bertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos, quoniam
leſtem me apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Si er-
ditemur go puchritudo alicuius creaturæ tãtopere allicit homines, ſicut videmus quod Amnon tantopere deperiret ſororem ſuam Thamar: quanto magis nos cæleſtis beatitudo ad ſe allicere & attrahe
Simile. re debet? ſi propter Helenæ pulchritudinem, tanta incommoda &
2. Reg 13. prælia ſecuta ſunt, vt ait Fa. Quin. & alij autores, per tot annos,
Fa. Quin. & tam crudeles extitere interneciones: quanto quæſo maiores G
labores tolerandi ſunt pro cæleſti beatitudine obtinenda, quæ non per aliquot tantum annos, ſed in ſempiternum eſt duratu-
Quanta ſit ra? O cæcitatem noſtram & tenebras plusquam cymmerias, qui
cæleſtis diu noctuque in tam pretioſi theſauri immenſitatem compará
gloriæ pul dam non incumbamus! ô nos miſerabiles, quos vſque adeo ex
chritudo. cæcauit dæmon, vt nil vnquam de cęleſti gloria & beatitudine meditemur & colloquamur! Sane Apo. lõge vehemẽtius ad cæleſtem patriam anhelabat, & ſuſpirabat, cum diceret, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sane quod non appetamus ardenter cæle
Phil. 1. ſtia gaudia, inde prouenire videtur, quod ſcilicet parum gu- H
ſtauerimus cæleſtem dulcedinem & ſuauitatem, & propterea
Simile. quidem fit vt non tangamur hac tanta pręſtantia & immenſitate: ſed Apoſtol qui aliquid guſtauerat, longe aliter ſentiebat. Quẽadmodum enim accipiter vbi primum prædam inuaſit, ſi poſtea ſibi à venatore eripiatur, & vinciatur ipſe accipiter, atque oculorum conſpectu quodam tegumento priuetur, ſolet ſemper
D. Aug. li ad prædam geſtire, & vult ſibi tegumentum illud excutere. ſic
de vi. ueñ. etiam Paulus cum prædam quodammodo cæleſtem delibaſſet, & poſtea ſe in corporis ergaſtulo concluſum videret, geſtiebat ſemper ad prædam comprehẽdendam, & propterea cupiebat diſſolui et eſſe cum Chriſto.

Tum

A Tum etiam multi alij sancti idipsum cum Apostolo senserunt. Si canis olfaciens domini sui vestigia, tantopere eum sequitur, & quamuis alicubi concludatur, semper tamen latrat donec tandem inde educatur: quanto magis sancti & Dei serui, qui cælestes delectationes sagaciter olfaciunt, Dei sui complexum expetent & desiderabunt? Vnde Dauid dicebat, heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. At vero nos cum huiusmodi cælestem suauitatem non degustauerimus, propterea eius desiderio non afficimur. *Simile.* *Psal. 119.*

B *Bella multa vnde sæpe ortum habeant.*

R*Ex tuus venit tibi mansuetus* Non vacat sane mysterio, quod cum Christus sit rex pacificus & mansuetus, atque pacem tantopere commendauerit, nec non hodierno die cũ ramis potius quam cum armis ingressus fuerit, nihilominus tamen tantis vexemur bellis, & tanta prelia concitemus. Proculdubio existimare debemus hęc omnia propter peccata nostra euenire, quę quidem vult Deus talibus medijs castigare. Vnde Hie. 1. dicitur, ecce ego conuocabo omnes gentes & cognationes regnorum aquilonis, & venient, ait dominus, & ponent vnusquisque soliũ C suum in introitu portarum Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda, & loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum suarum: non igitur tam Turcę & hæretici, quam nostra propria peccata nobis bellum mouent. Vnde Hier. ait, cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & nõ auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Est ergo Dei ira contra peccata nostra succensa, vultque nos talibus adhibitis medijs punire: satiusque vi D detur, à Deo puniri, quam ab hostibus nostris, & melius tunc videtur nobiscum agi. Vnde Hebræi dicebant, peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Item Dauid ait, melius est vt incidam in manus domini: multæ enim misericordiæ eius sunt, quam in manus hominum. Cæterum queri videntur aliqui dicentes, cur permittat Deus nos tantopere à Turcis & alijs hostibus infestari? Certe aperta est responsio, quod ita promerita sint peccata nostra & scelera: & propter eãdem etiam causam sæpe videmus quod victoria amittatur, Hebræis passim contigit, & præsertim quando reliquæ tribus cõ- *Mat. 5.* *Hie. 1.* *Quomodo nos puniat Deus.* *Thre. 2.* *Iudic. 10.* *2. Reg. 24.* *Propter peccata nostra multas habemus persecutiones.* *Iudic. 2.*

tra tribum Beniamin præliabantur: sicut contra, pauci præua- E
*Num. 31.* lerent etiam contra multos si Dei amici essent, & ab eo non re-
*Leui. 26.* cederent. Nam paucos quidem misit Moyses contra Madianitas,& vide quid acciderit. Hinc dicebat Deus quodsi legem seruarent diligenter, vnus inquit ex vobis percutiet mille ex hostibus. Cæterum mirabile est quod vnicus tantum dux victoriam obtineret cum tubis & lagenis. Plurimum quidem confert habere in prælijs Dei seruos, & qui administrent sacramenta & prædicent, vt ita purgata conscientia paratiores sint milites & animosiores ad præliandum. Sed tamen sæpe videas quod potius multi ibi reperiantur interdum publici peccatores, & multæ interueniant lupę & meretrices: atque ita aperte videmus quod indignetur Deus, & ipsis victoriam non concedat. Vnde Moyses dicebat, quomodo persequebatur unus mille, &c. Nonne quia Deus cōclusit illos? Quāobrē salutaria illa beati Ioānis documenta semper milites ante oculos habere debent: & diligēter obseruare, videlicet neminem concutiatis, neque calumniā faciatis,& contenti estote stipendijs vestris. Nam certe deplorandum est interdum, videre quomodo aliqui milites per aliqua oppida transeant, & omnia deuastent & deleant inique sępe. Legimus quidem in lib. Iosue quomodo victoriam amiserint Hebræi, propterea quod vnus dumtaxat aliquid sibi illicite vsurpauerit. Ad superandos ego hostes, præclara quidē arma in primis sunt obseruantię mandatorum Dei: sic videmus quod ipsi Iosue Deus huiusmodi consilium in primis dederit ad victoriam obtinendā, nempe vt seruaret Dei mandata & pręcepta. Sic ergo se debent gerere duces & milites, vt obseruent in primis Dei mādata: tum prætereà si victoriam reportauerint, non eam quidem sibi tribuant & insolenter arrogent, atque brachium suum & vires prędicent, sed potius Deo optimo maximo victoriam & cętera bona accepta referant. Sic enim legimus dixisse Gedeonis milites, gladius domini & Gedeonis.

*Milites deprauati quantum noceant.* (F)

*Deu. 32*

*Luc. 3.*

*Salutaria documenta militū.* (G)

*Iosue. 7.*


*Iosue. 1*

*Iudic. 7.* (H)

## *FERIA SECVNDA HEBDOMMADAE SANCTAE.*

### CONCIO VNICA.

*D. Tho. in Ioan. 12. lect. 1.*



ANTE *sex dies Paschæ venit Iesus in Bethaniam &c.* Ioan. 12. Vt intelligas ait D. Tho. diem Paschæ non quidem quartum decimum diem primi mensis, in quo ad vesperam immolabatur agnus Paschalis, vt habetur Exo. 12.

A tur Exod. 12. Sed potius hic dicitur Pascha, decimaquinta dies quæ tota erat festiua, & illo anno occurrit feria sexta, in qua passus est dominus, ita quod sextus dies ante Pascha, fuit prima feria, idest prima Dominica, in qua dominus cum Ramis Palmarum Hierosolymam intrauit, & in die præcedenti scilicet sabbatho, Christus venit in Bethaniam, & hoc est quod dicitur, ante sex dies Paschæ. *Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus*. Ne putarent homines, ait Aug. Phantasma esse factum, qui à mortuis resurrexit, vn' erat de discũbentibus, viuebat, loquebatur, D.Aug.in Ioã. trac. 50.to.9.
B epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. *Nardi pistici*. Vnde in Can. dicitur, inquit Tho. dũ esset rex in accubitu meo &c. Est autem Nardus, herba breuis & spicosa, & nigra, ex qua fit vnguentum quod vim confortandi habet ex sua aromaticitate: compositionis autem formam ostendit cum dicit, pistici pretiosi: & secundum Aug. dicitur pistici, à loco in quo nardus oriebatur, sed melius est quod exponatur, pistici, idest fidelis, hoc est non sophisticati per aliquã admixtionem, cum pistis Græce idem sit quod fides Latine. Addit autem pretiosi, quia confectum erat ex spica nardi, ex qua pretiosum D.Tho. in Ioan.12. lec.1. Can. 1. Nardus qualis sit. D. Aug.
C vnguentum fit, & forte admixtis alijs pretiosis rebus. In quo docemur quod ea quæ pretiosissima sunt apud nos, Deo debemus offerre, secundum illud Psal. holocausta medullata offeram tibi &c. Et Mala. ait, maledictus dolosus qui habet ingrege suo masculum, & uotum faciens, offert domino debile. *Et domus impleta est*. Per quod insinuatur vnguenti bonitas, cuius odor totam domum impleuit. Si vis iustus esse, vnge pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis terge; si habes super flua, da pauperibus, & domini pedes tersisti. Capilli enim superflua corporis videntur: habes quod agas, da desuperfluis tuis: Psal. 65. Mal.1. Mat.25.
D tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent: de quibus enim nisi de membris suis, in fine dicturus est, cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? superflua vestra impendistis, sed pedibus meis obsecuti estis. Quod autem Mat. & Mar. in hac cæna in Bethania caput domini vnguento illo perfusum dicunt, Ioannes hoc loco pedes dicit: non solum caput, sed & pedes domini accipiamus perfudisse mulierem, quod cũ hoc Ioannes, inquit Cyril, illud vero cęteri Euangelistę commemorant, nullus tamen eorum à veritate discedit. *Dixit Iudas, quare hoc vnguentum &c.* Væ tibi miser ait Augustin. bonus odor occidit te: quare enim hoc dixerit, Euangelista sanctus aperuit. Cyr.in.Io. lib.8.c.6. Augus.in Ioan. trac 50. to. 9.

Putaremus autem & nos, si mens ipsius nobis per Euangelium non proderetur, pauperum cura hoc illum dicere potuisse. Non ita est. Sed quid? audi testem veracem: dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat. Cæterum quod alij Euangelistæ dicunt murmurasse discipulos de pretiosi vnguẽti effusione, Ioannes autem solum Iudam commemorat, putandum est, inquit Chry, discipulorum nomine, Iudam significatũ, plurali numero pro singulari vsurpato, quod in scriptura sępe numero vsu venit. Possunt etiam intelligi alij discipuli aut sensisse hoc, aut dixisse, aut ipsis illud Iuda dicente siue suggerẽte, persuasum esse, atque animũ & voluntatẽ Matthæum etiam & Marcum verbis expressisse: sed Iudas propterea dixit, quia fur erat, & cupiditatis suę stimulis exagitatus, cæteri vero propter pauperum curam simplici animo, & nil mali suis verbis obuelãte. Ioannes autem de solo illo id cõmemorare voluit, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimandam: cum enim ei creditum esset ministerium ea seruandi, quæ pro Christi & Apostolorum sustentatione erant erogata, ipse cæca ductus cupiditate, illorum aliquid furto subtrahebat & sibi reponebat, in proprium accommodans vsum ea quæ in communem fuerãt contributa: & hac vnguenti effusione occasionem præcipuam videtur sumpsisse, dominum Iudæis tradendi, vt pecuniam quã existimabat se perdidisse, recuperaret. Hinc nos ipsi edocti, nũquam bonis aliorum operibus obloqui vel detrahere debemus, siue sinistra quadã interpretatione indignari sed & laudare, atq; imitari pro viribus. Non enim ostendit sese ille virtutis amatorem, qui virtutis opus in altero reprehendit. Audiamus potius sapientem dicentem, noli prohibere benefacere eum qui potest, sed si vales, & ipse benefac. *Fur erat, & loculos habebat.* Ecce audite, ait August. quia Iudas iste non tunc peruersus factus est, quando à Iudæis corruptus, dominum tradidit: iam quidẽ fur erat & loculos habebat. Sed quæret aliquis, ait Chry cur furi loculi committerentur, & cur Christus auarum fecerit dispensatorem? dicere vtique possumus id ideo factum esse, vt sibi peccandi per auaritiam, occasio tolleretur, cum non deesset sibi pecunia. *Fur erat,* vsque adeo non solum auaritia huius pectus feruebat, sed etiam cor obstinatione excęcatum erat, vt neque mitissima Christi responsione fuerit mollefactum. *Sine illam vt in diem sepulturę meę seruet illud.* Videamus inquit August. quid ad ista dominus respõdeat: videte fratres, non illi ait, propter furta tua dicis ista.

*Chry. in Io hs. 8. c. 7.*

*A aliis alios inducunt ad malum*

*Auaritia quantum noceat.*

*Non debemus res omnes in deteriorẽ partem interpretari.*

*Pro. 3.*

*Aug. in Io trac. 50. to 9.*

*Chry. in Io ho. 64. to. 3.*

*Autor.*

*Aug. in Io trac. 50. to 3.*

A *Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.* Hoc quidem verbo facile debuerat, ait Chry. cor Iudæ molliri: quasi diceret, molestus sum & grauis, sed expecta parumper & migrabo: huc enim respexit cũ diceret, me autem non semper habebitis. Sed nil horum ferum & insanientem animum flexit, licet his multo plura & diceret & faceret, & pedes eius eadem nocte lauisset, & ad mẽsam secum adhibuisset, quæ d & latronũ animos mulcere assolet: & alia verba locutus est, quibus etiam lapides molliri potuissent, nec multo ante, sed eadem B die, vt minime obliuioni mandare potuerit, sed aduersus omnia perstitit immobilis: grauis namque morbus est auaritia, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera sæuiores reddit, non conscientiam, non amicitiam, non mansuetudinem, non propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus discedens, in seruitutem sibi quos cepit, more sæuissimi tyranni vendicat, ideoque idololatriã appellauit Paulus. Sed cur ita appellauit? habent nonnulli pecunias, & his vti non audent, sed nepotibus reseruant, & intactas ad alios trãsmittunt, tunc & tanquam dona Deo dedicata, tangere minime audent. Quod si C quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timide veniunt. Præterea tanquam qui ad idolum se incuruant, illud reuerenter tractãt: sic isti ante pecuniam se sæpe etiam in vno die prosternunt.

*Chry. sup. in Ioã. hom. 64. to. 3.*

*Auaritia detestabilis pestis.*

*Ephe. 5.*

*Auaritia cur idololatrię cōparetur.*

*Vt in diem sepulturæ.* Vide obsecro quam haberet alta mente repositum dominus diem sepulturæ, vt inde discamus mortis diem crebro recordari, & vitia ipsa detestemur. Quemadmodũ enim, vt inquit Ioan. Clima. inter cibos omnes quibus vtimur ad corporis vitam traducendam, panis ipse quotidianus cibus D est & necessarius: ita ad animæ salutẽ defendendam & cõseruandam, quotidiana esse nobis debet mortis memoria. Quotidie quodammodo morimur, inquit Sene. & singulis diebus & horis, aufertur nobis pars aliqua vitæ: finitur vero vita in die mortis, quæ tamen iam inde à primo ipso ortu fluere incęperat, ceu aqua vase aliquo angusti orificij conclusa quæ paulatim postea effunditur. Idem etiam alibi ait, mori quidem necessarium est, & sicut de materno vtero tandem vbi ad certũ quendam terminum deuentum est, egredimur, atque erumpimus: ita certe ex hac vita, termino tandẽ nostro definito & terminato, concedimus ac semigramus. Cæterum dies illa æternitatis erit, deponesque onus hoc. Sed quid gemis? & hoc ipsum flere nascentis est. Doles, relinquere vestes istas carnis quibus obtegeris? Quid

*Autor.*

*Simile.*

*Ioan. Cli.*

*Sene. epi. 24. li. 3.*

*Simile.*

*Sen. li. 17. epi. 17.*

*Simile.*

*Mori lucrum.* contristaris? ita solet fieri, pereunt semper velamenta nascentium. Vide quid illic inuenias, illic totum lux, totum gaudium: tunc dices, viuere in hac vita, esse veluti manere in tenebris quibusdam. *Sine illam vt in diem sepulturæ.* Vide quanta cum patientia & mansuetudine respondeat Christus dominus murmuratori & detractori Iudæ, vt inde discamus nos benigne agere & patienter, cum consimilia nobis forte obuenerint. Sed cur impatientes sumus inquit Senec. insustinendis contumelijs & detractionibus? Hoc quidem efficit amor nostri nimius, inuiolatos nos etiam inimicis iudicamus esse debere, & licentiam nobis dari volumus in alios, non autem contra nos: aut ignorantia nos itaque rerum, aut insolentia iracundos facit. Si ignorãtia, quid quæso miramur malos mala facinora edere? Quid noui est, si inimicus noceat? amicus enim offendit, filius labitur seruus peccat. Turpissimam aiebat Fabius, imperatori excusationem esse, non putaui: ego turpissimam homini puto: omnia ergo puta & præmeditare. Cæterum expecto, & in bonis moribus aliquid existet asperius: fert humana natura insidiosos animos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Vbi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt. Semper futurum aliquid quod te offendat existima. Gubernator nunquam ita totos sinus explicuit securus, vt non expedita ad contrahendum ornamenta disponeret Illud interim diligenter cogita, fœdum esse & execrabile, cuiquam nocere velle, homineque indignum & alienissimum, cuius beneficio etiã sæua mansuescunt. Aspice elephantorũ colla iugo submissa, tauros quoq;, leones vrsos iugo etiã subiectos. Pudebit cũ animalibus permutasse mẽtes. Nefas est nocere patriæ, ergo ciui quoq, nã hic parspatriæ est.

*Sen. lib. 2. de ira c. 31*

*Patientes simus.*

*Fabius.*

*Caute viuamus.*

*Simile.*

*Exemp.*

E

F

G

*Sine illam.* Maxima quidem fuit Iudæ obstinatio, quẽ neq. verba, neque opera mollire potuerunt, nec lachrymæ Christi, quas effudit vt dicunt aliqui, cum eius pedes lauaret. Mirabile etiam est illud quod quamuis sciret Christus eum furem esse, nũquam tamen eum diffamauerit, sed expectaret eum semper ad pœnitentiam. Et certe pius pater quamuis filium suũ iam à medicis derelictum videat, non tamen eum ipse derelinquit: sic quamuis sciret Christus non profutura Iudæ tot adiumenta & hortationes, nihilominus tamen eum penitus non derelinquit tanquam pius pater, sic Pharaonem ad pęnitentiam expectabat donec tandem ipse se demersit in mare: sic etiã se gessit cũ Saule, donec ipse seipsum interfecit. Sic cũ Cain, sic deniq. cũ Iuda donec se suspẽdit. Sic videmus quod ficus illa expectaretur à domino

*Obstinati quã sint duro corde.*

*Expectat nos Deus ad pęnitentiam.*

*Simile.*

*Exod 14.*

*Luc. 13.*

H

A mino vt fructum aliquẽ ferret Quamobrẽ non abutamur tanta Dei misericordia & benignitate sed potius ad ipsum conuerta mur, antequam repente nos inuadant grauissimæ calamitates, si cut videmus in hoc Iuda qui magistrum suum vendidit, quem tamen vendere noluit pater æternus, cũ sit valoris infiniti. Sane quando aliquid venditioni exponitur, atq. emptor solet offerre exiguũ quoddam pretium, dicere consueuit venditor, imo vero libentius tibi eam rem condonarem gratis quam pro tali pretio. Dicebant quidem homines Deo vt sibi venderet filium B suũ, cum aliter actum esset de ipsis nisi id faceret, atq. propterea inquiunt, accipe hæreditates nostras & bona, tum etiam in seruitutẽ accipe liberos nostros & alios, quin & nos ipsos etiam, sicut dicebant ipsi Aegyptij ad Ioseph. Cur obsecro pateris, ꝙ tantopere patiamur in præsentia tua? Sed respondet ęternus pater, vobis ne tam ineffabilem natum venderem tam exiguo pretio? Malo quidẽ potius eũ vobis gratis dare. Sed dices, cur ergo Iudas ipsum vendidit? Ad quod respõdetur, quod quemad modum cum quis volumen aliquod literarum ad insignem aliquem virũ mittit, non solet aliquod pro vectura pretiũ ibi apponere, sed tamen ipse tabellarius cum sit abiectæ conditionis, C pretium vecturæ subscribere solet: sic etiam Deus quidem gratis nobis filium suũ dedit, at vero Iudas tanquam impius tabellarius vecturam apposuit triginta argenteorũ. Hunc quidẽ Iudam imitantur etiam simoniaci vendentes patrimoniũ Christi: item Giezi eum imitabatur, qui sequebatur Naamã vt munera acciperet quæ Elisæus recusauerat, sed tamen fuit grauissime punitus. Caueant ergo sibi simoniaci qui hunc imitantur, ne simili pœna feriantur: & quamuis hic non puniãtur, grauior tamen eos manet cruciatus in alia vita, atq. idcirco Elisæus impe D trauit, vt in hac vita potius seruus suus puniretur.

*Non abutamur Dei misericordia.*

*Simile.*

*Simile.*

*Gen. 47.*

*Simile.*

*Auaritia quantum excæcat homines.*

*Simile.*

*4. Reg. 5.*

*Simoniaci pessimi.*

Murmurabat quidẽ Iudas de effusione vnguenti, sed tamẽ inique & iniuste murmurabat, cũ esset tã excellens opus, siquidẽ ea quæ pretiosiora sunt, Deo debemus offerre. In cuius rei figurã volebat Deus sibi offerri pullos colũbarum, qui præstantiores sunt ad vescendũ quã ipse colũbæ, & tamẽ ex turturibus nõ postulabat pullos. Sed nos non ita sæpe facimus, quin potius quæ deteriora sunt offerimus, itẽ tũ in orando, tũ in audiẽdo missam indeuoti sumus & parũ attẽti, potius ad secularia attendentes negotia quã ad cęlestia: itẽ filios & filias minus acumine pręstantes aut decore, religioni tradimus. Quãdo igitur hæc cõsiderabimus? Sane nauta nõ expectat donec ad portum perueniat, nam

*Meliora Deo offeramus.*

*Exo. 34.*

*Luc. 2.*

*Quę deteriora sunt potius Deo offerimus.*

nam potius tunc anchoras iacit: sic ergo tu non debes differre E
bona opera vsque ad exitum vitæ. Nam Magdalena non ita distulit, sed potius in florente ætate pretiosum effudit vnguentũ & obtulit Christo, atque pœnitentiam egit, & capillis tersit pedes Christi, in quo quidem significauit quomodo superflua pauperibus distribuere debeamus. Nam hęc sciens esse superflua, inquit Chrysost. amputa, facque pauperibus supplementum. Nam si calceamenta quis supra mensuram pedibus adegerit, itinere certe prolixiori impedimenta sentiet, & vestimentũ ferens corpus staturam excedens, pariter implicabitur: atque in eo quod satis est ad oportunitatem, inutile aliud est. In pecunia F multo fortius id euenit, & qui supra quod satis est habent, non modo in ipsa sufficientia, sed in necessarijs quibusdam impediũtur. Nam qui de foris in agone currunt, & ipsa exuunt vestimẽta, viam vero in cęlum ferentem & eandem arctam & arduam, tot cũ impedimentis, quomodo poteris ambulare? Idem etiam alibi ait, sicut pueri sæpe quando cultellos & gladios arripiunt, eo quod nesciunt bene illis vti periclitantur, vnde matres non permittunt illis eos impune attingere: ita profecto & iuuenes qui pecuniarum abundantiam susceperint, cum nolunt eis bene vti, in periculum certum sese præcipitant, sarcinam peccato- G rum sibi inde colligentes: nascuntur enim inde dedecus, deliciæ & absurdæ voluptates, vt videmus contigisse Magdalenæ ante conuersionem suam. Si Hebręi diuitias suas sancte & prudenter distribuissent, non essent ob illas grauiter puniti, at fuerunt à Babylonijs obsessi, & ad extremum capti, cæsi, & in acerbissimam seruitutem adducti, quia vt dicit Ezechiel, ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum & idolorum fecerũt ex auro. Porro in cap. 18. eiusdem vatis: inquit grauis quidam autor, Quomodo vis vt H Deus te audiat, si tu eum non putas audiendum? Dicit enim per Isa. Quod frangas esurienti panem tuum: qua ergo fronte regnum ab eo petere audes, cuius causa non vis buccellam panis dare? Quomodo dabit tibi vestem gloriæ immortalem, qui eius pauperi nudo & frigore tabescenti, vnam ex vestibus superuacuis corruptibilem dare recusas? Quid ad hoc respondebunt vani homines, qui diuitias suas in res inanes, profundunt, & magnificis apparatibus inaniter delectantur? Canes & accipitres alunt, pauperes & inopes nec in extrema inopia curant. Induũt parietes pretiosis aulæis, & Christi pauperes nuditate deficiũt, & carnes proximorum nuditatem suam sentientium cooperire nolunt.

*Penitentiã & bona opera nõ differamus.*
*Chryso. ho. 7. de pœn.*
*Simile.*
*Chryso. ho. 66. in gen. tom. 1.*
*Simile.*
*Ezech. 7.*
*Hec. pin. in Eze. 18*
*Isa. 18.*
*Benefaciamus pauperibus.*

A nolunt. Quid ad hoc respondebunt auari, qui opes suas reconditas colunt, & veluti idola venerantur? Libentius vident aurũ quam solem, illudque splendidius & micantius omnibus astris iudicant & asserunt: quæcumque intuentur, in aurum verti ardentissime sitiunt. Vnde latinus poeta, quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Item grauis quidam autor explicans verba illa Exo. tollite inaures aureas &c. ait: considera peccatorum omnium in vitia liberalitatẽ, qui tenacissimi & parcissimi sunt ad virtutes. Quis enim hominum vnquam, propter pauperis inopiam subleuandam, tam facile vxoris aut filiæ inaurem, aut annulum, aut armillam, in massam conuertit, vt ei tribueret, quam facile omnia hæc illi expendunt? Quot sunt hodie in mundo qui effundunt pretiosissima bona in meretrices, & tamen vxorem aut filiam inducere negligunt? Quot ad ludum alearum & taxillorũ prodigi, à quibus tamen pauperes vix obolum extorquere possunt? Videbis etiam hominem qui vix vxori debitum reddit, & tamen inexplebilis est libidinis in concubinam. Imperat virtus, & dormimus, annuit vitium, & currimus. Si ab vxore aut filia monile auferas ad bonum aliquod, vix tota die fletum, & turbationem domus compescere poteris, & tamen se facile spoliari sinunt ad mundana idola conflanda. Admonemur ergo quam faciles simus ad vitia, & quam desides ad opera virtutum. Vix Aaron verba finierat, quando iam omnia iocalia & pretiosa sua ad eum adducunt. Clamat autem pauper per horam ad ostium & vix frustrum panis porrigere dignaris. Vtinam se sineret homo à vitijs rogari, sicut ad opera virtutũ. Si promisero alicui pauperi quod regi vel principi loquar pro eo, multis precibus & mediatoribus opus est vt id faciã. Si inimico parcendum est, pluribus opus est qui pacis negotium vrgeant. Amicus quidem ille cuius Lucas meminit, multa importunitate ab amico tres panes potuit obtinere. Quam vero nostra sponte curramus in vitia, nosque semper paratos inueniãt, pulchre quidem sanctus Hiere. depinxit, omnes inquit qui quęrunt eam, non laborabunt: in mense suo inuenient eã, ac si apertius dicat, tam procax est meretrix hæc, & tam parata ad omniũ cubitum, vt non oporteat eos aut laborare, aut tempus expectare, sed etiam tempore menstrui, quando fœminæ aut congressum fugiunt, aut abhorrent, paratam inuenient. Mille tamen sunt impedimenta in opere bono, ita vt vix ad perfectum producere illud queas, rara vero aut nulla in vitioso: omnia hic accelerantur: nõ patitur populus vltra 40. dies sine duce esse, neq; tardat

*Auari diuitias adorant.*

*Oleas. in Exo. 32.*

B

*Dissimile*

*Prodigi multi ad vitia, & parci ad virtutem.*

C

*Ne simus crudeles erga pauperes.*

D

*Luc. 11.*

*Hie. 4.*

*Impij quã sint ad mala faciles.*

*Exo. 32.*

tardat inaures adferre, sacerdos statim idolum sculpit & fundit E
vitulus statim egreditur, & à populo adoratur, & clamoribus ac
laudibus extollitur, diciturque, hi sunt dij tui Israel.

## FERIA TERTIA HEBDOMMADAE SANCTAE.

## CONCIO VNICA

*Passio Christi admirabilis.* F



RADITVS EST *Propter delicta nostra*. Ro. 4.
Exo. 3. Mirabatur valde quidem Moyses, videns quod rubus ipse arderet & non combureretur: sed tamen mirabilius quidem est videre Deum flagellis cęsum & spinis coronatum, sicut hodierno die iam canere incipit Ecclesia, sicut fecit etiam in dominica præcedenti. Itē mirabilius est quod cum paulo ante tam honorifice exceptus esset, modo procedat crucem ipsam humeris proprijs gestans. Item quod is ligatus ante iniquum iudicem proponatur, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Sane in 1. Mac. legimus quod Alexander rex volens pacem inire cum duce illo Ionatha, misit ad eum in signum pacis, purpuream quādam vestem & coronam: sic ergo Ecclesia modo huiusmodi dona Christo præsentat, in signum reconciliationis generis humani, cum reconciliauerit ima summis. Iustum ergo est vt nos etiam huiusmodi Christi tormenta hodierno die sentiamus, iuxta illud Pau. quidem Apost. hoc inquit sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Solent enim amici condolere amicis suis, anima enim plus esse videtur vbi amat, quam vbi animat, vt ait Ber. Atque idcirco cum Hie. dicere possumus Christo domino, contempserunt te amatores tui: siquidem vt dicunt verba initio posita, traditus est propter delicta nostra.

*Firmitas non est in mundo.* G *1. Ma. 10.* *Passionē Christi crebro meditemur.* *Phil. 2.* H *Ber. de præcep. & cos.* *Hie. 4.*

Repræsentat ergo Ecclesia nobis hodierno die, ex parte quidem Christi excessiuum quendam amorem: ex parte vero hominum, inauditam quandam crudelitatem, & ex parte iudicis iniquam sententiam, quod notauit Luc. cum ait, tradidit Iesum voluntati eorum: non enim certam quandam designabat pœnam, sed illum relinquebat ipsis puniendum, vt ait Cyril. qui tam maleuoli erant, vt etiam si potuissent, grauiora ipsi supplicia dedissent. Vnde Hie. ait recordare paupertatis, & trāsgressionis

*Luc. 22.* *Cyril.* *Thre. 3.* *Exo. 30.*

A nis meæ,& absynthij & fellis. Est quidem passio Christi pretiosissimum pharmacum contra peccatorũ morbos. Vnde in Exod. præcipiebatur vt essent semper odores aliqui suaues in templo, ad tetros alios odores fugandos. Sic ergo Ap. semper ante oculos constituebat sibi Christi passionem, vnde dicebat, Christo confixus sum Cruci. Item alibi ait, ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Hac ergo consideratione dulcorantur aquæ amaræ peccatorum nostrorum, sicut legimus quod aquæ Marath ligno illo dulcoratæ fuerunt: vbi obserua quod B lignũ illud ostendit Deus sancto Moysi, qui precibus apud eũ agebat, postulans remediũ. Vt intelligamus quod precibus à domino contendere debeamus hoc tantũ beneficium dulcorandi amaritudinem peccatorum nostrorum. Plurimũ certe aliquis retrænatur ne quẽpiam offendat, cum considerat quanta ab ipso beneficia acceperit. Sic enim videmus quod Ionathas patrẽ suũ placare volebat, proponens ei beneficia à Dauide accepta, vnde & dicebat, ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia nõ peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu tua, & percussit Philistæum, & fecit domi- C nus salutem magnam vniuerso Israeli &c. Vide igitur quanto maiora acceperimus à Christo beneficia, qui pro nobis sanguinem suum fudit, & lancea adhuc se perforari passus est.

*Gal. 2.* *Gal. 6.* *Exo. 15.* *Passionẽ suã Deus quomodo nobis etiã impartiatur.* *1. Reg. 19.* *Ineffabilia Dei beneficia.*

Repræsentat etiã Ecclesia nobis Christi passionẽ, vt eã imitemur: vnde tanquã bonus dux ait Christus, quod me facere videtis, facite: & hoc quidẽ pacto etiã paucis instructi militibus, amplissimas copias profligabimus sicut fecit Gedeõ, & magno quidem animo ad prælia procedemus, sicut elephãtes illi olim conspecto sanguineo colore. De illo quidem Iosepho Ab Arimathia, qui erat discipulus occultus propter metum Iudæorum, D dicunt Euangelistæ quod cũ vidisset sanguinẽ Christi effusum, audacter quidẽ introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Quam obrem incumbamus assidue considerationi passionis Christi, vt ita quidẽ de hostibus nostris victoriã reportemus, & Deo patri placeamus. Nã quod ait propheta, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech, significat quidẽ quod nõ minus hodie grata sit patri passio filij sui, quã fuerit olim. Atq; idcirco per inæstimabilia passionis Christi merita, veniã à Deo patre postulemus, & aliquẽ etiã ex nobis exhibeamus dolorẽ. Siquidem quamuis cum pœnitentiam agimus liberemur quidem per sacramenta quæ innituntur passioni Christi, à culpa ipsa, & æterna pœna, quã nõ tẽporali, nisi hic luamus, pugatorio igne expiare

*Iudic. 7.* *Simile.* *1. Ma. 6.* *Ioann. 18.* *Mar. 6.* *Psal. 109.* *Veniã postulemus per passionis Christi merita.*

expiare debemus. Vnde dixit Nathan ad Dauidem, dominus E
2. Re. 12. transtulit peccatum tuum &c. Quasi diceret, Quamuis culpa cō donetur, restat tamen aliqua soluenda pœna, atque idcirco qui natus est puer morietur, & alter etiam filius te persequetur: & ita tribulationibus istis purgandus es. Vnde etiam Hie. dicebat, castigasti me domine, & eruditus sum &c. Cæterum si Tobias quamuis mensæ accubuisset, cum audiret mortuum quendam iacere in platea, statim conuiuium ipsum & conuiuas reliquit, & hominem sepeliuit mortuum, ac postea ad epulas reuersus est, cum amaritudine & lachrymis manducans: quanto igitur nos magis flentes & gementes meditari debemus Christi passionem F qui pro sceleribus nostris mortuus est? Sane vehementer viscera Iacob commota sunt, cum vestem filij sui sanguinolētam vidit, & dolorem maximum intimis quidem sensibus accepit, & nos tanta videntes Christi opprobria, sensum nullum doloris exprimemus? Existimo equidem idcirco nos tam tardos esse ad hæc diligēter meditāda, quod minimis rebus his terrenis & caducis hæreamus. Videas certe aliquos peracutos & ingeniosos in rebus & negotijs mundanis, qui tamen in his quæ ad salutem animæ spectant, plumbei sunt & saxei. Sunt quidem instar vespertilionum, quæ aues cum solis lucem ferre nequeant G in ipsis tenebris huc atque illuc agiliter volant. De aquila quidem scribit Aristo. quod vt ceruum aliquem vincat, & sibi prædam faciat, solet alas suas puluere & terra opplere, atq; postmodum supra caput ipsius cerui alas suas puluerulentas concutere vt hoc pacto turbet aspectum ipsius cerui, & cæcus redditus, se se per saltus aliquos præcipitet, vt ita tandem commodior fiat esca ipsi aquilæ: sic ergo dæmon puluere harum rerum terrenarum oculos mentis nostræ perstringere & occæcare solet, vt ita tandem nos commodius vincat. Permittit autem Deus sæpe in H improbis huiusmodi cæcitatem, propter peccata ipsorum, iuxta illud Apost. tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate &c. Hæc igitur omnia incommoda repellemus facile consideratione passionis Christi, & considerantes quomodo Deus etiam intima nostra penetret & contueatur: non igitur perdicem imitemur, quæ sibi videtur satis tuta, si modo caput suum habeat absconditum, atque proinde ab astuto venatore interficitur quidem facillime.

*Sæpe aliqui hic purgantur.* *Hie. 31.* *Tob. 2.* *Christi passione iugiter meditemur.* *Gen. 27.* *Simile.* *Aristo.* *Simile.* *Aquila quomodo ceruū caperet.* *Rom. 1.* *Peccata quo redigant hominem.* *Simile.*

Exo. 12. Cæterum educturus Deus Israelē de Aegypto, Angelū misit qui domicatim omnes primogenitos extingueret Aegyptiorum:

A tiorum:& ne forte simul Iudæi necarentur, dedit illi signum, vt abstineret ab illis domibus quas videret agni sanguine tinctas, non aliter plane saluator noster nobiscum aget, qui omnes nisi memoria sanguinis sui muniti fuerint, æterna morte dānabit. *Ezech. 9.* Habetur etiā in Ezechie. quod præcepit dominus interfici omnes qui signum Thau in frontibus impressū nō haberent. Quod si ad mortem damnati, eo vsque de sua celantur morte, donec iā iā ad supliciū sunt educendi, ne tam diu agonis memoria excrucientur, quid sensisse putamus illum qui ob diuinitatem suā, à tempore conceptionis, vniuersam semper ante oculos gestauit passionis figuram? *Gen. 22.*
B Ea certe de causa Abraham filium suum Isaac paulo post sacrificandum, celauit quę esset victima futura constructo enim igne, dicenteq. filio, vbi est victima pater mi? respondit dominus prouidebit. Quare tota Christi vita quædā passio fuit, Quid quæso ait D. Bernar. tam efficax ad purgandā mentis aciem, quam vulnerum Christi sedula meditatio? *D. Ber.* Hinc colligere licet quo affectu, qua deuotione, quaq. animi demissione & mæstitia hoc die incedere debeamus, in quo acerbissimæ passionis domini memoriam recolimus. Vulgo quidē dicitur, *Amicus verus in aduersitate cognoscitur.*
C res aduersas, quinā ficti, & qui veri sint amici, indicare, quod qui dē mors præcipue amicorū ostēdit. Quisquis igitur verus Christi amicus est, in prōptu positā habet occasionē, qua amicitiā suā doloris cōmunione declaret, quod qui nō facit, non video quo indicio charitatē suā erga illū ostēdat. Cū caput dolore afficitur, cætera quoq. mēbra cōdolent, & fundamēto domus conuulso, reliquas quoq. domus partes concuti necesse est. Qua ergo frōte ipsa corporis Christi mēbra, delicijs nūc soluētur? *Simile.* Si toti Ecclesiæ, atq. adeo totius mūdi fūdamentū hoc tēpore nutat, quomodo partes eius incōcussæ & immotę maneāt? Quodsi do-
D mino moriēte omnis cū eo creatura ingemiscit, sol obscuratur petræ scinduntur, terra horrifico motu cōtremiscit, elemētaque omnia eo moriente, illi quodāmodo cōmoriuntur, qui fieri potest vt sol⁹ homo, pro quo solo Christ⁹ patitur, illi nō cōpatiatur? *Mat. 27* Hoc est plane saxis duriorē, & elemētis ipsis insensibiliorē esse. Reliquū igitur est, vt Christi domini merita ante patris ęterni cōspectū offeramus, vt illius meritis & doloribus quos ꝓ nobis pertulit, tribuatur, quod nostris meritis nō debetur. In cunctis enim præcibus nostris nūquā ante faciē patris, sine mediatoris nostri patrocinio appareamus. Quæ ille pertulit omnia ꝓ debitis nostris offerentes, & gratiæ ipsius auxiliū postulātes. Fuerūt fæminæ, quæ sāguinolētas virorū suorum vestes, quos

inimici occiderāt, asseruarūt, quas adultis filijs ostēderent, quo eos ad sumendā de patris nece vindictā incitarent: at nos cōtra facere debemus, qui Iosephi nostri tunicā, hoc est immaculatū Christi domini corpus proprio sāguine cruentatū ante patris æterni cōspectū offerētes, nō illū ad irā & vindictā, sed ad misericordiā inclinemus. Porro cū in hoc sūmo & ineffabili beneficio duo sint præcipue cōsiderāda, alterū, salus & redēptio parta, alterū redēptionis, & salutis reddēdæ modus: multo sane mirabilior redēptionis modus, quā ipsa redemptio est: nō putauit Sene. tanti esse homines apud Deū, vt illorū gratia cælestia corpora ab eo cōdita essent, & in illorū obsequiū circunferrētur. Vnde ait, nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur propter quos hæc tāta scilicet corpora cælestia mouerātur. Suas ista leges habēt, quibus diuina exercētur. Qui indignū hominē credebat cui cælestia corpora famularentur, quid faceret si non modo solē & astra, sed rerū omniū conditorē Deum, in humanæ salutis ministrum, seipsum dedisse, & hominū pedes lauasse, & inter latrones hominum gratia pependisse crederet? Vtinā nos in hoc loco insignis huius philosophi mentē & animū haberemus, vt qua ille fuisset admiratione perculsus, si sacramētū hoc vere credidisset, nos quoque simili admiratione cōcuteremur, vt ob tātā hanc domini erga genus nostrum benignitatē & pietatis viscera, pro meritis obstupescerémus. Nō est autē cur quisquā minorē se gratiā debere putet, quod nō pro se solo, sed pro omnibus saluator calicē hauserit passionis. Vt enim ommittam tantam eius charitatem extitisse, vt si ita res postularet, tantum vnius animæ saluti, quantum omnibus impēderet: tamē vt sol nil minus lucis & caloris cuiuis hominū tribuit, cū omnibus luceat quā si vni alicui oriretur: ita passio Christi nil minus præbet vni cuiq. quā si pro eo solo suscepta fuisset. Quo quidē affectu erat Apos. cū diceret, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Sic enim illū propter hoc salutis suæ beneficium diligebat, ac si vni sibi fuisset impensum. Nos igitur fratres, propter quorū scelera diluēda, in hoc dolorū omnium pelagus vnigenitus Dei filius se coniecit, vt nos inde extraheret, eodem affectu atque animi gratitudine perculsi, cum D. Aug. his verbis dominū in Cruce patientē pro nobis, deuotissime alloquamur. Quid cōmisisti dulcissime domine, vt sic iudicareris? Quod scelus tuū, quæ noxa tua, quæ causa mortis, quæ occasio dānationis? ego enim fui tui plaga doloris, tuę culpa occisionis ô mirabilis cēsuræ conditio, & ineffabilis mysterij dispositio, peccat iniquus, punitur iustus: de

Marginalia: Gen. 37. — Sene. — Grati ergà Deum simus. — Ioan. 13. — Simile. — Gal. 2. — D. Aug. — Peccata nostra in causa fuerunt vt Christus pateretur. — E — F — G — H

A stus: delinquit reus, & vapulat inocens: offendit impius, & damnatur pius. Cæterum illud etiã magnopere dominus à nobis requirit, vt peccatũ, quod is morte grauius fert, sũmo odio detestemur, ne videlicet vlterius committamus, quod maiorem nũc illi doloré, si doloribus obnoxius esset, quã mors ipsa incuteret Vnde Ber. sic dominum inducit loquenté: nõne satis propter te vulneratus sum? Nũquid nõ pro iniquitate tua afflictus su? cur addis afflictioné afflicto? magis aggrauant me vulnera peccati tui, quã vulnera corporis mei. Quis quæso ex tantis Christi laboribus pro nobis toleratis, nõ sibi persuadeat, grauissimũ fuisse casum nostrũ atq. ruinã? profecto quo magis nauis aliqua periclitatur, & iã iã naufragium factura esset, consueuerunt etiam tunc diligẽtius omnes eius gubernatores & nautæ, remedia omnia cõquirere quibus possit à tanto naufragio liberari: ita Christus saluator noster cum videret nos sceleribus nostris ad interitum ruere, imo vero iã ruisse, omnem adhibuit diligentiam omnia sustinuit tormenta, vt nos lapsos erigeret, & perditos reuocaret, & ceu alter Ionas sua immersione nos à laboribus nostris, tempestatibusque vindicaret, intelligens aliter tempestaté ipsam non cessaturam. *Bernar.* B *Simile.* *Ionę.1.* C

Primus & maximus quidem cruciatus extitit sudor ille quidem sanguineus, vi summi doloris quo interius anima illa sanctissima premebatur, expressus. Quia vero inter omnia mundi mirabilia, hoc maxime mirabile fuit, nunquã enim talis sanguinis sudor inter homines vnquam visus est, necesse est vt causas etiam inquiramus vnde tantus dolor manauerit, qui tam noui & stupendi sudoris causa fuerit. Prima autem maximeque obuia causa esse videtur, variorum cruciatuum qui iam iam illi parabãtur clarissima quidem representatio & comprehensio. Vis enim illa animæ nostræ, quæ futura quasi præsentia contéplatur, in Christo perfectissima erat, qua imminéntia sibi tormenta, hoc est irrisiones, opprobria, alapas, verbera, spinas, clauos, corporis virginei suspendium, membrorum omnium extensionem, eorundemq. extra sedes & iũcturas suas dissipationé, sitim, & fel, acetum, cæteraque tormenta, adeo perfecte intuebatur quasi præsentia oculis cerneret, cumq. sacrum illud corpus, corporum omnium quæ vnquã fuerunt, aut futura sunt, delicatissimum & tenerrimum esset, non potuit quidem natura illa corporea, omni diuino & humano solatio destituta, nõ vehemẽter tot mala horrere, & acerbissimo dolore ex eorum præsentia concuti: Hæc igitur prima interni huius doloris causa extitit. *De sudore sanguineo Christi.* *Prima causa sudoris.* D *Quanta fuerit representatio tormentorum Christi.*

*Secunda causa sudoris.*

Secunda vero extitit pijssimæ & amātissimæ matris recordatio E
atq. cōpassio: cuius animā sciebat acutissimi doloris gladio trās
figendā, cū filiū suum cerneret in cruce inter facinorosos homi
nes pendentē, totq. plagis conscissum ac deformatū: & pijs auri
bus non solū irridentium opprobria, sed etiam malleorū ictus,
clauos percutientiū vsurparet, hic autem tantus dolor fuit, quā
tus erat amor quo matrē virginē prosequebatur, quā citra Deū
supra creaturas omnes, quæ siue in cælo siue in terra erant, dili-
gebat. Tertia vero doloris causa & quidem vrgentior, discipu-
lorum scandalum & ruina fuit, quos ipse tot rationibus ad cer-
tamen illud præmunierat, tot miraculis in fide confirmauerat, F
totque beneficijs sibi deuinxerat, quorum tamen alius eum ne-
gauit, alius pecunia vendidit & osculo prodidit, cæteri autem
turpissime eo relicto, metu exanimati fugerunt. Quarta vero
doloris causa & sudoris, & ea quoque superioribus vehemen-
tior, miserandi illius populi qui mortem ei machinabatur, pec-
catum simul & excidium fuit, quod illi iam iam imminebat, & fa
cinus illud execrandum quod sciebat æterno exilio, captiuitate
atque supplicio multandum. Quinta autem & quidem grauissi-
ma causa, extitit secordia & ingratitudo innumerabilium pene
hominum, qui hanc tantam salutem, & efficacem medicinam, ne G
exiguum pænitentiæ laborē susciperent, erant repudiaturi, quā
is tot laboribus & tormentis peperisset. Omnes igitur hæ do-
lorum causæ velut agmine facto, mitissimum illud atque tener-
rimum pectus impetebant, ex quibus tantus ille dolor taiisque
sudor promanauit. Cæterū cōsidera obsecro quāta fuerit Christi
domini charitas in tā salutaris passionis mysterio pro nobis in
cipiēdo & consūmādo, quāq. prompta & parata eius volūtas ex
titerit. Auget enim etiā beneficij magnitudinē, donātis charitas,
præter ipsam dolorum magnitudinem & prompta donandi vo
luntas, quæ frequenter beneficijs ipsis anteferetur. Hæc quidem H
certe in Christo domino tanta fuit, vt ne in altera quidem vita
plene cognosci possit. Vt enim Apostolus ait supereminet
omnem quidē scientiam non solum hominū sed etiā angelorū
est enim diuinæ prouidentiæ atque sapientiæ proprium, quibus
maximum laborem iniungit, magnum etiam amorem ingenera
re, quo tantus ille labor sustineri possit. Quo circa si plurimum
nos Christo domino propter ea quę nostri quidem gratia per-
tulit, debere quidem fatemur, longe plus est quod eius amori
quam quod dolori debemus, plus enim amauit quam doluit.

*Tertia causa sudoris.*

*Quarta causa sudoris.*

*Quinta causa sudoris.*

*Ephe. 3.*

*Magnus Christi amor erga nos.*

Quid

A Quid autem illi huius debiti ratione debeamus Chryso. explicat his verbis: nunquid etiamsi per singulos dies moreremur, pro eo qui nos ita dilexit, meritum exolueremus? Imo nec minimam meriti partem reponeremus. Cæterum si donantis charitas magnitudinem cumulat beneficij, multo magis donantis summa dignitas eandem auget. Hæc enim ita illam amplificat, vt prorsus ineffabilis & incomprehensa esse intelligatur, quemadmodum ineffabilis & incomprehensibilis est etiam qui pro nobis immolatus est, nempe Deus pro homine, vniuersorum dominus, pro inutili & malo seruo. Quemadmodum M. ille Anto. oratione sua ad populum habita in Iulij Cæsaris interfecti morte, non tantum sua elegantia & copia dicendi, quantum togę ipsius Cæsaris sanguine conspersæ ostentatione, eo tandem pepulit populum Romanum vt interfectores ipsos & homicidas, Cassium, Brutum, ab vrbe exterminaret: ita plane sacer ipse orator & concionator, non tam fretus sua concione quam meritis & commemoratione passionis Christi, eo tandem audientes redigere debet, vt non quidem Cassium aut Brutum expellant, sed peccata ipsa quæ causa fuerunt vt tam vehementissimos sustineret Christus cruciatus, & tam dira supplicia, iuxta illud Isai. vulneratus est propter iniquitates nostras. Et Apost. ait, traditus est propter delicta nostra. Et alibi, Christus mortuus est pro peccatis nostris.

*D. Chrys.* *Ineffabile beneficiũ mortis Christi.* B *Simile.* *Consideremus assidue quãta pro nobis passus sit Christus.* C *Isa. 53. Rom. 4. 1. Cor. 15.*

Plurimum sane ponderandum est, quod cum perditissimi essent homines & mille suppliciorum genera meriti propter eorum scelera, tunc non solum Deus non sumeret de ipsis vindictam, verum etiam mitteret vnigenitum suum qui pro hominibus pateretur, & denique moreretur, vt hominum genus liberaret à miserijs in quibus versabatur. Vnde Aposto. hæc ponderans, ait: commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, secundum tẽpus Christus pro nobis mortuus est. Mirum sane est & maxime ponderandum, quod cum homines mortem potius merebantur, daret eis Deus vitam: & cum punitionis signa ostendere debebat, tunc ostenderet amoris indicia. Hoc quidem figuratum apparet in Gen. quando fratres Ioseph inuenerunt furtũ in sacco Beniamin, & existimarũt se quidem crudelissima morte perimendos, & tamẽ Ioseph eos cum lachrymis amplexatus est, & se fratrem eorum esse declarauit, atq. eos remisit cum varijs pretiosis donis, vt patrem suum simul adducerent. Voluit

*Magna Dei erga nos misericordia.* D *Rom. 5.* *Gen. 44. & 45.* *Quam liberalis sit Deus erga nos.*

*diligam' inimicos nostros.* igitur Deus tunc propter homines pati, cum minus ipsi id existimabant, & cum inimiciores erant, vt tanto proposito exemplo tu etiam benefacias inimicis tuis, & ipsos diligas. Quod si forte tibi id asperum aut durum videatur, confide quod ab eo ipso qui tibi id præcepit, vires assumes ad hęc mira facilitate pręstanda. Præceperat Deus Moysi vt bina animalia ex quaque specie quidē introduceret in arcam: cumque id forte posset ipsi difficultatem generare vt scilicet syluas omnes & nemora lustraret, atque animalla adferret, dixit illi Deus, bina ex omnibus ingredientur tecum: quasi diceret, non est quod te maceres in his conquirendis, siquidem absque multa cura & solicitudine tua, ipsa sese offerent, & in arcam ingredientur: ego enim qui hoc præcipio tibi, difficultatem omnem remouebo, adeo vt etiam feroces Leones & tygres, magna cum mansuetudine accedant Certe quando Deus tibi præcipit vt diligas inimicum tuum, satis nouit ipse difficultates quæ se tibi obijcere possunt in ea re, sed eas omnes leues reddit, & sæpe etiam penitus de medio tollit, ac præsertim consideratione ipsa passionis Christi, quam considerationem cum mali nō habeant, inde fit vt in suis sceleribus & vitijs perseuerent, atque hoc pacto eorum corda Christi sanguine non molliuntur, cum tamen fortissimi etiam adamantes hirci sanguine mollesciant. Porro quantum Deus oderit istos obstinatos, & eos præsertim qui iniurias sibi illatas vindicare volunt, aperte testatur Amos, cum ait: super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, &c. Vide quomodo non commemoret alia scelera, neque etiam idololatriam, sed ait, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum. Quare charitate nos ornemus & inimicorum dilectione, discamusque cum Apos. gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Non autem potest esse vera charitas inter superbos & elatos, & propterea ait, honore inuicem præuenientes. Vide quomodo optaret Christus pacem esse & charitatem inter nos, cum diceret, rogo vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt ipsi in nobis vnum sint: hoc autem comparabimus per ipsam charitatem, quam vt incensam conseruemus, meditemur assidue Christi passionem: aliter enim sine charitate, erimus veluti palmites absque vite. Vnde Christus ait. ego sum vitis, & vos palmites, si quis in me non manserit, mittetur foras &c. Mali igitur acerbissimas patientur pœnas, qui à charitate se segregarunt, quæ tantæ quidem erunt vt ait Augu.

Margin notes: *Gen, 6.* — *Remouet Deus difficultates in virtute prosequenda.* — *Simile.* — *Amos. 1.* — *Iniurias vlcisci quātum Deo displiceat* — *Roma. 12.* — *Ioann. 15.* — *Diligam' inuicem.* — *Ioann. 15.* — *August in milit.*

Margin letters: E, F, G, H

A Vt vix cogitationem alio diuertere sinant. Quamobrem modo Ecclesi. consilio pareamus, qui ait: quodcumque facere potest manus tua, &c. *Eccles. 9.*

Satis quidem intellexit Christus cum hoc præceptum sanxit de dilectione inimicorum, quod pauci essent, qui illud obseruarent, vnde ait, vt sitis filij patris vestri, &c. Non constituit exẽplum in his inferioribus, sed in cęlestibus. Quamobrem oculos nostros in cęlum tollamus, & Deum contemplemur qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & consideremus etiam B quomodo passus fuerit in Cruce pro inimicis suis. Sane quãdo dixit Christus, estote prudentes, exemplum addidit in terra, cũ ait, sicut serpentes: non autem in hoc præcepto dixit, sed exemplum cęleste attulit, vt intelligamus etiã cęlestia nos præmia reportaturos. Sed dices, si Deus tantopere parcit inimicis, quid causæ igitur est vt regnum à Saule abstulerit eo quod pepercit ipsi Amalech? Ad quod dicendum est, quod non tanquã priuata persona punitus est Saul, sed quia publica cum esset persona, noluit executioni mandare quod ipsi Deus præscripserat. Satis autem nouerat Christus quanta esset difficultas in dilectione ini- C micorum, & idcirco tam præclara constituit præmia: & certe grauis est persecutio vt vnus homo alium persequatur, sicut videmus quod dæmon tales etiam persecutores contra beatum Iob excitauit: & magna quidem est patientia id sustinere & animum à vindicta reprimere: vnde Sap. ait, melior est qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Et Ecclesi. ait, omnis iniuriæ proximi ne memineris. Quare sicut cum turbidum fluuiũ transmittis, non aquam ipsam contueris, sed potius ripam ipsius fluuij: sic etiam in ipsius inimici iniurias noli oculos conijcere, sed potius littus & ripã mortis contẽplare, ne pereas. Vnde Dauid D dicebat, torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Itẽ Eccle. inquit, nequid agas in operibus iniuriæ, ne sis adiutor in vlciscẽdis iniurijs. Nec vero solum hęc dilectio inimicorũ legi euangelicæ consonat, sed etiam legi veteri, & legi naturali: vnde & Iob ait, si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat &c. Quin & inter Ethnicos fertur de Iulio Cesare quod illatas iniurias statim obliuisceretur, sicut accepta beneficia recordabatur. De Alexandro etiam ferunt quod cum lethaliter vulneratum inuenisset Dariũ, maxime doluit, eo quod non posset clemẽter illi indulgere. Quod si volumus sacras literas euoluere, audiemus Dauidem dicentem, domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas, &c. Baruch etiam scribit quod Hebræi in captiuitate positi miserunt

*Matt. 5. Mat. 5. Matt. 10. Quæst. 1. Reg. 15. Resp. Voluntatẽ Dei faciamus. Iob. 23. Prou. 26. Eccle. 10. Simile. Psal. 17. Eccle. 10. Iob. 31. Exempl. Iul. Ces. Exempl. Al. Mag. Psalm. 7. Baruch 1.*

runt ad sacerdotes grandem pecuniæ summam vt non solū pro E
ipsis orarent, sed etiam pro Nabuchodonosore apud quem
*Oremus pro inimicis.* captiui erant,& sacrificarent pro ipsis omnibus. Porro quod
Christus suaue nobis reddat hoc præceptum & difficultates
tollat, videtur Pau. significare cum ait: sicut abundant passiones
*2. Co. 1.* in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.
*Psal. 93.* Item Psal. ait, secundum multitudinem dolorum meorum in
corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
Plurimum etiam ad id conducet frequens meditatio passionis
Christi. Vnde Apost ait, recogitate eum qui talem sustinuit à
*Heb. 12.* peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem &c. Con- F
ducet etiam plurimum considerare quod labores & calamitates
*Amos. 3.* nobis á Deo immittuntur vt emendemur. Vnde Amos ait, non
est malum in ciuitate quod nō fecerit dominus. Vult ergo nos
Deus eligere in lapides ædificij sui,& propterea vult nos dola-
*Gen. 25.* re in hac vita & perpolire. Sane quando Iacob & Esau lucta-
bantur in vtero matris, dixit Deus quod duo populi essent in
*August. in Gen. 25.* vtero eius, & maior seruiret minori, non obediendo, sed ve-
xando, vt præclare exponit Aug.

Quod si dicas laboriosum valde esse diligere inimicum, respondeo esse propterea etiam magnum cōstitutum præmium. G
Vnde Apos. ait, vnusquisque propriam mercedem accipiet se-
*1. Cor. 3.* cundum suum laborem. Nam cum fere fiat vt in delectabilia
feratur magis appetitus, propterea cum hæc amara amplecti-
mur, maxime meremur. Sed dices, cur ergo ait Christus, maio-
*Vide D. Thom. 22. q. 27. a. 7.* rem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis
pro amicis suis? Sed dicendum est quod perinde sonant hæc ver
ba, ac si diceret, non potest aliquid maius præstari nec pro ami-
*D. Bern.* cis, nec pro inimicis. Vnde Diuus Bernard. ait, maior quidem
charitas fuit tua, bone Iesu, qui non solum pro amicis, sed etiā H
pro inimicis vitam posuisti. Magna certe nobis ex inimicis pro
*Luc. 1.* uenit vtilitas, si bene consideremus. Vnde Zacha. dicebat, salu-
tem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.
*Scip. sent. Omnā quā sū nocent. Diligam' inimicos qui tā vtiles nobis sunt.* Sane cum in senatu aliqui referrent quod maxima tranquillitate perfruerentur Romani, cum nullos haberent inimicos cōtra
quos pugnarent, ait Scipio, imo vero nunc in maiori periculo
sumus, nō enim habemus inimicos quos timeamus: fient enim
Romani otiosi & effeminati. Sane ante inimicos caute viuim',
neq; quidquā mali facere audemus, æquū igitur est vt eos diligā
mus ex quibus tāta nobis proueniunt cōmoda; est enim id mo-
re magnorum mercatorum, in rebus pretiosissimis negotiari.

*Patientia quam sit excellens.*

A Admirabilis plane fuit Christi patientia in tot tormentis & iniurijs, atque opprobrijs tolerandis. Hinc etiam Apost. ait, signa Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis, prodigijs, ac virtutibus. Vide quomodo inter insignia referat patientiam. Vnde & Greg. ait ponderandum id valde esse, quod statim initio mirabilium suorum, ponat Apost. patientiã. Item Iust. ait quod patientia sit manifestatrix maxime fidei nostræ: qui etiam dicit quod cum gentilis esset, & maxime conside- B raret patientiam sanctorum in suis laboribus & tormentis perferendis, conuictus fuerit, & ad fidem adductus & cõuersus, cum videretur ipsi hoc esse clarissimum quoddã insigne fidei nostræ, atque ita non dubitauit pro fide sanguinem suum intrepide effundere. Refert quidem Cassianus, quod cum Christianus quidam ab infidelibus comprehensus esset, & multa ipsi opprobria & tormẽta infligerent, atque omnia patienter toleraret, interrogarũt eum quorsum ita patienter tantas persecutiones pateretur, qui respondit se patientiam Christi imitari. Sed etiam Dauid dicebat, memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sane ad patientiam & mansuetudinem Christi significandam, vide- C mus quod appellatur agnus, vnde & agnus ille Paschalis figurabat Christum, qui etiam plus passus est, nam agnus ille prius iugulabatur, & postea excoriabatur, ac tandem veru affigebatur: at vero Christus verberibus viuus excarnificatus est & quasi excoriatus, & viuus etiam in veru Crucis appositus est, & ibi etiã ex maximo amore assatus, donec reddidit spiritum patri. Admirabilis sane fuit hęc tanta Christi patientia, qui vltro voluit tot labores sustinere pro nobis. Dic quæso bone Christe, regem illũ Balthasar propterea quod vasa templi indigne tractabat, tam se- D uere punisti, & hos tamen toleras, qui sacratissimum corpus tuũ & irreuerenter tractant & crudelissime, ita vt miretur præses vehementer? Ita punisti Philisthęos qui captiuam fecerant arcam, & Bethsamitas qui eam curiose aspexerunt, & Oza qui irreuerẽter contigit, & tamen pateris corpus tuum sanctissimum alapis cædi & verberibus, atque spinis coronari, & tandem crucifigi? Quanam patientia sustines hęc tam acerba tormenta, & quod ab iniquo iudice tam iniuste condemneris? Tu quidem qui insonti Susannę, defensorem dedisti, facile certe te liberare potuisses at vero voluisti nobis ex Crucis cathedra, lectionem patientiæ interpretari, qui statim solemus etiam ex leui aliqua contumelia ex impatientia vehementer succensere. Petrus certe patienter susti-

*Iniurias patienter toleremus exemplo Christi.*

*2. Cor. 12.*

*Gr. 1. di.*

*Iust. in Apo. ad Adri. impe.*

*Exẽp. Iustini martyris conuersi.*

*Cassian.*

*Exemp.*

*Psal. 131.*

*Exod. 12.*

*Passio Christi quã acerbissima fuerit.*

*Dan. 5.*

*Mat. 27.*

*1. Reg. 5.*

*1. Reg. 6*

*2. Reg. 6.*

*Mat. 27.*

*Dan. 13.*

*Acto. 12.*

nebat squalorem carceris & grauitatem, quod scilicet ibi catenis E
vinciretur, & crastino sibi die mors impenderet, & tamen quie
*Exemplũ* te dormiuit & se caligis etiam expoliauit: in quo sane præclaris
*patientiæ* simum nobis exhibuit patientiæ exemplum. Vnde bene ait Sap.
*beati Pe-* non contristabit iustum quidquid acciderit ei.
*tri.* Porro Seneca quamuis Ethnicus dicit, quod sicut isti vapores qui reperiuntur in his aeris regionibus, nõ ascendunt tamẽ
*Pro.12.* vsque ad orbem lunæ, sic etiam commotio iniuriarum & contu-
*Seneca.* meliarum, non conturbat virum sapientem & scientem, sed po
*Simile.* tius ęquo animo se habet in omnibus quæ ipsi accidunt. Vnde F
*Exemplũ* cum aliquando aliquis Catoni Colaphum impegisset, ita patien-
*Cato.* ter & imperturbate hanc iniuriam tulit, acsi à musca leuissime affectus & contactus videretur: in quo admirabilem sane se exhibuit, non solum quod vindictam non sumeret, sed etiam,
*Exemplũ* quia patientiam tantam præse tulit. Aristides porro & Phocion
*Arist. &* cum eorum alter capitis damnatus esset, alter vero in exilium re
*Phoci.* legatus, tantum abest vt indigne id ferrent, vt potius qui in exilium mittebatur, supplicaret dijs suis, nequando occasio aliqua Atheniensibus offerretur, reuocandi ipsum ab exilio, propterea quod eius opera & consilio indigerent: alter vero cum venenũ G iam iam bibiturus esset, filium vocauit, & ei vehementer persuasit ne vnquam iniuriæ patri illatæ memor esset, neque eam vlcisceretur & vindicaret. Quid quæso dicemus fratres, de tanta gentilium & barbarorum patientia, qui nos Christianos tot sanctissimis exemplis & documentis instructos, superare multis interuallis in ipsa patientia videntur? Plane dicere possumus quod
*Matt. 12.* Christus ait: viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Multos quidem solet Deus ad se adducere per iniurias & contumelias, atque opprobria: atque ita videmus quod qui in hac re peritus est, solet cum patientia hæc H omnia tolerare & sustinere, dicens; quid quæso commodi reportabo, si ex huiusmodi iniurijs & persecutionibus succensẽã? Nihil plane: imo vero Deum meum offendam, ex quo mihi hæc
*Ecclesi.11.* omnia ad vtilitatem meam proueniunt. Nã vt ait Eccle. bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. Item me
*Iaco.1.* tuo ne perdam meritum patiẽtiæ, qui cum debeam in his potius
*Osea 2.* lætari, ea tamen moleste feram. Nam Iaco. ait, omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis &c. Adde quod hoc pacto mihi intercluditur via ne ad vitia accedam, iuxta illud Oseæ, ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, &

non inue-

A non inueniet, & dicet, vadam & reuertar ad virum meum priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc: quasi dicat, anima adultera propter vitia, solet ad Deum redire, cum labores & afflictiones vallant eam. His igitur & similibus considerationibus, patientiam ipsam conseruabimus.

Porro impatientia atque ira, pusillanimes homines maxime attingit. Vnde Aristot. inter propria viri magnanimi officia, iniuriarum obliuionem pręcipue numerat, cum contrario modo, infirmi pectoris sit iniuriarum memoria atque ira. Videmus e-
B nim pueros, senes, ægrotos, fœminas, & mentis inopes, contra cæteros magis irasci. Vt enim sapientis viri propria virt' patientia est, quæ rationis moderamine subsilientes animi motus frænat, iuxta illud Salo qui patiens est, multa gubernatur prudentia, & doctrina viri per patientiam nascitur: ita quoque stultus qui hac prudentia caret, fręno etiam caret, fræno inquam caret, quo concitatos animi motus comprimere valeat. Quo fit vt barbari homines, & à cultu & sapientiæ studio alieni, iracundi, immanes, truculenti, efferati, & implacabiles sint. Quocirca qui-
C cunque sic animatus est, vt ab hoc vilissimo pusillanimitatis vitio, immanique barbarie, immunis esse velit, is plane iracundiæ & impatientię morbũ, qui hæc genera personarũ præcipue infestat, à moribus suis pellere debet. Sed dices tu, quomodo me cõtinere potero, quin vindictã sumã de eo qui famã & honorẽ virulẽta lingua sua mihi abstulit? qui opes euertit, qui iniustã contra me litẽ mouit? Quomodo ego hunc æquis oculis aspicere, quo modo cõceptã aduersus eũ irã sedare potero, vt nõ cũ eo taliõis agã, & par pari referã? sed frater quæso te, vtrũ maiori dãno affecit, te ne, an se? Ille quidẽ Dei gratiã & amicitiã amisit, cũ te iniuria affecit. Si enim cũ aliquis aulicus tibi contumeliã inflixisset,
D statim rex ab aula sua pelleret eum, annon tibi esset cumulate satisfactum? Sic ergo hic qui te iniuria affecit, Dei amicitiã amisit, & animam suam peccando prodidit, atque ęternis supplicijs addixit, & sempiterna illa bona perdidit, quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: ille igitur famam tuam obscurauit, ipse vero animam suam perdidit. Credis ne ista? Credo sane, quia fidelis sum. Si ergo in te sunt charitatis viscera, quanto iustius est vt illius miserearis, qui tantis te malis affecit, quam vt grauiter indigneris? Hac igitur de causa viri sancti iniurias sibi illatas patientissime tolerabant. Sic enim vt alios prætermittam, religiosissimus Abbas Stephanus, vt Diuus Gregor. refert, insignem iniuriam à flagitiosissimo viro illatam

*Aristo. iniurias cõdonare praeclarũ est.*

*Pro 14*

*Pro.19*

*Iracundi quo rediguntur.*

*Simile.*

*Vide quãtum sibi nocea[t] qui iniuriam infligit.*

*Exemplũ Ab. Ste.*

*Greg. li. 4 dialo. c. 19*

illatam pertulit: is namque cum quadam die messem, quam sua manu seuerat, decussam, ad aream detulisset, nilque aliud cum discipulis suis, ad totius anni stipendium haberet, eiusdem peruersæ voluntatis vir, antiqui hostis stimulis instigatus, eãdẽ messem igne supposito, ita vt erat in area incendit: quod factum dum alter conspiceret, eidem Dei famulo nunciauit: quod postquam exposuisset, adiunxit: væ, væ pater Stephane, quid tibi contigit! cui statim mente placida, & tranquillo vultu ille respõdit, væ quid illi contigit qui hoc fecit! nam mihi quid contigit? E F

## APPENDIX.

*Et factus est in agonia*. Videbat siquidem quam pauci essent qui ex sua passione scirent & vellent proficere. Vnde dicere poterat illud Isa. sine causa & vane fortitudinem meam consumpsi. Et vide obsecro quantus esset eius sudor qui in terram decurreret. Vnde & Hirenæus ait, alioqui enim non sudasset globos sanguinis, ostendens scilicet aduersus hæreticos quod esset verus homo. Vnde hic sudor videtur ex prelio quodam natus inter amorem & timorem, in campo cordis sui, verumtamen præualuit amor ipsi timori. G

*Isa. 49.* *Hire. li. 3. c. 32. aduersus hera.*

*Vigilate & orate*. Acsi diceret, vigilias agentes attẽdite & preces fundite, ne vos tentator expugnet: ille enim dæmon est, & spiritus promptus ad tentandum, vos autem infirmi: quare oportet vt vigiletis, & obsecrationibus armemini aduersus illum.

*Caute viuamus*

*Hora fere sexta*. Non caret sane mysterio, fuisse dominum Iesum hora fere sexta crucifixum, nam eadem hora primus noster parens incidit in crimen, quando funestas illas epulas comedit, ad quas Eua eum inuitauerat. Ita enim ait textus, cum audissent vocem domini Dei deambulantis ad auram in Paradiso post meridiem, absconderunt se. Et paulo post fuerunt ex horto voluptatis eiecti. Meridie ergo hoc est hora sexta peccauerunt, & post meridiem fuerunt ex horto amænissimo expulsi; qua hora etiam Christus promisit latroni gloriam mentium beatarum. Eadem ergo hora qua primus Adam arborem præuaricationis tetigerat, secundus Adam in arborem redemptionis ascendit, & qua hora Deus præuaricatorem ex paradiso expulerat, eadem pænitenti promisit se illum secum in Paradisum ducturum. H

*Adam peccauit hora sexta.* *Gen. 3.* *Quando redemerit Christus mundum.*

Feria 4.

A FERIA QVARTA HEBDOMMADAE SANCTAE.

# CONCIO VNICA.

GENERATIO *praua atque peruersa, haeccine red dis domino?* Deut. 32. Quaenam quaeso lingua, aut B mens, siue humana, siue angelica, explicare valeat, aut comprehendere tam heroicum hoc opus, vt scilicet Deus pro homine mortuus sit? Dic enim quęso, si insignis aliquis pyrata & facinorosus homo, terra, marique, mala multa & flagitia commisisset, hominesque multos crudeliter interfecisset, atque naues omnes & triremes pretereuntes deprædatus esset, ac tandem comprehenderetur, & capite damnaretur: cumque iã iam in theatrũ producendus esset, vt se dignas mortis pęnas lueret, veniret amicus cũ ingentissimo thesauro qui persolueret C damna omnia quæ inflixerat, & mulieres quas viduas fecerat, & liberos quos orphanos reddiderat cumulatissime dotaret, nec non pro pauperibus & miserabilibus personis, vectigalia perpetua fundaret, nonne is tibi videretur, amplissimum ei beneficium concessisse amico suo? Quid si pro inimico hoc præstaret, annon diceres esse singulare & inęstimabile meritum ac beneficium? Multo igitur maius est quod nobis Dei filius contulit beneficium, cum pro nobis flagitiosissimis & inimicis suis, mori dignatus est, & relinquere etiam nobis voluit infinitum quendam D thesaurum meritorum suorũ, quo in nostris necessitatibus subuenire nobis possemus, quáuis inimici eius essemus, vt ait Pau. si tyrannus aliquis inimici sui domum vallasset cum ingenti exercitu, vt ei vitam adimeret, adeo vt iam impossibile videretur quod ex eius manibus euaderet, & præsertim cũ iam portas ipsas & seras omnes confregisset, & instaret eius intimo conclaui, in quod se receperat: si tunc in tantis angustijs posito, famulus aliquis ad eum accedens, diceret ipsi, se eius causa mortem subiturum pro eo, & eius se vestibus ornaturum, atque ita à tyranno mortem pateretur, nonne hoc maximum esset beneficium? Quid si hoc ipsum vice versa dominus ipse pro famulo & seruo pateretur, an non maius esset censendum? Hinc ergo intelligamus quantum Deo debeamus, qui pro nobis mortuus est. Vnde Isa. ait, vere dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portauit. Vult ergo Deus ne simus ingrati tantis diuinitus acceptis beneficijs. Sic vbi Chananęorum terram Abrahæ pollicitus est,

*Simile.*

*Amor ineffabilis Dei erga homines.*

*Grati erga Deũ simus pro tantis acceptis beneficiis.*

*Rom. 5.*

*Simile.*

*Isa. 53.*

*Gen. 13.*

protinus eidem præcepit vt totam illam regionē lustraret. Post E
quam enim dixerat, omnem terram quam conspicis tibi dabo & semini tuo, adiecit protinus, surge ergo, & per ambula eam in longitudine & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Cuius diuini cōsilij ea mihi vel præcipua causa fuisse videtur, vt ita scilicet perambulando, cum tot cerneret ciuitates & populos extā latæ regionis magnitudine, tantum beneficium intelligens, vehementius in benefactoris sui amorem exardesceret. Quanto igitur attentius nos passionis Christi beneficium, contemplari debemus vt inde intelligamus quantum pro ipso deuincti simus? F

*Egressus est Iesus.* Egressus est infelicem illam Hierusalē, Chri
Ioan. 18. stus lux mundi, & in fine diei, finis ipse factus lucis misero illi populo, tenebrasque eis reliquit lux abiens, & noctem sempiter-
Hie. 12. nam, sicque impleuit quod dudum per Hie. prædixerat, reliqui
Matth. 13. domum meam. Itē relinquetur vobis domus vestra deserta. Hic enim egressus Christi præfigurabat desolationem templi & ciuitatis. *Cum discipulis suis.* Miserrima Plane ciuitas, quæ nec Christū, nec Apostolos habet. Congrue autem Christus peracturus sacrificium suum secedit, docens nos vitare tumultum tempore orationis, iuxta illud, sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit G
se supra se. Hinc in Osæa dicitur ducam eam in solitudinem, &
Thrē 3 loquar ad cor eius. *Trans torrentem Cedron.* Vallis erat inter Hie
Osea 2. rusalem & montem Oliuarum: hunc torrentem etiam Dauid filium suum fugiens, in mærore & tristitia legitur transisse. *Vbi erat hortus.* Alij Euangelistæ scribunt eum in montem Oliuarū
2. Reg. 15. secessisse: id quod pulchre quadrat ad exordium passionis: oleū enim lætitiam significat: in hortum intrauit, vt nimirum in horto inciperet satisfactio, sicut in horto idest paradiso, cęperat peccatum. Cęterum nequis putet Christum fugiendi & sese occultandi gratia, hoc secretum horti petiuisse, addit Ioan. *Sciebat* H
Gen. 3. *& Iudas eum locum* Magnum adminiculum satis esse poterat misero illi, scire vbi Iesus esset, & inueniri posset. Quid enim aliud petit sponsa? Indica inquit mihi, vbi pascas, vbi cubes. Verum
Can. 1. miser ille pessime abusus est hac sciētia in suam ipsius perniciē.
1. Cor. 10. *Iudas ergo cum accepisset cohortem.* Perdita pace cōscientiæ, externis armis & multitudine se munit, quod signum timoris est. Nec simpliciter multitudine se muniuit, sed vtraque potestate, hinc Romanorum, hinc Pharisæorum, his fultus præsidijs sperabat se securum. Verum ô stultum hominem, qui id confideret! ait enim
Psal. 145. Psal. nolite confidere in principibus, nec in filijs hominum, in quibus non est salus. Cęterum quod Iudas tam facile vtramque

& secularem

A & secularem & spiritualem potestatem contra Christum compa rauit, indicium est quod vtique magistratus impij erant, nec suo officio fungebātur. Videmus ergo hic quibus armis impij Babylonis ciues impugnent ciues Hierusalem hoc est pios, nempe nō veritate & iustitia, sed tantum vi & potestate: & multitudine se muniunt, quia putant se minus peccare, si cum multis peccent. *Cum laternis*, timent ne in foueam incidant, aut in lapides impingant, & maius periculum animæ non timent. Sic impij trepidāt timore, vbi non est timor, & vbi timere deberēt, illic securi sunt

*Psal. 13.* *Psal. 36.* *Psal. 68.*

B Iudęi sic gladium contra Christum euaginauerunt, sic iusto Dei iudicio factum est, vt gladius eorum intrauerit in cor eorū: pro vna enim cohorte Romana quam contra dominum cōduxerūt, immensum Romanæ virtutis exercitum contra eos misit Deus: & quia cum laternis, facibus, & armis exierant ad capiendū Christum, iusto Dei iudicio lucerna legis & Prophetarum cecidit è manibus eorum, sicut scriptum est, obscurentur oculi eorum ne videant. *Quem quæritis?* Christus irridet vanum eorum apparatum, imo timorem, quem inquit quæritis? idest quid opus armis?

*Malorum conatus quam sint irriti.*

C quid timetis? num me inermem? nū meos, & ipsos inermes? percōtatur autem hoc, vt toti mundo manifestum fiat, tantam multitudinem ob vnum hominem exisse, sicut & ipsi fatentur se vnum tātum quærere. *Iesum Nazarenum.* Hoc verbo aperte indicatur quod cum nec ex facie, nec ex vestibus, nec ex voce cognouerūt, quamuis iā dudum omnibus ciuibus cognitus esset. Hoc autē non fuit propter tenebras, quia habebant lucernas & faces, sed diuina virtute factum fuit primo ad ipsorum confusionem, vt vel hinc discerent se frustra insanire: maxime autem ad consolationem nostri factum est vt sciamus hostes nostros, etsi maxime nos nouerint, nil tamen posse nobis intentare citra bonam Dei voluntatem Item discamus Deum pluribus modis posse, si velit,

*Gen. 19.* *4. Reg. 6.*

D suos adiuuare. Hinc & olim sodomitas excæcauit, vt tota nocte non possent inuenire ostium domus ipsius Loth. Sic & eos qui ad cōprehendēdum Elisæum missierāt à rege Syriæ, ita cæcauit, vt videntes & colloquentes, imo & ambulātes cum eo, ipsum nō cognoscerent, donec ipso orante, oculi eorum aperirentur. *Ego sum.* Hoc vel vno verbo indicatur, eum voluntarie passum, quandoquidem quamuis ignotus potuisset latere, tamen oblatus est quia ipse voluit.

*Isa. 53.*

*Stabat autem & Iudas cum eis* Stabat miser ille cum eis non tātum corpore, sed etiam voluntate: nam solo corpore inter malos nil obest, vt patet de Loth, & Daniele.

Hinc est

Hinc est illa cœlestis vox in Dauide, si inimicus meus maledixisset E
*Psal. 54.* &c *Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.* Vna voce Christi ne dum retro pulsi, verum etiam in terram cadere coacti fuerũt. Quid hic ipsis profuit armata multitudo? vna namque voce, & ipsa admodum leni et mansueta, tantam turbam odijs ferocem, armisque terribilem, sine vllo telo percussit, & strauit. Hoc facit ad consolationem piorum, vt certo sciant impios casuros, etsi ad tempus triumphent. Præterea hoc fecit etiam ad terrorẽ omnium impiorum, quos si vellet, vno nutu prosternere posset, nisi patienter expectaret. Si enim in forma agni hoc potuit & fecit, F quid faciet in forma leonis? Si iudicandus hoc facit, quid faciet iudicaturus? si moriturus hęc potuit, quid poterit regnaturus? Et nunc igitur reges, imo omnes homines intelligite, erudimini qui iudicatis terram, imo qui habitatis in terra. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur hic dominus, & pereatis. Impijs horrẽdum quidem tonitruum est & erit, quando Christus dicet, ego sum, scilicet in quem pupugistis, quem contempsistis. Semper cadunt impij donec in profundum peruenerint: cadunt autẽ retrorsum, quia non vident quo cadant, nec vbi iaceant, nec quomodo resurgant: item nõ vident quæ pœna ipsos maneat, G denique nunquam agnoscunt peccatum vt conuertantur. Pij autem etiamsi cadunt, tamen antrorsum, statim enim peccatum cognoscunt & conuertuntur. *Si me quæritis, sinite hos abire* Hoc enim verbo potenter ipsos prohibet ne discipulos lędant, nam alioqui Apostoli illæsi non abijssent, nisi aduersarij efficacia huius mandati, à furore suo coerciti fuissent. Poterat quidem Christus eadem potentia dicere, sinite me abire, sed oportebat vt ipse pateretur. *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum.* Lucas ait discipulos primum interrogasse num percutere deberent gladio, sed Petrus non expectato domini responso percutit. Sic caro impetu quodam ruit in vitia, non præmeditatur, non volũtatẽ dñi quærit, imo nec iudicium quidem vltionis expectat. Cæterum Christus qui hoc factum postea in Petro arguit, nũquam & hoc ipsum permisisset. Et carnalis homo multa mala ommitteret, si vel propriam rationẽ diligẽtius cõsuleret. Quod Petrus non maius damnum huic seruo intulit, ipsius domini bonitas fuit, qui solet etiam indignis & ingratis benefacere, sicut & postea aurem ei restituit, quem iuste ignis de cælo consumpsisset. Verum hęc est Dei natura, & hoc pacto Christus opere impleuit quod verbo docuit, diligendos esse inimicos. Quod autem signanter dicitur amputasse auriculam dextram, non casu, sed Dei H

*Vide quomodo Deus conturbet malorum machinas.*

*Psal. 2.*

*Zach. 12.*

*Mali cadunt in foueam.*

*Luc. 23.*

*Simile.*

*Mat. 5.*

prouidentia

A prouidentia factum est, nec vacat mysterio: primo enim per hoc significatum est Iudæos deinceps verum & dextrum auditum legis & Prophetarum perdituros, omniaque sinistre interpretaturos, id quod apertissime videmus impletum: quod tamen postea seruo illi auris restituta est per Christũ, præsagium fuit, eos suo tempore iterum illuminandos, cũ enim cõuersi fuerint ad Christum, auferetur ab eis velum. Quod autem is cui auris amputata est, seruus fuit pontificis, indiciũ est quod huiusmodi homines magnatibus huius mundi adhærentes, plerumque vnam tantum aurem habent, & sinistram tantum, quo fit vt tantum ea audiant quæ falsa, vanaque sunt, veritatem autem & verbum Dei, nec audiant, nec attendant. Generaliter autem omnis qui Christo contrarius est, dextra caret aure, omnia enim sinistre intelligit, nec vnquam ad lucem veritatis, dum talis est perueniet. *Conuerte gladium tuum in locum suum.* Hinc & alio loco Christus discipulis vindictam quęrentibus respondit, nescitis cuius spiritus estis. Hoc itaque verbo Christus primo prohibet vindictam, secundo damnat nostram iracundiam & impatientiã, qui ne verbum quidem durum sustinere possumus, nec contenti sumus æquale damnum rependere, cõtra hoc quod monet Pau. noli vinci à malo, docet etiam Christus hoc verbo quibus armis se Christiani tueri debeãt, nempe non gladijs & fustibus, sed humilitate & patientia; discite inquit à me, quia mitis sum & humilis corde. *Calicem quẽ dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* Passionẽ suam calicem nominat, vt ostenderet sibi mortem dulcem & desiderabilem esse pro salute hominum. Præterea calicem etiam nominat, vt ostenderet etiam grauissimas afflictiones in hoc mundo, nihil esse, vt ita dicam, nisi vnum haustum, statim enim cessabunt. Signanter autem nõ dicit, Deus aut iudex dedit, sed pater, vt sciamus Deum etiam plerumque cum flagellat, patrẽ esse: ira enim in indignatione eius, sed vita in voluntate eius. Docet insuper nos in aduersis nõ respicere in hominẽ aut dæmonẽ mala inferentem, sed in Deum permittentem. Sic Iob dicebat, dominus dedit, dominus abstulit. Sic Dauid inquit, sine ut maledicat mihi, dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. *Non vis vt bibam illum?* Mihi hic calix datus est, & non alteri: nemo enim ad hoc sufficit de rigore iustitiæ, præter vnum me. Nõ vis vt ego eum bibam? Quis ergo alius bibet? Si ego hunc calicẽ nõ bibam, ęterna siti omnes peribitis: si autem bibero, etsi amarũ est poculum, omnem tamen in vobis sitim sedabit.

2. Cor. 3.
Luc. 9.
Rom. 12
Mat. 11.
Psal. 26.
Iob 1.
2. Reg. 16.

B
C
D

*Cohors ergo & tribunus, & ministri Iudæorum comprehen-*

*derunt Iesum.* Hactenus præcessit interior passio. Postquã enim Iesus copiam eis permisit, irruunt in agnum lupi rapaces, in pastorem viri latrones, in patrem filij degeneres, in Deum peccatores, in lumen verum filij tenebrarum, nihil vel eius cõsuetudine, vel deitatis maiestate, vel miraculorum terriculamento permoti, manus iniecerunt in eum. Hic itaque impletũ est quod iam pridem Dauid in persona Christi prædixerat, dicens: tribulatio & angustia inuenerunt me, item tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet, circundederunt me vituli multi. Item Ioannes plures recenset nominatim etiam qui Christum comprehenderunt, vt innuat hunc primum impetum Christo domino mirũ in modum fuisse grauẽ. Primo igitur non vnus aut alter in eum irruit, sed multi; deinde omnes erant inflammati ira & odio in eum, à primoribus vsque ad infimos: augebat etiam iram quod tandiu eum capere non potuerunt, itemque quod ipsos in terrã prostrauerat, & quia auriculam Petrus amputauerat: incitauerat & Iudas admonens vt caute eum tenerent: accepta igitur licẽtia, omnes in eum irruunt, singuli suam iniuriam vindicare volẽtes, simulque pontificibus placere studentes. Erat etiam videre quasi cum oppidum aliquod munitum, vbi post longam obsidionem aditus tandem patefactus, furibunde irrumpitur, oppugnatur, diripitur, nullo videlicet cessante. *Et ligauerũt eum.* O nimis horrenda temeritas peccatorum: ligauerunt autem vt securius ducerent eum: reuera tamen hæc Christi captio & ligatio, summam ipsis attulit perditionem. Huius figura præcessit in Samsone, itẽque in arca Dei. Gaudebant Philisthæi capto Samsone, itemque capta arca Dei, sed gaudium eorum non fuit diuturnum: sic ergo accidit istis: paulo enim post à Romanis deuastati fuerũt. Sic igitur & ingrati filij Adam, manus inijciunt in eum, cuius manibus creati erant, ligant eum qui eos soluere venerat: non enim sine magno clamore, irrisione, iniurijs, eum comprehendisse credendum est; susceperunt inquit me, quasi leo paratus ad prędam. Obseruandum autem quod etiam in ligatione ponitur numerus pluralis, non enim vnus tantum eum ligauit, imo omnium hominum peccata eum ligauerũt. Vnde in Psal. dicitur, funes peccatorum circumplexi sunt me: atque hoc pacto nos ligatos soluit, iuxta illud, dirupisti vincula mea. *Adduxerunt autem Iesum ad Annam primum.* Trahebatur siquidem magnis clamoribus, magna festinatione, multisque irrisionibus, tanquam malefactor, tam arcte ligatus, vt vix anhelitum habere posset. Et quamuis sponte ad passionem iret, dubitari tamen non potest, quin

*Vide quomodo Christus se vltro morti obtulerit.*

Psal. 21.

Simile.

Iudic. 16.
1. Reg. 5.

Psal. 16.

Psal. 16.

Psal. 115.

E F G H

A eum nunc huc, nunc illuc impellerent. Quomodo enim parcerent iam primum capto, qui iam iam morituro non parcebant? Vt iam tunc dicere potuisset, ô vos omnes qui transitis per viá, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Videte inquam quam ignominiose trahor, quam crudeliter percutior, quá patienter sustineo: videte canes rabidos, homicidas, violétos, & me agnum mansuetissimum inter eos, videte faciem meam alapis iá multiplicibus percussam, sanguineo sudore, sputis Iudæorū maculatam, lachrymis humectatam. *Ad Annam primum, deinde ad* Threno. 1.

B *Caipham.* Hi enim duo & capita erant sacerdotum, & principatum habebant templi & rerum spiritualium. Quum autem causa domini Iesu spiritualis esset (concernebat enim fidem & doctrinam) ideo ad suum iudicium eam pertinere arbitrabantur iuxta legem: sic & post cum Paulo actum est coram principe sacerdotum Anania: itemque cum alijs Apostolis coram his ipsis, Anna Caipha. Nec proconsul Achaiæ causam Pauli iudicare voluit, quod videbat eam non esse ciuilem. Cæterum hi duo mala fama notati erant, quasi qui honorem & sacerdotalem dignitatem, pecunia ab Herode annuatim cōpararent, vt veri simoniaci & Giezitæ, imo patres omnium simoniacorum. Nec hoc Euangelista tacitum voluit, qui Caipham non simpliciter pontificem vt lex requirebat, sed tantum eius anni pontificem nominat. Annuatim igitur hi duo pontificatum sibi comparabant à Romanis. Vnde facile conijci potest, quam nihil pietatis habuerint, multum autem arrogantiæ & vanæ gloriæ. Ad Annam igitur primo ducitur, honoris videlicet gratia, ná & senior erat, & socer Caiphæ. Deinde vt iustior condemnatio Christi videretur, si à multis condemnaretur: maxime autem vt impij sibi gaudium mutuo communicarent de capto communi hoste: ipseq; Annas qui forte propter senium futuro communi consilio adesse nō poterat, interim oculos pasceret optato illo spectaculo.

Acto. 23. Acto. 4 Acto. 18.

C

Magnum Iudæorum odium contra Christū

D

*Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu.* Quasi diceret, non animi constantia intraui, non vt magistrum defenderem, aut excusarem coram pontifice, sed tantum quia notus eram in domo eius. Sic nimirū seipsum extenuat, vt deuitet arrogantiam, ne se præferre videatur Petro in ipsa constantia. *Petrus autem stabat ad ostium foris.* Vel quia ex timore non audebat ingredi, & tam prope accedere, vel potius quia vt pauper & incognitus exclusus fuerat; pauperibus enim negatur accessus palatiorum. Hinc Isa. ait, pupillo non iudicant, & causa viduæ non intrat ad eos.

humilitas Ioannis Euangelistæ.

Isa. 1.

*Cum vidisset eum ancilla ostiaria, dixit, numquid & tu ex disci-* E
*pulis es hominis istius?* Fieri potest vt ancilla hæc Petrum ex com
*Ancilla ostiaria interrogat Petrum.* passione allocuta sit, quasi admonens, vt si discipulus eius esset,
citius abscederet, atque hoc videntur eius præferre verba: non
enim accusabat, nec assertiue loquebatur: nec durius quid de
Christo dicebat, quem non deceptorem, sed hominem appella-
bat: denique interrogabat tantum Petrum, num ex discipulis es-
set hominis illius? Quid igitur Petrus? *Non sum.* Ecce quam fa
cile firmissima illa columna ad vnius auræ impulsum contre-
muit. Quodsi coram ancilla mulierum contemptissima negauit, F
quid fecisset coram regibus & principibus? Si enim Petrus tan-
tæ fidei & dilectionis, qui tandiu cum Christo cõuersatus fuit, &
dñs cæleste ei gaudium in transfiguratione gustandum præbu-
it, sic cecidit, quid de nobis sperandum est? Nulla igitur vsquã
securitas est, quandiu sumus in hoc mortali corpore. Cecidit an
gelus in cælo, Adam in Paradiso, Petrus in mundo. Quis igitur
non timeat incomprehensibilem altitudinem iudiciorum Dei?
Merito igitur Paulus admonet, noli altum sapere, sed time. Et
*Rom. 11.* iterum, qui stat, uideat ne cadat. Iustus tibi videris, sed nescis an
*1. Cor. 10.* talis sis coram oculis Dei, & ignoras quid cras futurus sis. Intue G
re sanctum Petrũ, quis enim credidisset, obsecro te quidẽ, quod
in tanta fiducia absque impugnatione valida cecidisset in tãtam
impietatem? E diuerso, quis iudicasset latronem illũ saluandum?
Nil igitur securius est quam in profunda humilitate solicite ma
nere, & diuinam spectare misericordiam, non de proprijs extol-
lere se meritis, aut stolide iudicare alios. *Pontifex interrogauit Ie-
sum.* Astat Christus vinctus, superbumque illius vultũ fert: an-
non hęc insignis patientia? Et tu igitur noli ægreferre, si ab in-
doctis & superbis contemnaris. De doctrina autem videtur in-
terrogasse qualis esset, vtrum cum doctrina Moysi consentiret: H
sperabat ergo impius pontifex vt Christus territus veniam pete
ret, vt sua reuocaret. *Ego palam locutus sum mundo.* Mitissimus
dominus nil de discipulis dicit, nam vnus eum tradiderat, alter
negauerat, alij omnes ipsum deseruerant: noluit tamen eorũ ma-
la reuelare, docens non statim reuelanda esse aliorum mala. De
doctrina autem respondit, vbi docuerit, & coram quibus, non
*Famę proximi consulamus.* autem quid docuerit. Sciebat enim pontificem iniquo animo in
terrogasse. Obseruandum hic quod non dicit, interroga discipu
los meos aut amicos, sed generaliter appellat ad auditores quidẽ.
*Vnus ministrorum dedit alapam Iesu.* Hic exhorrescat cęlũ, cõ
tremiscat terra de Christi humilitate, & serui huius impudentia.

A Quis non hæc legens imprecaretur seruo illi, vt vel igni desuper concremaretur, vel à terra absorberetur? At patientiam hic nos docere voluit Christus. Signanter autem iniquitas huius serui, arguit iniquitatem domini sui. Secundum enim principem & iudicem populi, sic & ministri eius, ait Sap. Tales igitur iudices, tale iudicium, tales accusatores Christus habet, qui non expectant iudicis sententiam. Sic & Paulo contigit, cum rationem in iudicio reddês, iussus fuit contra fas & ius, in faciem cædi à principe sacerdotum. Imo generaliter nil aliud expectet Christianus à mundo post confessionem veritatis, nisi alapam. Considera hoc homo ingrate, qui ne vnum quidem rigidum verbum vis pati, qui mox excrucias te ira, exprobras, iuras, murmuras, non expectas donec Deus te vindicet, sed mox meditaris vindictam per verba, & per facta: pænitet te quod iniuriam non retuleris, gloriaris de vindicta: hic tamen vides regem omniũ, qui talem suscepit iniuriam à tam vili homine, idque in loco publico, & in faciem illam sanctissimam etiam angelis desiderabilem.

*Ecclesi.* 10

*Act.* 23.

B

*Iniurias condonemus ad imitationẽ Christi.*

*Sic respondes Pontifici.* Quasi diceret, non attendis quam vilis tu sis, quam gloriosus autem pontifex dominus meus? Tacet iudex, dissimulat, & interim siquis ante eum loquatur, non impune feret. *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.* Poterat Christus dicere, quomodo aliter responderem, impie adulator? Quid amplius facerem? num velles vt Pontifici, imo idolo tuo, pedes oscularer, & ipsum lucem mundi dicerẽ? Quod interrogauit, hoc respondi. Quid amplius queris impie? *Si male locutus sum.* Quasi diceret, aut male aut bene locutus sum: si male, ostendere debueras in quibus male dixerim: si autem bene dixi, non debebas me contra ius et fas cædere. *Tunc misit eum Annas ad Caipham.* Obserua quod qui esse debebant asylum afflictorum & iniuste oppressorum: itemque quos decebat vel maxime, esse æquos iudices, propter sacerdotium, scientiam, & senectutem, hos Christus inuenit omnium iniquissimos. Nusquã vilior est Christus quam apud Iudęos, quos vel maxime gratos esse oportebat. Vide autem quomodo circa ea quæ ante Caiphã gesta sunt, videatur quasi dicere Ioannes, quod sufficiat indicasse, quod ad ipsum perductus est, qui primus consilium dederat Iudæis vt occideretur, apud quem & eo anno erat potestas, & cũ eo hostes Christi conuenerant. Hinc enim facile quis conijciet, quid illic perpessus sit. *Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se.* Magnũ siquidẽ est frigus, vbi Christus nõ agnoscitur: negauit enim iterum Petrus: nec mirum, quo enim in prima ten-

C

D

*Superiores quidem debẽt oppressis iniuste, subuenire.*

*Conscientia frigida quo deueniat.*

tatione non stante, quomodo staret in secunda? Qui à muliere E
terrebatur, quomodo non terreretur à viris armatis? Deinde
quomodo non iterum caderet, qui à suis separatus, inter im-
pios cõuersabatur? vides hic quid faciat societas mala? Petrus in
*Psal. 17.* cætu discipulorũ confitetur Christum; inter seruos autem Pon
tificum negat se Christianum: adeo verum est quod dicitur, cum
*Mat. 26.* Sancto, sanctus eris &c. Sic de Israelitis dicitur, commisti sunt
inter gentes, & didicerũt opera eorũ. Cæterum sicut Petrus hoc
secundo loco grauius tentatur quam prius, sic & grauius peccat
& cadit. Iam enim non simpliciter negat, sed cum iuramento, vt F
2. *Reg.* 11. Mat. ait. Sic vere peccatum quod per pænitentiam nõ diluitur,
mox suo pondere in aliud trahit. Hoc idem videmus in Dauide,
qui perpetrato adulterio, non statim pænitens, cecidit in maius
*Psal. 136.* peccatum, nempe in homicidium.

*Adducunt Iesum a Caipha in prætorium.* Hactenus quid Chri-
stus à Iudæis passus sit, ostensum est, nunc deinceps audiamus
*Psal. 21.* quomodo etiam gentes in ipsum offenderint, nã ab vtrisq; pas-
sus est. Vnde in Psal. conqueritur se & à vitulis & à canibus cir-
cundatum fuisse. Ad prætoriũ igitur Pilati Christũ ducũt Iudæi, pu
tãtes scelus ad ipsos nõ redũdare, si per aliũ eũ interficerẽt. Du- G
cũt autẽ eum nõ vnus aut alter, sed oẽs simul, vt vel sic sua præ-
sentia & multitudine, & iudicẽ terrerẽt, & Iesũ inuidia grauarẽt.
*Et ipsi non introierunt in prætorium.* Ex insita scilicet & innata hi
pocrisi, qua semper in paruis rebus erant superstitiosi, cum ma-
gna omnino nõ curarent, nolebãt intrare in prætoriũ, vt nõ cõ
taminarentur inquit, sed indigne tractant tamen Christũ, qua
si sola domus incircuncisi eos contaminaret, cum interim inno-
cẽtẽ tot modis adigerẽt ad mortẽ. Animã habebãt homicidã, lin
guas homicidas, cõduxerãt proditorẽ, cõduxerãt cohortes, con
duxerant falsos testes, cõfinxerãt falsa crimina, insuper vrgẽt & H
terrent iudicẽ, & tamẽ sibi vidẽtur puri, dignique qui Pascha
celebrent, non ob aliud quam quod ab ingressu prætorij se con-
tinuissent. Egregia plane puritas, imo stulta & impia cæci-
tas! habitaculo scilicet cõtaminarẽtur alieno, & non cõtaminarẽ
tur scelere proprio? vides quã accurate hypocritæ illi mundaue
*Mat. 23.* rint quod deforis est calicis, cum intus plane cruenti essent.
Erant enim sepulchra dealbata. Itẽ tantũ consistebat iustitia eo-
rum in obseruantia humanarum traditionũ, quasi Dei præcepta
nihil ad iustitiam facerent. Humana constitutio erat ne Iudæus
domum incircuncisi intraret, vt ab immundo & incircunciso
non contaminarẽtur. Lex autẽ diuina erat, non inuideas, non
occidas,

A occidas, non falsum testimoniū dicas. Hāc autē Dei legē fortiter cōtēnunt Iudęi, seruata hominis cōstitutiūcula. Sic pleriq; etiā apud nos solis hominis cōstitutionibus fidūt, & hinc sibi iustitiā pollicētur, interim præcepta Dei nil curātes. Quis existimasset eū populum non sanctum esse, qui tanta solicitudine & religione, sanctorū patrum constitutiones obseruaret? Si in sancti hominis mandatum non peccant, quanto minus legē Dei prævaricari putandi sunt? Vides hypocrisim? *Exiuit ergo ad eos Pilatus.* Hoc quidem facit pręter consuetudinem aliorum rectorum, qui B non solent in tantum condescendere populo; quantumuis enim gētilis esset, (solamq; rationem in operibus suis ducem, legesque Cęsareas haberet, multo tamen & iustius & ciuilius se habuit quā Iudæi qui scripturā & legē Dei habebāt. Primo enim ciuilitatis erat in Pilato, quod se accommodauit moribus populi & cessit pertinaciæ eorū, & iure suo neglecto exiuit foras. Oportet enim superiorem non semper esse pertinacem, sed moribus interdum subditorum se accōmodare. Sic & alias in Iosepho legis de Pilato, dum statuæ Cæsaris in templo Hierosolymitano eligi præciperentur: quod videns populi pertinaciam, qua citius mortē oppetere quā statuas in tēplo ferre volebant, cessit eis, & statuas in C templo deposuit, quāquam armato exercitu ad hanc rem instructo potuisset oēs nisi obedirēt, trucidare: iustitiæ autē hoc erat in Pilato, quod non mox oblatū & inauditum damnat, vt ipsi cūpiebant: nil enim temere & sine causæ discussione, iudex agere volebat, ideo dixit. *Quā accusationē adfertis aduersus hominē hunc?* Nemo enim accusatus & respōsionis locū nō adeptus, condemnari debet. Hanc iuris ęquitatem seruabat hic Ethnicus: at vero Iudæi corā clamabant. *Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Quasi dicerent, euidentia patrati criminis, nō indiget clamore accusationis: solum exequere iudiciū, non opus est alia examinatione quidem. *nisi enim esset malefactor &c.* O hypocrisim, ô mēdacia, ô malitiā! sic ne agi debet? Ergo vt audimus, quilibet vinctus reus est mortis, vt malefactor? Quis non videt quod causę suæ diffidunt? ideo inanibus verbis iudicem afficere nitūtur, ne cogerentur probare ipsum esse malefactorem. Deinde malitiam suam in hoc ostendunt, quod Christum volebant non examinatum, nec conuictum occidi, imo indignum eum iudicent qui à iudice audiatur et cum quo vlla iuris regula seruetur. Insuper & manifeste ipsum etiam coram publico iudicio malefactorē nomināt, qui omnes infirmos ipsorum honorauerat. verum sic scriptum est quidem, retribuebant

*Iose.*

*Iudex audiat partes.*

D

*Inueterata Iudaeorum malitia.*

*Psal. 34.*

bāt mihi mala pro bonis,& odium pro dilectione mea. Cęterum Pilatus tā superbe, iniusteq; dictis exarcerbatus, iterū reclamat. E

*Accipite ergo eum vos,& secundum legem vestrā iudicate.* Quasi diceret,si malefactor est,vt dicitis,sed non probatis,vtimini ergó lege vestra contra ipsum:me prohibent leges Romanæ, ne vllum hominem inauditum condemnem. Reuera Pilate, hoc idem habet lex Moysi, & tamen istorum hominum malitia hic fit,vt leges gentium huic diuinæ legi præferantur. Sciunt Iudæi ex cap.23. Exo. scimus& nos idipsum ex verbis Nicodemi,quod lex Moysi neminem iudicat, nisi prius audiatur & conuincatur reus. Vide autem quomodo hic elābantur. *Nobis non licet interficere quemquam.* Quis ergo Stephanum occidit? Mētiuntur igitur:vel nonne & hoc erat occidere, Christum ad mortem offerre,& mortem eius omni instantia procurare? Sed volebāt ipsum per Romanos occidere:hoc q̄rebāt nō enim simpliciter volebāt Christum occidi,sed cum summo opprobrio. Pilatus præterea Christum secreto interrogat, ne aduersarijeius qui potentes erant, impedirent quo minus respondere posset: insuper non minacibus, sed admodum blandis verbis eum alloquitur, decet enim iudicem mansuetum esse, nam & ipse iudicem suum habet. Postremo è multis Iudæorum accusationibus, vnam tantum arripit,alias silentio transit, sed quodnam illud est in quo Pilatus Christum examinat? F G

*Pilatus quomodo reprehenderet Iudaeos.*

*Exod. 23. Ioan. 7. Acto 7.*

*Crucifigere volebat Iudaei cū Romano decreto vt ipsi dicebant.*

*Tu es rex Iudaeorum?* De hoc crimine quærit, quod & ad Cæsaris maiestatem,& ad publicam tranquillitatem pertinebat: denique etiam verisimile videbatur: nam circa Christi tempora varię erant seditiones inter Iudæos, vt Iosephus scribit: seditiones vero hic oriebantur, quod septuaginta hebdommadæ à Daniele præscriptæ iam ferme præter erant, & expectabatur summo desiderio Messias,vt restitueret populum in pristinam libertatē, & è Romana seruitute vindicaret: propterea multi sibi honorē Messiæ vendicantes & populo libertatem pollicentes, autores fiebant defectionis à Romano imperio, & plerique Iesum esse illum expectatum Messiam conijciebant:nisi enim fugisset, in regem electus fuisset. Itaque Pilatus de spirituali regno Messiæ nil intelligens,& tantum de regno & imperio carnali cogitans,regium nomen Christo obiectum non prętierit silentio: timebat enim non tam Cæsari quam sibi ipsi, ideo quærit an sit ipse rex Iudæorum: nam regem Iudæorum ipsum nominauerāt Magi. Ad interrogationem igitur Pilati Christus ita respondet,vt neque se regem esse neget, neque omnino etiam affirmet quidem H

*Dani. 9.*

*Ioan. 6.*

*Mat. 2*

*Nunquid*

A *Nunquid ego Iudæus sum?* Quasi diceret quomodo ex me ipso hoc dicere possum quandoquidem Iudæus non sum, sed Ethnicus? Quid autem nos de vestris rebus scimus? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, & te hoc nomine apud me accusarunt, ipsi tibi hoc impingūt *Quid fecisti?* Dic ipse quibus factis tot & tantos, imo prælatos illos tuos, omnemque tuam gentē in odium tui prouocaueris. Cæterum ad hoc uerbum Christus non respondet, nil enim dignum odio fecerat, imo omnia quę fecerat, summa laude digna erāt. Ad priorem igitur quæstionē B respondet, & distinguit regnum suum à regno mundi, vt ostendat se nihil contra Cæsarem peccasse. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Quasi diceret, Pilate fateor & agnosco me esse regem verum rem hanc recte intellige: rex quidem sum, sed ita vt nec Cæsaris tui potentiam vsurpem aut imminuam, nec quemquam regum aut principum, à potestate & dominio suo expellam; ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Deinde regnum meum non est temporale, sed æternum. Vnde angelus ait, & regnabit in domo Iacob in æternum. Si ergo regnum Christi non est hinc, quid igitur tu Christiane quæris diui C tias & honores huius mundi? *Ergo rex es tu.* Vrget titulum regij nominis, hunc ferre non potest: videbat enim consequi vt si regnum eius non esset hinc, aliunde esset. Melius quidem ita interrogasset, vbi est ergo regnum tuum? vbi est ille alius mund⁹? hic forte inuenisset responsionem, quæ ipsi vtilis esse potuisset. Verum nil horum quærit, sed adhuc timet regno & officio suo, Christus autem intrepide respondit. *Tu dicis quia rex sum ego.* Quasi dicat, quid opus est vt ego dicam, cum tu ipse hoc dicas? *Nullam causam inuenio in homine hoc.* Habes hic iterum iustitiā ciuilem in Pilato, idque in duobus: primo enim quamquam ex D altera parte essent diuites & potentes, à quibus vel lucrum sperare, vel damnum timere poterat, Christus autem & solus & pauper, & ab omnibus derelictus, ex quo nec lucri quidquā sperare, nec damnum timere posse videbatur, tamen pro Christo contra Iudæos stat, nec solum pro Christo stat Pilatus, sed etiā aduersarios eius manifeste confundit, innocentem eum proclamando etiam post causæ examinationem, quem tamen vt nocentem & mortis reum vinxerant, imo apertissime eos mendacij arguit, si notare voluissent, verum ipsi ex illo populo erant, cui dictum est, ceruix tua ferrea, & frons tua ærea erubescere noluisti. Signanter autem notandum est quod Christum non tantum absoluit ab eo crimine quo accusatus falso erat, sed generaliter

*Ioan. 18.*

*Opera Christi præclarissima.*

*Psal. 2.*

*Luc. 2.*

*Pilatus quam male se gesserit.*

*Iudex quam rectus esse debeat.*

*Isa. 48.*

dicit quod nullam inueniret in eo mortis causam: & verissime E
quidem hoc de Christo dicitur, ipse enim nec peccatum fecit,
1.Pe 2. nec dolus inuentus est in ore eius. *Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam in pascha.* Considera quantũ insontem Christũ liberare studeat: cum enim vi aut potestate vix posset prætumultu populi, & pontificum potentia & importunitate, rem alio consilio aggreditur, consuetudinem proponens, & ipsis satisfacere volens etiam antequam petatur, duos illis proponit & non plures, nec alium cum Christo ipsis proponit quam Barrabã illũ nocentissimum, cui sciebat omnes esse infensos, & ideo ne suspicari quidẽ poterat illũ ab ipsis absoluẽdum, vt vel sic v- F
triusq. cõspectu factorũ admoneretur vtriusq. *Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?* Iesũ nominat regẽ Iudæorum, vel vt nõnihil videretur eorum recognoscere, vel vt saltẽ risu mitigaret eorũ furorẽ, simulq. ostẽderet ipsum falso de hoc crimine accusari. Nunquã enim Romanus præfectus cupiditate tyrãnidis accusatũ, illæsum dimitteret, si vel in minimo eũ reũ depræhẽdisset. Cæterum apud alios Euãgelistas, cũ Christo proposuit illis Barrabã latronẽ, cuius & personã iidẽ Euãgelistæ diligenter
Mat. 27. describũt, vt maior appareat Iudæorũ malitia, qui hũc talẽ Christo præposuerint. Erat autẽ nõ simpliciter, sed insigniter malus G
Secundũ Mat. nã & seditiosus erat & latro, & homicida. Vnde
Acto. 3. & Petrus, petijstis inquit virũ homicidã donari vobis autorẽ au-
Leui. 16. tẽ vitæ interfecistis. Hoc figuratũ fuit in lege de duobus hircis, super quibus sortem mittere iubebatur sacerdos, quis eorũ immolari domino deberet, & quis esset in caprũ emissarium. Principes enim sacerdotum turbæ persuadebant vt peterẽt Barrabã sibi dimitti, Iesum vero nedum nõ dimitti, sed insuper morte turpissima cõdẽnari. Hic vide quam pestilẽs sit malus persuasor.
Turba populi prius tota Christi erat, & ipsi adhærebat, nunc ab impijs illis persuasa, ipsius mortem petit. *Non hunc, sed Barrabam.* ô insignẽ cæcitatẽ, imo furiam! Quid enim hoc aliud erat dicere, quã occidatur, qui suscitat mortuos, & dimittatur qui occidit viuos? Denique, ex contemptu nec nomen quidem Christi exprimunt. Barrabam autem petunt liberari, cum hoc libentius volebant pascha suum celebrare quam cum Iesu. Hic enim Barrabas etsi malus esset, tolerabilior ipsis erat, quia ipsos non arguebat. Vides hic ingenium mundi, qui semper quod malum
Isa. 53. est eligit, & bonum reprobat: item ferme nocentibus benignior est quam innoxijs. Cæterum omnia quæ hic audis, non casu euenisse credas sed diuino consilio.

*Varia media tentat Pilatus liberandi Christũ a Iudæis.*

*Barrabã dimitti potius postulant.*

Appre

A *Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Vide Iudicis imprudē tiam, manus in eum inijcit, quem laudauerat toties. Sciebat Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum, & tamē tantum ipsis condescēdit & gratificatur, vt in ipsorum gratiā innocētem flagellari permittat & iubeat. Multos modo huic similes videas, qui sæpe innocētes inique tractant Potuisset quidem Pilatus vi & potestate fretus Christum è manibus Iudæorū eripere, sicut Lysias eripuit Paulū, verū videbat Pilatus Iudæos tanta inuidia debacchari in Christum, vt nullo pacto à cæde eius auerterētur, B proinde videtur sibi ne occidat, ꝙ minus periculū debeat eligere, & pronunciat ipsū flagellādum, vt hoc pacto eos aliquomodo reprimeret. Qui omnia vestit, suis vestibus nudatur, qui soluit compeditos, ligatur: qui Israelitis ex Aegypto egredientibus dedit columnā ignis & nubis, nunc ab eisdem ad columnā ligatur, atque crudelissime flagellatur, adeo vt impleretur illud, nō erat ei species, neq. decor. Et iterum, à plāta pedis vsq. ad verticē capitis nō erat in eo sanitas. *Et milites plectentes coronam de spinis.* Milites illi Romanis mercede militabāt, & semper Hierosolymis morabātur cū præside, propter crebras Iudæorum seditiones & tumultus. Hi igitur Christum illudere incipiunt idq. tāta libidine & petulantia, vt similia nusquā aut lecta, aut visa sint imo nec facilia creditu viderentur, nisi Euangelistę tam diligenter singula scripsissent. Non quidem legitur Pilatus hæc præcepisse, sed milites sua sponte hoc fecerunt vt Iudæis gratificarentur: interim tamen Pilatus cōniuet, tacet, dissimulat, non prohibet. Vnde quidam suspicantur Pilatum ficto animo hactenus Christum defendisse, reuera autem cum Iudæis in mortem eius conspirasse: vnde & ad capiendum Christum, cohortem Romanorum militum missam supra audiuimus, nēpe à præside. Quod D si etiam milites inscio Pilato hæc fecissent, nō tamē excusari posset Pilatus, qui tantā malitiam in innocentē factam, nō saltē verbis coarguerit Porro milites pro his iniurijs, mercedem sine dubio acceperunt à Iudæis, neq. enim gratis ad passionē Christi se educi passi sunt. Horum primum est quod totam diabolicā cohortē cōuocāt, vt ludibriū & derisio maiora. fiāt induūt eū chlamide coccinea, quæ erat vestis rubea & militaris, quibus vti cōsueuerāt duces exercitus. Hoc igitur illusorie faciebāt, significātes per hoc eū esse regē, plectunt coronā despinis, eāq imposuerūt sancto capiti eiꝰ pro regia corona. Quis autē satis cogitare potest, quātus dolor venerādū illud caput tot aculeis cōfixum, affecerit? cum nos vel ad vnius spinæ pūcturam, fere intolerabili

*Ioan. 19.*
*Iniquitas Pilati.*
*Act. 21.*
*Isa. 53.*
*Isa. 1.*
*Vide quā tam crudelitatē exercuerint in Christum.*
*Sunt qui dicunt Pilatum ficte defēdisse Christū*

tolerabili dolore vexemur. Hæc autem corona præter dolorem E
quem inferebat, ignominiosa etiam erat. Dederunt quoque in
Ioan. 19. manus harundinem pro sceptro in contemptum, significantes
quod se regem fecisset, & tale regnum haberet quale sceptrum
genu flexo ante eum: illudebant ei dicentes, aue rex Iudæorum:
item dant impie alapas, expuunt in eum: percutiunt harundine
Inuidia crudelis Iudæorum supra caput, atq; hoc pacto aculei spinarum magis sanctum vert
icem penetrant, ita & dolor renouatur, & sanguis inde fluens,
& genas & collum tingit. *Exiuit verum Pilatus foras.* Dictu hor
rendum est, quod Iudæorum inuidia conetur, quod vrgeat eum F
Pilatus exiuit foras, vt crucifigatur: quantum enim ad leges ci-
uiles attinet iure nunc Christus esset liber, quando iudicis sen-
tentiæ sit satisfactum, & ciuiles leges vni causæ vnam tantum
decernunt pœnam. Sed hanc sortem & Christus & sancti in mun
Can. 3. do habent, vt nec ciuiliter iustos iudices experiantur. *Ecce ad u*
*co eum foras. &c.* Si nullam in eo causam inuenit iudex, certe in
iuste flagellatus fuit. Egredimini, egredimini filiæ sion, & ;vide-
te regem Salomonē cum corona doloris & miseriæ. *Ecce homo.*
Quasi diceret, sufficiat tandem vobis ô Iudæi, flagellatio huius
hominis, quam tamen magis propter causæ necessitatem, quam G
Quā crudeliter fuerit flagellatus Christus. propter ipsius demeritum, adhibere coactus sum. Videte qua-
lis homo effectus sit, imo an homini similis sit: ferrea & lapidea
pectora; hæc species mouere deberet: nullum est membrum à pas
sione vacuum Sufficit ergo vobis hæc pæna, & deinceps eum
dimittamus: hæc enim flagellatio erit ei sempiterna admonitio.
*Crucifige, crucifige eum.* Quasi dicerent, perge, perge vt cœpisti, si
flagellasti, etiam crucifige; non satis nobis est flagellatum habe
re, in Cruce morientem videre volumus: ostendis eum vulnera-
tum, sed ;nōdum mortuum. *Accipite eum vos, & crucifigite.* Qua
si diceret, ego ne præter imo contra Romanorum leges, inno- H
Crudelitas Iudæorum. centem interficerem? Legum administrator sum, non vestræ in-
uidiæ vindex: non inuenio apud meos iuris peritos leges, quæ
innocentem iubeant interficere: si ergo apud vos talis aliqua ex
tat lex, ipsum occidite: ego non soleo eos crucifigere, in quibus
causam non inuenio. *Nos legē habemus, & secundum legem debet*
*mori, quia filium Dei se fecit.* Et vbi manet vestra prior accusatio
quod dixisset se regem Iudæorum? Mendaces inuenti fuerant in
Deut. 13. prima, ideo nouam nunc accusationem instruunt: legem autem
quam allegant, vel illam intellige quę est de blasphemo occidē
do, vel illam de falso propheta seducente populum falsis sig-
nis à cultu vnius Dei: neutra autem lex contra Christum com-
petit

A petit. *Pilatus quidem cum audisset, hunc sermonem magis timuit.*
Iste fuit timor seruilis, non ex fide procedens, timebat ne malũ
fecisset, filium Dei flagellando: gentilium enim more credebat
deos è cælo descendere, & rursum ascendere, vt poetæ fabulantur
de Ioue, Mercurio, & alijs. Ne igitur impius in deos haberetur,
interrogat *Vnde es tu?* A longe quærit, vt veritatem possit
expiscari. *Christus autem nil respondit.* Nil enim vel ad Cæsarem
vel ad Pilatum pertinebat, ipse ne filius Dei esset, annon: nam
quod accusatus erat seditionis, iam dilutum erat: deinde nimis
B importuno tempore hoc interrogat. Et Pilatus indignus erat
audire, qui agnum illum Dei flagellauerat. Item impletum est il- *Isa 53.*
lud Isa sicut agnus coram tondente se obmutuit. Item Psal. *Psal. 30.*
obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Herodi ex vanitate,
& hic Pilato ex timore interrogantibus, non respondit. Cæterum
Pilatus hac Christi taciturnitate nonnil offensus, nã putabat
se contemni, aliquanto austerius ipsum alloquitur, nihil e- *Arrogantia Pilati.*
nim minus ferre potest superbia, quam sui contemptum. *Mihi
inquit, non loqueris?* Tu inquam vilis & despectus, mihi in pote-
C state constituto? Si personam Christi cognouisset, modestius lo
cutus fuisset, verum mundus eos omnes contemptui habet, qui
externa specie nihil magni præseferunt. *Nescis quia potestatem
habeo dimittere te.* &c. Vox est impij magistratus qui putat sibi
omnia licere quæ libent: qui enim donis Dei insignitus est, & ta
men fide caret, non agnoscit ea esse dona Dei, sed vt propria me
rita reputat: proinde putat sibi licere quidquid libet. Ex pro-
prio autem ore condemnatus est hic seruus nequam, quia videli
cet innocentem & iustum cum absoluere posset, crucifigere ma
luit. Modicum igitur sustine Pilate, & loquetur tibi postmodũ
in ira sua, clare tibi dicens quod nunc interrogas: ego autem *Psal. 2.*
constitutus sum rex ab eo super sion. Item dicet, tacui semper, *Isa. 46.*
D silui, vt parturiens loquar. *Non haberes potestatẽ aduersus me.*
Quasi dicat non glorieris tu, quia non tua potestas, sed diuina
permissio fuit, hoc itaque verbo Christus reprimit Pilatum de
sua potestate gloriantem, & eadem potestate abutentem. Item *Bona quæ*
admonet omnes iudices, ne de sua potestate superbe glorientur *habemus,*
item vt meminerint se non tyrannos esse, sed iudices, nec con- *Deo tri-*
tra pios, sed contra impios habere gladium. Maxime autem hoc *buamus.*
verbo consolatur pios: ipsorumque conscientias confirmat, vt
sciant, nil posse regnum mundi contra eos, præter id quod sua
beneuolentia pater admittit, vt experiantur eius præsentiam, &
fides eorum confirmetur. *Propterea qui me tradidit tibi, maius*

*pecca*

*peccatum habet*, Iudas & Iudæi plus peccant quam tu, ipsi enim E
*Iudæorũ grauissimũ peccatum.* & innocentem comprehenderũt, & falso accusarunt: Ipsi ex inuidia faciunt quod faciunt, tu ex timore, sed tamen non sine peccato. Cæterum cum Iudæi viderent Pilatum timere ne Deum offenderet & peccato se inquinaret, ad priorem calumniá affectati regni recurrunt, eamque ostendunt nec ipsi iudici tutum negligere, itaq. incutiunt ei timorem Cæsaris: hoc enim impios vel maxime vrget. *Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris.* Quasi dicerent, si nil ad te pertinet quod in Deum peccauit, certe ad te pertinet quod in Cæsarem peccauit. Cæsarianus es, & propterea hic habitas, vt Cæsaris nomen & potestatẽ non minuas, sed tue F aris & augeas, hic autem se Cæsari opponit: nam ipsemet Cæsar & rex esse contendit apud nos, si ergo hunc dimitteres, hostis Cęsaris iudicareris. *Omnis enim qui se regem facit contradicit Cęsari.* Non amore Cæsaris hæc dicunt, cui sępe seditiosi erant
*Act. 10.* sed odio Christi: hac ergo acclamatione, statim succumbit Pilatus *Cum audisset hunc sermonem.* Iudex pro tribunali sedet iudicaturus eum qui à patre constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Pilatũ igitur seduxerũt fauor & cõsensus populi, Christi contẽptus, & timor Cæsaris. *Sedit pro tribunali.* Non curans G ius, sed nec illud attendẽs, quod toties Christum innocentẽ pro
*Iose. l. 18. c. 7.* clamauerat. Quale autẽ iudicium sperãdum, vbi animus iudicis a ffectibus auaritiæ, vel odij, vel timoris humani patet? Timebat
*Eus. Hist. Ec. lib. 7. c. 8.* Pilatus ne falso apud Cæsarem accusaretur, tanquam Cæsaris hosti fauisset, ac ob id à magistratu eijceretur: verum quod impius timebat, hoc ei accidit: nam & postea à præfectura eiectus, an in exilium missus fuit, autore Iosepho, tantisque malorum cruciatibus afflictus fuit, vt propria se manu trãsuerberãs, nefariá vitá vi abiecerit, vt testatur etiam Euse in Eccle. histo, vsq. adeo iudicium domini licet tardet, non tamen equidem aufer- H tur. *Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigerent.* Postquam Pilatus, vt in Mat. dicitur, manus abluerat, videbaturque sibi niue candidior, sententiam mortis in Christũ fert. Parui enim æstimabat, hominem humilem & abiectum morti adiudicare: neminem putabat huius cædis vindicem futurum, sed aliter postea expertus est. Quid enim si pius homo in terra non habet vindi
*Rom. 2.* cem hominẽ, cum habeat vindicẽ Deum? Mihi inquit, vindictá, & ego retribuam. Heu quantus mæror discipulorum & aliorũ amicorum corda oppresit, dum ablata omni spe viuendi, fidelissimum magistrum, dominũ, & auxiliatorẽ audiuerũt iniquissimo iudicio cõdẽnari. Quãta ẽ diuerso rabidorũ canum insana lę-

A na lętitia, atq; vocũ exultãtium cõfusio, dum facinorosissimum intẽtum suum toties à iudice negatum, tãdẽ clamorũ suorũ im portunitate obtinuerunt. Quãtum enĩ cruciabat agnum mitissi mum iã lupis traditum, & amicorum desperata iustitia, & hostiũ furiosa lętitia? Vides itẽ quã nihil pręsidij ponẽdũ sit in mundo cũ Pilatus qui hactenus toties Christũ defenderat, nũc sine om ni causa, vt Iudæis gratificaretur, eũ crucifixerit Sic Herodes libenter audiebat Ioãnẽ, & tamẽ eũ occidit. *Susceperũt autẽ Iesũ & eduxerũt eũ.* Sic nimirũ impij illi agricolæ filium patris hęre dẽ, ẽ vinea sua eijciunt. ô quã dissimilis fuit hæc Christi eductio *Pilati iudicium ini quissimum*

B ei qua olim patres eorum eduxerat ex Aegypto. Illic enĩ dicitur eduxit illos in lætitia, hic autẽ ipse educitur in summa tristitia. Illic eduxit eos cum argento & auro, hic autem ipse educitur in summa miseria. ô tristẽ eductionẽ: non sic sexto autẽ die intra ciuitatẽ exceptus fuerat *Et baiulans sibi crucem exiuit.* ô quã amarum fuit Christo exire ex ea vrbe quã tanti fecerat, vt eã diui tijs, potẽtia, regno & religione, omnibus præferret! Sed tamen propter Iudeorum iniquitatem, vineam reliquit quam plantaue rat dextera sua, depascendam ab apro, & singulari fera. Diceba tur autẽ locus ille Hębraice golgotha, quod significat aliquid *Mat. 12.* *Psal. 77.* *Psal. 104* *Psal. 79.*

C rotundum, sicut est caput humanum, vel testa capitis: sic autem nominabatur locus ille, quod ibidem iacerent capita occisorum hominum. Nec Euangelistæ, nec nos verecundamur confiteri Christum in eo loco crucifixum, vbi malefactores puniebantur, imo glorię hoc ducimus: hũc enim ignominiosum locum Christ' magnifice morte sua honorauit. *Et crucifixerunt eũ.* Ipsã crucifixionem præcessit iterata explicatio, nudatur igitur vesti bus, qui cęlos stellis & terrã floribus vestit: expoliari igitur se per misit, vt vestẽ nobis innocentiæ recuperaret. Corã omnibus nu

D dari nõ abhorruit, ne nos nudi corã Deo inueniremur. Nunquã talẽ pauperẽ legimus, nec Lazarũ quidẽ illũ vlcerosum, cui etsi defuerunt humana obsequia, lingebant tamẽ canes eius vulnera etsi non dabantur ei aliena, sua tamen ei non auferebantur pan nosa vestimenta. Quantum autem dolorem Christo hæc expoliatio vestimentorum intulerit, nemo quidem facile explicabit: nam dum vestẽ carni sanctissimæ proximã & flagellorũ vulneri bus iã impactã & totã inhęrentem violenter & festine tanquam ad mortẽ domini properãtes, abrumperent, omnia vulnera inno uarũt multo crudelius, quã primis flagellorum ictib'. infligerẽt experiẽtia enim teste videmus si lana modica aut pãnicul' recẽti vulneri immissus, vulneri coagulatur, in eius violenta extractione *Luc. 16* *Simile.*

ctione longe maior pæna, imo vix tolerabilis sentitur, quam eius prima afflictione. Auxit & hoc dolorem, quod corpus illud tenerrimũ sic denuo vulneratum frigori & vento nudum exponebatur, vt interim taceam ipsam cõfusionem, quę maxima fuisse non dubitatur, sic coram omnibus amicis & inimicis nudari. E

*Psal. 68.* Vere igitur ad nos dicit, propter te sustinui opprobriũ tota die, operuit confusio faciem meam. Multa hactenus passus fuit Christus, sed in sola carne: nunc venitur ad intimam medullam, & sũmam dolorum, nunc nerui, ossaque examinantur, qui dolor est vehementissimus, in manibus & pedibus, vbi nerui & ossa ita cõueniunt, vt non nisi magna vi & intrinseco dolore seiũgi possint: extendit igitur Brachia ad indicandum, quod omnia hæc voluntarie & ex summa charitate sustinuit. Multæ causę assignari possunt cur Christus voluerit crucifigi. Primo enim hoc ideo factum est, vt inter cælum & terram positus, verum se ostẽderet mediatorem Dei & hominum: secundo quia in ligno peccatum commissum est, & ideo etiam in ligno peccatum expiare voluit, tertio quia diabolus in ligno vicerat hominem, in ligno quoque vinceretur. *Et cum eo duo latrones.* Ideo autem latrones cum domino crucifixerunt, vt passionem eius macularent, vt vel sic nocens putaretur ex talium consortio, videturq. crimen esse commune, quibus erat commune consortium, & vt fama vndique spargeretur, tres latrones vno die Hierosolymis esse crucifixos. Hoc quærebãt impij Iudæi: imo vt Christũ plus infamarent, eum in medio posuerunt, verum crux ante probrosa, per illum facta est triumphale signum, cui mundus inclinat caput, quam angeli adorant, et tremunt dæmones. Congrue itẽ inter latrones crucifigitur, quia pro latronibus moritur. *Scripsit autem & titulum Pilatus.* Iam ipsum vrgebat facti conscientia, timebat accusari apud Cęsarem, quod talẽ & tantum virum, cũ quo Deus esset, indicta causa dedisset auaritię & inuidiæ Iudeorum. Vt igitur iuste & pro magna causa ostenderet se hoc fecisse extra ordinem iuris, hunc titulum apposuit. *Stabat autẽ iuxta crucem Iesu mater eius.* Inter mulieres Christum sequentes, primo omnium nominatur virgo mater, ad quã & Christus tertium verbum dixit, prius autem orauerat pro crucifixoribus, & consolatus fuerat latronem, non quod matrem astantem nõ videret, aut ipsius angustiam & immensam tristitiam ignoraret, sed ne videretur attendere personas & affectus, siquidem propter peccatores in mundum venerat, illi magis indigebant, ideo prius illis loquitur, nunc autem tertio etiam se ad matrem conuertit,

*Cur inter latrones Christum crucifixerint.*

*Mater Christi iuxta Crucẽ.*

F G H

nertit,

A uertit, ne videretur illã negligere: hic enim vel maxime experta est quod sibi dixerat simeon, tuã ipsius animam pertransibit gladius: quem enim dolorem pariendo euaserat, hic sub cruce inuenit. Christus igitur quamuis in immensis angustijs esset, nõ tamen in hac hora matrem negligit. Et cum nullum amplius membrum haberet liberum, exceptis oculis & lingua, ex vtroque tamen seruire matri dignatus est: vtraque ad eam dirigit, aspiciendo scilicet & alloquendo, & vt re ipsa doceret honorandos esse parentes, eorumque curam ad mortem vsque habendam. *Cum* Luc 2.

B *vidisset Iesus matrem.* ô quam profunde infixus est radius illius visionis in corde tuo! ô mater sancta, quam filius tuus iam ferme moriens prę amore intueri voluit! Reuera sagitta fuit quæ non tantum cor tuum vulnerauit, sed etiam gladius fuit, qui animæ tuæ intima penetrauit. ô quam plena singultibus, superfusa doloribus, lachrymantes oculos direxeras sursum, vt in horrendo patibulo filium simul morientem, & te respicientem videres. Nec solum oculis Christus seruiuit matri, eam aspiciendo, sed etiam lingua eam consolatur. *Quantum dolorẽ senserit Maria.*

*Mulier inquit ecce filius tuus.* Mulierẽ nominat primo, ne ipsius

C dolorem augeret, non erat tempus dulciter eam alloquendi, nec matris nomen exprimendi, quia si dulcius illi locutus fuisset, maiori dolore vulnerasset, deinde etiam mulierem nominat, ne si matrem vocaret, crucifixoribus ansam daret, durius contra ipsam agendi. *Sitio.* Fuit autem hæc Christi sitis partim naturalis, partim mystica, nam & nimium laborauerat, & multum sanguinem fuderat, denique etiam nudus solis ardoribus & vento in Cruce pendens expositus erat. Solent desolati homines quocũque se vergant, auxilium quærere & subleuationem: sic Christus circa exordium passionis, ex præuisione & imaginatione corũ *Sitis Christi, qualis esset.*

D quæ passurus erat, quasi in mortis angustiam deueniẽs, nunc quidem ad Deum currit per orationem, nunc ad discipulos redit, vtrinq. quęrens consolationem: sic & hic cũ sensisset se derelictum esse, vel ab hominibus aliquam refectionem, maximeque in potu quęrit. Inter cibi enim & potus inopiam magis vrget sitis Vnde non dubium quin grauissima siti laboraret. Spiritualiter etiam sitiebat salutem nostram. Tuã enim inquit salutem ô homo, magis quam aquam desidero.

*Vas positum erat aceto plenum.* ô insatiabilem furorem! Sic impij nunquam satiantur persequendis bonis, acetum igitur Christo dant, quod & foris quidẽ læderet & ori & siti non satisfaceret, sed gustum exacerbaret: & interiora excruciaret. Hæc fuit *Crudelissimum Christo potum dederũt.*

Christi refocillatio in tantis laboribus & pænis: nemo vnquam E
tam obnoxius fuit damnationi, cui non saltem particula impen
deretur miserationis, & maxime post datam atque acceptã sen
tentiam mortis: domino autem factori omnium simpliciter nil
relinquitur pietatis: omnia in extremis aguntur, quia traditus e
rat voluntati eorum: sic mundus tractat pios in necessitate. *Con*
*Cur caput inclinet Christus.* *summatum est, & inclinato capite tradidit spiritum*. Caput inclinat
quasi vale faciens mundo. Ad hęc tam indigna nos perduximus
iustum atq. peccata quidem nostra causa fuerunt ingentissimæ
& acerbissimæ huius passionis. Vide quomodo ante dixisset F
*Mat.* 26. Christus, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Item
hic est inquit, sanguis meus, qui effundetur pro multis in re-
missionem peccatorum.

## APPENDIX.

Sed cur obsecro bone Christe, matrem tecum non duxisti cũ
transfiguratus es in monte Thabor, & tamen eam passioni tuę
vis interesse? An non tu præcipis, dicens non coques hædum in
*Deut.* 14. lacte matris suæ? Cur ergo permittis matrem in tantis doloribus
& angustijs versari? sane lex non permittebat vt auis interficere G
*Deut.* 22. tur quæ ouis incubaret: & tu permittis in nido Crucis positus,
*Leui.* 12. vt tot angustijs afficiatur mater? Item in Leui. dicitur, non im-
molabitur vna die ouis cum fætibus suis: cur ergo permittis mã
suetissimam ouẽ matrẽ tuã, simul cũ fætu tantis doloribus cru
ciari? Cæterum Anselmus ait, quod cum eã hæredẽ deberet re-
D. *Ansel.* linquere, oportebat vt tẽpore mortis ipsi adesset. Sic Iacob mo
riens, voluit vt Ioseph ibi inueniretur, & ita ei bona multa lega
*Gen.* 48. uit, dicens, do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de
manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Sic Christus in potio-
ribus bonis gratiæ & glorię matrem suam locupletauit. H

*Psal.* 13. *Cepit pauere*. Ille quidem inquam de quo Psalmus ait, qui res
picit terram, & facit eam tremere: sed id facit, vt nos securos
& intrepidos reddat. Cæterum si tantum indoluit Heli prop
1. *Re.* 4. ter captiuitatem arcæ vt de sella perniciosissime caderet & letha
liter: quanto magis nos condolere cum Christo factore nostro
debemus? Si tantum quidem doluit Dauid propter mortem Ab
2. *Re.* 3. ner, multo equius est vt doleamus in morte Dei nostri. Porro fit
sępe quidẽ quod lupus inuadat oues & agnos, at vero quod
agnus inuadat lupos hoc nouum quidem est & hactenus inau-
ditum: hoc præstitit magna amoris vis, denique qui tantum dis
cipulos suos diligebat, vide quantum eorum fugam doluerit,
quan-

A quantumque etiam cum Crucem humeris suis ferret, post tot *Ineffabilis* perpessa flagella atque tormenta: siquidem à domo Pilati vsque *Christi a-* ad Caluariç montem erant 872. passus, vt inde colligas quan- *mor.* ta fuerit huiusmodi Christi afflictio.

## *FERIA QVINTA IN COENA DOMINI.*

## CONCIO PRIMA.

B *Ante diem festum pascha sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem.* Ioan. 13. Quid est quod sanctus Euágelista, horá mortis horá eius, hoc est domini appellauit? Ego quidẽ eo sensu hanc *Ioan. 8.* horam domini appellatá credo, quo idẽ dominus diem mortis suæ, diem suum apud eundẽ Ioannẽ appellauit, cũ dicit: Abrahá pater vester exultauit vt videret diẽ meũ. Quid ais domine Ie *Luc. 22.* su? Cur quæso diẽ mortis diẽ tuũ, & horá mortis horãtuá appellas? in qua tot iniurias, tot irrisiones, tot sputa, tot flagella, tot alapas, tot supplicia subiturus eras? an nõ magis hæc hora hostiũ C tuorũ, sicut ipse dixisti, hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ, appellanda fuit? in qua filij noctis & tenebrarum, sanguinẽ tuum quem auidissime sitiebant, biberũt, & furorem suum supplicijs tuis exatiarunt? An potius hæc hora nostra est, qui per eam morte tua à morte excitati, sanguine tuo empti, vinculis tuis soluti, vulneribus tuis sanati, laboribus tuis refecti, & supplicio crucis in cæleste regnum translati sumus? Vere hæc hora nostra est, in qua tam multa & pręclara per te nobis concessa sunt dona: in qua nõ modo ipse transisti ad patrẽ, sed nobis etiã trãsitũ ad eũdẽ aperuisti, atque nos à diaboli tyrãnide eripuisti in *2. Tim. 1.* D libertatẽ filiorũ Dei asseruisti, mortẽ nostrã moriẽdo destruxisti & infensũ nobis patrẽ sãguine tuo placasti nostraq. peccata, quæ malorũ omniũ causa erãt, expiasti, & in profũdũ maris ꝓiecisti, sicut de te olim ꝓphetico ore prædictũ fuit per Mich. de ponet omnes iniquitates nostras, & proijciet in profundũ ma- *Mich. 7.* ris oĩa peccata nostra Vere igitur hęc hora nostra, hora salutis hora redẽptionis, qua in antiquũ dignitatis gradũ ꝑ te restituti sum⁹, nõ dubiũ fratres quĩ hęc hora nostra sit. Tres enim horas *Quomodo* hic aduertim⁹, est enĩ hæc hora Iudæorũ, hora nostra & Christi *dicantur* multo tamẽ magis Christi dñi, quã aliorũ est, quia multo magis *tres horæ* illi⁹ est, qui mortẽ ex amore appetit, quã qui mortem ex odio

infert multoq. magis illius qui beneficiū ex immensa bonitate E
moriēdo cōfert, quā illius qui necessitate cōstrictus, mortis beneficiū recipit: multo enim charitas & bonitas ad donādū, quā necessitas & cupiditas ad recipiēdū propēsior est. Hac ergo de causa saluator mortis horā suā appellat, quia nulla magis hora illius appellāda est, quāquæ necessitatibus nostris cōsulit, quæ mala nostra depellit, quę nos bonis omnibus ornat. Non enim de laboribus suis, sed de salute nostra: nec de morte sua, sed de vita nostra solicitus est. Neq. tristitiā suā dolorū suorū magnitudine, sed salutis nostrę fructu metitur: nec curat quid illi ferendum sit, sed quid nobis propter ea quæ ipse pertulit, conferē- F
dum sit: sui enim quodammodo oblitus, totus in salutis nostræ cura positus est. *Vt transeat ex hoc mundo ad patrem.* In his quidē verbis ait Augusti. spes membris in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secuturi. Quid ergo infideles, & qui ab hoc capite, atque eius corpore alieni? nonne & ipsi transeunt quia non permanent? Transeunt plane vniuersa, ipsi quoque, sed aliud est transire de mundo, aliud transire cum mundo, aliud ad patrem, aliud ad hostem: nam & ipsi transierunt Aegyptij, non enim persequendo manserunt, non tamen transierunt per G
mare ad regnum, sed in mari ad interitum. *Sciens quia venit hora eius vt transeat.* De diuitijs quidem solicitantur parentes in hora mortis: nam qui deberent aliena restituere, propria pauperibus largiri, solum de ditandis filijs cogitant. Non sic Christus sed sciens horam suam venisse vt ex hoc mundo transiret ad patrem, iter mortis dilectione suorum præuenit, & cum quod relinqueret eis melius non haberet, reliquit mutuam dilectionem. Hæc est conditio domini, scilicet benefacere in nouissimo: quare cum fueris tentatus, nouissimum expecta bonum. Alij amici tui in principio bona ostendunt, in fine vero nō tales eos H
inuenias. Non sic dominus Deus tuus, sed in principio suos affligit, in nouissimo vero dulciora reseruat Commune est bonis prælatis dum viuunt, nulli subditorum specialem ostendere dilectionem, ne ex huiusmodi amoris manifestatione frangatur animus & rigor prælaturę. Nusquā legimus Christum, discipulis suis dum viueret, illa dilectionis signa ostendisse, quæ seruauit ad tempus quo illi ex hac lucę migrandum erat, quādo cū dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Debet enim prælatus in suorū dilectione mori, Vnde Deut. 33. dicitur hęc quidem est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filijs Israel ante mortem suā: neq. meminit rebellionis, aut alicui crimen

*Maior amor Christi quam nostra miseria.*

*Augu. in Io. tra. 55. to. 9.*

*Amorem suum aperte demonstrauit Christus in nouissima cęna.*

*Deut. 33.*

A crimẽ obiectat in se patratũ. Sic etiã fecit Iacob cum filijs. In finem dilexit eos, vnico hoc verbo, ait grauis quidam autor sanctus Euangelista in præsenti lectione, Charitatis Christi magnitudinẽ expressit, quisquis enim attente cõsiderauerit, quousque Christi domini charitas hodie progressa sit, facile intelliget quã potẽter de illo eadẽ charitas triumphauerit, Cũ enĩ ipsa hodie illum ad abiectissimorum piscatorum, atq; adeo ipsius proditoris pedes abluendos deiecit, cũ illum etiã impulit vt se ipsũ nobis in cibum traderet, cum ipsa quoq; illum crastina die per mediam Hierusalem vinctis manibus, velut ingens dolorum at-

*Charitas triumphauit de Christo.*

B que admirationis spectaculum, circundat, an non aperte de illo triumphum egit, quem sic vicit, sic abiecit, & ad extrema omnia perferenda propter humani generis salutem impulit? Quid igitur nisi mirabilem charitatis potentiam & triumphũ cernere licet? Cũ Romanis imperatoribus propter subactas bello prouincias, & res mirabiliter gestas, triumphus decernebatur, vrbem Romã cũ solemnissima põpa circũfusis populorũ turbis ingrediebãtur, & reges bello domiti, ante triũphãtis currum vincti precedebant. Hoc enim modo & Zenobia nobilissima in Asia re-

*Simile.*

C gina, aurea catena ligata perducta est, & Cleopatra Aegypti regina, ne sic produceretur aspidibus se necandam permisit, tum vexilla & signa bello capta, ad solum deiecta, terramque verrentia trahebantur. Hæc erat illius triumphi forma. Quisquis igitur in tam sacratissimo passionis die, dominum vidisset vinculis ligatum, flagellis cæsum, spinis coronatum, sputis illitum, Crucemque suis humeris per mediam Hierosolymam infinita hominũ multitudine stipante baiulantem & ad Crucis patibulum hac põpa incedẽtem, non ne mirabilẽ charitatis eius triũphũ his indicijs aperte cerneret? sed hic fortasse quærat aliquis, cũ prudẽtis

*Quæstio.*

D viri amor ex prælãtia & dignitate rerũ oriatur, quæ propter elegantiã suã dignæ sunt quæ diligãtur, homo autẽ res sit vilissima, qui fieri potuit vt tã prudẽs & sapiẽs amator, rẽ amore indignissimã tantopere dilexit? Hoc enim sanctus Iob mirabatur cum ait, quid est homo quia magnificas eũ, aut quid apponis erga eum cor tuum? Huic igitur quæstioni respõdeo, hãc mirabilem Christi dilectionẽ, nõ ex hominũ sed ex Christi potissimũ bonitate manare: sicque non sanctitas hominum, sed Christi sãctitas, dilectionis huius præcipua causa extitit. Si enim ex sanctis viris, quo quisque sanctior, & virtutibus cunctis ornatior est, eo maiore humanæ salutis amore flagrat, quid de eo existimãdũ est, qui est virtutũ omnium & totius sãctitatis origo & fons?

*Iob. 7. a. C.*

*Respon.*

*Simile.*

 E

*Et cęna facta*. Non ita debemus intelligere cęnā factam, ait Aug. veluti iam consummatam & transactā, adhuc enim cænabatur cū dominus surrexit & pedes lauit discipulis suis: nā postea recubuit, & buccellam suo traditori dedit vtiq cæna nondū finita, hoc est dum ad huc panis esset in mēsa. Cæna ergo facta atque etiam parata, & ad conuiuantium mensam, vsque perducta. *Cū diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas*. Hoc in loco ait grauis quidā autor, quæri potest quonā modo diabolus tātum nefas in cor huius proditoris immiserit, & quomodo etiam cæteros trahat similes. Est autem notandum quod omnia inferiora corpora obediunt spiritibus angelicis, etiam malis vt docet sanctus Thomas. Quæ ergo fieri possunt motu locali horum corporū subsunt eorū potestati: nullam tamen potest diabolus imprimere formā sine motu locali. Si ergo per cor intelligamus intellectum, nō potest diabolus in illum imprimere aliquam formā immediate, sed tātum potest mouere spiritus corporeos in quibus sunt phantasmata, & sic reducere imaginationē in actū imaginandi, & cōsequenter imprimit per illam intellectui possibili speciē intelligibilē, vel ad actum reducit iam impressam, qua actu consideret rem imaginatam. Nec obstat quod ad istam impressionem nō sufficit phantasia, sed requitur intellectus agēs, quia ipse intellectus necessario agit præsente phantasmate, ideo nisi voluntas auertat imaginationem, necessario intellectus possibilis considerabit de re imaginata. Nec tamen ex hoc sequitur quod diabolus sciat particulariter quid cogitem, licet sciat de quo cogitem, quia eadem specie intelligibili potest intellectus possibilis vti ad diuersos conceptus formandos, secundū quod quod placet volūtati, vt S. Tho. in multis locis. sicut autē actū voluntatis scire non potest, ita neque hunc vel illum vsum speciei, licet nouerit vsum speciei in cōmuni. Stāte enim phātasmate mulieris, scit quod de illa cogito, sed non scit quid, vtrum scilicet abhorrendo peccatum, & imperfectionem muliebrem vel complacendo in corporalibus illecebris. Si autē per cor intelligatur voluntas, dupliciter potest aliquid mitti in cor: vno modo mouēdo ipsā voluntatē ab intra, vt illud velit, & sic solū à se & à Deo mouetur, vt docet S. Tho Aliomodo suggerēdo volūtati, ꝙ fit dū aliquid ostēditur ei vt bonū, & sic immittit homo in cor per sensus corporeos: diabolus autem & per sensus corporeos, & vlterius mouendo imaginatiuam & intellectum modo prædicto. Quia tamen voluntas potest auertere imaginatiuā ab imaginando, intellectumà considerando aliquid & quia stāta consi-

*Aug. in Io. tra. 55. to. 9.*

*D. Tho. 1. p. q. 105. & 2. sen. dis. 7. & 3 cont. gen. c. 103.*

F

G

*Simile.*

H

*D. Tho. 1. p. q. 105. ar. 2. & lib cō. gen. c. 88.*

cōſideratione de aliquo poteſt mouere intellectum ad bene vel male de illo cogitādum, ideo volūtas libera eſt, nec cogitur tali ſuggeſtione. Reſpondēs præterea queſtioni, alius grauis autor, ait quod dęmō oratorū more cum his quos tētat, agit. Quod enim iſti dicēdo, ille facit repræſētando: quod iſti verbis, ille fictis imaginibus, quas mēti cōſpiciēdas obijcit. Quēadmodū ergo illi verbis, rē aliquā aut dignisſimā aut indignisſimā, pro ratione cauſę ſuæ facere ex arte ſolent: ita fraudulentus hic artifex prout dolis ſuis expedire videt, aut formoſisſimas aut fædisſimas res in anima noſtra depingit, ac deinde vel ad amorē vel ad odiū hominis animum incēdit. Hac ergo arte cum infelice hoc diſcipulo vſus eſt: lucrum enim quod ex proditionis ſuæ mercede ſperabat, adeo amplificauit, adeo illi vtile & pulchrum depinxit, vt non dubitauerit propter eius cupiditatem autorem vitæ prodere. Sic enim cum illo agebat: hac pecunia neceſsitatibus tuis conſules, hinc habebis vnde ſi in morbum aut diſcrimen aliquod incideris, conſulere tibi poſsis, ad omnes vitę vſus pecunia valet, qua etiā homo aduerſus omnia fortunę tela armatus & inſtructus eſt. Hæc & ſimilia multa, ei callidus tentator ſuis coloribus depingens tandē efficit, vt omni poſito pudore & metu, adeo tetrum & immane facinus moliretur. Lucri cōmoditatē amplificās, ſceleris autē atrociſsimi deformitatem abſcondens. Atque vt artificis huius dexteritatem & peritiā intelliſgas, eandē rem modo pulcherrimā, modo maxime deformē pro libidine ſua effingit. Quod apertiſsime declarauit in Amnon Dauidis filio, cui ſororem Thamar adeo amabilem depinxit, vt propter eius amorem in dies macie attenuaretur. Qua vbi potitus eſt, protinus ita deformem atque odibilem effecit, vt maiori illam odio proſequeretur, quam antea amore diligeret, adeo vt conſpectum eius ferre non valens, eam cum ingenti contumelia à cubiculo ſuo explodi iuſserit. Quis hoc non miretur? Quis fallacē huius pictoris artē nō obſtupeſcat? Qui non multis argumētis, non longe repetita narratione, ſed momento tēporis eiuſdē rei duas imagines menti repreſentauerit, alteram ſupra omnia quidem amabilem, alteram ſupra omnia deteſtabilem? Quare ſibi conſulant etiam mulieres, & caueant ne ſicut Thamar decipiantur. Eadē ergo arte cum hoc infeliciſsimo Iuda agit: vbi enim lucrum illud quod ex magiſtri proditione aſſequebatur, amplificauit, & rem maxime quidem expetendam eſſe perſuaſit, diuerſa illum ratione adorſus, adeo illi vile & execrabile lucrum fecit, vt nullo modo apud ſe retinere valens,

*Lud gra.*

*Simile.*

B

*Quam artificioſe tētauerit damon Iudā.*

C

D

*2. Re. 13.*

*Mulieres caueāt ne decipiantur.*

Principibus sacerdotum proiecerit. Neq. hoc fecisse contētus, E
Mat. 27. suspēdium ita illi depinxit, vt nihil ei tam melius, aut pulchrius videretur, quam laqueo sibi vitam præripere. Hic igitur magnus artifex, nisi diligentissime caueas & centenis eum oculis obserues, modo nigra ex albis, & modo alba ex nigris tibi frequenter efficiet. An non quotidie nos hac ratione deludit, & quocunque vult versat & voluit? Si enim de elemosyna agenda vel de pecunia restituenda cogitare incipis, pretiosissimam tibi eam, necessariamque ne reddas, facit: si vero contra ad ludendum instigat, adeo vilem efficit, vt non dubites mille aureos vnius noctis spatio ad chartas & aleas prodigere. Sic igitur modo quidem nos pauperes si recte largiendum est, modo vero diuites, si quando pecunijs vanitati seruiendum est, arbitrio suo reddit. Denique ita nobiscum ludit, vt plane delusi esse videamur, dum ita pro libidine sua quidem sursum ac deorsum agit, & modo huc, modo versat illuc. Denique Augustinus ait quod missio hæc, spiritualis suggestio est, nō quæ fit per aurem sed per cogitationem.

*Sēsus quomodo iudicet dæmon.*

*Præcinxit se.* Illud quidem hoc loco negligendum non est, quod dominus præcinxerit se lintheo, & quidem adeo stricte, vt sēper G essēt duæ extremæ partes, quæ lotis pedibus tergēdis sufficerent Quo exēplo parsimoniā nobis & vitæ sobrietatem cōmēdauit, vt ea videlicet moderatione rebus nostris vtamur, vt semper aliud supersit, quo fratrū pedes, hoc est pauperes & abiectos homines foueamus. Si enim Apo. laborare in hoc fideles iubet, vt habeant vnde tribuant necessitatē patiēti: quid eos facere par est qui amplum patrimonium à maioribus traditum perceperunt? quique sine suo labore aliorum laborem & inopiam leuare quidem possunt. *Cœpit lauare pedes discipulorum.* Quid agis domine Iesu? Quis hoc tibi seruile munus iniunxit? Quis te H ita prostrauit atq. deiecit? Ipsam credo rerum naturam, si sensu prædita esset, stupefactam & clamaturam fuisse. ô immensa & infinita maiestas, quæ supera & infera omnia moderaris, quæ sedes super gyrum terræ, ante quam omnes homines sunt quasi locustę, quomodo quidem te vsque ad infimum seruilis conditionis officium demisisti? Tu rerum conditor, & quidem rector & autor, sordidos piscatorum pedes nunc lauare paras? Quo te domine Iesu noster amor, quo veræ humilitatis ardor abiecit, vt manus illas in quibus omnia celestis pater posuit piscatorū pedibus subijceres? Hoc ita fecisti vt huius nos virtutis amātes efficeres, quę est & Deo & hominibus gratissima & ad

*Augu. in Io. tra. 55.*

*Io. 9.*

*Ephe 4.*

*Io. 13.*

vitam

A vitandos omnes diaboli laqueos maxime necessaria. Sed illud nequaquam silentio prętereũdũ quod dominus non modo aliorum discipulorum, sed proditoris etiam Iudæ pedes lauare non exhorruit. Ante conspectum Christi erat homo omnium mortalium profligatissimus & ingratissimus, qui tot ab eo beneficijs affectus, & Apostolica dignitate, cæteris discipulis prælatus, jam immane facinus & inauditum, erat aggressus. Nihilominus tamen innocentissimus agnus ante sacrilegos eius pedes prosterni, & sacratissimis manibus non aqua solu, sed vt arbitror profusis etiam lachrymis abluere, non est dedignatus Amantem re- B damare, beneficia beneficijs pensare, familiare & vsitatum apud homines est: at prosterni ante proditorem, & pedes eius abluere, quem scias eo ipso temporis articulo te hostibus lacerandum, & in crucem agendum, vilissimo pretio tradidisse, hoc nemo nisi solus hic charitatis & virtutum omnium princeps facere debuit. *Cępit lauare pedes*. Huius etiam tantæ humilitatis exemplo plerique didicerunt, pauperum lauare pedes, & similia etiam humilitatis obsequia, quamuis ipsi sint constituti in aliqua dignitate, exercere. De Placilla enim Theodosij maioris imperatoris vxo- C re, hęc scripta l. gũtur. Placilla nõ regni fastigijs eleuata est, sed potius diuino amore succensa est: beneficij namque magnitudo, maiorem ei amorem benefactoris excitabat. Repente ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non seruis, non alijs ministris vtens, sed per se ipsam agens, & ad eorum habitacula veniens, & vnicuique quod opus erat præbens: sic etiam per Ecclesiarum Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens coclearia, panem frangens, ciboſque ministrans, calices abluens, & alia cuncta faciens quæ seruis & ancillis D mos est solenniter operari: eis autem qui ei tales res nitebantur prohibere, dicebat, aurũ distribuere, opus imperij est, ego autem pro ipso imperio, hoc offero, bona mihi omnia conferenti. Addam huic non admodum dissimile alterius reginæ exemplu, quæ Maximo imperatori nupta erat, vt refert Sulpitius. Ad hunc autem imperatorem sanctus Martinus veniens, de futuris gaudijs, de fidelium gloria, de sanctorum ęternitate sermonem habebat, cum interim regina diebus & noctibus de ore Martini penderet: non illa opes regni, non imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo ꝓstrata non poterat. Postremo à viro suo poscit vt Martinũ inuitaret, & ita Martinum vtrique compellunt, vt remotis omni-

*Vide quã ingratus & impius extiterit Iudas.*

Exẽp. hist. Eccle. lib. 11. c. 11.

*Exemp. Sulpi. in vi. S. Martin.*

bus ministris sola prębεret cõuiuium, nec potuit vir beatus diu E
tius reluctari: componitur castis reginæ manibus apparatus, cel
lam ipsa consternit, mensam admouet, aquam manibus submi
nistrat, cibum quem ipsa coxerat apponit. Ipsa illo sedente, emi
*Extmplũ humilitatis* nus secundum famulantium disciplinam, solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiam & humilitatem exhi
bens seruientis. Miscuit ipsa bibituro, & ipsa portauit. Finita cœnula, fragmenta panis & micas collegit, illas reliquias imperiali-
bus epulis anteponẽs. Quis igitur adeo superbia elatus erit, qui
non huius tantæ humilitatis exemplo animi tumorem deponat? F
vere domine superborum & sublimium colla hac tanta humilita
te calcasti, & sæuissimos leones in mansuetissimos agnos transformasti.

*Chr. in Io. ho. 69. to. 3.* Ipse ait Chry. dominus peluim impleuit, ipse nemine iusso omnia fecit, exemplo docens non remisse & frigide bona opera, sed quam diligentissime facienda. Quid autem mirum ait Aug. *D. Aug. in Ioan. trac. 55. to. 9.* si surrexit à cæna, & posuit vestimenta sua, qui cũ in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit? Quid mirum si misit aquam in peluim vnde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinẽ G
fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Cæterum tanta *Phil. 2.* est humanæ humilitatis vtilitas, vt eam suo commendaret exemplo etiam diuina sublimitas, quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim filius ho-
*Luc. 19.* minis quęrere & saluum facere quod perierat. Perierat autem superbiam deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequamur inuentã. *Orige. in Ioan. to. 32* Quando Abraham ait Orig. angelos illos hos pitio accepit, dixit eis: adferam Pauxillum aquæ, & lauentur pe
*Gen. 18.* des vestri. Porro cum Ioseph voluit, vt fratrum suorum pedes
*Gen. 43.* lauarentur, non ipse eos lauit: at vero Christus lauit pedes discipulorum. In quo vt ait Cyr. discipulos instruit in humilitate, H
sciens illos futuros esse maximi splendoris & nominis, cũ nouis *Cyr. li. 9. in Io. c. 3.* set insolẽtem ambitionẽ, arrogãtiã & fastum, inuadere cõsueuisse & adoriri viros indignitate constitutos & maximi nominis.

*Venit ergo ad Simonem Petrum.* Quod quidem tripliciter expo
nitur, ait D. Tho. primo quidem secundum Orig. quod domi-
*D. Tho. in in Io. 13. lec. 2. Orig. Simile.* nus cępit lauare ab vltimis, & hoc ideo, quia sicut medicus plurimorum ęgrorum intentus curæ, ab his qui magis indigent propriam curam incipit: sic & Christus qui pedes abluit discipulorũ fædos, exorditur ab his qui erant magis fædi, & hinc venit ad
Petrum quasi minus alijs indigentem incipiens ab vltimis, iuxta
illud in parabola vineæ, incipiens à nouissimis. Et hoc quidem

sonare

A sonare videntur verba Euangelij, cœpit lauare pedes discipulorum, & post modum sequitur, venit ergo ad Simonem Petrum. *Mat. 20.* Si vero quæratur quare Petrus hoc præalijs recusauit, respondit Orig. quia hoc fecit propter nimium feruorem amoris quem habebat ad Christum. Alij vero discipuli cum timore quodam reuerebantur Christum, & ideo absque discusione omne factum *Orig.* sustinebant Petrus vero eis vehemẽtior, secundũ illud Ioan. vlti. Simon Ioannis, diligis me plus his? ex amore fiduciã assumẽs, ferre recusat factum, & causam inquirit. Secundo exponitur se *Ioan. vlti.*
B cundum Chry. vt scilicet Christus incęperit prius lauare pedes à primis Apostolis, sed quia proditor ille stultus erat & superbus *D. Chry.* nempe Iudas, prior ad pedum ablutionem recubuit ante Petrũ. Nullus enim aliorum ausus fuisset Petrum præuenire. Vnde de Iuda loquitur Euangelista dicens: cœpit lauare pedes discipulorum, scilicet Iudæ, qui quidem vt pote superbus & stultus, in nullo renisus est, nec recusauit ferre quod dominus faciebat. Sed postquam venit ad Petrum, qui reuerebatur & diligebat magistrum, cum timore recusat, & causam facti inquirit, & simi-
C le fecisset quilibet aliorum. Tertio vero exponitur secundum August quod ex verbis Euangelistæ non debemus intelligere *D. Aug.* quod dominus lauerit prius pedes discipulis, & postmodum venit ad Petrum, sed quod Euangelista secundum consuetudinem suam primo ponit factum, & postmodum narrat ordinem facti. Vnde in primo insinuat totum factum, scilicet quod lauit pedes & postmodum si quęras quomodo factum fuit, dicit quod primo venit ad Petrum. Et ipse recusauit dicens, tu mihi lauas pedes?

*Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Hæc verba non solum Petro sed pijs omnibus dicta esse putemus: multa enim huiusmodi in vita contingunt, quorum causas non cum
D fiunt, sed vel cum facta sunt, vel etiam cum vita functi fuerimus, cognoscimus. Itaque pijs euenire frequenter solet, quod Themistocli viro clarissimo accidisse, historiæ referunt, qui cum *Themi.* ab Athenis apud regem Persarum exularet, ab eoque multis es *Simile.* set honoribus affectus, animaduertens eam calamitatem ma- *Exemp* gnæ sibi felicitatis occasionem præbuisse, ad vxorẽ ait: Perieramus, nisi perijssemus. Idem multos electorum in futura vita dicturos esse scio. Aperte enim tunc videbunt ea quæ sibi dum in viuis agerent in hac vita, aduersa & nocitura videbantur, adiumento illis ad salutem, & maioris gloriæ cumulum extitisse.

Cum ac-

Cum accipiter ardeam in sublimi volantem cernit, non illam re- E
*similitudo* cta petit, sed pernici volatu se læua, dextraque proripit, ita vt ve nandi imperitis magis eam fugere quam petere videatur. Sed non multo post cursum ita detorquet, vt superior illa factus, præceps in eam feratur, acrique morsu impetat quam prius fugere videbatur. Sic igitur se interdum cum pijs dominus gerit: quando quę illi ad perniciem suam esse metuunt, ipse ad eorum salutem vertit. In hoc igitur rerum statu putent sibi à domino hęc eadem verba dici: quod ego facio, tu nescis modo, scies au-
*Iob. 19.* tem postea. Intelligebat hoc sanctus Iob, ideoque tot modis à dæmone vexatus, & ab ipso Deo ita derelictus, dicebat: quasi ar F
*Iob. 13.* bori euulsę abstulit spem meam, & sic me habuit quasi hostē suū: tamen in spem quodammodo contra spem credens, aiebat: etiāsi me occiderit, in eo sperabo: hoc est, mori quidem potero, despe rare non potero. Poterit mihi dæmon vitam eripere, spem etiā mortuo eripere non poterit. Caro enim mea requiescet in spe. Idem etiam sanctus rex Dauid facere ostendit, cum varijs pericu lis & terroribus vallatus, ait: ego autem semper sperabo, & adij-
*Psal. 70.* ciam super omnem laudem tuam.

*Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Hæc summa com minatio est, nulla enim pæna maior apponi potuit. Sensit profe- G cto Petrus huius tanti fulminis vim, vt pote qui probe teneret, quale esset bonum illud amittere quod tenebat. Et ita ait, non tā tum pedes meos &c. Quod perinde est acsi diceret, totum me tibi domine lauandum, imo et mergendū si opus fuerit permitto, modo me à te separari non sinas. Quid enim mihi salutis esse poterit, te amisso? Melius est enim mihi non esse, quam sine te esse: melius est mihi non viuere, quam sine te viuere vita mea.

## FERIA QVINTA IN COENA DOMINI. H

## CONCIO SECVNDA.

*Mortis consideratione recte disponimus vitam.*

*Salutaribus considerationibus nos muniamus.*



*Ante diē festum Paschę sciens Iesus quia venit hora eius.* Ioan. 13. Pręclare quidem vitam nostram componeremus, si mortis horam ante oculos nostros proponeremus, sed quia id non præstamus, idcirco in tot mala labimur. Sane ex aquis & pisces & volatila producta sunt; vnde
*Gen. 1.* in Gen. dicitur, producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile

A tile super terram, sub firmamento cæli,& tamen piscibus remanentibus in suo elemento, aues eleuatæ sunt ad aeream regionẽ. *Simile.*
Sic ergo videas aliquos quidem ad contemplationem rerum cælestium & mortis meditationem assurgere, remanentibus tamen alijs in rebus terrenis& mundanis:cum tamen ex eadẽ massa producti sint,! dicente Iob,ecce me sicut & te fecit Deus,& de eodẽ luto ego quoque formatus sum: & tamen tanquam pisces aliqui *Iob.* 33.
natant in profundo vitiorum suorum,dicẽte Abacuc,facies homines sicut pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem: *Abac.*1.
atque ita dæmon hos piscatur in littore mortis. O te miserabilẽ
B qui ita viuas absque vlla mortis consideratione & rerũ cælestiũ.
Longe aliter censebat Dauid cum diceret,renuit consolari anima mea, videlicet in his aquis delectationum mundanarum. Ma *Psal.* 76 *Sap.*2.
li vero dicunt illud Sap. nullum sit pratum quod non pertrãseat luxuria nostra Sed tamen Dauid ait,anticipauerunt vigilias oculi mei,meditatus sum, nocte cum corde meo.Quamobrem apum more varios considerationum vtilium flores carpamus,videlicet considerantes mortem nos certo manere, incertam tamẽ *Simile.*
eius horam esse: hac vero consideratione Christum imitabimur, qui sciens venisse eius horam,præclarissima eius amoris pignora
C nobis dedit.

Dolendum sane est quod tam parum nos in salutaribus considerationibus exerceamus, & vt præparati simus in certamine illo,quo mors & vita inuicem præliabuntur:est enim vel Aristot. *Aristo.*
etiam teste, vtilissima hæc consideratio. Sane si in vna statera reponas mortem, & in alia delicias huius seculi,viderisque longe præpõderare ipsas delicias, intelligito falsam esse huiusmodi stateram,& vt ait Sap. statera dolosa, abominatio est apud Deum. *Pro.*11. *Hie. ad* *Pau. de* *scrip. Ecc.*
Vnde D. Hie ait,facile contemnit omnia,qui se semper cogitat
D moriturum Quod si etiam cum mortis memoria, stricti examinis post mortem futuri,memoriam iunxeris, longe vtiliorẽ red *Sap.* 2.
des considerationem tuam. Si enim nil præterea post mortem restat,tunc fortasse dicere posses, venite,fruamur bonis quæ sunt: at vero strictissima post mortem reddenda est ratio:dequa parũ cogitare videntur flagitiosi homines qui se in vnum congregãt, vt voluptati & libidini indulgeant. Minima quidem diligentia quam collocamus in sepulchris memoria recolẽdis, pręstat vt vix vnquam consideremus quod mortales sumus. Narrat quidẽ *Tul. li.* 2. *de fi.*
Cicero quod olim tanta esset sepulchrorum cura, tantusque excessus in his elaborandis fieret, vt necessario lex fuerit sanciẽda, nequis sepulchra moliretur, quæ decem homines tribus diebus

præsta-

præstare non possent. In quo tamen non censeo eorum excessus esse laudabiles cum fortasse id facerent ad inanem ostentationẽ, sed id mihi volo, quod scilicet si illi qui gentiles erant, tantam sepulchrorum curam habebant, & tam assiduam mortis meditationem, nonne nos crebrius mortis, & status post mortem recordari debemus, qui resurrectionem carnis speramus? Sed tamen potius studemus parandis diuitijs & congregandis opibus in hac vita, in quo videmur quodammodo illis deteriores, qui celsa sepulchra & pyramides faciebant, nam illi ex his sępe in mortis memoriam incidebant, nos vero rebus terrenis altas radices infigimus. Vnde quẽadmodum qui spina transfixus est, vix ea molestari solet, nisi cum eam tangit: sic quamuis nos mortales quidem simus, nihilominus tamen ex hoc non mouemur, nisi memoria assidua mortis considerationem renouemus. Vnde Dauid ait, conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina: quasi diceret, tunc quidem considerationem vitę emendandæ habeo, cum mortis recordor. In Exod. etiam habetur, quod cum Moyses in altum puluerem eleuaret, facta sunt vulnera in hominibus & iumentis: sic ergo tunc dolore peccatorum animũ vulneramus, quando consideramus quod puluis & cinis sumus. De sanguisuga siue hirudine ferunt, quod si hæreat alicubi, cũ puluere conspergitur, statim inde educitur: sic etiam hirudo appetitus vindictæ, vel mundani honoris & diuitiarum, mortis consideratione extinguitur. Vnde sic diuina misericordia ordinauit, vt mortis consideratio esset medicina contra peccatum. Quare mortem diligenter meditare, vt bene vitam tuam dirigas, & ita optimus erit finis tuus: aliter enim, quadrabit tibi illud Pauli, cum ait, multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis, nũc autem & flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus. Cura igitur vt quamuis cecideris, te tamen erigas, & in meliorem frugem recipias: siquidem etsi miles aliquando fugiat, nihilominus tamen redire solet postea ad prælium magno cum animo: et sic tibi congruet quod ait Mich. ne læteris inimica mea super me quia cecidi: cõsurgam cum sedero in tenebris, dominus lux mea. Item Apost. ait, quis es tu qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. Qui vero in peccatis perseuerant, vt ait Dauid, mala capient in interitu. Et Apost. ait, Vide bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioqui & tu excideris. Et Sap 3. dicitur, nationes iniquæ diræ sunt consummationis.

*Mortis memoriam refricem'.* *Psal. 35.* *Exod. 9* *Simile.* *Simile.* *Phil. 3.* *Simile.* *Mich. 7.* *Rom. 14.* *Psal. 139.* *Rom. 11* *Sap. 3.*

E F G H

Mirum

A Mirum sane est quod quibusdam difficile creditu videatur quod morituri sunt Vnde Hie ait, quotidie morimur, & tamen nos æternos esse credimus. Atq; propterea fit vt talibus sit mors amara, iuxta illud Eccles. O mors quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis. Nam quemadmodum quo minus altas in terra habet radices planta aliqua, eo facilius e radicatur; sic etiam aliquis quo minus terrenis rebus hęret, eo etiam iucundius ex hac vita discedit. Vnde Dauid dicebat, heu mi hi quia incolatus meus prolongatus est. Vis videre quam præcla rum sit remedium contra peccatum, mortis consideratio? Id sa B ne ex eo aperte intelliges, quoniam ex alijs pœnis multiplicibus quæ propter peccatum nobis euenerunt, non perinde à peccato videmur cohiberi, atque ex mortis consideratione. Nam ex lu cta quę nobis relicta est inter carnem & spiritum, vide quam sę pe ad peccatum prouocemur: item ex fame, propter quam vitandam sæpe furamur, item multas lautitias cōquirimus: item ex siti, propter quam diuersas excogitamus compotationes, & interim adhibemus res salsas & alia huiusmodi, vt liberius palato satisfaciamus: tum etiam ad nuditatem operiendam, varias vestes in C uenimus, & præsertim Hispani circa hęc videmur curiosiores, adeo vt depingamur cum panno integro & forficibus, vt ad arbitrium nostrum varias nobis vestes confingamus, diciturque nobis, scinde quacumque libet, etenim voluntas nostra potest certo cognosci, siquidem nouas quotidie vestium rationes depromimus. Vide etiam quāti fiāt excessus in domibus ædificandis & condendis. At vero ex mortis assidua meditatione, occasionem nullam sumis & ansam peccandi, nec dicis, volo peccare, quia crastino die moriturus sum, nisi iam sis ex illis de quibus dicitur in lib. Sapien, quod dicerent, exiguum D & cum tędio est tempus vitę nostrę &c.

*Hier. in epita. Ne poti.*
*Eccle.14.*
*Simile.*
*Psal. 119.*
*Quam sit vtilis mortis consideratio.*
*Vide quan topere indulgeamus corpori.*
*Sapien. 2.*

Item de talibus ait Apostol si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus. Certe Herodo. scribit quod olim Ægyptij in suis conuiuijs, mortis imaginem apponebant, & singulis conuiuis dicebatur vt diligenter eam figuram contemplarētur. Cum ergo scelerati homines talem sibi memoriam nō pro ponant, inde fit vt tam inopinato eos mors inuadat, sed non ita bonos.

*1.Cor. 15.*
*Herodo.*
*Mortis imaginem ponebant antiqui in conuiuijs.*

Optimi quique viri, & præclaris moribus egregie instituti, vigilanter quidem, atque etiam neruosissime contendunt pro vi rili sua, & quantum in se est, vt mortem ipsam assidue ante oculos quidem habeant, & plurimum inde lucrantur. Etenim

De Basi-

Debasilisco quidem scribit Amb. quod si prior viderit hominē, E
*Amb. ser. 10. in Psa. 118.* eum interficiat: contra tamen ipse interficiatur, si prius ab homine conspiciatur. Sic ergo nisi mortem prius hic videris & sępe meditatus fueris, vehementer ab ea opprimeris.

## *Amor Dei erga nos ineffabilis.*

CVM *dilexisset [eos] qui erant in mundo, in finē dilexit eos.* Vide quam ineffabilis sit Dei amor erga nos. Vnde Isa. ait, sicut pastor gregem suum pascet, brachio suo congregabit agnos, & fœtas suauiter ducet. Item Petrus ait, conuersi estis ad pastorem animarum vestrarum. Si igitur pastor ille Iacob tantum laborauit vt tandem Rachele potiretur, quanto putas magis laborasse Christum, vt animas nostras sibi lucraretur? Amor quidem fecit Iacob tam longo tempore pastorem: sic etiam Christum amor pastorem nostrum effecit: ibi amor Rachelis: hic vero amor animæ nostræ. Vnde Apost. tantum beneficium considerans, dicebat: quis nos separabit à charitate Christi? Quod quidem ait Apost. postquam eius labores recensuit dicens, qui mortuus est qui resurrexit &c. Propterea etiam vt ait Ambr. voluit Christus resurgere cum signis cicatricum, vt nos doceat quanto nos amore dilexerit, & vt pater eas conspiciens cicatrices, nobis beneficus esset & liberalis. Tantum etiam nos diligit, vt sicut Pau. ait, nobis dederit angelos administratorios spiritus. Nō ergo simus ingrati tam singulari amori, & tantis in nos diuinitus collatis beneficijs

*Isa. 40.* — *1. Reg. 2.* — *Gen. 29.* — *Rom. 8* — *Ambr. in fine comē. in Luc.* — *Hebr. 1.* — F — G

Cognoscitur præterea ineffabilis Dei amor erga nos, in eo quod postquam ipsum per peccatum expulimus, ad ostium stet pulsans vt ipsi aperiamus. Vnde Apoc. 3. ait, ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, introibo, & cænabo cū eo. Hoc etiam aperte manifestatū apud Oseam, nam cum mali alium sibi Deum quærere vellent, & idololatriæ tradere, ait dominus præ amore, ne in tantum flagitium laberentur, sepiam viā tuam spinis, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet; vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Vide obsecro quāta hæc sint misericordiæ viscera, & quam suauissima charitas & amor, vt nos à malis retrahat, & ad se alliciat & inuitet. In hoc præterea amor singularis huius pastoris splenduit, hodierno die, quod scilicet cum alij pastores soleāt oues suas dilaniare, & de earū carnibus manducare

*Apoc. 3* — *Osea. 2.* — H — *Magna Dei suauitas.*

ducare

A ducare, hic tamen diuinus Pastor carnem suam dat ouibus ad manducandum. In li. quidem Mac. habetur quod quidã amaret maximopere Iudæos, & cum non posset eis in tribulatione posi tis subuenire, quem ipsi patrem appellabãt, insignũ doloris, se de misit per murum, & in montem conscendens in signũ doloris gladio se percussit, & viscera sua supra inimicos effudit, in quo voluit significare maximũ illum amorem, quo ad populum Iudaicum afficiebatur. Sed longe maiore nos amore Christus dilexit, qui non solum corpus suum indignissime tractari propter B nos permisit, sed etiam se nobis in cibum dedit. Vide quæso quã to desiderio teneretur patiendi & moriendi pro nobis, cum ait, baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dũ per ficiatur? Quasi diceret, vellem iam in passione ipsa versari & tor mentis. Vnde & Iudæ dixit, quod facturus es, fac citius. Item ait, desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. Præclare sane ipsi in tãtis afflictionibus posito quadrat illud Can. 3. egredimini filiæ Sion, & uidete regem Salomonem in diadema te quo coronauit eũ mater sua, in die despõsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Vide etiam quibus verbis reprehenderit C Petrum, cum illi passionem dissuadere videretur, dicens: vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.

Luc. 12.
Ioan. 13.
Luc. 22.
Can. 3.
Mat. 16.

Res quidem omnes quamuis arduas, & difficiles, faciles reddit amor, vt ait August. Et Pau. ait, charitas omnia suffert, omnia sustinet. Vnde solebant lacędemonij sacrificare Deo amoris, priusquam bellum inirent, existimantes hoc pacto omnia reddi sibi facilia. Vnde etiam in Can. dicitur, fortis est vt mors dilectio. Sed quorsum morti comparat? annon melius esset vt triumphanti principi amorem compararet, sceptro ornato & D purpura? Quin potius depingitur cæcus amor & nudus, vt constat ex Propertio, Marcel. & Fausto. Sed tamen isti depingebãt amorem prophanum: nam diuinus amor, iucundus est, hilaris, & pulcherrimus. Item comparatur morti, quia mortem hactenus paucissimi vicerunt: sic etiam Dei amor superat omnia mũdana & terrena. Hinc ergo dicit merito Euangelista, quod cum dilexisset Christus suos, in finem dilexit eos.

Aug. ser. 10.
1. Cor. 13.
Can. 8.
Propert.
Mar.
Faust.

*Dæmon callidissimus tentator.*

*Cum diabolus misisset in cor.* Hoc est suggessisset, vt illum traderet: solet enim dæmon varijs nos astutijs adoriri, vt enim Ia-

cob decorticabat virgas vt hac ratione oues varios conciperēt E
fætus: sic dæmon varijs nobis phantasmatibus illudere solet, vt hoc pacto voluntas iniquitates multas concipiat & pariat. Sic enim ipsi Iudæ emolumenta multa pecuniæ suggessit, vt ita magistrum suum proderet: sic etiam nobiscum varijs vtitur dolis & machinis. Vt enim qui impugnat vrbem aliquam, solet impetu vehementissimo partem aliquam vrbis inuadere, & confluentibus illuc omnibus, tunc per aliam partem inopinato irrumpūt milites: sic etiam dęmon aliquando per iracundiam vel luxuriā nos tentat, sed cum videt nos tantum in ea re occupatos vt ab hoc vitio nos defendamus, solet alia nos via aggredi, vt ita succumbamus, nempe aliquando per inanem gloriam de victoria reportata: in quo turpiter nos decipit, cum nobis potius quam Deo videamur victoriam ipsam tribuere, & ita peccamus, vt docet S. Tho. Vnde dicebat Christus, ecce Satanas expetiuit, vt cribraret vos sicut triticum: quasi diceret, si laqueos intelligeretis, quos vobis dæmon intendit, longe diligentius vos custodiretis

Simile. Gen 30. Simile. Doli tentatoris. 3. p q 3. a 5 Luc. 22.

Sane quemadmodum canis domesticos non mordet, sed extraneos: sic dæmon non curat eos tentandos quos quiete possidet, sed eos potius qui sibi rebelles sunt: & sicut astutus auceps non intendit laqueos ijs auibus quas iam in auiario comprehensas habet, imo potius eas seruat, vt vice fistulæ sint ad alias comprehendendas. Sic dęmō vt Holophernes dicit, ego nū qu inocui viro, qui seruire voluit Nabuchodonosor regi. Est quidem dæmon horribilis illa bellua quam vidit Ioannes, quæ habebat cornua decem, id est tenta: dæmon varijs modis. Hinc Apost. nos monebat dicens, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarum harum. Non igitur in secordia versemur, sed nostrę saluti diligentissime incūbamus; nā quidē quādiu viuit Dalila, non est securus Samson: neque debes propterea te securum existimare quod multas sępe expertus sis tentationes. Considera quomodo Iudas ex ipso Apostolatu deturbatus sit. Item quamuis Pau. diceret sibi repositam esse coronam iustitiæ, nihilominus tamen dicebat castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Multi sibi videntur quærere Deum, & tamen à dæmone decipiuntur, incidentes in superbiam, vel similia vitia. Vnde sicut ceruus cum lasciuit, sępe ab ipso venatore deluditur fistula aliqua: sic etiā dæmō suis dolis mūdanos passim decipere solet. Quærunt quidē in hac vita delectationes carnales, & honores

Simile. Simile. Iudith. 11. Apo. 14 Ephe. 6. Iudic. 16. 2. Tim. 4. 1. Cor. 9. Simile.

G H

A res mundanos ac voluptates, quibus misere ab ipso dæmone deluduntur. Sicut enim cerui ad fistulam quandam ex folio conflatam, & perdices ad fistulam ex nuce, & coturnices ad fistulam coriaceam aduolant, res scilicet viles & fallaces: sic etiam mundani his rebus fallacibus & caducis miserabiliter decipiuntur, atq; adeo à dæmone ipso excæcantur, vt cum se aliquid solidum & cõstans, existiment reportasse, potius nænias quasdam, & res friuolas apud se inueniant & comperiant.

Si autem quæras cur tot victorias dæmon reportet: respõdeo
B id quidem ex eo etiã fieri quod sibi alios etiam adiungat socios & comites, videlicet mundum & carnem. Vnde Iob ait, venerũt Chaldęi & fecerunt tres turmas, & pueros gladio percusserunt. *Iob. 1.* Si nos mundum fugeremus, & ieiunijs ac pænitentia carnem nostram maceraremus, tunc quidem dæmon solus tentaret, & facilius vinceretur. Mirabatur olim Iob quod dæmon tam infractas *Iob. 4.* haberet vires, & tam cruentum indiceret nobis bellum; & ait ei dominus, quod absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habebit fiduciam, quod influat Iordanis in os eius: quasi diceret, magnas esse eius vires, & magna fiducia sperare, vt quantumuis san
C ctus sit aliquis, nõ tamen euadat ab eo saltem intentatus, & propterea maximam sibi esse adhibendam custodiam. Ita enim dæmon secum ratiocinatur, si ego qui tantis præditus erã dotibus, tam miserabiliter cecidi, quis poterit ex meis manibus euadere? Hinc Christus dicebat discipulis suis dicẽtibus quod sibi dæmo *Luc. 10.* nia parerent, videbam Satanam quasi fulgur de cęlo cadentem, quasi diceret: alij fortiores vobis ceciderunt, ac propterea in hoc nolite gaudere. Hinc etiam Iob dicebat, quæ est enim fortitudo mea, vt subsistam? nec fortitudo lapidum fortitudo mea, neque *Iob. 6.* caro mea ænea est, ecce non est auxilium mihi in me, Ex alia etiã
D parte fortiorem se iactat dęmon, quod scilicet videat spiritũ nostrum habere tam imbecillam sociam videlicet carnem ipsam. Si enim dux aliquis obsideret vrbem aliquam & impugnaret, atque *Simile.* in ipsa pugna videret se ab omnibus militibus derelinqui, & nihilominus tamen pugnaret, maximus certe esset huius animus & fortitudo. Sic etiã tu quãuis videas te habere imbecilles socios & adiutores nẽpe carnẽ ipsam, quę te derelinquere potius solũ videtur, debes nihilominus vrgere, & viriliter pręliari, vt tãdẽ amplissima reportes premia. Vnde Iob dicebat, memento quęso *Iob. 10.* quod sicut lutum feceris me: quasi diceret, non me fecisti angelũ quẽdam ab huiusmodi carnis societate separatũ: ac propterea miserere obsecro mei, & sis mihi sẽper adiutor & propitius.

E

# FERIA QVINTA IN COENA DOMINI CONCIO TERTIA.


Nte diem festum paschę Ioan.13. Traditurus dominus discipulis suis corporis & sanguinis sui sacramẽtum, prius pedes eorum lauit, vt hac ratione doceret qua animi puritate, puritatis fons in sacta Eucharistia ac-
Ioan.19. cipiendus esset. In cuius rei typum & in monumento nouo sepeliri, & syndone munda inuolui corpus suum voluit, quo nos doceret mundas animas & corpora, quæ nihil pristinæ vetustatis retineant, dignum sacratissimo corpori eius locum præparare. F
Sed quid ego corpus domini commemoro? ipsos etiam lapides altaris (quod à gentibus olim Machabęorum tempore fuerat
1. Ma. 4. prophanatum) quãdo iam nefas erat hostias in eo adolere, quod idolorum sacrificijs pollutũ fuisset, præcepit Iudas Machabęus in loco mundo collocari, donec surgeret Propheta qui consulto Deo, quid de his lapidibus faciendum esset ostenderet. Qua ex re licet nobis adhunc modum Philosophari: si Deus noster
Similitu. vsque adeo puritatis amator est, vt altaris sui lapides, sacrificio etiam idolorum maculatos, in mundo loco reponi voluerit, quã tam quæso à nobis puritatem exigat, vt sacratissimũ corpus suũ G
intra viscera nostra recipiatur? Non dubito quin quantum sacramentum quod traditur in altari, à lapidibus distat altaris, tantum puritas & mũditia nostra, ab illa distare debeat. Quodsi Hie. inter summas excidij ruinas lamentatur quod lapides sanctuarij in capite omnium platearũ dispersi iacebant, vbi ab omnibus cõculcarentur, quale quæso erit ipsum Dei filium cõculcare, & pretiosissimum testamenti eius sanguinẽ polluere? Vtinã in hac parte transgressoris etiam Adę timorẽ imitaremur, cuius inobedientiam imitamur, qui vbi Dei vocẽ in paradiso deambulãtis audiuit, abscondit se, eo quod nudus ante cõspectũ Dei apparere trepidaret. Si igitur ille adeo domini loquẽtis conspectũ verebatur quia nudus erat, quomodo tu qui non modo pietatis & iustitiæ indumento nudatus, sed multis etiã vitijs coopertus es, ad tremendum altare, atque adeo ad ipsius domini corpus accedis? H

*Quomodo ad Eucharistiã nos præparare debem'*
*Thren. 4.*
*Simile.*
*Heb. 10.*
*Gen 3.*
*Simile.*

Danl.5. Bal thasar ille Babyloniæ rex, quoniam indignis manibus vasa templi domini contrectare ausus est, eadem nocte vita simul & imperio spoliatus est: dum enim in conuiuio suo sacra vasa prophanat, articulos immissæ manus vidit, tria illa horrifica verba contra se in pariete scribentis, Mane, Tethel, Phares, quę repentinum illi exitium minabantur.

Si ergo

A Si ergo ita dominus iniuriam eorum vasorum vltus est, in quæ sanguis tantum hircorum & arietum fundebatur, qua quæso pœna in eos animaduertet qui calicis sui sanguinem, & suum ipsius corpus, impuro corde & corpore susceperint?

O mirabilis filij Dei dignatio, ait Lau. Iustin. ô nostri ineffabilis dilectio saluatoris! Quam mire, quam dulciter, quā fortiter, & quam sapienter homini cōpassus est perdito! Ad abolendam vtique originalis delicti maculam, ob quam æternæ mortis idem homo factus est noxius, lauacrum sanctificationis san- *Lau. Iust. li. de obe. c. 14.*
B xisti, vt omni veteris hominis languore sanato, omnique corrupti fermenti contagione detersa, fiat templum mundū, & gratissimum maiestatis. Verum ne peregrinationis huius attritus laboribus & ærumnis, præ lassitudine in via deficiat, sacratissimo corporis tui alimento satiasti. Non enim ô æterna sapiētia, corruptibili manna, nō taurorum aut vitulorum carnibus, sicut eos qui sub lege erant, satiasti, sed de te agno innocentissimo, animarum cibo, & ęternæ vitę spirituali edulio. Non inquam semel tantum, ô melliflua bonitas, sed quotidie immolari, at- *Euch. quantas adferat vtilitates.*
C que sumi, complacuit tibi: & vt homo quotidianis facinoribus sine cessatione ad ima delabitur, ita sacramento tuo refectus, tua roboratus virtute, gratiæque tuæ dulcedine recreatus, corde & affectione eleuetur ad summa. Merito siquidem per te erigitur ad te, & de se transit in te, dum pura mente, fideque non ficta, & deuotione ignita, atque humili pietate, in se suscipit te totum Deum verum, vitæ verbum, splendorem gloriæ, & beatorum præmium.

Hic quidem cibus, ait grauis quidam autor, sapiet cuique sicut est, & iuxta sumentis qualitatem, suum mutat panis iste saporem. Vnde sancta de illo canit Ecclesia, sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali vitę vel interitus: mors est malis, *Th. villa. in dn. Cor Chr. se. 1.*
D vita bonis, vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Habet etiam aliud quod iuxta propriam cuiusque capacitatem reficit vnumquemque, edentis namque merito & deuotioni respōdet. Licet enim in seipso infinitæ virtutis existat, non tamen infinitam, sed proportionatam cuilibet exhibet efficaciam: neque maioribus superest, cuique tamen ex Dei beneplacito, determinata mensura, idest gomor, limitataque efficacia est, quam ex opere operato conferat, siue vt sacramentum domini nostri Iesu Christi, siue vt sacrificium est, tamen tantam cuilibet pręstat gratiam, quantā in eo reperit meritorum & dispositionis sufficientiam.

Quotus ergo quisque fuerit qui accedit, siue gigas merito, siue E pigmæus, vnde reficiatur, copiosissime habet. Oceanus est gratiarum immensus, animum quoque vsque ad summum replet, siue parũ siue magnũ sumitur, oceanus nõ minuitur. Iste cibus viaticum merito nominatur, non ciuium. Quid mirum igitur ô viator si deficis, & lassaris, qui viaticum tuum recipere ad annum protrahis? Quid de infirmitate & torpore cordis quotidie conquereris, qui illud cibo suo semel in anno pascis? Numquid non legisti, aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum? Numquid tu non vidisti quid lasso corpori cibus cõferat? Crede mihi, hoc confert animo viaticum salutare. An putas quia gustaturus dominus nullam adferat sumentibus suauitatem? adfert sane maximã & animæ palato suauissime sapit, adeo vt facile quamcunque suauitatem aliam longissimo interuallo superet et vincat. Quod ipsa experientia teste, sæpe sancti dicerunt. Occultatur quandoque fateor propter fidem, vt non huic experientię nostræ credulitas innitatur, sed frequẽtius hoc nostra euenit tepiditate, quoniam Ægypti farina gustus infectus, cælestem non percipiat alimoniam. O Ægypti farinã amarissimam! Et quis hodie hac farina non polluitur? cura huius seculi, ambitio, voluptates, cupiditates, hæc inquam farina Ægypti: qua quisquis inficitur, suauitatem huius cibi non percipit. Dat quidem hic cibus vitam indeficientẽ; quia omnis cibus ait D Thom. reficit secundum proprietatem suæ naturæ: cælestia autem incorruptibilia sunt, & ideo quia cibus ille cælestis est, non corrumpitur, & quandiu manet viuificat: qui ergo manducauerit ex ipso, non morietur. Sicut si aliquis cibus corporalis non corrumperetur vnquam, dans nutrimentum, semper viuificaret Et ideo panis iste significatus est per lignum vitę quod erat in medio paradisi, quodãmodo dãs vitam in perpetuum, secundum illud Gen. 3 Nunc ergo ne forte mittat manum suã, & sumat de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum &c. Notandum autem est quod aliter in isto sacramento, aliter in alijs: nam alia sacramenta habent singulares effectus sicut in baptismo solus baptizatus suscipit gratiam, sed in immolatione huius sacramenti est vniuersalis effectus, quia non solum sacerdos effectum suum consequitur, sed etiam illi pro quibus orat, & Ecclesia tota tam viuorum equidem quam mortuorum. Cuius ratio est, quia continetur in ipso ipsa causa vniuersalis omniũ sacramentorum scilicet Christus. Porro quod multi hoc cælesti cibo non proficiant, in causa est ait Grego. quod sint cibis con-

*Eucha. dicitur viaticum.* *Psal. 101.* *Exod. 12.* *D Tho. in Io. 6. le. 6.* *similitudo* *Gen. 3.* *similitudo* *Greg. li. 2. in 1. Re. c. 2.*

F G H

A trarijs repleti, nempe superbia, auaritia &c. qui enim à vitijs ieiuni sunt, maxime reficiuntur hoc alimento & satiantur.

Refert quidem Sallustius, eos qui cum Catilina aduersus vrbẽ Romam coniurauerant, sanguinem crateribus porrectum bibisse, vt quam inter se consanguinitatem naturæ coniunctione non habebant, eiusdem sanguinis poculo acciperẽt, atq. ita eiusdem sanguinis participes effecti, omnes vnum corpus efficerentur, vnum vellẽt, vnum sentirent, neq. a se vlla ratione dissiderent. Quod plane ita perfectum est, quando nemo ex tãta coniuratione facinus illud prodidit, & omnes vitam in prælio fortiter B contra Romanos dimicantes, aduersis vulneribus occubuere. Si igitur humana malitia hoc sanguinis poculum ad hoc excogitauit, vt ex multis vnũ hominibus fieret, quãto cõmodius summa illa bonitas & sapientia Dei, cum cibum & potum instituit, in quo ipse esset qui ab omnibus sumeretur, faciet vt vnũ simus & charitate vniti? videtis ergo quam multis nexibus fideles inter se saluator deuinxit? Quot modis charitatem cõmendauit? & quam mirabili sacramento accendere nos voluit & inflammare? Qua quidem re facile liquet, quam indigne quisquis capitali C odio à fratre suo dissidet, ad vnitatis sacramentũ accedat. Pugnat enim cum ipso sacramento, quisquis diuiso corde illud sumit. Porro præstantior longe est hæc amicitia quæ conciliatur per hoc sacramentum, ait D Tho. quam illa quæ olim fuit inter Damonem et Pythiam. Quorum cum alter a Diony. Tyranno morte multandus esset, supplexque postularet, vt breue aliquod saltem tempus sibi concederetur, quo posset ad suos accedens, de bonis disponere quæ possidebat, relicturus interim amicum suo loco, qui fieret vas donec rediret, & in carcere ipso concluderetur; id obtinuit. Cum autem aduentus differri videretur, interim multi deridebant amicum qui in alterius locũ D carceri traditus fuerat, arbitrãtes alterum non esse venturum. Ecce igitur instante hora supplicij, inopinato amicus reuersus est non sine maxima omnium admiratione & gaudio, & præsertim ipsius Dionysij, qui videns tam fidelem amicum, vtrumque liberum dimisit, subiecitque hæc verba, & me in vestram etiam amicitiam recipiatis. Vtilissima quidem est huius cibi sumptio, ait grauis quidam autor, ad dæmonem effugandum, cui nil acerbius contingere potest, quam eius sanguinem in labijs nostris cernere, per quẽ ipse debellatus est, & eius potentia cõfracta est. Ceterum manna ipsum in lege diligenter præparatum, quasi panis oleati saporẽ referebat, & quasi simile cum melle: ita hic

*Sallus.*

*similitudo*

*Euch. nos vnũ facit.*

*D. Thom. opus. 20. c. 10.*

*Exemplũ amicitiæ.*

*Pe Dam.*

E

suauissimus cibus non solum misericordiam & clementiam redo let, verum etiam prout inueneritaliquem præclare affectum, ita etiam eundem maximis beneficijs & donis augebit. Si enim corporalis cibus vitam tantopere reficit corporalem, eâque debilitatam confirmat, quid de hoc cibo spirituali putandum erit nisi quod quantum in se est, animæ vitam reficiat, augeat, cōseruet, & multis accessionibus & incrementis exornet atque nobilitet? Verum illud lugendum est, quod tametsi videmus aperte in plerisque, cibi corporei beneficio & incolumitatem, & vires, & coloris synceritatem bellissime restitui & reparari: nihilominus tamen multi sint, qui tametsi recipiant salutiferum hunc animæ cibum, vitio tamen & negligentia eorum, nulla ostendant sanitatis & emendationis spiritualis indicia. Hi plane ad suam potius condemnationem videntur hunc cibum sumere.

*Num. 11.* *similitudo* *Dissimile* F

Manducatione quidem ipsa agni Paschalis cum azymo, ait Innocen. significabatur puritas ipsa & expurgatio veteris fermenti cum qua verū agnum manducare debemus: item quod esset mixta cum lactucis agrestibus, significat asperitatem pænitentię qua ornari debemus: accinctio etiam illa renum, castitatem notabat, gestatio vero baculi, stabilitatem fidei & cæterarum virtutū. De diuo quidē Hieronymo refert Eusebius in morte eius, quod cum morti vicinus esset, posteaquam longum sermonem habuerat ad suos, petitaque sanctissima Eucharistia, ad ipsum allata esset, multis lachrymis & gemitibus, humillimaque præce ipse sanctus vir sese prostrauerit ante eam, subiecceritque talia. Quis nam obsecro, ego sum domine Iesu, quem tanta cum benignitate visitare dignatus sis? Numquid melior sum Moyse, quē ad te nisi maxima cum reuerentia venire, passus non es? Et alia multa huiusmodi dicebat, humilitatis, deuotionisq; plenissima verba, vt inde discas tu qua ratione debeas accedere ad diuinū hūc cibum manducandum. O admirabile Eucharistiæ sacramentum! ô panem viuum! ô epulas cælestes! suaues & diuinas delicias, & vere diuinum nutrimentum! ait grauis quidam autor. Adducite inquit pater, vitulū saginatum, & occidite, & manducemus. Ipse Deus qui salutem peccatoris esuriebat, in eius conuersione dicitur manducare & epulari. Conuertere igitur ô peccator ad Deū tuū, & ei cibus sis Nonne audis vocem eius? Cur non redis ad patrē? cur fidis mundo, qui te ad perdendū quærit? Expectat nos Deus et vocat, vt nobis vitā tribuat, et nos fugiemus ab eo? vocat nos mundus vt interficiat, et tamen ad illum accedimus. Quęrimus vitam in domo mortis, et lætitiā in valle miseriæ.

*Exo. 12.* *Inno. 3. de myste. miss. lib. 4 c. 2.* G *Euse. Exemplū D. Hie.* *Exo 3.* H *Hec Pin. in Eze. 45. super illa verba sumes vitulū de armento.* *Luc. 15.*

Cum tam

A Cum tam admirabile ſit hoc ſacramentum,& admirabiles præ-
ſtet effectus,inde fit vt D. Cyr. varias adferat ſimilitudines,qui- *Cyr.li. 4.*
bus nobis prout poteſt,hanc rē declaret. Quemadmodum enim *in Io. ca.*
inquit, quiſquis liqueſactæ ceræ aliam cerā infuderit,alterā cū 27.
altera per totum commiſceat neceſse eſt : ſic ſi quis carnem & *Simile.*
ſanguinem domini digne recipit,cum ipſo ita coniungitur, vt
Chriſtus in ipſo,& ipſe in Chriſto inueniatur. Simile quodam
modo apud Mat. comperies,ſimile inquit eſt regnum cęlorum *Mat.13.*
fermento abſcondito in agro,quod acceptum mulier abſcon-
B dit in farinę ſatis tribus &c. Et ſicut vt Pau ait,modicum fer- *Simile.*
mentum,totam maſsam fermentat:ſic paruula benedictio totū *1.Cor. 12.*
hominem in ſe attrahit,& ſua gratia replet,adeo vt Chriſtus in
nobis maneat,& nos in Chriſto: vere enim in totam maſsam per
mittit. Digne igitur recipito,ſi vis tantum beneficium compa-
rare. Quamobrem pias cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe, ſancte
que viuas,& talis benedictionis particeps fies, quæ mihi crede
non ſolum mortem,ſed morbos omnes depellit. Sedat enim cū
in nobis manet Chriſtus,paſsiones noſtras & perturbationes,
nec in quibus fuimus peccatis conſiderat, ſed ægrotos curat,
C colliſos redintegrat,& ſicut paſtor bonus qui animam ſuā pro
ouibus poſuit,ab omni nos erigit caſu, Eſt hæc cæleſtis medici *Simile.*
na contra venenum ipſius peccati, & theriaca ſalutaris contra *Ioan. 10.*
peſtiferos animæ morbos & infirmitates:compoſita quidem ho *Autor.*
die per cæleſtem medicum Chriſtum,qui cum intelligeret natu
ram & conditionem infirmitatis noſtrę,non immerito tam arti
ficioſum & ſaluberrimum pharmacum excogitauit. Quod ſi ef
fectum ſuum non ſortiatur, nec in ipſum quidem medicum,nec
in pharmacum,ſed in nos ipſos culpam transferamus. Quā grā- *Simile.*
D dem quæſo pecuniam largiremur,ſi vlla ratione poſsemus phar
macum aliquod inuenire,quod maculas noſtras & defectus na-
turales adimeret,ſiue etiam alijs incommodis ſuccedentibus me
deretur? Vide igitur quam ſit inęſtimabile hoc pretioſiſsimum
medicamentum,quod ita ſanat infirmitates noſtras,& vitam no-
ſtram in melius corrigit & emendat. *Lau. Iuſ.*

Sane nullo alio ſacrificio,ait grauis quidam autor, honorifi *in ſer. de*
centius laudatur Deus,quam per altaris immaculatam hoſtiam, *Chriſt.*
quam præcipue ob diuine laudis exhibitionem complendam, *Cor.*
Chriſtus Eccleſiæ ſuæ ſanctę conceſsit. Ipſius namque paſsio- *1.Cor. 11.*
nis & humanę redemptionis in ea celebrantur myſteria, hoc ip
ſum domino propalante,qui ait:hęc quotieſcunque feceritis,in
mei memoriam facietis. Memoria enim in hac oblatione agitur

illius quam in sua passione Dei filius, excellentissimæ scilicet erga nos charitatis, signum fecit: qua nulla maior, nulla altior, nulla amabilior, nullaque oculis diuinæ maiestatis est gratior, dum honorē Deo, angelis contubernium, exulibus cælum, religioni cultum, iustitiæ debitum, normam sanctitati, obedientiam legi, gentibus fidem, lætitiam mundo, credentibus gaudiū vnitatem populis, sacramentis legalibus finem, initium gratiæ virtuti robur præstari videmus. Certe dolores mediatoris nostri, irrogata cōuicia, excepta flagella, aceti & fellis pocula, clauorū & lāceę vulnera, in diuini huius sacrificij celebratiōe memorantur. Offertur æterno patri, nati assumpta humanitas, quatenus agnoscat ipse quem genuit, quemq. pro hominum salute misit in terras, vt interuentione ipsius delinquentibus veniam, lapsis manum, & iustificatis pręroget vitam. Clamat idem Redemptor ad patrem, corporales suas cicatrices ostendens, quatenus ab æternis supplicijs sua homines interpellatione custodiat. Vides perspicue nullum acceptabilius posse Deo offerri sacrificium ad laudandum, siue etiam ad gratias exhibendas, siue ad impetrandum indulgentiam, vel etiam ad gloriam promerendam, quam corporis & sanguinis Christi sacrosanctum mysterium, In cuius oblationis hora, quantum fas est credere, aperiūtur cæli ipsi, sancti laudant, exultant iusti, captiui visitantur compediti soluuntur, infernus luget, almaque in spiritu mater nostra lætatur Ecclesia.

*Quāta nobis beneficia concesserit Christi passio.*

B F G

*Simile.* *Hec. Pin. in Ezech. 45.*

Sicut sanguis veneno affectus, statim ad cor ipsum currit, quærens remedium, & tamen non solum non inuenit, sed etiā citius perit, cū infecerit & contaminauerit cor ipsum, ex quo tamen præsidium quærebat. Sic plane miser homo vitiosus, videns se pressum varijs angustijs in hac vita, ad mundum ipsum currit auxilium petiturus, veruntamen nō solum auxilium ibi non inuenit, verum etiam mortem Quamobrē potius ad Christum dominum nostrum accedamus, qui nobis pretiosissimum cibum corporis sui exhibebit, & vitam amplissimam largietur. H

*Lu. Gra.*

Conducit quidem, ait alius autor, tantopere hic diuinus cibus & eius frequentatio, ad cōmuniendam nobis viam in cęlum, vt non immerito viaticum nominetur, quod nobis & ad hoc iter conficiendum, & aduersarios qui nos impetunt superandos, robur inuictum præstet, Quod si tantopere conducit his qui in virtute plurimum profecerunt, nonne & vtilissimum erit hoc sacramentum, his qui vitijs renuntiarunt, & virtutis viam per pænitentiam ipsam inchoant, qui tamen antea in ipsis vitijs cōsenuerant

*Euchā. quantum conducat nobis.*

A Rebellis namque natura diuturna consuetudine armata, nisi magno Dei munere superari non potest Multum quidem meretur Christianus populus, qui tantum confidit Christo domino & tantopere hoc venerabile sacramentum reueretur & adorat. Si tantum meritus est Abraham credens statim ipsi Deo dicenti se daturum ei filium & legitimum hæredem, & quod multiplicaturus esset semen eius sicut stellas celi, cum tamen videret Abraham se & sarram vxorem suam valde senuisse: ęstimauit enim id Deus tantopere, vt dicat scriptura quod credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: quanto quæso pluris faciet hanc fidem nostram quam habemus de tam ineffabili mysterio, quod excedit longissimo quidem interuallo captum nostrum atque intelligentiam? Si mulieres illæ quę ante regem Assuerum offerri debent tanta cum diligentia per annum antea se diligentissime componebant & pręparabant, ac pręciosis vestibus exornabant, & vultum suum componebant, ac vnguentis vndique redolebant, vt possent regis oculis placere: quanto magis nos præparare æquum est animas nostras, easque virtutum ornamentis conuestire, vt placeamus summo principi, qui nos ad tantum conuiuium inuitauit? Sed iam quid Con. Flo. nos doceat audiamus. Tertium inquit. Eucharistię sacramētum est, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem modica aqua adhiberi debet, quia sanguis & aqua ex latere Christi manarunt. Item quia hoc conuenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est vnio populi Christiani ad Christum, aqua enim populum significat. Et in Concilio Tridētino habetur, quod in hoc sanctissimo sacramento post consecrationē panis & vini, Christus dominus, verus De' & homo existit vere, realiter, ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium, & simul sedet à dextris patris. Item ait quod per consecrationem tota substantia panis conuertitur in substantiam corporis Christi, & pariter vini substantia in Christi Iesu sanguinem, quod proprie appellatur transsubstantiatio. Item docet quod debemus hoc sacro sanctum sacramentum latriæ cultu, qui soli Deo debetur, venerari, quandoquidē illum hic manere credimus, de quo pater æternus ait, & adorent eum omnes angeli eius: item eum quem reges illi & Magi procidentes adorauerunt. Multa etiam alia quidem adfert pręclarissima sacrosanctum Conci. in hanc sententiam, quæ ibi videre poteris in predicta ses. 13.

*Autor.* *Simile.* *Gen. 12.* *Gen. 15.* *Autor.* *Simile.* *Esth. 11.* *Con. Flo.* *Con. Tri. Ses. 13. c. 1* *Caput. 4.* *Cap. 5.* *Psal. 96.*

# FERIA QVINTA IN COENA DOMINI E

## CONCIO QVARTA.

*De sanctissimo altaris sacramento.*

*Mat.* 26. *Mar.* 14. *Luc.* 22. 1. *Co.* 11. ANte diem festum paschę Io. 13. fuit quidem institutum hoc sacramentum vt sanctissimi Euange. tradunt in vltima Cæna Et certe mirabile est quod tametsi homo sit tantopere rebellis diuinis præceptis & admonitionibus, tamque ingratus eius beneficijs, nihilominus tamē F fuerit tantus Christi amor erga hominem, vt propter eum tam salutare & sanctissimum sacramentum instituerit. Figura quidē *Iudic.* 16. tanti amoris, & tantæ ingratitudinis ipsius hominis, mihi esse videtur, amor ille singularis quo Samson complectebatur ingratam dalilam: non enim ad eius amorem extinguendum sufficit quod tantopere ipsa Dalila ei sæpe insidias machinata sit, cum *1. Re.* 18. 19. & 20. tamen Samson eius nequitiam & peruersitatem intelligeret. Maximus præterea fuit amor ille, quo Ionathas complexus est Dauidem, quandoquidem ipsi dedit vestem suam quidem, item tantis periculis se ipse exposuit. Veruntamen hic Christi amor G longissimo interuallo Ionathę amorem superauit, qui non solum vestem & arma, sed etiam pretiosissimam carnem suam in cibum, & sanguinem in potum nobis dedit, exposuitque charissimam vitam morti propter nos ignominiosam.

*Ineffabilis Christi liberalitas.* Ostendit quidem Christus in institutione huius sacramenti suam regiam & diuinam liberalitatem, plus quodammodo quā in cæteris operibus erga hominem collatis, cæterisque beneficijs ostendisset, quandoquidem seipsum hominibus manducandum prębuit tanta cum liberalitate, tantoq. amore, & sapientia. Multis quidem in rebus ostenderat Deus & patefecerat sua H *Psal.* 110. mirabilia, veruntamen in hoc diuino sacramento memoriam fecit mirabilium suorum, Potentiam quidem suam manifestauit Deus in creatione vniuersi, cum omnia ex nihilo produxit & ex dissidentibus, harmoniam quandam compegit: item in creatione pręsertim hominis maxime reluxit Dei sapientia & potē- *Simile.* tia, conflando eum ex quatuor elementis, quod in tam parua re mirabilius videtur etiam quam in magno mundo. Sicut in artificibus videmus vt qui aliquid insigne depinxerit vel delineauerit, siue exciderit intra breuius spatium, maiori in pretio habeatur, quam qui intra maius spatium illud ipsum præstiterit.

Item

A Item in eodem homine patuit adhuc magis & eluxit potentia diuina, conflando hominem ipsum & componendo ex anima & corpore, rebus tam distantibus, altera videlicet re corporali, altera vero spirituali, tamque subtiliter hæc coniunxit, vt sit anima in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. Sed illud mirabilius quod inuenit cibum conuenientem ipsi homini cõpacto ex tam diuersis rebus, congruentem quidem ipsi homini: mirabilius sane quã si ex eodẽ pastu vescerentur leo & equus, vel aliqua alia animalia valde differenti vtentia pastu. Ergo id

B prçstitit quod neque homines, neque angeli vnquam præstare potuissent, dedit enim cibum cælestem ad manducandum ipsi homini idest pretiosissimum corpus & sanguinem suum, in quo & anima satiatur, & corpus etiam accidentibus ipsis reficitur, vt ita duplicis substantiæ totum cibaret hominem. Ceterũ duo amores versari videbantur in Christo, vnus eorum abire hortabatur, alter vero manere: sed tandem optima sua & diuina sapientia id præstitit, vt & abiret, & nobiscum etiam maneret: abijt enim ad patrẽ in cęlum, & propter ea nostra causa hoc sanctissimum sacramentum instituit, vt nobiscum etiam manere *Euchari. quomodo sit cibus animæ, & corporis.*

C posset, atque ita & infirmitatibus nostris medicatus est, & sibi etiã satisfecit.

Homo quidem vt ait Ber per peccatum in cænum quoddam non solum tenacissimum & immundum, sed etiam saxosum incidit, atque ita non solum coinquinatus est, sed etiam ossa omnia confregit, atque idcirco duobus remedijs opus ipsi erat, quorum altero ab immunditia mundaretur, videlicet per baptismum & pænitentiã: altero vero confracta membra solidaret, videlicet hoc sanctissimo sacramento. Vnde Psal & panis cor ho *D. Ber.* *Psal. 103.*

D minis confirmet. Nullam ergo excusationem habere poterunt peccatores. Si enim carnalis dicat, eram procliuis ad hoc vitiũ, & eram infirmus, dicet iudex, iam ego medicinam constituerã. Vnde Hie. ait, nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo nõ est obducta cicatrix filiæ populi mei? Quasi diceret, annon institui sacramenta, quibus & quod immũdum erat mundaretur, & quod confractum solidaretur? figura porro huius sacramenti Eucha. extitit farina illa qua Elisæus propheta medicatus est amaritudinem ollæ: sic enim amaritudo peccatorum, & afflictionum huius seculi sanatur hoc diuino sacramento. Non mireris autem quod tam varij cibi ad corporis pastum producti sint, & tamen ad animam pascendam hic solus sit cibus, quandoquidem hic vnus omnem continet saporẽ *Hie. 8.* *4. Re. 4.*

& sua-

& suauitatem,& ita propter suam perfectionẽ solus sufficit, at vero corporei cibi cũ sint imperfecti, propterea eorũ varietas est necessaria. Vt enim stellæ multę esse debuerunt propter exiguũ splendorem,at vero sol vnicus sufficit propter nimiũ splẽdorẽ quẽ habet,sic etiam hic cibus spiritualis solus suffecit, cũ interim corporei multi cibi necessarij fuerint. E

Simile.

Quatuor quidem in ruina hominis concurrerunt,nempe ipse homo inobediens, mulier superba,arbor vetita, & fructus prohibitus:sic etiã in reparatione hominis 4.concurrunt,hoc enim opus nostræ salutis ordo depoposcerat: nempe homo obedientissimus vsque ad mortem, Christus dominus verus Deus,& homo:item contra mulierem superbam,data est humillima virgo:& contra arborem vetitam, arbor crucis, ac deniq. contra prohibitum fructum,hic sacratissimus cibus,qui adeo illi contrarius est,vt de illo vetito dicatur,in quacunq. hora comederis morte morieris, de hoc vero dicitur, Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum. Vnde Eccle ait, omnia fecit duplicia,vnum contra vnum, & non fecit quidquam deesse. Sic ergo in diuina prouidentia,non solum in operibus naturæ,sed etiam gratiæ,contraria contrarijs curantur:& ne res ab ea constitutæ sapienter, intereant,aliarum vim aliarum virtute vel temperat, vel repellit. Porro non solum ipsum beneficium tam admirabile ponderandum est,sed etiam ineffabilis amor,quo illud nobis contulit:siquidem vel calicem vnicum aquæ ita propinatum plurimi facimus. Vnde ait discipulis suis Christus, desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum,antequam patiar. Vnde cum discipuli aliquando ipsi narrarent, quod bene ipsis in prędicatione succederet, & fructum reportassent,exultauit in ipsa hora in spiritu sancto,videns iam primitias sui ineffabilis amoris & passionis. Item plurimum quidem lętatus est in conuersione samaritanę & aliorum,cumque discipuli ipsi dicerent vt manducaret,ait:meus cibus est vt faciam volutatem eius qui misit me,vt perficiam opus eius Satis quidem id ostendis bone Christe,in institutione huius sanctissimi sacramenti,cuius suauitatem nullus exprimere sufficit,vt ait diuus Thomas. Quod quidem re ipsa quotidie experiuntur serui Dei. Vnde de beata Catherina Senensi legitur,quod cum Eucharistiam sumeret, sæpe præ tanta suauitate quam sentiebat,in extasim quandam raperetur,tam profunde quidem,vt aliquando à temeraria quadã ancilla grauiter icta,nil vnquam persentisceret.

Ecclesia
Phil.2. F
Gen.2.
Ioan.6.
Ecclе. 41.
G
Luc. 22.
Luc. 10. H
Ioan. 4.

Præterea plurimum commendatur hoc tantum beneficium etiã, quod

A quod illud tam infimæ creaturæ scilicet homini concessum fuerit: siquidem si angelo concessum esset dici poterat, quod illustri quidem creaturę concederetur: at vero quod tam vili creaturæ & ingratę tantum beneficium concessum sit, id vero maxime diuinã bonitatem ostendit atq. cõmendat: sic enim videmus quod pingendi artifices cũ candorẽ vultus à se expressi eminere volunt, rubeum aut nigrum colorem illi substernunt, qui cãdorẽ ipsis magis conspicuum reddat: hac igitur ratione dominus immẽsæ bonitatis & charitatis suæ gloriã aperti⁹ demõstrauit cũ infimã hominis naturã, sacri corporis sui cõmunione nobilitauit, & angelis similem fecit. Illud prętetea valde mirabile est in hoc diuino sacramẽto, quod in multis quidẽ hostijs cõsecratis, & longe etiã distantibus, totus Christus reperiatur. Verũ si id volum⁹ aliqua similitudine percipere: cõsiderem⁹ obsecro quã multa corpuscula organizata & disposita, eadẽ etiam hora quãuis longissime distantia, animam, quæ foris venit & spiritualis est, neque educitur de potentia materiæ, recipiant. Cur non igitur qui id prętat, efficiet vt tantum etiam hoc beneficium reportemus? Quod si queras, vnde nam factum fuerit, vt tanto nos Christus amore dilexerit? Respondeo id quidem prouenire ex eius infinita & ineffabili bonitate: diuerso quidem modo ardet ignis in siccis folijs & stipulis, atq. in puluere sulphureo, ille enim facile statim extinguitur, hic vero tantas habet vires, vt celsas etiam turres prosternat: sic ergo amor noster cum tam fragile subiectum habeat, parum quidem ardet, & exiguas, habet vires, at vero diuinus amor potentissimus quidem est & infractas habet vires, ac propterea tam ineffabilia & stabilia nobis confert beneficia.

*Simile.*

*Amorem ineffabilẽ ostendit Deus erga hominẽ*

*Simile.*

*Questio.*

*Resp.*

*Dissimile*

B C

Cæterum per esum quidem ligni vetiti intrauit mors, & per esum etiam intrat vita. Serpens dixit, nequaquam moriemini, & Christus ait, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Si ergo mendaci fidem adhibuisti, adhibe quidem etiam veraci. Ille ex ligno quod suũ non erat obtulit, iste corpus & sãguinẽ propriũ magnifice suis tribuit. Porro sacri huius cibi ab alijs differentia notanda est: alij enim famem sedant, iste acuit, quãdoquidem eius sumendi desiderium accendit: alij in substantiam transeunt edentis hic vero idẽ semper manẽs religiose edẽtes trãsformat in se, dum ex humanis diuinos, & ex terrenis cęlestes facit. Deniq. cæteri cibi ne noceant probandi sunt, in hoc vero probare potius te ipsum debes. Qui enĩ mãducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat. Sic enim sol alia quidem

*Gen. 3.*

*Ioan. 6.*

*Dissimile*

D

durat

durat, alia liquefacit, alia dealbat, alia denigrat, propter dissimi E
Simile. lem variarum rerum naturam, cum idem tamen vbique sit sol.
Sic corporeus cibus quo humana vita sustentatur, si tamen cor-
Simile. pus ægrotet, cibo ipso maxime grauatur. Vnde est illa medico-
rum sententia, corpora non sana quanto magis nutris, tãto ma
gis lędis. Probet ergo seipsum homo an illa cęlesti mensa dig-
1. Cor. 11. nus sit, an indignus. Indignum autem non facit ignobilitas
generis, aut morbus corporis, vel paupertas, vel seruitus, solũ
capitale crimen est & lethale, quod indignum facit. Cuius spiri
Io. 13. tualem mundationem antefaciendam, declarare visus est domi F
nus, cum discipulorum suorum pedes lauit. In lege autem vide
tur adũbrata spiritualis hęc ablutio, vbi præcipiebatur vt laua-
rent Aaron & filij eius, manus & pedes quando accessuri essent
ad altare vt thymiama domino offerrent. Quibus verbis domi-
nus sub corporeæ munditiæ imagine, spiritualem adumbrabat:
*Ad Eucharistiam pure accedere debeamus* manus enim & pedes hoc est externa opera & interni affectus,
pænitentiæ lachrymis purganda sunt, quoties ad hoc altare do-
mini accedendum est. Si ergo illam puritatem requirebat sola
thymiamatis oblatio, quid quæso requiret, corporis & sangui-
Leui. 22. nis domini sumptio? Præterea Leui, etiam 22. ait dominus, om G
nis homo qui accesserit de stirpe vestra, ad eaquę consecrata sũt
& quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia,
peribit coram domino. Si ergo tanta sacrificijs illis & oblatio-
nibus reuerentia debebatur, quid quæso corpori Christi & ve-
D. Hie. ritati, reuerentiæ debebimus? D. quidem Hie. in epis. quadam
de se ipso ait, cum iratus fuero, aut me nocturnũ phantasma de
luserit, basilicas martyrũ intrare non audeo, ita animo & cor-
pore contremisco. Si ergo sola libidinis imago, solũque phan-
tasma nocturnũ, ab ingressu tẽpli virũ sanctũ arcebant, quid ð
illius salute sperandũ est, qui multis annis in impudicitiæ vo- H
lutabro iacens, nõ erubescit quotannis ad ipsã domini mensã
& ad panẽ angelorũ accedere? Vehemẽter sane timendũ, ne hoc
reprobationis atque obdurationis signum esse videatur. Exami
nandũ enim diligenter est quod Deo tribuimus. Vnde agnus
Exo. 12. paschalis qui quartadecima luna erat immolandus, adduceba-
tur decima die, & examinabatur an in eo esset macula, quę pos-
set illum à conspectu domini arcere, vt inde discamus quãta di
ligentia actiones nostras, etiam eas quæ bonæ videntur, debea-
mus examinare, antequam in conspectu domini cum illis appa-
1. Re. 5. reamus.

Cum Philisthæi olim arcam Dei captam, iuxtam dagonem
suum

suum statuissent, non passa est sacra arca diaboli simulachrum
A iuxta se esse, sed illud prostrauit. cumq iterum philistæi id fecis
sent, non modo constrauit, sed etiam confregit. Si ergo arca il-
la, quæ huius mysterij vmbra tantum erat, solam idoli effigiem
ante se esse non est passa: quomodo ipse dominus qui per arcã
figurabatur, intra pectus illud requiescere poterit, in quo spiri
tus immundi commorantur? Cæterum pręceptum erat olim sa- *Exo. 38.*
cerdotibus, vt in templo speculum positum haberent, ad quod
se ipsos componerent, quoties ad sacra ministeria exercenda pa
rabantur, Quia vero vt Apos. ait, omnia in figura contingebãt
B illis, hoc quoque figuram esse, quę ad vitæ nostrę institutionem *1. Cor. 10.*
referenda sit, dubitandum non est. Sicut ergo illi corporeum
speculum propositum ante oculos habebant, in quo se conspi
cerent, ne quid esset sordidum, aut alio modo vitiosum in cor-
pore: ita nos spirituale speculum habere par est, in quo spiritua *Simile.*
lem animę nostræ faciem spectare possimus antequã ad tam tre
mẽdũ accedamus sacramentum percipiendũ, quod tã liberaliter
quidẽ & magnifice pro nobis Christus dominus instituit.

Lugendum profecto est ac maxime deplorandum, quod ple
C rique cum tã suauissimũ & cælestem cibum recipiant, nihilomi
nus tamẽ ipsi proprijs vitijs, sibi mortem potius generent quã *Dissimile*
vitam mereantur. Etenim corporalibus quidem morbis infirmi
ex pręscripto suorum medicorum vtentes: sanitatem reparant
atque reficiunt: tu vero cum tibi præscripserit hanc cælestẽ me
dicinam diuinus medicus, non tamen ex ea proficis, & tibi vtili *Dissimile*
tatem paris, quod vtique tuo vitio fit, cum in damnationem po
tius quam in salutem eam sumas. dolendũ plane est, quod videa
mus multos corpoream salutem recipientes, & à veneno cor ru
tam conseruantes, assumpto pharmaco ex arte parato, vt theria
ca, quod quidẽ pharmacum tantas exercet vires, vt eos tueatur
atque defendat incolumes, cum interim animæ suæ salutem neg
D ligentes, quamuis assumant tam cæleste pharmacum tamen sani
tatem animę non recuperent, eam certe obrem quia se non be-
ne præpararunt, neque cõscientiæ suæ immunditiam eiecerunt
& exterminarunt, flendum plane est, quod videamus agri- *Dissimile*
colam arte sua vel experientia innitentem, ex arbore infrugife
ra frugiferam facere, ex inutili, et nocifera salutiferam, insi-
tione ipsa, vel alio remedio adhibito, nihilominus tamen tu vs
que adeo vitiosus sis & deprauatus, vt tametsi sępe vtaris san-
ctissima Eucharistia veluti insitione quadam cælesti, nunquam
tamen in frugem te recipias meliorem, nunquam atros mores

in candidos conuertas, obscænos in pulcherrimos, & denique deprauatos in laudibiles & bene moratos.

Quod si rex ille Nabuchodonosor pueros suos tam accuratos & decoros deligebat, & tam studiose eos instituendos curabat, tantoque ciborum delectu pascebat; quanta quæso cura & studio in animæ tuæ salutem & ornatum tibi incumbendum est; qui nō regis Nabuchodonosor puer, sed Dei, neq. ante mēsam eius stare debes, sed sedere ad mensam cum Deo, & eius carnem manducare, & sanguinē bibere? Si vt daretur lex populo illi Israelitico, præceptū fuit, vt antea se diligenter prepararent & omnes se mundarent, à coniugibus abstinerent, & deniq. quadā cum munditia, & puritate accederent: quanto quæso maiori cū puritate accedere debes nō ad legē, sed ad legis, naturæq. tū humanæ, tū angelicæ cōditorē recipiēdum? Quid porro illud significabat, quod manna in delicatissimo & purissimo quodam vase seruaretur, nisi quod hoc diuinum māna maxima cum puritate mentis capere debeas & conseruare?

*Simile.* *Dan. 1.* *Simile.* *Exo. 19.* *Exo. 16.*

F

Explicans quidem Hiero. verba illa, si offers munus tuum ad altare, inquit, si munus digne offerre ad altare non vales, dum iratum & odio commotum habeas animum contra proximum tuum, quomodo audebis ad cælestem hunc cibum manducandum accedere, pleno quidem pectore & æstuante vitijs atque odio fraterno? Cæterum dicebatur in lege, quod maxima cum reuerentia & munditia accederent ad sacrificium, quid ergo dicēdum erit, si cum conscientia vitijs plena accedas ad tam tremendum sacramentum? Idem etiam Hie. explicans verba illa, dirigatur oratio mea, inquit si ad orationem digne fundendam, puram habere mentem debemus, quanta quęso puritas nostra esse debebit ad manducandum pretiosissimum quidem hunc cibum? Tā pure ergo, integreque viuamus, inquit Aug. Vt digne mereamur hic accedere ad sacratissimum hunc cibum, & in patria ad fruitionē illius mensæ sempiternæ: aliter enim si vitijs animum assuefacimus, timendum nobis est, ne pro sempiterno cibo, æternam famē, & pro dulcissimo esu amarissima supplicia sustineamus. Cæterū si in illo veteri manna recipiendo & comedendo, non seruabatur ordo à domino præscriptus, corrumpebatur statim: ita plane si non seruamus ordinem à domino pręscriptum de manducatione cibi huius & veri manna, nobis corruptionem atque interitum sempiternum generabimus.

*D. Hie. ad Theophi. to. 2.* G *Exo. 30.* *D. Aug. de tē. ser. 252.* H *Exo. 16.*

FERIA

A FERIA SEXTA DE PASSIONE DOMINI

CONCIO PRIMA.

HOC *sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Phil. 2. Videntes hodierno die tantam virginis angustiam in qua versabatur, non solent concionatores, eã affari solita angelica salutatione, non quin ipsa semper presto sit inuocãtibus se, nam gemma pretiosa in nocte magis refulget, & vt ait Aris. virtus in aduersis splendet, non est enim tanquam amicus mensæ vt ait Ecclesi. Sed omni tempore diligit tanquam verus amicus, vt ait Sap. nec poterũt extinguere aquæ multæ charitatem, vt dicitur in Can. sed ne videantur ei quodã modo angustiam renouare. Et idcirco nos etiam ad crucem oculos leuantes, dominicam precationem fundamus.

*Phil. 2. D. Anto. 4. p. Theo. ti. 15 c. 41. Aris. Simile. Eccle. 6. Pro. 17. Can. 8.*

B

*Hoc sentite in vobis.* Multa quidem sunt quæ nos manu ducere possunt ad considerationem dignitatis tanti operis, quale Christus pro nobis moriendo præstitit. Nam illud in primis admirabile est, quod Dei filius se vsque adeo humiliare voluerit, vt mortem Crucis non erubuerit, neq. inter latrones crucifigi. Sane regina illa sabba, quæ tantopere celsitudinem illã & maiestatem Salomonis admirata est, multo magis hoc tantum opus admiraretur, in quo videret longe ad maiorem humilitatem hunc tantũ regẽ deuenisse, quã esset olim sublimitas Salomonis. Quo modo ergo aut spiritus, aut halitus in nobis superest, cum tam stupendã filij Dei humilitatẽ & ignominiũ cõtẽplamur? Cũ dominus ad ferẽdas hebræis leges, in mõtẽ sinai descẽdisset, tanto terrore hebræorum animi audita Dei voce concussi sunt, vt ad Moysen dicerẽt, loquere tu nobis, nõ loquatur nobis domin⁹ ne forte moriamur: deniq. miraculi instar esse crediderũt ꝙ loquẽte Deo, & audiẽte hõe, vixerit homo. Si ergo tãtus animarũ terror est, Deũ audire loquẽtẽ quid vinculis flagellatũ et flagris verberatũ, sputis illitũ, alapis cęsũ, spinis coronatũ, & in cruce inter facinorosos appẽsũ? Cũ amici Iob, ipsum in sterquilinio sedentẽ, & testa saniẽ radentẽ vidissẽt: quẽ antea opulẽtissimum cognouissent, tãto tremore repleti sunt, vt septẽ diebus & septem noctibus cũ eo humi sedẽtes silẽtiũ tenuerint, neq. quisquã eorũ ipsũ alloqui ausus sit, videbãt enim esse dolorẽ vehemẽtissimũ. Si ergo tãto hi stupore correpti sũt, cũ hominẽ sic affectũ viderẽt, quãt⁹ quęso stupor erit, nõ tãtũ hominẽ, sed Deũ pariter & hominẽ in cruce pẽdẽtẽ, & leprosi speciẽ exhibẽtẽ, & à

C

*3. Reg. 10. Simile.*

D

*Exo. 20. Simile.*

*Iob. 2.*

*Simile.*

vertice vsque ad pedes tot liuoribus deformatum, tot vulneribus concisum, tot plagis contritum cernere? Si spectaculum illud sic homines stupefecit, quid nos facere par est, qui tāto acerbius & mirabilius spectaculum ante oculos positum cernimus? Cum Achior caput Holophernis principis militiæ Assyriorum vidit, æstuasse anima eius dicitur, & præ stuporis magnitudine in terram corruisse: quāto ergo mirabilius est autorem vitæ mori, quā tyrāni caput abscindi? quomodo ergo non æstuat, & in terram corruit homo, cū hoc tātū diuinę pietatis opus animaduertit? Plinius senior vbi de diuinitatis natura multa, eademque præclarissima dixisset, postremo in consolationem eorū qui non omnia possunt, duo esse ait, quæ Deus ipse nō possit: non potest inquit mētiri, nō potest mori, quę duo nō posse sūma potētia est. Si ergo Deus neq. mētiri neq: mori potest quid mirabilius quā quod fides prędicat, Deum esse mortuū? Quamuis enim ipse secūdum diuinitatis naturā mortuus non sit, quia tamē ille homo verus erat Deus, vere cū ille homo mortuus est, Deum dicimus fuisse mortuū. Nos igitur fratres, qui mysteriū hoc firma fide amplectimur & veneramur, illud certe fateri d̄bemus, magnū aliquod & ingens negotiū fuisse, propter quod sūma illa sapiētia subire mortem dignata sit. Tanta enim res quæ omnem superat admirationē, non nisi maximi alicuius fructus causa suscipi debuit. Cum rex aliquis ingentē exercitū & classem multarum triremium apparari iubet, non alicuius pagi, sed regni aut munitissimæ vrbis expugnandę gratia, cōparare credendum est. Cum ergo nil mens humana maius, quam Deū mori, concipere possit, consequens erit vt nil hac ratione vel ad genus hominum salutarius, vel ad Dei gloriam sublimius fieri potuisse credamus: non potest enim non summum esse beneficium quod tantis impendijs paratum fuit.

*Iudit*. 8. *Pli. d̄ na. de.* *Salus hominis quāti sit momēti.*

E F G H

*Egressus est Iesus.* Post mirāda potētiæ, sapientiæ & charitatis insignia, egressus est Iesus, ideo dicebat, surgite eamus hinc. Sic & ante aduentum Romanorum, audita est vox in templo, migremus hinc. *Iuxta consuetudinē suā.* Vnde colligas, quod Christus pluries sub dio pernoctauerit in oratione, per diē laborans in tēplo, & noctu persistens in oratione, sed nos non ita facimus. *Secuti sunt autē eū discipuli.* Sequere Christū ad Crucē, & sequeris etiā eū ad gloriā. *Omnes vos scādalizabimini.* Quasi dicat, cū videritis me capi, male tractari, & q̄ cessabunt miracula, quodq. meipsū nō defendā, scandalizabimini. Non ergo solū attēdatis quę in passione dicūtur, sed & quæ d̄ resurrectione narrātur

*Mar*. 14.

*Dis*

A *Dispergentur oues.* Quid enim oues possunt sine pastore? *Respondit Petrus, etsi omnes.* &c. Petrus figura illorũ est, qui solo libero arbitrio innituntur, qui sine gratia Dei se in afflictionibus & morte perseueraturos cõfidunt. Intelligamus ergo verum esse quod Christus ait, sine me nihil potestis facere. Et Pau. ait quod Deus operatur in nobis velle & perficere. Cõtigerunt autẽ hæc Apost. in admonitionẽ nostri, Christus enim ipsos labi permisit ne nos lapsi desperemus. Lapsus est Petrus, vt post hac benigniˀ cũ populo Dei ageret. *Nouerat autẽ Iudas proditor eũ locũ* Tã- Ioan. 5. Phil. 5. Gen. 3.
B to nequior cunctis hominibus, quanto serpẽs callidior erat cũctis animãtibus. Obserua itẽ Christũ volũtarie passũ, quia se cõtulit ad locũ traditori cognitũ. *Et assũpto Petro, Iacobo, & Ioãne filijs Zebedæi* Duo quedã erant in Christo inter se diuersissima, nempe maiestas qua nihil sublimius, & humana imbecillitas quoniam autem his tribus aliquam prebuerat suæ sublimitatis imaginem, voluit eosdem etiam suæ deiectionis extremę testes esse, vt in eodem discerẽt quid esset imitandũ, & quid sperandum. Hic non auditur pater, non videtur lux e cælo, nusquã hic facies solis in morem fulguris, nusquam vestis niue candi- *Duę naturę in Christo.* *Mat. 17.*
C dior, nusquam confabulator Moyses aut Elias, verum vt homo prorsus omni destitutus auxilio cępit pauescere & grauiter angi: nimirum homo verus erat, & insigniter in se expressit, quod imminente tempestate solet his accidere qui nil aliud sunt quã homines. Hic igitur incipit se tradere passionibus, hic terroribus, horroribus ingrediendi aditum & licentiam præstat, iam radios subtrahit diuinitatis, & relinquitur sibi mitissima & innocentissima natura *Cępit pauere.* Mortis horror peccati fructus est in nobis, Christus igitur quamuis sine peccato, tamen transtulit in se stipendia peccati. *Tristis est anima mea, vsque ad mor-* *Mar. 9.*
D *tem.* Tristis est quia vita, gloria, salus Iudææ periclitabatur & totius populi. Obserua autem quam congrue hic Christus remedia apposuit. Peccatum in corde incipit, & in opere consumatur: Sic prius interius tristatur, postea exterius, vt omne peccatum auferret, & pro eo satisfaceret *Procidit in faciem suam & orauit* Iusserat eos vigilare & sibi assistere, attamen etiam orando e cęlo quærit auxilium, vt ostendat vanam esse carnis prudẽtiam, & omne carnale auxilium, nisi etiam Deus adsit. Deinde suo ipsius exemplo hic docet quid in tentationibus agendum sit nempe vt ad Deum confugiamus, neque id solum, sed & optimum orandi quidẽ modum ostendit. Primo enim secedit ab Apostolis, oraturus enim intrare debet in cubiculum suũ, & clau- Peccatum diligenter fugiamus *Mat. 6.*

so ostio orare in abscondito: secundo ponit genua, procidit in E
terrã in faciẽ. Oratio debet esse humilis, talis enim exauditur. Itẽ
nõ semel sed sæpius orat, nec cessat donec per angelũ cõsolatur.
*Luc.* 17. Perseuerandum enim est in oratione, & nõ debemus deficere.
Item orat cum fiducia, quo quidem pertinet nomen patris, qui
*Iaco.*1. enim nõ credidit, non æstimat se aliquid accepturum. Quinto
omnia Deo committit, non enim Deo præstituendum est tempus, aut modus. *Abba pater.* Magna enim in afflictionibus consolatio est credere afflictiones à bona Dei voluntate accidere nobis. *Non potuisti vna hora vigilare mecum?* vbi nunc constantia F
*Psal.*61. tua? vbi pollicitatio tua? sentis tandem quam sint vani filij hominum & mendaces? Solus autem Deus est verax: nec solum Petrum, sed alios etiam arguit, in omnibus enim Christianis oscitantia & desidia reprehensione digna est. Quid dormitis? nõ est tempus dormiendi, periculum instat, aduersarius tanquã leo circuit: nulla hic securitas, ergo vigilate & orate *Ne intretis in tentationem.* Impossibile quidem est cor humanum non tẽtari, sed
*Psal.*9. tamen hoc orandum est, ne à tentatione vincamur *Et relictis il*
2. *Par.*20. *lis iterum abijt.* Nullam consolationem aut assistentiam in Apostolis cernebat, totum igitur se ad Deũ conuertit, cui derelictus G
est pauper. Cum enim nesciamus quid agere debeamus, hoc solatij habemus, vt oculos ad Deũ leuemus. *Apparuit autem angelus de cælo confortans eum.* voluit ab angelo consolari, vt per omnia
*Luc.*9. nia fratribus suis similis esset. docemur autem hic, quod Deus non derelinquit clamantes ad se: quod si non aufert malum, tamen
*Ioan.*12. men confortat & dat virtutẽ vt ferre possis. Verisimile autem est quod quemadmodum Moyses & Elias in transfiguratione loquebantur cũ domino excessum quẽ cõpleturus erat in Hierusalem, quo salus humano generi reddẽda erat: ita modo hic
*Simile.* cælestis nuntius de copiosissimo passionis suæ, hoc est grani in H
terram seminati & mortui fructu, cũ illo egerit. Itaq. angelus hic à Deo missus, qui tanquam Dei legatus, mittentis personam sustinebat, simile quiddã mihi cũ domino atq. Dauid cũ Salomone filio egisse videtur, cui ante mortẽ absolutissimam futuri tẽpli cõstructionem in mẽbrana expressã atq; depictã tradidit hoc est formã oĩũ cellariorũ, cubiculorũ, & omniũ deniq. atriorũ, cęterarũq. tẽpli partiũ quæ ipse ex imperio domini extruere
1. *Par.*28. re & fabricare debebat, omnia inquã venerũt scripta manu domini ad me, vt intelligerẽ vniuersa opera exẽplaris. *Factus in agonia prolixius orabat.* Agonizat Christus, hoc est cũ morte certat: quis autẽ hũc agonẽ satis explicabit? Videmus quanta angu

stia la-

A stia laborēt moriētes, in quibus tamē sensus quasi emortui sunt quāto maior in corde Christi angustia, cuius sensus viuissimi erāt? Cæterū horror ille Christi pauor est conscientiæ nostræ à facie iudicij Dei. Siquidē anima iā iudicij tēpore appetēte, scele rū conscientia tāgitur, qua tacta tota trepidare, tota perire sola corā æterno, iratoq. iudice constituta, incipit: de qua trepidatio ne dicit Iob, si repēte interroget quis respōdebit ei? Illa trepida tio ostensa est in illo cōuiua Euāgelico, qui de veste nuptiali in terrogatus, prorsus obmutuit. *Factus est sudor eius* Sicut autem *Mat. 22.*
B nullus præter Christū sanguinē sudauit: sic nulla maior angustia fuit: certū est enim quod supernaturale fuit. *Reperit dormientes præmę litia.* Spiritualis enim dormitio est, dū sensus obtenebratur, intellectus suffocatur, fides vacillat, memoria cessat, oratio intermittitur, virtutes reijciuntur, pericula non cauentur iudiciū futurū non prouidetur *Dormite iam.* Ironice dictum videtur, quasi diceret, nō potui à vobis impetrare, vt paulisper mecū vigilaretis, nūc ipsa res excitabit vos, cū videritis & meū suppliciū, & vestrum periculū. *Ecce Iudas.* Ne efferamur animo sed timeamus, nam si Deus naturalibus ramis id est Apostolis& *Rom. 11.*
C electo populo nō pepercit, vide ne fiat, vt nec tibi parcat; hęc enim scripta sunt propter admonitionē nostrā, vnde qui videtur stare, videat ne cadat. *Dederat autem proditor eis signum.* Quasi dicat ego præcedam, signum pacis proponam ei, nec mali quid piam suspicabitur de me. Excęcatus enim ad huc putabat mali tiam suam latere, & se dominum posse decipere per blanditias osculi Porro illa proditio Iudæ adumbrata est in Ioab contra Abner & Amasam. *Tenete eum & ducite caute.* Plus fecit quā pro miserat: iubet tenere, instruit, & ne paulo mitiores essent, calcar addit. Nullum non mouet lapidem vt Christus intereat, ne *1. Cor. 10.* *1. Re. 27.* *Iudæ crudelitas.*
D si euasisset, eum impietatis argueret, omnino enim hoc agebat impius, vt Christo sublato securus viueret, nōdum enim sentiebat vermē conscientiæ. *Præcessit eis obuiam.* Qui aliquando se absconderat ab eis: sic Pau. aliquādo in sporta demissus fuit per murū: aliquando dixit, ego non solū vinciri &c. hic obtulit se volūtati Dei, alibi nō tētauit Deū. *Abierunt retrorsum.* Si lenem vocē dicētis ego sū, ferre nō possūt, quomodo ferēt sententiā illam iudicis, ite maledicti? Hinc Moyses ait, dabit tibi dominus cor pauidū. *Amice ad quid venisti?* Nō dicit, false proditor sed amice: quasi dicat, memento amicitiæ quā tibi exhibui, paratus sum dimittere, ad amicitiā te inuito. Ad quid venisti? Quis *Acto. 9.* *Actio. 21.* *Mat. 27.* *Deut. 6*

te duxit? quis te impulit? nunquid mea culpa? ô Iuda misereor tui, & me cruciat perditio tua, pro qua iam frustra patior. En primus esse videris in quo fraudatur sanguis meus, ad quid venisti? cogita nēpe non ad meā, sed ad tuā perditionē. Discat hic auarus quid faciat auri cupido: & quidem omnes detestantur impietatē Iudæ, sed pleriq. verbis tantū, re ipsa idem perpetrant. Iudas auarus fuit, ob auaritiam Christū vendidit, eleemosynas & bona pauperum furabatur, nō conuertebatur ad prædicationē Christi, sed Christum tradidit crucifixoribus. Quoties autem his similia in plerisque videmus? Timendum ergo ne similes illi in punitione fiant. *Erat autem seruus nomine Malchus.* Quis Petrum non audacem diceret & fortissimum virum, qui solus audeat tantam armatorū cohortem aggredi? Quod si carnem spectes, egregie præstat quod pollicitus erat se cum Christo moriturum, Petrus hęc egit carnali confidentia. *Sinite hos.* Sinite igitur vt in me perficiant quæ pater decreuit pro salute hominum me pati. Docet hoc verbo impietatem pietate vincendam, sicut inquit, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. *Omnis qui acceperit gladium.* Idem legis in Gen. quicunq. fuderit sanguinem hominis, fūdetur sanguis eius. *Annon bibā calicem quē dedit mihi pater?* Docet hoc verbo qua via iniuriam illatam & violentiam aduersariorum ferre liceat, non enim ferremus vnquam æquo animo vel tantulum iniuriarum, si oculos nostros in ipsam iniuriam illatam, aut in aduersarios iniuriam inferentes direxerimus, sed feremus, si in bonam Dei patris voluntatē respiciamus. Vnde Christus ait, annon bibam? Quasi dicat, nolo respicias in Iudęos aduersarios, sed in patrem, sic volentem: pater calicem hunc dedit vt pater, cur igitur non biberē? *Et cū tetigisset auriculam serui, sanauit eum.* Nusquam pietatis suæ obliuiscitur Christus, illi mortem inferunt, ipse eorum vulnera sanat. *Principes sacerdotum & magistratus templi.* Vides etiam hic quantum sitierunt sanguinem Christi, cum non satis ipsis esse videretur vt ministros mitterent, nisi etiam ipsi exirent. Verum ideo etiam egressi sunt vt audacior esset Iudas ipsorum autoritate suffultus, itemque vt ministri diligentiores essent & promptiores ad furiā præsentibus dominis: postremo vt si quis explebe cum domino quidem stare vellet, visis potestatibus omitteret. *Tanquam ad latronem.* Sponte quidem venio, ideo non opus erat vt tanquam ad latronem exiretis, cum agnus ducar ad victimam. *Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

Innuit

Marginal notes: *Multi videntur imitari Iudam.* — *Mat. 5.* — *Gen. 9.* — *Is. 6.* — *Principū pharisæorum innidia.*

Marginal letters: E F G H

A Innuit pijs nil mali contingere, nisi quando & quantum voluerit Deus. Admonet etiam piorum afflictiones ad horam durare, momentaneum & breue tribulationis tempus. Deinde eos occulte admonet futuri iudicij: vestra inquit hæc hora est, veniet hora mea, qua à vobis requiretur omnis vestra malitia. *Et potestas tenebrarum.* Vere potestas tenebrarum, quando oppressa veritate regnat iniquitas. Tũc discipuli eius relicto eo, omnes fugerũt. Ex hoc loco colligere possumus quanta fuerit crudelitas in captione, quam videntes etiam columnæ cæli contremiscunt. Hic B autem dicere potuit Christus, noti mei quasi alieni recesserunt à me. Si enim ab amicis relinqueris, cogita & Christum relictum. *Primo ad Annã.* Ne Caiphas solus inuidiam apud homines sustineret, si prius ipse qui consilium dederat, prius etiam condemnaret. Vide quomodo Pharisæi omnia facerent propter homines. *Erat enim socer Caiphæ qui erat pontifex anni illius.* Emerat enim pontificatum, vt merito Christus diceret, fecistis domum patris mei, domum negotiationis. *Pontifex autem interrogat Iesum de discipulis suis & de doctrina.* Primo à pontificibus & sacerdotibus accusatur de blasphemia, & deinde à magistratu ciuili accusa C tur seditionis. Prima accusationis pars agitur apud pontificem, secunda apud Pilatum. *Interrogabat de doctrina.* Quasi dicat, lõge alia doces quã Moyses & prophetæ, ergo hæreticus videris, & discipulos habes qui hęresim in vniuersum Iudæorum orbem spargunt. Ad hæc noua quædam instituisti de baptismo, citra nostram autoritatem, putas ne tantam morum & doctrinæ insolentiam contra veterum instituta, à nobis tolerãdam? Christus autem hic non tacet, ne videretur doctrinæ suæ pœnitere, sed cõfirmat, docens nos constanter affirmare veritatem. *Ego palam locutus sum mundo,* quasi diceret, hæresim non docui, sed veritatẽ, D auditores testor, neque enim in angulo hæc res gesta est, neç lucem odi; cur auditores non interrogas, aut cur damnas verbum non auditum? *Quid me interrogas?* Quasi dicat, ille necessario requiritur, cuius cum de facto constet, facti tamen modus nescitur, sicut requisitus est Acham ab Iosue; fili mi da gloriam Deo, & indica nobis quid feceris. Deprehensus erat per sortem quod peccasset, sed quid peccasset ignorabatur, ego autem cuius causa nunc a te in doctrina constituitur, palam locutus sum, quid igitur me interrogas? Proinde age lege & more iudicij, quia non conceditur cuiquam vt in legitimo iudicio ipse testis sit. Interroga eos qui me audierunt. Tanta est enim virtus veritatis, quod etiam ab inimicis habet testimonium. Hæc cum dixisset vnus

Margin notes: *Isa. 53.* — *Iob 19.* — *Isa. 63.* — *Confirmat Christus doctrinam suam.* — *Iosue 7.* — *Magna est vis veritatis.*

asſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. Vt domino ſuo placeret, ſuumque ei ſtudium commendaret, tam atrociter irruit in Dei virtutem & ſapientiam. (Si male locutus ſum.) Mirantur multi cur Chriſtus, qui docuerat, percutienti vnam maxillam, alteram eſſe præbendam, ipſe hoc non fecerit. Verum non eſt quod mireris: ſi enim verbum Chriſti, quo in Mat. Legem exponit, probe intellexeris, manifeſtum plane erit, Chriſtum ſuæ doctrinæ ſatisfeciſſe: magnum enim illud patientiæ præceptum, non tam in corporis oſtentatione, quam in cordis præparatione faciendum eſt. Habet enim hanc ſententiam, ſi iniuria, contumelia, vel dãno quopiam, ab altero affectus fueris, tantum abeſt vt liceat iniuriã iniuriæ reddere aut ſeipſum talione vindicare, vt citius & promptius grauiora & moleſtiora tibi ferenda ſint. Ad hanc ſententiam Chriſti factum exige. Num vindicauit ſe? Nequaquam: ſcribit enim Petrus cum malis afficeretur, non minabatur. (Si autem bene, quid me cædis?) Non repercutio, nõ vindico meipſum, ſed moneo te vt reſipiſcas, ne peiora tibi à Deo contingant. (Tunc miſit eum Annas vinctum ad Caiphã.) vbi ſeniores, ſcribæ & Phariſæi conuenerant expectantes quãdo vinctus introduceretur, atque ea nocte qua meditari eos oportebat, quomodo ex Ægyptiaca ſeruitute liberati fuiſſent. Verum impietas omnia Dei beneficia excludit. (Cœpit Petrus execrari ac deierare.) Quod ſcribunt etiam Euangeliſtæ, partim vt probarent verborum Chriſti veritatem, partim vt declararent, quã nil in humanis viribus ſitũ ſit. Nec eſt vt propter Petri cauſam, aut aliorum ſanctorum lapſus, nobis applaudamus, aut vitia noſtra excuſemus. Sunt enim hęc ſcripta firmis et ſtantibus, vt nõ confidant in ſuis viribus, ſed ſemper de manu domini pendeãt, & in timore & tremore domini ambulent. Si enim Petrus à Chriſto non tam defecit, quam etiam deteſtationibus abnegauit, qui tamen Chriſtum vidit, & cæleſte gaudiũ in Monte guſtauit, qui etiam miracula fecit, quid nos faceremus qui nil horũ habemus? Sunt & hæc ſcripta infirmis, non vt ſua crimina excuſent, ſed vt in maximis etiam peccatis diſcant non deſperare, ac cũ Petro flere & reſipiſcere. (Et conuerſus dominus intuitus eſt Petrum.) Si igitur vere pænitere vis, ora vt dominus cor tuum aperiat. (Egreſſus foras fleuit amare.) Egreditur Curiam vt pęnitentiã commodius ageret.

*Mat. 5.* *1. Pe. 2.* *Defleam⁹ peccata noſtra.*

*Iudices audiant partes.*

*Principes autem ſacerdotum & omne concilium quęrebant falſum teſtimonium.* Sufficiebat quidem Caiphę conſilium ad excitandum populum, ſed non ſatis erat ad iudicis officium. Habes hic ty-

A hic typum iniusti iudicij: iam Christus erat captus, vinctus, afflictus, percussus: iam eum Annas miserat ad Caipham, vt reũ iudicio, & tamen adhuc ignoratur quare sit accusandus. Sic solent impij damnare quæ non nouerunt. Sic Saul interemit Achimelech non auditum, & Dauid Propheta Vriam. Sic & in Hieremiã dicunt impij, venite, percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Sic pręcipitat Sathan impiorum corda spiritu vertiginis. De hoc concilio malignantium prædixit Iacob, Simeon inquit & Leui. vasa iniquitatis. (Et non inueniebant.) Summa igitur Christi innocẽtia hic B declaratur, vt quem nec falsi testes accusare potuerunt. 1. Reg. 22. Hie. 26. Psal. 21.

*Nouissime autem venerunt.* Recte falsi testes dicuntur, qui non eodem sensu dicta intelligunt, quo dicuntur. Christus loquebatur de templo corporis sui, id quod & ipsi intellexerunt, sic enim dixerunt ad Pilatum post crucifixionem, recordati sumus quod seductor ille dixit, post tres dies resurgam: hi autem nedum sensum, sed & verba mutant. Christus dixit, destruite, non autem dixit, possum destruere. Mat. 27.

*Nihil respõdes?* Vbi nulla iustitia, ibi nullus defẽsionis locus. C (Tunc surgens omnis multitudo, vinctum eum adduxerunt Pontio Pilato præsidi. Surgit igitur vniuersa multitudo, vt causa iustior & probabilior videretur. Multitudine se armant, quia in causa deficiebant: vinctum offerunt eum pręsidi, vt hoc signo cognosceretur ab eis condemnatus. Sępius vincitur & ligatur, quia plura erant vincula nostra.

*Tunc videns Iudas.* Nunc incipit sentire peccatum, non enim permittit diabolus eos quos tentat videre peccatum antequam pereant: tunc enim non minori conatu ad desperationem eos adigit, quam prius ad peccandum impulerat.

Quid faciant mali prælati.

D *Quid ad nos? tu videris.* Non enim negant sanguinem innoxium esse traditum, propterea hinc videre licet cui tuto se oues afflictę committant. Hi consolari debuerant conscientias in desperationem actas, & dicunt, quid ad nos? sunt igitur non veri pastores, sed lupi, sua quęrentes, non quæ gregis sunt dominici. Deinde hic vides, quod qui in gratiam dominorum mala faciunt, si res in diuersum processerit, etiam ab illis in quorum gratiam fecerunt, ridentur.

*Laqueo se suspendit.* Vide quem finem consequuntur, qui Christum persequuntur, nempe quod inter cęlum & terram pendent.

Terrena

Terrena enim amittunt, & cælestia non assequuntur Huius figu E
2.Reg.15. ra præcessit in Achitophel, qui suis consilijs agebat vt Dauid periret. *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate.* Irridet enim Pilatus hac responsione Iudæos, quibus gladij po testas per Romanos ablata erat. *Nobis non licet interficere quenquam* Non dixerunt, nobis non licet iudicare quenquam, iam e-

*Irridet Pilatus Iudæos.*

nim tota nocte vigilantes, non quidem secundum legem, sed cõtra legem suam iudicauerunt. Verumtamen iudicatum quempiã non licebat occidere, nisi Romano præside iudicationem confir mante. Nec vero mirandum quod in Babylonica captiuitate, Su sannam illis incõsulto rege lapidare licuisset, quod nunc in terra sua facere non poterant: Romanum enim imperium potius & F
fortius fuit, quam omnia priora regna. *Quid fecisti?* Magnum ali quid sit oportet: nunquam enim visum est, & raro auditum, tot potentes ac seniores, vnius hominis mortem flagitare. *Spreuit autem illum Herodes.* Spreuit illum tanquam impotentem qui nullum signum faceret: & vt insipientem, qui nihil responderet: & ut stultum, qui contra accusantes se non defenderet: spreuit
Pro. 25. autem eum cum exercitu suo: rex enim iniquus, omnes mini stros impios habet *Ita vt miraretur præses.* Non igitur miratur pręses quod nihil responderet, sed miratur eius patientiam, non G
enim expertus erat aliquem reum, qui non omni linguæ vsu & quibuscunque posset se tueretur. Deinde miratur quod non pe tit remissionem aut liberationem, cum innocens esset, & quo si ne sic mortem nunquam timeret: causam tamen non videt, sed maxime loquendi, quia conuictus tacere debet, non autem inno
Exod. 12. cens. Cæterum Christus in seipso expressit quibus armis Christiani pugnare debeant contra aduersariorum criminationes, nẽ pe innocentia, patientia, & alijs huiusmodi. *In festo autem consueuerat præses.* Non erat lex, sed consuetudo, nata è liberatione Israel de Ægypto, in cuius rei memoriam Deus instituerat Pas- H
cha Sed hypocrisis verbo Dei non contenta, suas semper adijcit nugas, quæ speciem quidem habent pietatis, sed plerũque contra legẽ Dei, tacite admodũ statuuntur, qualis erat hæc consuetudo. *Habebat autem vinctum.* Latronem hunc suis coloribus accurate depingit, vt maior appareat Iudæorum malitia, qui hũc talem Christo præposuerunt.

*Quas consuetudines sępe inducant mali.*

*Apprehendit autem Pilatus Iesum, & flagellauit.* Circa ipsam flagellationem attende primo Christi denudationem, quę homi ni verecundo omnibus tormentis grauior est: secundo ipsius al ligationem, tertio lacerationem tenerrimi corporis: quarto ip sius patien

A sius patientiam & taciturnitatem. Vere enim sicut agnus coram tondente se obmutuit. Hic igitur impletum est illud Prophetę, *Psal. 128.* supra dorsum meum fabricauerunt peccatores Vides quo labore ouis perdita quęsita & inuenta est, & in humeris pij pastoris reducta? væ miseris illis qui manus suas polluerunt in sanguine innocentis. Sed et væ nobis si ingrati fuerimus. (Si enim passus est pater vt vnigenitus flagellaretur, quanto magis patietur flagellari adoptiuos? Quem diligit dominus corripit. Quid adhæc *Pro. 3.* dicturi sunt qui in delicijs viuunt, nec cogitare quidem tristia B sufferunt, sed in terra paradisum alterum ædificare conantur? (Milites autem abduxerunt eum intro, & plectentes coronam despinis) Spinea corona etiamvisibiliter significat id quod Propheta dixit, & peccata nostra ipse portauit: spinæ namque pec- *Isa. 53.* cata designant, quæ animam pungunt & lacerant, nam & pro- *Gen. 3.* pter peccatum homini datæ sunt, dicēte domino, cum operatus fueris terram, dabit spinas. Corona autem Christi spinea est, vt hoc indicio agnoscas regnum Christi constare spinis, idest afflictionibus: & qualis rex Christus, tales & nos reges facit, scilicet C tribulationibus obnoxios. (Et genu flexo ante eum illudētes *1. Cor 1.* ei.) Cum regnum Christi tale sit, vt inter spinas hæreat, non mirum quod rideatur & subsannetur à mundo, nam Euangelium est stultitia mundo: audientes enim Christum esse regem, & interim spinis coronatum, ridentes contemnunt: audientes Euangelium polliceri liberationem ab omnibus afflictionibus, & interim videntes non alio comite quam Cruce aduenire, subsannant. (Ecce adduco.) Producitur Christus à Pilato, sicut erat indigne tractatus, hoc consilio vt Iudæorum sæuitiā mitigaret. (Ecce homo.) Quasi dicat, videte an homo sit, vel homini simi D lis, & non potius mortuo sepeliendo, mirum quod timetis hūc regnaturum super vos: etsi aliquando se dixit vestrum regem, videte quomodo omnia sibi cessarunt, ecce qualis rex, qualia insignia. Verissime dictum quia cum in forma Dei esset, in similitudinem hominum factus est. (Nos legem habemus.) Quasi di- *Phil. 2.* cant, quandoquidem Pilate appellas ad legem nostram, producemus tibi eam, nam habemus legem quæ iubet vt blasphemi & Pseudo Prophetę occidantur, qualis est iste. (Mihi non loque *Leui. 24.* ris? Quasi dicat, negligis tuam salutem? cur nō loqueris vt te absoluam.) Tolle, tolle.) Puta dixisse Iudæos infelices, tolle à nobis regem, tolle principem, tolle sacerdotem, ex nunc enim impletū est illud Oseæ, sedebūt filij Israel sine lege, sine pricipe &c. *Osea 3.* Et merito quidem, quia dixerunt, tolle saluatorem, crucifige

propitiatorem

propitiatorem. Non habemus regem nisi Cęsarem: nolunt Iudęi Christum regem esse, Cæsarem malunt, Deum negant, hominem eligunt. Verum vana salus hominis, imo quoniam solum Cæsarem nominarunt, omnes alios abijcientes, neminem excipientes siue Deum siue hominem, condigna sibi accipient præmia: à Cæsare nempe interfectionem & captiuitatem gentis, euersionemque ciuitatis: neque aliquod auxilium inuenient ab hominibus vel à Deo; idquod factum videmus. Vide quanta insania sit abijcere Deum. Reliquistis ergo Deum, & ipse reliquit vos. Discant igitur quantum distet inter seruire Deo & Cæsari. (Misit ad eum vxor sua) Nititur nunc diabolus passionem Christi impedire, videt enim per eam non Christum, sed se perdẽdum quod vt citius impediret, accipit familiare sibi instrumentum ad vastandos viros. Sed tamen sicut olim Amá perijt in patibulo quod Mardochæo parauerat, sic diabolus crucem Christo præparauerat, sed tamen ipse in ea perijt, & Christus deleuit, vt ait Apost. quod aduersum nos erat chirographũ, spolians principatus. (Sanguis eius super nos.) O impios parẽtes, vno enim hoc verbo & se, & totam posteritatem perdiderunt, hoc est quod dixerat Christus, vt veniat super vos omnis sanguis. (Exuerunt eum purpura.) Ad maiorem confusionem, vt scilicet vel ex veste cognosceretur, absconditus enim iam erat vultus eius, non habens speciem neque decorem. (Exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus.) O miserabilis exitus, educitur vt præuaricator, qui solus sine peccato erat, educitur vt magnus latro, blasphemus, & magnopere irridetur. Impletum est illud, aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. Nã qui antea magnifice exceptus fuerat, nunc sub onerosa Cruce affligitur: tunc constipatus erat discipulis, modo latronibus: tunc frondibus & vestimentis ornatæ erant vię, nunc perlutulenta & saxosa loca festinare compellitur: tunc etiã pueri in laudes ora resoluebant, hodie impletur iniurijs & contumelijs. Amarus quidem calix Christo erat, ex ea vrbe excedere, quam tanti fecerat, vt eã diuitijs, potentia, regno, & religione, cælo prope æquasset. Sed tamen in hoc exitu significatum est, quomodo eam esset derelicturus. Exeuntes autem inuenerunt quendam. (Disce hic Deũ fidelem esse, qui non sinat nos tẽtari vltra quam possumus, atq; hoc consilio Simon ille obuiam Christo crucem portanti missus est. (Coegerunt vt tolleret Crucem. Non vt Christum beneuolentię gratia aliquãtũ refocillarent, sed vt maioribus supplicijs post secuturis, ipsum reseruarent. Nam quos mundus refocillat & gaudio

Marginal notes: *Esth. 7.* (beside "mentum ad vastandos viros"); *1. Cor. 2.* (beside "in patibulo quod Mardochæo"); *Mat. 23.* (beside "hoc est quod dixerat Christus"); *Psal. 68.* (beside "latro, blasphemus"); *Mat. 21.* (beside "magnifice exceptus fuerat"); *Panem nobis Deus opportune* (beside "hoc consilio Simon ille"). Section letters in the right margin: E, F, G, H.

A & gaudio implet, eos postea maiori dolore afficit, vt Israelitæ initio summo honore ab Ægyptijs excepti sunt, sed vide quanta afflictio & angustia secuta sit postea David à pascuis vocatus est ad aulam regiam, sed postea mortis periculo coactus in exilium fugit, adeo mundi huius beneuolētia in maleuolentiam desinit. (Nolite flere super me.) docet occasionem fletus non esse mala præsentia, quę momentanea sunt, sed futura quæ ęterna sunt, ideo subdit, (quoniam ecce venient dies.) Prædicit hæc de captiuitate Iudaica per Romanos, sicut & fecerat dum B supra ciuitatem fleret. (Si in viridi ligno.) hoc est si ego qui peccatum non feci, & lignum viride appellatus sum, tanta pro alienis peccatis sustineo, quid patientur impij pro suis? Gen. 47. Exo. 1. 1. Reg. 16. 1. Reg. 21. Luc. 19.

(Dederunt ei bibere myrrathum vinum cum felle mixtum.) O crudelem impietatem, quæ nil omnino consolationis & misericordię præstat afflictis! Laborauerat dominus per totam noctem, nunc autem cum haustis viribus & totus aridus eo loci venisset vbi mori volebat, vinum quod mærentibus & his qui amaro sunt animo, à fidelibus & pijs præstabatur, flagitiosi nebulones epotauerant, in cuius locum myrrhatum vinum Christo C supponunt, vt impleatur illud, dederunt escam meā fel. (Et crucifixerunt eum.) Sicut ex paradiso quatuor flumina profluunt irrigantia vniuersam terrā, sic è quatuor locis corporis sui fontes sanguinis sacri aperuit, vt abunde esset quo immundi se lauarent. Quid commisisti dulcissime Iesu, vt adeo crudeliter tractareris? Quę culpa tua, & causa mortis? quæ occasio tanti doloris? certe ego causa sum omniū dolorū. O ingratitudinē nullo non supplicio dignum! Siccine gratias agimus? annon nos à peccatis absterrere debet hæc domini crucifixio? Confixus quidē dominus Cruci, in altum substollitur, tanquam verus mediator D Dei & hominum. Respice igitur sancte pater de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & intuere hanc sacrosanctā hostiam, quam tibi offert hic magnus pontifex noster, sanctus puer tuus Iesus, pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudine malitię nostrę. Ecce vox sanguinis fratris nostri, clamat ad te de Cruce. Respice domine in faciem Christi tui, qui tibi vsque ad mortem obediens est: ne recedant ab oculis tuis cicatrices vulnerum eius, vt memineris quantam satisfactionem pro peccatis nostris ab eo receperis. Respice pater pijssime eum qui patitur, & reminiscere pro quo patitur: aspice Dei quidē ipsius & hominis pęnam, & releua hominis miseriam. Psal. 68. Simile. Gen. 2. 1. Tim. 2. Gen. 4. Psal. 83. Phil. 2.

Sed & tu

Sed & tu miser peccator vide hostiam qua redemptus es, sangui nem quo ablutus es, penam qua pro peccatis tuis satisfactum est, vincula quibus absolutus es. Vide manus quæ soluerũt ma la opera quæ tu fecisti: vide pedes, qui quod tui pedes deliquerunt, abstulerunt. Intuere Christum crucifixum: nusquam enim amabilior eius conspectus est: manus habet apertas adlargiẽdũ, E
*Isa. 65.* pedes affixos ad manendum, brachia extensa ad suscipiendum, caput inclinatum ad osculandum, caue igitur ne tibi exprobretur illud, tota die expandi manus ad populum non credentem: tũ etiã extẽdi manus meas, & non erat qui respiceret. Vide homo quid pro te patior: ad te clamo qui pro te morior: vide pœnas quibus conficior. (Et crucifixerunt cum eo duos latrones) Cõ grue autem Christus inter latrones crucifigitur, quia pro latronibus patitur. Verum sicut hic latronum alter damnatur, sic nõ omnes saluantur qui crucem ferunt. Vide igitur vt tua crux cedat tibi ad salutem, quod fit dum in Christum credis: eique fide & charitate adhæres (Vah qui destruis templum Dei. Quem iã alapis & sputis contingere non valent, conuitijs incessunt (Liberet eum si vult.) Quasi dicant, iam videtis omnes populi quã seductor sit: qui enim seipsum non potest saluare, quomodo li F
*Deu. 21.* berabit vos? nobis credite, non penderet in ligno nisi esset ma- G
*Gal. 3.* ledictus à Deo, nam maledictus omnis qui pendet in ligno. Sic igitur se putant omnia miracula eius in nihilũ redegisse. (Pater remitte illis, quia nesciunt quid faciunt.) Certus quidẽ sum hoc meo holocaustomate ante conspectum tuum, nil sanctius, nilq; felicius ascendisse vnquam. Proinde pater conscius ego miseri-
*Heb. 5.* cordiarum tuarum, inter illa ipsa sacrificia cum lachrymis & clamore valido occurro, in fide nihil hæsitans postulo, ignosce populo tuo, dele hoc sanguine meo iniquitatem populi tui. Quid enim iam restat pater, cum tam abunde satisfacio, nisi vt iram ponas, & dimittas illis, atque gratiarum fluenta effundas? Te vt pa H
*Gen. 4.* trem, non vt iudicem inuoco, vt dimittas oro, non vindices: nec enim vindictam de terra, vt sanguis ille Abelis, ita & sanguis meus clamat, nisi forte quis suę ipsius saluti consulere noluerit.
*Leui. 4.* (Nesciunt quid faciunt) Nũquid gentem ignorantem perdes? Adimplerunt quod in Leuitico mandasti, si omnis Israel per ignorantiam peccauerit, offerat pro peccato vitulũ. Ecce me obtulerunt tam in vitulis, quam in alijs sacrificijs signatum. Vides
*Isa. 53.* quam vere dictum sit, & pro transgressoribus orauit? (Domine memento mei.) Qui cum tanta fide ad te curro, me mouet compassio, & inaudita patientia tua in tantis malis, maxime autem

quod

A quod etiam nunc pro eis oras. Non humana sunt hæc, sed super naturalia, & diuina, igitur memento mei. Non audeo maiora petere, peccator sum, indignus sum omni gratia, tantũ memento mei: me vel cum catellis participem fac de micis. Nec in hac vita quidquam temporale peto, sed dũ veneris in regnũ tuum, illic memento mei. Circa hanc latronis orationem primo considera inscrutabilia iudicia Dei: confitetur latro dum Apostoli diffidebant. disce igitur hic, ne quẽquam quantumcunque malus fuerit, iudices: potest enim Deus in momẽto illum conuertere. Secundo considera hic pulchram latronis illius mentem & fidem: nil habebat nisi cor & linguam liberam, & hæc duo Christo obtulit, vt corde crederet & ore confiteretur. (Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.) Quasi dicat, quamuis tu modicum quid petere videaris, nempe vt tui meminerim: ego tamẽ te amplissimis afficiam prẹmijs. Quid enim fide tua admirabilius? Quid sanctius? à cunctis obliuioni datus sum: qui iuxta me erant, à longe stant, noti nõn cognoscunt, amici facti sunt inimici, discipuli fugiunt, Petrus me negauit, Iudas vendidit, alij palantes quasi oues sine pastore dispersi sunt: tu vero latro ex ferarum latibulis, ex nemorum spelũcis aduenis, & magno affectu occurris, amicis fidelior, & discipulis constantior, credis, speras, adoras, ingratos confundis, blasphemos corripis, condemnato innocentiæ testimonium fers, & qua sola potes, pro me lingua pugnas; vides me vt scelestum malefactorem, agnoscis tamen vt sanctissimum redemptorem. Vides consortem in pœnis, inuocas vt dominantem in cælis. Vere nec sanguis nec caro reuelauit tibi, sed pater qui in cælis est. Credidit Abraham, sed loquẽti ẽ cælo: credidit Moyses, sed de medio ignis loquẽti. Credidit Isa. sed super Thronũ excelsum sedenti: credis & tu, sed in Cruce ignominiosa pendenti, nõ secus acsi miraculis clarescerem, virtutumque operibus magnificarer. Tantam fidem in Israel non inueni: sanctæ igitur fidei fructum nolo diu expectes. Age fiat tibi secundum fidem tuam, hodie mecum eris in paradiso, hodie salus tuæ domui facta est. (Stabat autem iuxta Crucem Iesu mater eius.) Stabat mente, à fidei enim integritate, charitatis perfectione, virtutum culmine, nec aliquando cecidit, nec descendit, non fugit, non deseruit, sed parata mori cum filio imperterrita & immobilis stetit: stetit & morum honestate, quamuis enim tanta amaritudine repleta esset, nil tamen indisciplinatum legitur fecisse.

*Mat. 15.* — *Iudicia Dei inscrutabilia.* — B — *Roma 10.* — *Respondet Christus latroni.* — C — *Mat. 8.* — D — *Fides virginis quã excelsa esset.*

*Iuxta Crusem.* Quid tibi & Cruci virgo sancta? quæ participa-

tio despectionis loco, & Dei templo? Quæ conuentio aereæ E
maledictionis, & armarij benedictionis? Tu bona genitrix permanes, tu stanti in Cruce, stando iuxta crucem miserandam exhibes societatem, patiens ibi inuisibiliter in corde, quidquid ille visibiliter patiebatur in corpore. stabat tanquam mater circa lectum filij morientis, videbat eum ligatum, & soluere nō potuit: saniem in faciem fluere, & abstergere non potuit. Videt caput inclinatum quod sustentare nō potuit. (Mulier ecce filius tuus. O quam commutationem! Ioannes ei pro Iesu traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi, pro filio F
Dei: quātis putas doloribus hoc verbum cor matris cumulauit? interim tamē fide persistit immobilis. (Deinde dicit discipulo ecce mater tua.) Docemur autem hoc verbo curam solicitam & honorem impendere parentibus, compati afflictis & consolari mæstos. Vides me morti propinquum, vides matrem desolatam, vides aduersarios multos, eam igitur tibi commendo, & tuam facio: ecce ergo quæ mea, iam tua mater est. Tu igitur quod filium decet, eam serua, & dilige, eique ministra Si eam agnosces matrem, ego te agnoscam fratrem. (Et circa horam G
nonam.) Cum valde eius dolor augeretur, tribus enim horis iam pependerat in Cruce, sine aliquo refrigerio: totū enim corpus tribus vel quatuor clauis sustentabatur, nec igitur dolorē pedum nec manuum mitigare aliquo modo valebat. (Clamauit Iesus voce magna) Primo adinsinuādam in ipso naturæ humanæ veritatem, cui passio maximam infligebat pænam, secundo ad ostendendum suę passionis magnitudinē, quæ licet omnium pateret oculis, tamen multa fuerunt in eo interiora mæroris incrementa, & hæc per clamorem ostendit. *Eli, Eli.* Quasi dicat, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? Quasi diceret, tribulatio & angustia inuenerunt me, & per momenta singula do- H
lores mortis ingrauescūt, ac maximis doloribus afficior. Creaturæ mihi resistere videntur, nam vulgus conuiciatur, pontifices blasphemant, à latronibus contemnor, Apostoli abnegarunt, amici fugerunt, Sol lumen suum subtraxit, & tu Deus meus taces? non adiuuas & consolaris? Præterea mærores meos exagitat nominis tui offensa, materna angustia, discipulorum timor, pusillorum scandalum, crucifigentium error, denique sanctorum omnium qui fuerunt, sunt, vel futuri sunt, pro nomine meo susceptæ angustiæ. Quam maxime etiam scelus ingratitudinis illorum, qui post secula peccaturi sunt: iam igitur dicam, torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum: mala

*Fides immobilis in virgine.*

*Psal.* 113

*Expostulatio seu lamentatio Christi.*

A mala pro bonis retribuuntur. Quidam autem dixerunt, Eliam vocat iste D. Hie. putat Romanos fuisse milites, non intelligentes Hebræi sermonis proprietatem. Secundum alios vero Iudei erant, qui vulgo verba Christi deprauabant. *Sitio.* Quin & animum etiam inexplebilis quædam sitis angit: tuam enim salutem ô homo, magis quã aquam sitio: tuam redemptionẽ magis quam meam refocillationem desidero. Te sitio: nec gustare modo, sed totum intra viscera mea, haustu charitatis traijcere & sorbere cupio. Tu meam sitim restinguis homo: si famelicos meos cibaueris, sitientes potaueris, nudos amicies, vagos colliges ho-
B spitio, ægros & captiuos inuiseris, & redemeris, tũc meam sitim restingues: si ignorantibus lac eruditionis propinaueris, panem doctrinæ fregeris, impios corripueris, iniuriasque dimiseris. Hæc mea sitis, quę in membris meis dispersa, in me collecta est. (Pater in manus tuas commendo spiritum meum.) Quasi dicat, tibi pater optime, cui gratitudo omnis debetur, & ad cuius nutum omnia salua & tuta sunt. Tu Principium, finisque rerum, à te bona proficiscuntur, par est vt ad te redeant, eoque fidentius se tibi omnes commendent, quo nihil tibi gratius, nilque dul-
C cius, quam paterno osculo & summa clemẽtia redeuntes excipere creaturas. Tu filiorum sinus optatissimus, tu nauium tutissima statio, pax & securitas animarum. Exitum itaque vitæ meæ tibi commendo, vt qui tot tantaque mihi semper contulisti, meque semper exaudisti, hac hora mihi non desis. In manus enim maiestatis tuæ rerum omnium opifices & conseruatrices, commendo spiritum meum, cum tu singulariter in spe constitueris me. In pace in teipso dormiam & requiescam. Refloreat caro mea, & quẽ concidisti saccum, circundetur lætitia: accipe etiam animas in manus tuas, quas in manibus meis descripsi. Hæ meæ
D manubiæ sunt, spoliaque exhostis faucibus erepta. Hæc mea venatio, accipe & comede, vt benedicat mihi anima tua. Hęc mea erratica ouis, quam humeris meis reportaui: hic denarius quem inueni, gratulare & gaude mecum: has ego in manus tuas commendo, pro quibus trado spiritum meum: ex manibus tuis numquam excidant. Pater vnice, qui aperis manum tuam & imples omne animal benedictione, noli eas à sinu tuo dimittere, sed serua, & foue. Docemur hic quo dirigamus oculos instante mortis hora, nempe ad Deum: docemur etiam in hoc verbo perseuerare vsque in finem.

*Isa. 63.* *Psal. 34.* *D. Hic.* *Apo. 22.* *Ad Deũ tuto confugimus.* *Psal. 3.* *Psal. 4.* *Psal. 29.* *Gen. 27.* *Luc. 15.*

*Inclinato capite tradidit spiritum.* Sic summus sacerdos noster, sacrificium vespertinum cõsummauit quidẽ præclarissime.

Sic vita mundi mortua est, origo veri luminis extincta, sic fons E
*Moritur Christus.* omnis vitæ, in quo omnia viuunt, defecit, vt mortis obnoxios liberaret. Sic cælestia illa lumina oculorum suauissimorum obscurantur in morte. Sic pectus sacratissimum sapientiæ æternæ, & thesaurorum gratiæ, priuatur vita. Sic patri tali obedientia vsque ad mortem, pro nostra inobedientia satisfecit. Væ tibi *Obediuit Christus patri vsq; ad morte.* impia Synagoga, quæ omni fera crudelior, vitam deuorasti Iesu, qui tibi magister & sponsus à paterna charitate missus fuit. Sed & væ tibi cor ingratum, omnique lapide durius, quod ad tanti piaculi recordationem nõ scinderis: quam districte exquiritur sanguis ille innocens à te? Agamus igitur gratias amplissi- F
mas ei, qui per immensam charitatem suam, nos tam laboriose, tantisque cum afflictionibus redimere voluit.

## APPENDIX.

Si Dauid à mulieribus Israeliticis postulabat, vt lamentaren-
*2. Reg. 1* tur pro morte Saul & Ionathæ, quos vocat amabiles & decoros, quanto magis flere debemus Christi mortem, & matris suæ angustias, qui speciosissimi omnium sunt, & sicut in vita dile-
*2. Reg. 1* xerunt se, ita & in morte nõ sunt separati? si multitudo filiorum
*Num. 20.* Israel tantopere defleuit mortem Aaron quanto magis deflere G
debemus in morte summi sacerdotis Iesu Christi? Aaron moritur vt introducat populum in terram promissionis: & Christus vt introducamur in cælum: ille in quodã monte, hic in monte
*Thre. 3. Simile.* Caluariæ. Congrue quidem virgini in tanta angustia positæ, dici potest illud Thre. magna est velut mare contritio tua. Tantum enim excedit dolor tuus, quantum mare flumina omnia: & sicut in mari omnes aquæ plenæ sunt amaritudine, sic tu plena es vndique dolore.

*Dan. 13.* *Vbi erat hortus.* In horto quidem erat Susanna, cum iniqui illi senes ad eam accesserunt, & se lauabat: sic ad Christum H
comprehendendum accedunt iniqui Pharisæi, postquam se sudore sanguineo lauerat.

*Venit Iudas.* Qui vilissimo pretio Christum vendidit, adeo vt pretium non excesserit nouem argenteos nummos nostros.

*Ecce homo.* Quasi dicat, ecce agnus Dei, sicut indicauit
*Ioan. 1.* Ioannes. Sed vide obsecro quam ignominiosa semper fuerint Christo omnia media quæ perquisiuit Pilatus: nam misit eum ad Herodem, & ibi illusus est. Item proposuit eum cum Barraba, & potius elegerunt Barrabam. Præterea flagellauit eum, vt hac ratione indulgerent ei, tamen petunt vt crucifigatur.

Cæterum

A Cæterum considera etiam quam ignominiose præcederet præco cum Christus ad Crucem duceretur, publicans hunc esse virum blasphemum & seditiosum, qui seducebat turbas, & se filium Dei faciebat. Considera etiam quanta esset crudelitas tortorum, qui Christum nudum in Cruce affigerent, & vestibus suis spoliatum. Figura fuit Ioseph, quem spoliatum fratres in cisternam siccam demiserunt: sic enim Pharisæi Christum in Cruce arida relinquunt siti confectum, nec tamen ei calicem aquæ porrigũt & propinant.

B
## FERIA SEXTA IN PASSIONE DOMINI.

## CONCIO SECVNDA.

HOC *sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Phil. 2. Maximopere, quidem in hoc passionis mysterio ponderandus est amor ille ineffabilis Christi domini, quo motus, salutem nostram operatus est, adeo vt si grati esse volumus, debemus iugiter ipsum di- *amor Christi ineffabilis.*
C ligere semper, eique obedire. Hunc tantum amorem admirans regius vates dicebat, excelsus dominus, & humilia respicit. Itẽ *Psal. 112.* humilia respicit in cælo & in terra. Vide quomodo propter a- *& 137.* morem tam infimæ creaturæ, subierit dominus atrocia tormenta & afflictiones. Sane sicut olim viri opulentissimi statuã suam inconspicua domus parte collocabant, vt ex ea domini ædiũ no *Simile.* titia aliqua haberetur: ita Deus in paradiso hominem ad imaginem suam creatum constituere voluit: & sicut illi iniuriam statuæ suæ factam, pro sua accipiebant, ita etiam Deus iniuriam à dæmone inustã ipsi homini, quasi sibi factam accepit, eamq; vl-
D cisci volens, filium suum misit in mundum, qui per Crucẽ suam & passionem, hominem liberaret à dæmonis acerbissima seruitu *Gal. 4.* te atque tyrannide. Cæterum quamuis intolerabiles sustinuerit labores Christus, maior tamen fuit ineffabilis ille amor, quo ipsos patiebatur. Ita etiã solet Deus dare amorem maximum, vt patiantur serui sui labores qui alioqui viderentur intolerabiles. Sic videmus quod cum parentes tantos sustineãt labores in educatione liberorum suorum, propterea dedit eis Deus maximum *Simile.* quendam amorem vt hac ratione labores omnes faciles redderẽtur. Sic vel in ipsis auibus & feris videmus, quod pro defensione natorum, morti se libenter exponant. Quare Christus dominus quamuis merum calicem laborũ & afflictionum biberit, ni-

hilominus tamen propter eximium amorem quo nos cōplectebatur, videbātur adhuc illi tales labores leues. Vnde quod dixit consummatum est, aliqui cum interrogatione legunt Quasi diceret, nunquid restant adhuc plures labores, quos propter hominem sustineam? Quamuis ergo quotidie moreremur propter Christum, nunquam tamen vel minimam partem tanti amoris compensaremus. Vide enim quo tandē deuenisset miseria nostra vt cum Deus sex diebus omnia creasset, nihilominus tamen in reparando hominis lapsu, per 33. annos omnia reparare debuerit, vt intelligamus quam perniciosus esset lapsus, qui tanto remedio tāque ineffabili opus habuerit. Quid ergo respondebimus in iudicio, cum ratio à nobis exigetur huius tāti amoris? Certe tanto futura est pœna nostra maior, quanto negligentiores in huiusmodi beneficijs recolendis fuerimus. Venit ergo infelix Iudas ad principes & Pharisæos dicens, quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? satis cōstat quod furtiuam rem vendas miser, cum tam vili pretio eam tradas: non enim cōsideras hunc quem vendis eum esse, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Saltem ad agricolas venditurus eum debebas accedere, dicens quod eum ipsis venderes, qui solem suum oriri facit super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos. Item qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Vel ire poteras eum vēditurus medicis & chirurgis, dicēs te eum vēdere qui visum cæcis restitueret, surdis auditū, claudis gressum: qui paraliticos sanaret, & deniq; mortuos suscitaret. Vel poteras ad opifices accedere, dicens te eum vēdere velle, qui fecit Solem, Lunam, & stellas, cuius opera manuum suarum sunt cæli: & qui numerat multitudinem stellarū, & omnibus eis nomina vocat. Vel poteras ad nobiles & illustres accedere, dicens te velle eum vendere, qui esset de stirpe Dauid: & eum per quem reges regnant, item de quo dicitur, quod auferat spiritum principum. vel saltem vendere eum debebas alicui qui eum bene tractaret, non autē indigne, sicut isti Pharisęi & scribæ. Aut poteras eum matri suæ vendere, quæ quantocunque pretio ipsum tibi emisset, etsi vestes sibi omnes essent vendendæ.

*Ioan. 19. Mat. 26. Col. 2 Hiero. in decla. Mat. 5. Psal. 146. Iudas vili pretio vendit Christum. Psal. 101 Psal. 146. Mat. 1. Pro. 8. Psal. 75*

E F G H

Porro satis quidem intelligitur quanta esset Passio Christi, siquidem ex sola tormentorum memoria & recordatione sudorem emisit sanguineum Christus in horto. De multis martyribus quidem legimus, quod quamuis in maximis tormentis versarentur, & inferuenti dolio positi essent, nihilominus tamen sibi vide-

*Sudor sanguineus Christi.*

A ſibi videbatur quod in amæno aliquo loco verſarentur & con-
ſtituti eſſent: cur igitur dices tu, non tale quidpiam Chriſto
euenit? Ad quod dicendum eſt, quod martyres ipſi pura tormẽ-
ta, & ſine admixtione alicuius conſolationis non accipiebant,
at vero Chriſti domini pura fuerunt, & non permiſta aliqua
conſolatione, ex quo factum eſt etiam, vt tormenta omnia reli-
quorum martyrum, eius tormenta excederent & ſuperarent.
Adde quod Chriſtus pro peccatis non quidẽ proprijs, ſed alio-
rum omnium patiebatur, ac propterea tantopere tormenta ipſe
B perſenſit, nam martyres plerique etiam pro proprijs patie-
bantur, quanto minus pro alienis? at vero Chriſtus labores
noſtros tulit, & peccata noſtra ipſe portauit, atque lauit nos in
ſanguine ſuo, & propterea purum paſsionis calicem ebibit.
Attulerat autem ſecum tres diſcipulos ad orandum in horto, vt
ipſis more hominũ & eorum colloquio & ſocietate, aliquo pa-
cto conſolaretur, ſed tamen ipſi non poterant vigilare vel vni-
ca tantum hora. Vnde poterat Chriſtus dicere, conſolantem me
quæſiui, & non inueni. Voluit per omnia fratribus aſsimilari,
vt miſericors fieret. Magna igitur fuit Chriſti afflictio, vt eos
C quos exiſtimabat ſibi fore ſolatio videret tamẽ dormiẽtes. Sicut
etiam in Cruce ſolam matrem vidit, & diſcipulum vnũ, cum re-
liqui fugiſſent. Hic etiam ſolummodo à diſcipulis auulſus erat
quantum iactus eſt lapidis, vt poſſet eorum conſpectu conſola-
ri, cum antea id non perinde ſolitus eſſet facere, ſed potius ad
intima deſerti ſemigrare. Orat igitur Chriſtus patrem, vt intel-
ligamus humana ſolatia parui quidem eſſe ponderis, & propte-
rea ad cæleſtia confugiendum eſſe: procidit autem in faciem, vt
intelligamus quanta cum humilitate fieri debeat oratio noſtra:
item perſeuerat in oratione, vt nos doceat orare, & non deſi-
ſtere, ſed potius orando perſeuerare: orat etiam patrem, vt nos
D doceat quanta cum fiducia orare debeamus, ſiquidem paternus
amor facile nobis concedet quæ vtiliora nobis fuerint: remittit
etiam omnia voluntati patris, vt nos pariter idipſum faciamus
in orationibus noſtris. Vnde Iaco. ait, qui enim nõ credit, non
æſtimat ſe aliquid accepturum. Cõformat etiam ſuam volunta-
tem voluntati patris, quia quamuis multi eſſent modi redimẽdi
humanum genus, nullus tamen modus erat conuenientior iſto.
*Simon dormis?* Tu in quam qui tantã conſtantiã præteferebas?
vt inde diſcamus quanta ſit fragilitas noſtra, niſi ſemper diuina
nobis adſit protectio. Vocat eum Simonem, & non Petrũ, quia
inconſtantia iſta non videbatur nomen Petri mereri.

*Cur Chriſtus tantũ ſentiret tormenta.*
*Iſa. 53.*
*Luc. 6.*
*Oratio portus afflictorum.*
*Iaco. 1.*
*Nil boni ſine Deo preſtare valemus*

*Vna hora.* Quasi dicat, inde intelligas quam mendaces sint filij E
Psal 61. hominum instateris. In quo nostra se cordia reprehēditur, qui
*negligētes sumus in salute animæ.* in virtute tam tepidi simus. Redit autem rursus ad orandum, vt intelligamus quod postquam docuit concionator populum, debeat adorationem redire, nam primo orauit vt fructum aliquem animarum reportaret, postea orat concionator vt perseuerent auditores in ea doctrina sancta quam audierunt. Et quamuis leue quiddam videretur quod dormirent discipuli, nihilominus tamen inde in alia maiora deuenire debebant: sic ergo nos non debemus quæ leuia etiam sunt mala patrare, ne inde ad grauiora labamur. Porro si tantopere tormenta ipsa futura, coangustabant Christū, quid quæso sentire debet impius, qui paulo post F
*Comprehēditur Christus.* in æterna supplicia & tormenta præcipitandus est? Quantam in hora mortis sentiet angustiam & agoniam? Cæterū accessit postmodum proditor Iudas cum armatorum cohorte, & osculatur Iesum. Dic quæso miserabilis homo, qui conquereris tātopere tibi graues fieri iniurias: quænam obsecro grauiores esse possunt iniuriæ tuæ, his iniurijs Christo inflictis etiam à discipulo suo? quem in senatum Apostolicum cooptauerat, quem dispensatorem suum fecerat, & cuius pedes lauerat, ac tandem cui pre G
tiosissimum corpus & sanguinem tradiderat? Et tamen benigno eum vultu excepit, & osculatus est eum atque amicum appellauit. Tu vero vel si leui aliqua contumelia fueris ab aliquo af-
*Simile.* fectus, statim ex postulas, & magnas excitas tragædias, vellesq; aduersarium tuum statim mori & interire. Rursus hic diligēter considerare debes num vt Iudas proditor sis: siquidem illū proditorem appellamus, qui castrum aliquod sibi à rege cōmissum non custodit fideliter & vigilanter, sed potius illud hostibus & aduersariis prodit: sic ergo tu proditor es censendus, qui animæ castrum tibi à summo rege traditum, non custodis diligenter, H
sed potius permittis vt sua ibidem vexilla hostes erigāt & extollant, qui tamen diuinitus multa habes auxilia & adiumenta, quibus te possis defendere: sed tamen per consensum mortalis culpæ te statim hosti tradis: & quamuis tibi videatur corpus bellissime valere, anima tamen ipsa misere perit, sicut gladius illæsa remanente vagina, à fulmine comburitur?
*Simile.*

*Quem quæritis?* Vide quam cæci essent Iudęi qui ipsum non cognoscerent. Sic Saulus interrogabat, quis es domine? Quid ergo sustinebunt miserabiles impij in iudicio, si hic vnica tan-
*Act. 9.* tum Christi voce tantopere absterrentur.

Satis quidem impij isti intelligere potuerūt quod voluntarie

Christus

A Christus pateretur, quandoquidem vel vnica tantum eius voce se tantopere prostratos videbant, vt inde intelligamus quam parum resistere valeat Deo humana potentia. Qui ergo iudicandus id pręstat, quid putas facturum esse cum iudex omnium adueniet? *Sinite hos abire.* Mirabile etiam illud est, quomodo tot homines armati non ediderint stragem magnam in discipulis, atque eos ad internecionem perduxerint, & præsertim cum Petrus ipse auriculam Malcho amputasset. Veruntamen verbum *Verus amic' Christus.*
B Christi tantas habebat vires, vt eius potentia penitus comprimerentur & frænarentur. *Amice ad quid venisti?* Quasi dicat, hactenus amici quidem fuimus, neque mea quidem causa dissuta est amicitia. *Ad quid venisti.* Quis te decepit? quomodo ad tantam deuenisti miseriam? *Calicem quem dedit mihi pater.* ô Petre tu videris respicere ad iniurias quæ mihi infliguntur, potius quam ad patris mei voluntatem. hanc ergo considerationem exēplo Christi nos inire debemus, cum aliquis nos contumelijs aut iniurijs affecerit. Porro considera quam inuerecundus & effrons fuerit Iudas, qui etiam ante discipulorum conspectum, non veritus
C fuerit tanquā proditor accedere ad magistrum suum, & eū sub *Hie. 3.* pacis osculo prodere Iudæis. Videas etiam aliquos hoc tempore adeo procaces & effrontes in peccando qui non verentur *Isa. 48.* etiam publice peccata sua & facinora patrare. Vnde Hie ait, frōs meretricis facta est tibi Item ceruix tua ferrea, & frons ęrea. *Abierunt retrorsum.* Qui tamen armati erant, vt inde intelligas quā parum possit summa potentia: eadem etiam facilitate præstare poterat vt terra eos absorberet. Vnde psal. reges monet dicens, *Psal. 2.* & nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Quamuis enim potentissimum exercitum attulissent, nihil tamen præstitissent, nisi ipse voluntarie se obtulisset *Ego sum.* Hoc quidē
D verbum est malis maximo terrori, vt constat ex hoc loco, & tamen bonis est maximę consolationi. Siquidem cum Apostoli es- *Mat. 14.* sent foribus clausis propter metum Iudæorum, accessit Iesus, *Luc. 24.* & ait illis, ego sum, nolite timere. Mali ergo audient illud Zachariæ in iudicio, ego sum in quem pupugistis. Vide etiam quā- *Zacha. 12* topere examinati fuerint fratres Ioseph quem vendiderūt in Ae- *Gen. 45.* gyptū. Tū etiam in eo quod dicitur, abierunt retrorsum, significatur ꝙ mali quidē, in deteriora semper tendunt. Item considera etiam quantus esse deberet horum armatorum terror, vt nemo pro Christo responderet, ex tam multis quos curauerat: siquidem ipsi etiam pharisæi populo suaserant, quod si ipsum impunitum dimitterent, eorum ciuitas prorsus corrueret. Quāto

autem cum impetu ducerent Iesum ad Annam primum satis ex eo videtur constare, quod dixerit Christus tanquam ad latronē existis. Tum etiam quia omnes discipuli relicto eo fugerunt. Cum autem à pontifice interrogaretur de doctrina & discipulis noluit tanquam prudens pictor de discipulis respondere, quos fugisse nouerat, sed pictorum more quę inhonesta erant, velauit & obtexit: vt inde discamus, vt defectus proximorum nostrorū non propalemus & publicemus, sed potius eorum famæ consulamus. Cum ergo de doctrina respondisset. E

*Ducitur Christus ad Annā*

*Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, sic respondes pontifici?* Quam tamen iniuriam patientissime sustinuit Christus vt nos erudiret quomodo iniurias patienter sustinere debeamus. Credibile etiam est quod illi diceret pontifex, quod multa miscuisset falsa & impia dogmata cū sua doctrina, & quasi venenum cum melle, vt populum deciperet, & propterea, si nunc vellet resipiscere, & à simili doctrina abstinere, facile pænitentiā aliqua sibi ab ipso imposita, liber euaderet. Cui tamen respondet Christus. F

*Iniurias diligenter sustineamus.*

*Simile.*

*Ego palā locutus sum mundo.* Quasi diceret, qui male & hæretice dogmatizant, solent per occulta loca & clanculum doctrinam suā prauam seminare, at vero ego palam locutus sum, & non in occulto: *Quid me interrogas?* Quasi diceret, num meæ responsioni assentiri vis? interroga auditores meos, & eos qui interuenerunt cum predicarem publice: & ante quam doctrinam meā condemnes, prius diligenter à fide dignis inquirito de ea: nolo tibi aliquos assignare à quibus de ipsa inquiras, sed tu ipse elige quos volueris. *Dedit alapam Iesu.* Vide quāta esset horū malitia, quāq. floccifacerent Christū dominū, vt etiam ante iudicis præsentiā nō vereātur Christū cædere & percutere. Nil tamen simile legimus in martyrio sanctorum, quod sine iudicis decreto auderet quis priuatus autoritate propria eos indigne tractare. Et tamen hic debacchantur isti pharisæi contra dominum, qui tamē scientiā legis habebāt, & Dei cognitionē. Sed tamen vide quā patienter tantā iniuriā tulerit Christus, qui vtiq. iuste cōqueri poterat de iudice, quod tantam crudelitatē ante præsentiam suā, tantamq. iniquitatem & iniustitiam sustineret, adeo vt potius videretur tribunal sathanę, quam alicuius iudicis Sed nihil horum dicit, quin potius mansuete respondens, ait, *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.* Vide quomodo hic reprimatur cupiditas nostra & appetitus vlciscendi nos, cum iniuria aliqua nobis infligitur, statim namq. cū quis nobis iniurius fuit, de vindi- G H

*Testes quales esse debeant.*

*Poterat Christus iuste conqueri de iniquissimo tribunali.*

A de vindicta cogitamus: item maledictum pro maledicto repẽsamus, & iniuriam iniuria repellimus, atq. contumeliã contumelia, imo vero interdum solemus grauiorem sumere vindictam quam fuerint iniurię quibus nos affecerunt Sed non ita segerit Christus, cũ tamen posset iuste conqueri: sicut etiam iuste Apost. cõquestus est quãdo ex decreto etiã iudicis ipsi alapã inflixerũt, ait enim, percutiat te Deus, paries de albate. Quamobrẽ patienter iniurias propter Deum toleremus exemplo Christi: si- *Acto. 23.*

B quidem ex impatiẽtia nostra fructũ nullum reportamus: ex patiẽtia vero maximã consequimur vtilitatem, & maxime Deo placemus: si autẽ impatiẽtes simus, solet statim dęmõ, nobis vindictã suggerere, atq. hoc pacto vnde dulcissimũ mel reportare debemus, inde potius venenũ suggimus. Quare in ipsis iniurijs quæ nobis infliguntur, cõsideremus diligẽter, quod peccata nostra in causa fuerunt vt Christo tã ignominiosa incuteretur alapa: qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Videtur quidem huic pontificis ministro, qui alapam Christo impegit, quod hoc pacto rationes omnes quas reddebat Chri-

*Iniurias quibus cõsi erationẽ bus sustinemus.*

C stus suæ doctrinę: solueret & dilueret, cum videret se & suum pontificem talibus rationibus conuictum.

*Vnde ait, sic respondes pontifici?* Quasi diceret, paulo quidem vrbanius ante dominum meum, loqui debebas, ac pręsertim cum ipse doctrinam tuam tanquam falsam & erroneam reprehendat oportebat igitur, vt te eius censuræ submitteres, atque in posterum quid ipse tibi circa doctrinam tuã præscriberet, diligẽter attenderes. cum ergo videret Christus plurimum interesse suorum auditorum, & eorum qui conuersi fuerant, & crediderant in eum, vt pro doctrina responderet, idcirco respondit dicens: *Si male loquutus sum testimonium perhibe de malo.* In quo nos

*Adulatorum conditio.*

D quidem instruere voluit, quomodo intrepide & constanter sanam & catholicam doctrinam defendere debeamus. cęterum cum á Cæsare prohibiti quidem essent Iudæi, aliquem morte punire & plectere id circo ipsum ad Pilatũ equidẽ detulerunt tanto certe cum impetu & tumultu, vt vehementer id miraretur Pilatus non solum videlicet tantũ strepitũ & tumultũ, sed etiam tantam videns Christi patientiam & modestiam. Vnde ait, *Quam accusationem adfertis aduersus hominem hunc?* Quasi diceret, ego quidem talem strepitum & tumultũ in nullo alio reo ad me deducto, expertus quidem sum, & miror, quod Ecclesiastici pręsertim viri tum quidem sacerdotes, tum etiam Pharisæi, & qui tantam præferunt sanctimoniam,

*Ducitur ad pilatũ.*

tanta

tanta cum commotione, hunc ad me adducant: vidi potius sæpe vestri status homines reos potius defendentes, & pro eorum liberatione intercedentes: vos vero domum meam ingredi nō audetis, ne contaminemini, & tamen tanto cum tumultu reū hunc ad me adducitis, & clamatis magnis vocibus vt eum etiam inauditum crucifigam. Miror profecto vos præsertim id facere cum tam scrupulosæ conscientiæ apud omnes videri velitis, & quidē camelum deglutitis, & tamen culicem liquatis & fastiditis. Cum igitur perseuerarent in suis clamoribus, & vrgerent maxime Pilatum, ait ad Iesum, *Quid fecisti?* Quasi diceret num ciuitates aliquas succendisti, vel pestilentiam alicubi seminasti, aut segetes combussisti, vel naues submersisti, aut forte sicarius es & homicida, vt isti te tanta cum vehementia accusent, nempe gens tua & pontifices tui? Videns autem Pilatus nullam in eo esse mortis causam, remisit eum ad Herodem, vt eius amicitiam conciliaret cum antea inimici essent. Quis autem enarrare valeat, quanta cū ignominia milites illi & pharisæi, eum duxerint ad Herodē, quātoque cum tumultu, clamoribus, & ictibus, tum in ipso itinere tum etiam in ipso ascensu & descensu per scalas & palatia præsidum? Herodes autem viso Iesu gauisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri: interrogabat autem eum multis sermonibus, at ipse nil respondebat. Quod sane mirum valde fuit, vt Christus qui in alijs tribunalibus respondebat, hic tamen nil locutus fuerit. Veruntamen idcirco nō loquitur, quoniam sciebat quidem illa desideria omnia Herodis, esse propter curiositatem quandam, potius quam vt eius doctrina proficeret. Deinde etiam noluit Christus ante Herodē quicquam loqui, propterea quod eius vocem & præcursorem interfecerat, videlicet Ioannem Baptistam. Quasi diceret, cur ego, miserabilis Herodes, tibi quidquam loquar, qui dilectum meum Baptistā, qui vox mea erat, interemisti? Indignus plane es vt tibi ego aliquid dicam, cum vsq. adeo crudelis fueris, & feras omnes immanitate superaueris. Vnde intelligas quantum sentiat Deus iniurias, cōtumelias & afflictiones, quæ seruis suis inferuntur. Porro Herodes tantopere indignatus est, quod ipsi verbū nullū loqueretur, & dedignaretur ante ipsum quidquā dicere, vt spreuerit eum cum exercitu suo, & illuserit ei, atque indutum veste alba remiserit eum ad Pilatum. Merito autem in tam peruerso tribunali Christus loqui noluit, vbi nulla erat iudicij forma, nullum ius, nullum fas: deprauatus erat iudex, depra-

uati atsi-

*Mat. 23.* | *Pilatus remittit eum ad Herodem.* | *Luc. 23.* | *Duæ causæ silentij Christi ante Herodē* | *Plurimū sensit Christus mortē Baptistæ.*

E | F | G | H

A uati assistentes,deprauati milites,corrupta omnia recta atq.collapsa perierant:iniustitia pro ipsa iustitia,& iniquitas pro ęquitate præerat & dominabatur. Quorsum cælestem doctrinam ibi Christus sparsisset,vnde sciebat fructum esse nullum reportaturum?sed tamen insanus Herodes cum in sano exercitu,ipsum derisit atque ludibrio habuit Etenim quales principes, tales esse solent ciues. Hic facile cōsiderare possumus quãtis opprobrijs à multitudine ipsa & vulgo afficeretur Christus, cum viderent ipsum tantopere ab Herode despici & irrideri:alius enim ipsũ impellebat,alius contra reprimebat,alius expuebat,alius deniq. B indignissime tractabat. Atque hoc quidem pacto,rursus reducitur Christus ad Pilatum,quem cum vidit cum tali veste, intellexit quod neque Herodes in eo causam aliquam mortis inuenisset. Atque ita volebat etiam ipse Pilatus eum dimittere liberũ, sed tamen tantopere scribæ ipsi & pharisæi clamabant,vt alium inuenerit modum ipsum dimittendi,nam cum esset illis consuetudo dimittendi in pascha vinctum vnum,proposuit ipsis num vellent à se dimitti Barrabam,an vero Iesum,existimans videlicet,quod potius vellent Christum dimitti,quam Barrabam,qui C facinorosus erat & latro atque homicida,& seditiosus. Verum tamen maleuoli & inuidiscribæ,persuaserunt plebi,vt potius sibi dimitti peteret Barrabam,quam Iesum,& vt clamaret Iesum Crucifigendum. Considera igitur homo, quantam ignominiã & iniuriam passus sit Christus propter scelera tua, vt scilicet sibi præferretur agno videlicet mansuetissimo & benignissimo, vir omnium fortasse qui tunc essent in mundo,flagitiosissimus. Vnde dicunt,non hunc sed Barrabam. Et Pilatus ait, Quid ergo faciam de Iesu?ipsi vero responderunt,vt crucifigeretur. Et Pilatus rursus ait,regem vestrum crucifigam?Qui dixerunt, nõ D habemus regem nisi Cæsarem. Vide obsecro quanta laborarent inuidia & malitia,vt cum Romanos & Cæsarem ipsum odio haberent,adeo vt seditiones multas contra eum quotidie excogitarent,nihilominus tamen Christum maiori prosequuntur odio: quãuis Romanos pati non possent,& sępe contra eos rebellarent,adeo vt Romani multos milites posuissent in eorum custodia,sicut legimus de quodam tribuno qui Paulum stipari fecit ne à Iudæis interficeretur,ducentis militibus,& septuaginta equitibus,& ducentis lancearijs. Sed tamen malunt Cæsarem in regem qui bona ipsis auferebat,quam Iesum qui vitam ipsis dabat. Atque idcirco meritas pœnas & supplicia à Cæsare luerunt,in deuastatione ipsius Hierusalem,qui dicebant. *No habemus re*

*subditi facile superiorũ suorum mores imitantur*

*Reducitur Iesus ad Pilatum.*

*Quales sint electiones mundi*

*Acto. 23.*

*mus regem nisi Cæsarem.* Quasi dicerent, nolumus esse rebelles re E
gi nostro: tu quidem Pilate, optime nosti quam obedientes ti
bi simus, et quam liberaliter tributum pendamus.

*Flagellatur Christ⁹* Cæterum videns Pilatus quod nequaquã placarentur eorum crudeles animi, sed potius magis desæuirent, decreuit aliud in ire medium, crudelissimum illud quidem, vt saltem hoc pacto ipsum liberum dimitteret: nam flagellari eum iussit: quod supplicium adeo abiectum existimabatur, vt Romani legem sanxissent, ne aliquis ciuis Romanus verberibus cæderetur. Vnde Paulus cum iam loris astrictus esset, vt verberaretur, interrogauit, si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare? atq. tunc discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Aliquando etiam postquam Paulum & Sylam in carcerem coniecissent cæsos verberibus, iniqui magistratus, & postea libere abire permitterent, Dixit Paulus. Cæsos nos publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc oculte nos eijciunt; non ita sed veniant, & ipsi nos eijciant, nuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc, timueruntque audito quod Romani essent & veniẽtes deprecati sunt eos, & educẽtes rogabãt vt egrederentur de vrbe. Vt inde intelligas quam ignominiosum esset verberibus cędi. Sed tamen cum optime nosset Christus multos martyres propter nomen suum fore cædendos, vt hac ratione ad verbera patientissime sustinenda animarentur, voluit ipse prior verbera sustinere. Cum autem metuerent Iudæi, ne forte Pilatus postquam eum flagellasset, liberum abire permitteret, pecuniam dederunt quatuor tortoribus qui ad eũ verberandum electi fuerant, vt eum verberibus interimerent, nec viuus inde euaderet: quod autem quatuor isti essent, inde cõstare videtur, quoniam in diuisione vestium fecerunt quatuor partes, vt ait Ioannes. Hi ergo crudelissimi carnifices, eum columnæ quę erat in domo Pilati, ligarunt, & cæperunt vires suas experiri in sacratissimo corpore: cumque duo defessi erant, rursus alij duo inualescebant, vt tandem propter pecuniæ lucrum ipsi vitam adimerent, quod & fecissent, nisi Deus aliam præscripsisset mortem, exaltandus enim erat in cruce, Considera quomodo postquam defessi sunt ipsum flagellando, ipsi tortores dormierunt, & interim Iesus ibi ligatus maneret, & nudus in frigidissima nocte, qui erat etiam maximus cruciatus. Annon etiam maxima illa crudelitas, quod cum vnus dumtaxat tortor sufficeret ad plures etiam homines cruciandos, nihilominus tamen immanissimi isti & belluis sæuiores, quatuor adhibuissent tortores, qui

Margin notes: *Acto. 22.* — *Non verberabãtur ciues Romani.* — F (right margin, beside "interrogauit") — G (right margin, beside "ignominio-") — *Ioan. 19.* — H (right margin, beside "columnæ") — *crudelissime flagellatus est Christus.*

A res, qui Christum indignissime tractarent?

*Milites autem.* Postquam flagellatus est Iesus, ei coronam de spinis imposuerunt milites, & purpura induerunt, atque harundinem in manu posuerunt, & velabant eũ, genuq. flectentes ante eum dicebãt, aue rex Iudæorum, item prophetiza quis est qui te percussit? & expuebant in eum atq. percutientes illudebant ei Quisquæso vnquam tantam vidit, aut audiuit crudelitatem? Nã si videmus aliquando reis in supplicium aliqua imponi ignominiosa signa, non tamen illa corpus lædunt: hi vero crudeles & B immanes, & ignominiam inurebant, & corpus sacratissimum miserabiliter diuexabant & cruentabant. Cæterum quę isti per iocum & ludibrium faciebant, alta tamen mysteria designabant: nam in harundineo sceptro significatur, quam sit suaue & leue iugum domini & regnum eius. Item in corona spinea significabatur firmitas & perpetuitas regni eius. Vnde angelus dixit ad Mariam, quod regnaret in domo Iacob in æternum, & regni eius non esset finis. At vero propter vestram crudelitatem ô Iudęi, sempiterna vos tormenta in inferno sentietis, & à tortoribus illis & ministris tartareis in perpetuũ laniabimini Sed quã C triste obsecro erat spectaculum, videre speciosum forma præ filijs hominum, & eum in quem desiderant angeli prospicere, candidum illum & rubicundum, atque electum ex millibus, adeo deformatum, vt vix agnosceres? Vnde Isa ait. Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus. Quid obsecro dicerent tres illi Apostoli, qui paulo ante eum viderant in monte Thabor cum tanta gloria? ô nos infelices, qui cũ tã diligẽtes simus in alijs considerationibus, vt militaribus, vel literarijs, vel mechanicis, nõ tamen vel exiguum etiã tẽpus tradamus vtilissimę huic considerationi mortis & passionis Christi! o si D ex nimia cura rerum temporalium aliquid subtraheremus, & illud huic singulari meditationi applicaremus! consideremus ergo fratres tantum Dei amorem pro nobis patientis, consideremus tantam maiestatem, se ad tantam humilitatem pro nobis demisisse, vt tot tantaque sustineret tormenta, tantasque ignominias & opprobria. cumq. nobis ignominias aliquas & afflictiones viderimus infligi, recordemur tantorum tormentorũ quæ pro nobis passus est Iesus De quodã enim Dei seruo legimus, quod cum aliquis ipsum iniuria aliqua vel contumelia afficeret statim ad ipsum accederet, gratias agens pro tanto beneficio dicebatque hanc esse viam tendendi ad cælum, nempe per labores & afflictiones. Quis ergo erit tam ferreus qui videns ducem suũ

tantas

*Coronatur spinis Christus.*

*Regnum Christi suaue & sempiternum.*

*Luc. 2.*
*Psal. 42.*
*1. Pe. 1.*
*Can. 5.*
*Isa. 53.*
*Mat. 17.*

*Exemp. iniurias patienter feramus.*

tantas sustinere iniurias non commoueatur ad similia propter E
Heb. 12 eum toleranda? Non enim est ignominiosum, sed potius glorio sum seruo, vt patiatur quę dominus eius passus est Vnde Apos. ait, aspicientes igitur in autorem fidei & consumatorem Iesum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, nam & ipse proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione con tempta. Porro videns Iudas quod Iesus esset iam morti adiudicatus, *Laqueo se suspendit*. Hoc est enim supplicium quod merẽtur auari, vt scilicet neq. in cælo, neque in terra sint, sed in aere suspensi, propterea quod neque ex terrenis sciunt honeste viue F re, neque ex diuitijs sibi sedem in cælo parant. Videns vero Pilatus quod ipsi Iudęi magis instarent & clamarent vt crucifige-

*Quãta sit malorũ iudicũ peruersitas.* retur, nec tantis verberibus & plagis placarentur, & præterea quomodo ei metum Cæsaris ante oculos proponerent, nisi iustitiam faceret ad libitum ipsorum, pollicerenturq. ei nihil propterea mali ipsi fore euenturum, quamuis iniuste etiam ipsum cõdẽnaret, condescendit petitioni ipsorum, atque ne videretur ipse particeps esse mortis, & culpam aliquam habere, decreuit pu-
Mat. 27. blice manus suas lauare, & dicere. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis*. Quasi dicat, non inuenio quidem causam G mortis in homine isto, sed tantopere tumultu vestro & comminationibus commoueor, vt decreuerim petitioni vestræ cõdescendere. ô iniquum iudicem, qui præ timore à rectitudine iustitiæ deflectit animum, & apertissimam atque sacrilegam committit iniquitatem! Non debet vnquam iudex propter vulgi clamorem insontem condemnare. Sed si se impotentem sentit, dimittat potius magistratum. Cum ergo audirent scribę & pharisæi quod suam conscientiam in conscientia eorum deponeret Pilatus, dixerunt, sanguis eius super nos, & super filios nostros, quasi dicerent, hoc quidem onus quovis te exonerare, libenter susti H nebimus, nec vero solum super humeros nostros illud imponemus, sed etiam filiorum nostrorum, vt intelligas, quam minimũ

Mat. 27. sit in ea re periculum. Tunc ergo hoc audiens Pilatus, volens ip-
*Prauę Iudeorum cõscientia.* sis gratificari, tradidit eum voluntati eorum, vt ipsimet sententiam executioni mandarent vt vellent. ô perditissimum & insa-
Luc. 23. num iudicem, qui quod tam pauperem suis oculis videret Iesũ, idcirco existimauit sibi à nemine vnquam eius sanguinem requirẽdum. Quasi vero tales non habeant Deum vindicem suũ?
Rom. 12. ait enim, mihi vindictam, & ego retribuam. Itaque postquam à Pilato id impetrarunt Iudæi, Crucem grauissimam & ponderosam supra Iesum imposuerunt, vt eam vsq. ad Caluariã montẽ

deferret

A deferret:& nos Crucem nostram exiguã vix tolerare parũper volumus,ad quam etiam tolerandam nos Christus maxime iuuat ô magnã secordiam nostrã,qui Christũ videamus tanta cũ afflictione pro nobis laborantem & tamẽ nos velimus in delicijs & inerti otio viuere atq; languere. Cum tamẽ Christus passus sit,nobis relinquens exẽplũ,vt sequamur vestigia eius: scimus etiã quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ Dei. Vidẽtes ergo deuotæ mulieres tantam Christi afflictionẽ,maximopere ei cõpatiebantur. Sic etiã nos debemus cõpati afflictis & in tribulatione positis: sic enim Abdemelech Hiere. cõpassus est:& Abraham ipsius Loth, & rex Darius Danielis in lacu leonũ positi. Discipuli vero ipsius Chananææ. Interim ergo benignissimus dominus hæc omnia tormenta patienter sustinebat,& in silentio se continebat,quod si miraris, cur tanto pere taceret,qui magister omnium constitutus erat? respondeo ipsum satis loqui tacendo,& ineffabili patientia sua. Sic enim solemus dicere cum nobis narantur rixę aliquorum, & dicitur nobis quod aliquis patienter taceret,præclare quidẽ fecisse ipsum,& satis suo silentio locutum fuisse,& operatum. Vnde Isa. ait,ego autem non contradico,retrorsum nõ abij:corpus meũ dedi percutientibus. dixit autem Christus.

1. Pet 2. Acto. 9.

B

Hie. 38. Gen. 14. Dani. 16. Mat. 15.

Isa 53.

C Isa. 50.

*Si in viridi ligno hoc fit, in arido quid fiet?* Quasi diceret si ego quidem qui sine peccato sum, tantas sustineo afflictiones, quid misero peccatore fiet? Si tempus venit iam vt incipiat iudicium à domo domini,quid fiet in domibus peccatorum? Porro dices tu, cum Christus moriturus quidem esset pro genere humano redimendo,an non præstare videbatur, vt honorificam aliquam mortem pateretur,& non quidem mortem ignominiosam? Ad quod dico, voluisse Christum exemplo suo tam crudelissimę mortis,animare cæteros martyres, qui ignominias varias & tormenta ignominiosa toleraturi erant. Tum etiam voluit mundi superbiam deprimere atque prostrare,cum videret mundanos suis quidem honoribus nimium inhiantes, atque idcirco meruit à patre maximopere exaltari. Vnde Pau. postquam dixisset,quod Christus proposito sibi gaudio, sustinuit Crucem confusione contempta, docet quantopere exinde exaltatus fuerit,dicens quod in dextera Dei sedet. Item alibi ait,propter quod & Deus exaltauit illum,& donauit illi nomen quod est super omne nomen. Cum ergo ventum esset iam ad Caluariæ montem,Christum dominum supra Crucem extendunt,vt viderent in quibus locis terebrare possent ad clauos figendos

1. Pet. 4.

Quest. Resp.

D

Heb. 12.

Phil. 2.

gendos, & postea cum magnis ictibus crucifigunt, & in altum E
*Crucifigitur Christus.* extollunt multis clamoribus, cumque sacratissimum corpus solis clauis niteretur, & Crucem ipsam scriptũ in saxo quod effoderant constituerent, eam non sensim quidem & placide collocant, sed potius cum quadam totius corporis concussione in scrobem ipsam crucis pedem demittunt, atque ad eius latera duos latrones statuunt

Quid hoc bone Christe? Quã dissimilem habebas societatem in monte Thabor, inter Moysen & Eliam positus? illic audita fuit vox dicens, hic est filius meus dilectus: hic vero audiuntur voces dicentes, vah qui destruis templum Dei. Item Alios F saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Insuper in monte Thabor delicatissimi flores & amœna loca, hic vero Caluariæ mortuorum, & fetida cadauera Quamobrem hęc tam terribilia quæ pro nobis passus est Christus tormenta, saltem lachrymis prosequamur amoris & doloris peccatorum nostrorum, cum ipse pretiosissimum sanguinem pro nobis fuderit atque
*Thre. 5.* dicamus cum Hiere. defecit gaudium cordis nostri, vę nobis
*Isa. 53.* quia peccauimus. Item Isaias ait. Desiderauimus eum despectũ, virum dolorum: quo nomine alij non solent appellari in literis sacris: Abel quidem, Isaac, Ioseph, Iacob, afflictiones quidẽ G passi sunt, at vero non perinde dicuntur viri dolorum: siquidem suos tantum labores passi sunt, Christus vero etiam nostros. Quod si patrem interrogemus, quorsum filius etiam tan
*Isa. 53.* tos labores patiatur, respondebit vtique illud Isa. propter sce-
*4. Re. 13.* lera populi mei percussi eum. Habetur quidem in quarto lib. Reg. quod cum mortuꝰ quidam sepulturæ traderetur, cum ossa Elisæi contingeret, reuixit; quod quidem figurauit peccatorem in peccatis mortuum, reuiuiscere per Christum, iuxta illud Oseæ, ero mors tua ô mors Figura etiam fuit factum illud in signe Samsonis, qui plures occidit Philisteos moriendo quam H viuendo: sic enim Christus mortem nostram moriendo destruxit, & nos omnes à dęmonis faucibus liberauit, atque tãtos sibi
*Isa. 16.* filios genuit, vt dicere possimus, generationem eius quis enar-
*Isa. 52.* rabit? Et quemadmodum post mortem Ioseph, valde mul-
*Exo. 1.* tiplicatus est Hebræus populus, sic etiam per mortem Christi, tam multi effecti sunt sancti, vt admirãs Ioannes dicat, vidi tur
*Apo. 7.* bam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Vnde Christus
*Ioan. 12* ait, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.

Audi

A Audi ergo Christum o peccator, te de cruce alloquentem: cur tantopere rursum me offendis peccator? annon tibi videtur, quod satis multa propter te passus fuerim tormenta? Cessa iam, cessa, & resipisce, ne velis meam prouocare iram. ô spectaculũ triste, & luctuosum, quod scilicet videamus eas manus clauis cõfixas, quæ terramque, cælumque architectatę sunt, quę curarũt infirmos, & quæ suscitarunt mortuos: tum etiam pedes illius, cuius pedibus mare obediens se solidum exhibebat, & qui
B pedes in nostram semper vtilitatem ambularunt. ô ingratos homines, qui pro tantis beneficijs talia rependant tormenta! Sed tu pijssime pater, noli quęso ingratitudinem nostram attendere, sed potius tuam ineffabilem misericordiam nobis impartire Nunc quidem apertissime intelligimus quod nolis à nobis quidem discedere, quin prius persoluas omnia cumulatissime pro redemptione nostra, siquidem video tuos pedes clauis confixos manus perforatas ad liberaliter largiendum, item brachia extensa ad recipiendum peccatores. Sed tamen cum tam ingratissimus, merito de nobis dicere potes illud Isa. expandi manus
C meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, post cogitationes suas. Considera ô peccator, inquit Christus, quantas propter te afflictiones & angustias sustineam doleas obsecro saltem propter tua peccata: considera quam gestem horribilem coronam spineam, intuere clauorum loca perforata: contemplare verberum vulnera & plagas, tum etiam nuditatem meam, & ignominiam, in qua positus sum propter scelera tua, vt vel hac consideratione desistas à scelerum & flagitiorum quidem perpetratione. Sane sicut post sacrificium quod obtulit Abraham, maxima ei promissio facta est, quod in semine suo benedicentur quidem omnes gentes, vbi vt declarat Paulus intelligitur Christus; sic etiam postquam Christus se obtu
D lit patri in Cruce, tantam nactus est generationem, vt dicat pater æternus, postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam.

*Conqueritur Christus de peccatoribus.*

*Isa 65.*

*Gen. 15.*
*Gal. 3.*

*Psal. 2.*

Videns quidem sanctus latro qui à dextris Christi positus erat Christi patientiam & innocentiam, tanta que mirabilia quę ibi præstita quidem sunt, ait Latro ad Iesum. Domine memento mei. ô felicem successum latronis! Quis non existimasset, si sicut Barrabas liber euasisset, fore quidem ipsum longe feliciorem? Sed tamen vide quam falsa sint iudicia quidem hominum, & quam inscrutabilia iudicia Dei, in cruce & laboribus, iste inuenit paradisum.

*Latro conuertitur.*

Non debemus ergo temere quemquam iudicare, neque in aduersitatibus & laboribus diffidamus, sed semper in domino speremus, & ipse liberabit & saluabit nos. *Domine memento mei.* Quasi dicat, nolo alta postulare & sublimia non quod non videam à te mihi posse facile concedi, sed quia indignum me censeo: tantum oro te vt mei memineris, qui in tanta angustia tua me inuenio, qui tibi morienti collateralis sum. Non igitur fratres despiciamus proximos nostros, & si videantur nobis in maxima afflictione & ignominia constituti, siquidem ignoramus quid Deus de ipsis ordinauerit atq; præscripserit: neq. etiā nos statim securos esse arbitremur, quod aliquid laudabile & cum virtute coniunctū pręstiterimus: cū videamus & Iudam perire de collegio Apostolico, & latronē saluari in cruce pro peccatis & meritis suis patientē. Sola lingua & cor huic latroni illæsa erant, & his tamen ad dominū clamat, eius misericordiā implora turus, fidem ostendit, eum regem vocans, spem etiam cum ait, memento mei: & charitatem, cum alterum latronem detrahentē increparet, & ad cælum dirigeret.

*Quib' affetur latro verbis Christū dominum.*

*Nemo ē contemnandus.*

*Mulier ecce filius tuus.* Quasi diceret, optime quidē video te in maxima esse angustia positam, mater charissima: sed tamen sicut cum puer essem, me quem perdideras, post triduum inuenisti in templo, sic etiam post triduum me videbis quidem surrexisse, & sicut tunc sponsum charissimum habebas Ioseph, qui te consolaretur, sic modo fidelissimum & dilectum Ioannem tibi relinquo, qui tibi tanquam matri diligentissime obtemperet, & obsequatur. *Eli, Eli.* Quasi diceret, cur me in tantis deseris afflictionibus & persecutionibus, pater mi? discipuli fugiunt à me, noti & amici me derelinquunt, Iudas tradit Iudæis, Petrus me negat, sol lumen suum non dat, & hęc pater æterne dissimulas? ô præclaram quidem considerationem nostram, quam inire debemus, cum nos in calamitatibus constitutos videmus, videlicet vt consideremus hæc tanta tormenta quę quidem Christus passus est. Vt enim consolationē aliquā & alleuationē laborum, nos habeamus, patitur Christus. Cōsidera igitur peccator, quod quādo videberis magis derelictus ab omni auxilio, tunc Deū tibi propinquū habeas, & in proximo sit salus tua. Cōsidera quātopere propter te passus sit Christus, absq; vlla consolatione, vt tibi consolationem relinqueret, cum magis videris derelictus fore. Inter alias etiam afflictiones, etiam sitis ipsum vrgebat, nec erat qui ipsi vel aquæ calicem propinaret. Nunquid ex castris Palęstinorū, aqua efferenda est?

*Alloquitur Christus patrē.*

*Non debemus vnquā diffidere & desperare.*

Dauid

A Dauid quidem libauit & obtulit aquã domino,& Christus non habet qui ipsi aquã deferat,sed sitim suam offert domino, & vt lingua etiam pateretur, amaram potionem degustat. Veruntamen illa sitis eum maxime vrget,quam obijciet in iudicio, dicens: sitiui,& non dedistis mihi potum:non dantes eleemosynam pauperibus suis,atque idcirco auaritia nostra, amarissimã potionem Christo damus.Hæc quidem est mundanorum conditio,vt non solum non subueniant afflictis,sed etiam afflictiones ipsas augeant.Considera obsecro quanta in angustia virgo
B mater versaretur,cum filium suum tanta confectum siti videret ô dulcissimum inquit natum,quem video pro lecto molli,habere crucem,pro puluino spineam coronam,post tantos exantlatos labores. Et tamen pro ipsis crucifigentibus & tortoribus orat Christus clamore valido, vt inde intelligam'quod si intercedit pro his,quanto magis pro fidelibus suis intercedet,qui se toto corde ipsi cõmẽdauerint,& ad eum se conuerterint? *Factę sũt enim tenebræ.* dicit Beda Nata.ex mente Diony. & Augustini quod fuerunt in mundo vniuersales tenebræ, & non solum in
C Iudęa vt ait Orige,atque in Thracia periere vndecim ciuitates & in Aegypto fuere maximę tenebræ. *Consummatum est.* Quasi dicat,iam labores omnes sustinui,iam redemptio generis humani facta est,nil iam amplius restat tormentorum, iam infernus prostratus est & deuictus,consummata sunt omnia. Et inclinato capite emisit spiritum.

*Quanta esset virginis angustia.*

*Heb. 6.*

*Beda Nata. Dionys Augusti.*

## *APPENDIX.*

Mirabile plane est quod literę sacræ ita per singula commemorent afflictiones quas passa est Agar,postquam á domo Abra-
D hæ recessit,nempe quod videret puerum siti confectũ, & quod iuxta arborem eum poneret flentem, & ipsa aliquantulum inde secesserit. Et tamen de angustijs virginis pauca admodum referant Euangelistæ. de fletu & luctu Iacob propter ipsam absentiam filij sui Ioseph mentionem faciũt. Item de lamentatione Iob in morte filiorum. item de tristitia Annæ matris Tobiæ,inquit textus quod fleret mater Tobiæ irremediabilibus lachrymis,dicens,heu me fili mi,vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum &c. Tum etiam fit mẽtio planctus Dauid supra filium Absalon quamuis peruersum,& tamen de fletu matris non fit mẽtio in morte filij,qui non de capillis pendet vt Absalon,sed de crudelissimis clauis in arbore Crucis? Ad

*Quæst. Gen. 21.*

*Gen, 37. Iob. 1. Tob. 10.*

*2. Re. 18.*

*Respon.*

quod quidem respondemus, nil necesse fuisse vt matris angustiæ E
sigillatim recenserentur, sed quidem sufficisse quod tormenta
& afflictiones Christi recenserentur, & quod mater staret iuxta
*Ioan.* 19. Crucem, inde enim aperte constat quantæ essent angustiæ, talis
pręsertim matris. In diluuio quidē non inueniebat columba vbi
pedes poneret: sic Maria à planta pedis vsque ad verticem capi-
*Gen.* 8. tis, tota est angustijs plena.

*Angelus confortans eum.* Dixit angelus Christo, ex parte pa-
*Colloquiū* tris: iā scis nate mi, ꝙ redēptionē humani generis ipse facturus
*Angeli.* sis, & quidem pro peccatis generis humani pœnas soluturus: F
siquidem cum pœnam ipsam propter hominem sponte sustine
re velis, & de rigore iustitiæ satisfacere, experieris profecto af-
flictiones maximas atque tormenta, quę tibi infligentur à Iu-
dæis quidem & gentilibus, propter quos pateris tanto cum a-
*Luc.* 15. more, vt peccatores recipias, & manduces etiam cum eis. Con
tra te insurgent quidem omnes, & te indignissime tractabunt:
Veruntamen hoc tibi solatio esse debet fili mi, quod fructus v-
berrimi ex tua passione dimanaturi sint. Quibus auditis, surre
*Mat.* 26. xit Christus ab oratione, & accedens ad discipulos ait eis, dor-
mite iam, & requiescite. G

## FERIA SEXTA DE PASSIONE DOMINI

### CONCIO TERTIA.



*Ostendam vobis virum quem quęritis.* 4. Reg. 6. Cū considero quorsū adeo tristes & veste lugubri huc accesseritis, tum etiā tantā loci obscuritatē contueor, & nuda altaria, nec non muta & cōticentia cym
*Deut.* 18. bala, intelligo vtiq. vos dolere maximopere pro- H
pter absentiā illius insignis viri & magistri vestri, qui vos tanto
pere consolabatur, qui cæcis visum, & mortuis vitam reddebat:
scitote igitur quod mortuus iam sit, aut instet eius mors. Isa. e-
*Isai.* 1. nim mihi dixit, quod à planta pedis vsque ad verticem capitis,
*Isa.* 53. non est in eo sanitas. Item vidimus inquit eum despectum & no
*Simile.* uissimum virorū &c. Sane quando famuli alicuius domini ma-
xime conturbantur, & lachrymantur, vel dominus ipse mortu-
us est, vel morti vicinus est. Sic ergo videmus quod sol obscu-
ratur, terra tremit, & petræ scinduntur. Quod si eum videre vul
tis ostendam vobis virum quem quęritis. Angeli dixerunt in na
*Luc.* 2. tiuitate quod inueniretur in præsepio, ego ostendo vobis eum
in monte Caluariæ: angeli quod pannis inuolutus, ego osten-
do vobis

A do vobis eũ nudum:illic ponebatur inter duo animalia, hic vero inter latrones:illic tenerrimum libabat lac atq. virgineũ, hic vero felle & aceto potatur:illic angelica melodia, hic clauorũ & malleorũ ictus:illic lachrymas emittebat, hic sanguis, toto corpore manat:illic a multis adoratur:hic à populo suo crucifigitur At vero cum noctescat, & lumine egeamus gratiæ, vt ipsum intueamur, vnde potissimũ hoc lumen implorabimus? Sed video adolescentẽ quendã lacrymantẽ ex domo quadã prodeũtẽ interrogo nũ forte in ea domo hoc lumẽ reperiremus? Qui respõdet, heus bone vir si illuc tendere paras, scias esse domũ mise *Afflictio Mariæ.*
B ræ cuiusdã & in magna angustia positæ matris, quę vnicũ luget filiũ, quẽ antea benedictũ, nũc vero omnes maledictũ appellãt: antea speciosũ, nũc vero eius faciẽ conspuũt: antea suscitabat mortuos, nũc vero ipsũ interficiũt. Noli igitur obsecro illuc tẽdere ne matris vulnera doloris plena refrices. ô pater misericordiarũ, ad quẽ igitur me recipiã: *N*õ ad me ait pater, tu enim etiã vnus ex illis, propter quorum peccata vnigenitus meus patitur. Isa propter scelus populi mei percussi eũ. Video etiã spiritum sanctũ paracletũ, dicere mihi, si gratiã eius imploro, ignis accen *2. Cor. 1.* *Isa. 53.* *Ioan. 14.* *Deut. 32.*
C sus est in furore meo, ardebit vsque ad inferni nouissima Quasi dicat, irascor valde contra ipsos peccatores, atq. idcirco poti' solẽ nube tegã &c. Quod si ad filiũ accessero, video eum doloribus vndiq mortis vallatũ, atq. dicentẽ: ô vos omnes qui transitis per viã attẽdite si est dolor sicut dolor meus: videte me à discipulo Iudęis traditum, flagellis cęsum, & deniq. crucifixũ: hæc ciuitas quã ego magn coronaui gloria, me coronauit spinis: hic populus quẽ varijs spolijs Ægypti ditaui, me spoliauit: ego ipsi mare aperui varijs diuisionibus, ipse vero carnes meas lacerat, et riuos sanguinis mei effũdit: ego nube eos operui, ne sola læde *Ezech 32.* *Threno. 1.* *Psal. 135.* *Exo. 13.*
D rẽtur, ipsi vero faciẽ meã velant, vt me subsannẽt: ego eos paui cælesti cibo, ipsi vero potauerũt me aceto: ego ex petra dedi aquã qua sitim sedarent, ipsi vero iculãceæ latus meũ aperiũt. Cõmode igitur dicere possũ, nõ est dolor, sicut dolor meus: itẽ dolores inferni circundederũt me. Ad quos ergo cõfugiam? nũ ad Apost. fugiẽtes? sed ô crux sanctissima, ad te mihi cõfugiẽdũ, censeo, nulla enim sylua talẽ profert arborẽ, frõde, flore, germine In te est oĩs pretiosissimus thesaur'. duo igitur à te postulo nẽpe ex matris nomine, flecte ramos arbor alta, tẽsa laxa viscera siquidẽ maximo honore afficieris post hac, quæ hactenus tam vilis exiteras: postulamus etiam omnes flexis genibus, vt nobis eum ostendas qui in te pendet, vt eum supplices adoremus. *Psal. 44.* *Num. 20.* *Ecclesia.*

*Ostendam vobis.* Maxima quidem in angustia & afflictione se constitutos videbant olim patres tam legis naturę, quam legis scriptæ, cũ viderent se positos sub seruitute tã tyrannica ipsius dæmonis, viderẽtq. se omnes etiam simul coniũctos, non posse pro tãto scelere satisfacere. Quamobrem oculos ad cęlum leuã tes, diuinũ auxiliũ implorabant, dicebãtq. totã humanã naturã esse infectã & collapsã, nã angeli multi quidem adhuc remanse runt ex ipsa ruina, in tua societate: nõ igitur memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, sed miserere nostri domine. Tũc auditis his vocibus ait misericordia, parce domine, parce popu lo tuo: Iustitia vero dicebat, ut tale peccatum impunitum non remaneret. Accedens autem veritas, vtramq virtutẽ cõciliat, di cens vt filius Dei homo fiat, atq. ita moriatur pro hominibus, & tam misericordiæ quam iustitiæ satisfactũ erit. Et filius Dei ait, tunc dixi, ecce venio: ostendam generi humano, quantũ ipsum diligã, atq. postquã per 33 annos multa alia contuli beneficia hominibus, restat nũc vt moriar pro ipsis: & sicut Abel per insidias Cain in campum eductus est, atque ibi mortuus fuit, sic ego in Caluarię monte mortem sustinebo per insidias & proditionẽ Iudæ. Noe quidem magno temporis interstitio arcam fabricauit, at vero ego breui tẽpore in Cruce extollar. Iacob quidem dormiens scalam vidit, quę cælum contingebat, at vero ego cum maximis angustijs & doloribus in cruce erigar. Ioseph tunica alieno tincta est, at vero mea proprio tingetur sanguine. Dalila quidem Samsonem scissis crinibus philisthæis tradidit, at vero Synagoga me in Crucem aget. Filij quidem Israel non exierunt ex Aegyptiaca seruitute donec interierunt primogenita: sic humanum genus non poterit à tenebris peccatorum egredi donec moriar. Si ergo vultis auditores, ostendã vobis virum quem quęritis, ecce in horto est, sudore aspersus sanguineo, apud Annam ignominia afficitur, apud Caipham cum iuramẽto etiam negatur, apud Pilatũ flagellatur, apud Herodẽ illuditur, in monte Caluarię crucifigitur. Vt ergo hac planius quidẽ intelligatis, scire debetis singulas etiã sanguinis Christi guttas infiniti esse valoris. Vnde sacrificium quidẽ vaccę ruffę olim in lege plurimi habebatur, cuius cinis per populu spargebatur, & omnes festinantes accedebant ad huiusmodi puluerẽ vt eo aspergerentur, & tamen vt ait Pau. peccata nõ delebat. At vero sanguis pretiosissimus Christi peccata lauat, & animę maculas delet, atq. pacẽ inter Deũ & homines cõciliat: atque id

Tob. 3. Ioel 2. Christus Deus & homo. Gen. 4. Gen 6. Gen. 28. Gen. 37. Iudic. 16. Exo. 11. Num. 19. Heb. 9.

E F G H

A Atque idcirco hoc ſanguine rugiebant Iudæi, hunc ſanguinem quamuis animo impio, ſitientes, conſilium inierunt vt eum occiderent. Vnde dicebant, venite, circumueniamus iuſtum. Quid moramur & ceſſamus? omnes iam poſt ipſum abeunt, & nos derelinquunt. Sed quorſum obſecro virum iuſtum vultis circumuenire & obſidere? ciuitates quidem regi ſuo rebelles obſidẽtur & impugnantur, at vero iuſtus quid mali fecit? Quoniam dicũt, contrarius eſt operibus noſtris: nil enim magis impiũ cruciat, quam virum iuſtum & virtute affectum videre. Vnde ſubijciũt. *Sap. 2.* *Multi bonos perſequuntur.* *Sap. 2.*

B morte turpiſsima cõdemnemus eum; atque idcirco occaſionem quærebant vt comprehenderent eum. ſciẽs autem Ieſus quia venit hora eius, conuocatis diſcipulis ſuis, ait illis: *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet.* Quaſi dicat, Paſchæ quidem feſtum imminet, at vero diſcipuli mei ſcitote non fore perinde lętum vobis hunc diem, vt exiſtimabatis, quoniam filius hominis tradetur, flagellabitur, conſpuetur, & crucifigetur. Quibus auditis, triſtati ſunt valde. Conſidera etiam quomodo mater filium interrogaret, quiſnam eſt oris tui color fili mi? qualis vultus mæſtitia, qui antehac iucundiſsimus extitiſti? Et cum filius ne matrem magis *Triſtitia virginis.*

C affligeret, id matri non annunciaret, conſidera piam matrem ad Iudam acceſsiſſe, vt aliquid emeret pro filio refocillãdo, tum etiam monuit eum, vt ſi forte aliquem tumultum contra filium ſuum excitari in vrbe videret, ſtatim ipſam certiorem redderet. Placet inquit proditor, id mihi virgo, ego tibi ſtatim omnia nunciabo. O ſacratiſsima mater, ouem lupo committis? Ipſe filium tuum hoſtibus ſuis vendet. Cum ergo videret Iudas Phariſęos conſultantes quomodo Ieſum occiderent, ecce opportune ſeſe illis offert dicens, præclarum quidem & ſalutiferum id eſſe concilium; ego enim inquit ſentio vt vos, hunc eſſe ſceleſtum quendã hominẽ, atque blaſphemũ, nec propterea mihi vnquam *Vẽdidit Iudas Chriſtum*

D eius mores placuerũt: idcirco quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? malo pecuniã quam eius vitam. O ingratiſsimũ hominẽ, et perditiſsimũ diſcipulum! hęccine documẽta te docuit magiſter tuus? num tantis ab ipſo acceptis beneficijs, ingratus eris? Tam vili pretio factorem tuum vendes? O inſanum mercatorem! Eum qui vitam dat mundo, triginta nũmis cõmutas? Eum qui te Apoſtolum fecit, qui gratiã miraculorũ, & infirmitates curandi erogauit? Alios quidem nouimus tuo nomine vocatos, qui tamen non perinde ac tu ingrati fuerunt. Nã quamuis Iudas ille filius Iacob, fratrem tuum Ioſeph vendiderit, tu vero Deum creatorem tuum vendis, à quo tam multa accepiſti *Gen. 37.* *1. Ma. 6.*

beneficia. Iudas etiam Machabæus mortuus est vt seruaret populum, at vero tu prodis dominum omnium populorum. Alium etiam noui Iudam condiscipulum tuum, is tamē obedientissimus & gratissimus est magistro suo. Vide igitur quid facias, nā auaritia te excæcat: vende potius vestes tuas si tantopere pecunia eges, vel accede ad matrem, quæ tibi quantam voles pecuniam numerabit, modo filium ne prodas. Si ductus inuidia & odio Magdalenæ, quæ vnguentum supra dominum effudit, id facis, accede ad eam quæ tibi longe copiosius exhibebit vnguentum. postquam ergo Iudas cum Iudæis pactus est de triginta argenteis, ad Bethaniam reuersus, interrogat rursus mater sanctissima, num aliquid in vrbe sensisset Iudæos moliri contra filium suum? Ait autem proditor: secure quidem poterit filius tuus, ô virgo in Hierusalem proficisci, siquidem nullus est, qui ipsi insidias moliatur. Sed vide mater sanctissima, quod iam filium tuum vendiderit, & pecuniam secum habeat.

E

*Auaritia quam sit detestabilis.*

*Mat. 26.*

F

In vltimæ autem cænæ die considera Auditor, quanta ederet suspiria Christus dominus, quæ virginis animum vehementer penetrabāt, & quomodo soli dulciter colloquerentur, diceretq; Christus se plurimi quidem facereque per 33. annos ipsi præstiterat obsequia, ac propterea instare iam horam mortis suæ, sicut ipsa probe nouerat, vt prophetæ fideles inuenirentur, & vt humanum genus repararetur, nunc igitur inquit, mater mea, magna tibi opus est vti patientia, quoniam maximas propter mortem meam sustinebis angustias: Iudas quidem iam me vendidit, & vili quidem pretio, nempe triginta nūmis: instat quidem iam mors mea: nolo amplius cor tuum vulnerare, mater dulcissima, sed breuiter scias, me hac nocte indignissime tractandum, item flagellis cędendum, & conspuendum, aceto potandū, inter latrones collocandum, & denique crucifigendum, manusque delicatissimas & pedes, clauis transfigendos: interim tibi mater pijssima, Apostolos meos & discipulos commendo, qui erunt sicut oues sine pastore Considera quanta in angustia versaretur mater hæc audiens, & quomodo ipsi diceret, vt moreretur saltem cum eo: tegat nos idem tumulus fili mi, & idem lintheū eorum tegat corpora, atque syndon, quæ texit idem pallium & amictus cum in Ægyptū fugeremus. Non potes me modo sequi mater mea, ait filius, sed debes cōsolari Apostolos meos & erudire eos. Atque ita postulauit benedictionē à filio, & postea discessit filius in Hierusalem, & nouissimam cænam cum discipulis manducauit, & pedes eorum lauit, atque sanctissimum Euchar.

G

*Colloquiū inter Christum & matrem.*

H

*Narrat Christus matri passionē suā.*

sacramentum

A sacramentum instituit, & colloquium quoddam amore plenissimum, habuit cum discipulis. Et postea aiteis: surgite, eamus hinc: Atque ita egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron. Sed vide bone Christe quod si hunc torrentem transieris mors tibi parata est: olim enim semei mandatum habebat Salomonis ne torrentem hunc pertransiret, aliter enim moreretur. *3. Reg. 2.* Vel saltē effice vt sicut olim Iordanis signum edidit in populi Hebræi transitu, ita modo hic torrēs aliquid miraculi exhibeat, *Iosue. 3.* cum vera arca transit. Sane iam pridem sponsa huiusmodi egressum desiderabat, dicens: veni dilecte mi, egrediamur in campum &c. Sane hic campus est passio Christi sacratissima: & vineæ in quibus petit commorari, hortus primum Gethsemani: iam inquit floruit vinea nostra, cum sanguinis guttæ erumpere incipiunt. *Can. 5.* En tibi Dauidē fugientem nudis pedibus & cum lachrymis, à facie filij sui Absalon. Quis vnquam dixisset, quod post victorias partas, & deuictum gigantem Goliath, fugere deberet *2. Re. 15.* Dauid à facie sui filij Absalon? O bone Christe, tu quidem es verus Dauid, qui postquam gigantem ipsum deuicisti, hoc est *1. Reg. 17.* dęmonē in deserto, & sæpe victorias multas de Pharisæis reportasti, modo persequitur te discipulus, cui amplissima contulisti beneficia, videlicet Iudas ipse. O Absalon fili mi, dicebat *Mat. 4.* Dauid, quis mihi det, vt ego moriar pro te? Sic Christus dicebat de Iuda, & eum amicum vocabat. *2. Reg. 18.*

Postquam ergo ad hortum venit, ostendam vobis virum, & enarrabo quæ ibi gesta sint: considerabat ergo mitissimus agnus quod de cælo potius quam de hominibus expectandum esset auxilium, & propterea ad orationem accessit, cæpitque contristari & mæstus esse, aitque discipulis, tristis est anima mea vsque ad mortem. Sed quorsum tantoperere tristaris bone Christe, Dei virtus infinita? Nostra quidem peccata id faciunt, vnde *Isa. 49.* per Prophetam ait, in vacuum laboraui, & sane fortitudinem meam consumpsi. Cum videam scilicet tam paucos ex passione mea proficere. Factus sum sicut qui colligit acinos &c. Sicut *Mich. 7.* ille qui postquam vindemia collecta est, grana aliqua hinc inde, siue acinos colligit.

Non minus etiam tristis est mater tua bone Christe, quæ ipsis prope temporis momentis, nuntium expectat mortis tuæ. Quare respira obsecro & reuoca animū, siquidem ad mortem vsq; huiusmodi duraturi sunt labores. Ait igitur discipulis suis, sedete hic, donec vadam illuc & orem. Annon præstare videbatur,

vt ipsi

*Adorationem confugere debemus in laboribus.* vt ipsi potius orarent & vigilarent, & tu interim requiescceres E aliquantulum, qui tantos sustinere debes labores? Verumtamen ipse mãsuetus agnus vult libētissime labores omnes & tormenta sustinere, atque ita relictis alijs, secum assumpsit tres discipulos, & auulsus est quantũ iactus est lapidis O bone Christe, id vocas auellitã plane, quia tantum nos amat, vt deliciarum loco

*Luc. 22.* ducat, nobiscum versari, & quasi mortis loco à nobis separari: & tamen nos tam facile eius societatem & amicitiam dissuimus & laceramus. Bonus pastor est Christus, qui per vnicum tãtum

*Deus gaudet plurimum nobiscum morari.* lapidis iactum, se ab ouibus separat, vt possit earum balatus audire. Atque ita procidit in faciem suam vt oraret, sed vbi delicati puluini ad genua flectenda? Quid dicent adhæc delicati, qui F deliciarum tantum causa & voluptatis suis genibus cum orant, puluinos supponunt? Quare incipe bone Christe, in terrã procidere & procumbere, siquidem breui quidẽ venit hora, in qua per terram traharis, & indignissime tracteris. Sane quemadmodum qui plurimum diligit amicum suum, quando ab eo procul discessurus est, solet ipsum complecti & osculari: sic etiã Christus cum terram diligeret, in qua tam salutarẽ seminauerat doctrinam: & quæ ipsi ad simplicem eius vocem & iussionem, sta-

*Simile.* tim mortuos reddebat, cũ modo ab ea discessurus sit, insignum G pacis & amicitiæ, procidit in faciẽ suã, & quasi terrã deosculatur. Rex quidem Dauid cum resciuit, morti esse vicinum, filium qui sibi natus erat ex Bersabe, se prostrauit & humi ac cineri procubuit, vt pro eius vita oraret, atque ibi quidem magnates

*2. Reg. 12.* omnes ipsum solabantur O cælestes magnates & principes, accurrite huc omnes, inuenietis enim summũ Dauidẽ humi procũbentẽ & procidentẽ, atque orantẽ, ne pereat filius, hoc est genus humanũ. Nunc quidẽ video impletũ quod ait Psal. Ego autẽ sũ vermis & nõ homo: & quidẽ vermis pectore reptat super

*Psal. 21.* terrã, at vero tu etiã ore terrã ipsam contingis. Sed audiamus e H ius orationẽ. *Pater inquit, si possibile est &c.* Nonne inquit Cyp tu hanc horã maxime desiderasti dicẽs, baptismo debeo ba-

*D. Chry.* ptizari, & quomodo coarctor vsq; dũ perficiat? Itẽ desiderio

*Luc. 11.* desideraui hoc Pascha manducare vobiscũ antequã patiar? Et tamen modo dicis quod si possibile est, transeat à te calix iste?

*Luc. 22.* Scias quidem quod clauis perforabuntur manus & pedes tui, & caput spinea corona insignietur, item totum corpus flagellis acerbissimis cædetur, & facies conspuetur. Quodsi vis vt calix transeat ad Martyres, prius quidem illum tu bibas oportet, siquidem nõ potest medica potio bene aliquid & salutariter operari,

A rari nisi prius caput eius amaritudinem sentiat. Accepit quidem medicus, inquit Bernar. infirmitates nostras atque dolores suprase, vt nos liberi essemus, & incolumes redderemur. Itaque ait, verumtamen fiat voluntas tua. Sed audi obsecro quomodo inceperit orationem suam. Abba pater, inquit. Quæ vox puerorum erat vel potius infantium, cum primum patres appellabant. Quid hoc bone Christe, nunc demum puerili more loqueris, & infantilia verba resonas? O pater Adam, en tibi perfectissimum virum de stirpe tua, qui infantilia pronunciat verba! Sed quia tu cum homo creatus esses nesciuisti homo esse, ecce hominem qui infantulus propterea redditur. Vnde ait cum Hier. Ah, Ah, Ah domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum: num forte quia vides ollam succensam, & iã tumultum & strepitum Iudæorum ad te appropinquãtem? Quare rediit Christus post orationẽ ad discipulos, & inuenit eos dormiẽtes, respexitque Simonem. O quanta digni sumus reprehẽsione nos Christiani, qui cum videamus Christum tam solicitum de salute nostra, nos interim torpeamus & dormiamus. Videns igitur Christus tam modicam in hominibus cõsolationem, redit iterum ad orationem, & rursus ad discipulos: atque id quidem ter præstitit, dixitque discipulis vt dormirent iam & requiescerent. Sane quemadmodum qui medicatam potionem bibiturus est, cum odorem ipsum sentit, nauseat quodammodo, & in angustia versatur; sic vtique Christus dominus passionis Calicem bibiturus, modo ad orationem, modo ad discipulos repetitis vicibus præ angustia redit, sed tandem tamen amor eius omnem superat angustiam atque dolorem. Orabat quidem Elias, & vidit nubeculam paruam ascẽdentem de mari: orat Christus prolixius tertio, & tamen videt non quidem paruam nubeculam, sed terribilem quandam nubem malitiæ grandine grauidam, ex Hierusalẽ prodeũtem, hoc est armatos multos milites ad comprehendendum mansuetissimum agnum venientes. Repræsentata etiam sunt ipsi tormenta omnia quæ passurus erat, item considerauit quam pauci essent, qui ex eius passione proficerent propter illorum culpam, atque ita quidem factus est in agonia, & sudor sanguineus factus est post hominum memoriam inauditus. O sanguinem sacratissimum! ô primitias fructus terræ promissionis! non cæditur flagellis, non coronatur spinis, sed te, peccata nostra domine exulcerant, hoc quidem est graue onus quo tantopere premeris. Primus Adam de paradiso eiectus est, & dictum est ei, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, sed tamen id propter eius culpam

*D. Ber.* — *Abba quid significet.* — *Gen. 2.* — *Hie. 1.* — *Hier. 1.* — *3. Reg. 18.* — *Gen. 3.*

(Margin letters: B beside "ce hominem qui infantulus"; C beside "orationem, & rursus"; D beside "deũtem, hoc est".)

culpam factū est: tu vero bone Christe propter alienas pateris E
culpas, & sudorem sanguineum emittis. O Adam qui in paradisi hortis eras, accede ad hortum hunc, & considera fructum
Gen. 2. eius: illic quidem ex omnibus arboribus comedere poteras praeter vnam, hic vna tantum tibi arbor sufficit. O Moyses qui tantopere desiderabas domini faciem videre, accede ad hunc hor-
Exo 33. tum, & videbis eius faciem non quidem splendentem vt in transfiguratione, sed sanguinem manantem. O sacratissima virgo accede, & sanguinem collige filij tui, quem de tuis purissimis sanguinibus accepit. ô Magdalena accede, & sudorem hunc sanguineum capillis terge! Ostendam ergo vobis virum quem quaeri- F
Psal. 83. tis. O pijssime pater, respice in faciem filij tui! Si Dauid tantopere compassus est pueri illius Ægyptij infirmi in medio itine
1. Reg. 30. re relicti, cur non compateris sancte Pater, filij vnigeniti tui? Mittit ergo pater aeternus Angelum confortantem eum. O duritiam hominum! pro ipsis patitur Christus, attamen nullus ipsum consolatur, sed angelus de caelo adueniat oportet. Inquit ergo angelus, ô fortissime virorum, nosti quidem hanc esse extre-
Colloquiū Angeli. mam vitae tuę horam & tempus: nunc igitur viribus illis tuis inuictissimis opus est, hic te ostendas oportet, acerbissimum enim subibis agonē atque certamen. Ecce tibi arma ex patre mis- G
sa, quibus insignitus eris: tu quidem es rex regum, & propterea en tibi verbera, quibus tibi vestis purpurea conficietur. En tibi coronam spineam, vt firmius capiti tuo adhaereat: en tibi lanceam, qua tandem hostem ipsum deuinces & superabis. Sur
3. Reg. 19. ge igitur, grandis enim tibi restat via. Surgens igitur Christus, accessit ad discipulos suos. Sed quid agis sancte Ioseph? fratres
Gen. 37. inquit meos quęro: video quidem quod vnus eorum me venderit: inuenit igitur dormiētes discipulos, vt intelligas quantam solicitudinem seruorum suorum gerat Deus omni tempore. Excitat ergo eos Christus vt vigilantes sint modo cum videbunt i- H
psum comprehendi. Ecce igitur statim ingrediuntur per hortū armati milites, quorum ductor erat Iudas qui accessit impurissimo ore & fronte, & osculatus est magistrum suum, dicens: aue
2. Reg. 20. Rabbi. Nunc quidem intelligo illud, quomodo Ioab sub quadam specie amicitiae, Amasam pugione perfodit: sic enim etiam
Iudic. 15. Iudas sub osculo, te Iudaeis prodit bone Christe. Cur non maxilla tua, vel solo verbo, illum interficis, cum Samson maxilla
Iudic. 3 quadam multitudinem Philisthęorum interemerit? Rex quidam Israel vomere ipso plurimos interfecit, sic igitur tu vomere verbi tui, hunc proditorem cum sua malitia prosterne. Elias ignem

de caelo

A de cælo euocauit ad cōburendos illos quinquagenarios: sic ergo tu bone Christe, igne de cælo misso, hos proditores consume. Deglutiat eos terra, sicut deglutiuit Dathan & Abiron: devorent hos vrsi, sicut pueros illos qui Elisæum subsannabant. Sed inquit Christus, quod de se dixerit Ioannes, ecce Agnus Dei, & propterea volo ait, mansuete loqui Iudæ, dicens: amice, ad quid venisti? Sed quorsum amicum appellas, num talibus præsertim amicis opus tibi est, qui millia habes amicorum in cælo? Non miror equidem quod Magdalenam benigne reciperes: siquidem quamuis peccatrix fuisset, non tamen est ausa B os tuum super benedictum osculari, sed stetit retro, & pro sceleribus veniam deprecata est, at vero Iudas te sub pacis osculo prodit. Cum ergo armatos videret milites Christus, exiuit eis obuiam interrogans, quē quærerent, dixitque se esse Iesum Nazarenum. Disce igitur ex hoc loco, vir Christiane, humilitatem sectari, ecce enim Christus dominus cum vellent eum regem facere, fugit, & cum ad labores & afflictiones petitur, sese sponte sua offert. Cum autem vocem Christi audierunt, abierunt retrorsum. Sane qui retrorsum cadit, non videt quo cadat, qui autem in faciem cadit, illud quidem videt. Si ergo inquit Chri- C stus, me quæritis, finite hos abire. Tunc quidem etiam Petrus euaginans gladium suum, amputauit auriculam pontificis seruo. Sed quid quæso Petre nō inuadis proditorē Iudam? Sed fortasse statim se abscondit, nec est ausus ante reliquos discipulos apparere. Tunc iussit Christus Petro vt reconderet gladium suum in vagina, & restituit Malcho auriculam, dicitque Petro, calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Iudęis etiam ait, hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et statim illum comprehendunt, & ligant, atque multis conuitijs afficiūt, & ictibus concutiunt. Tunc relicto magistro suo, fugerunt A- D postoli. Vnde Christus dicere poterat cum Iob, fratres meos longe fecit à me &c. Ostendam igitur vobis virum quem quæritis: Quanto autem cum impetu ducerēt Iesum ad Annam primum, satis ex eo videtur cōstare, quod dixerit Christus, tāquam ad latronē existis. Tum etiam quia omnes discipuli relicto eo fugerūt. Cū autē à pōtifice interrogaretur de doctrina & discipulis, noluit tāquā prudēs pictor de discipulis respōdere, quos fugisse nouerat, sed pictorū more quæ inhonesta erant, velauit & obtexit: vt inde discamus vt defectus proximorum nostrorum non propalemus & publicemus, sed potius eorum famæ consulamus: ecce ad Annam ducitur primum cum multis opprobrijs.

*4. Reg. 1.*
*Num. 16.*
*4. Reg. 2.*
*Ioan. 1.*
*Luc. 7.*
*Ioan. 6.*
*Labores patienter feramus.*
*Fuga Apostolorum.*

Ecce ante peruersum iudicem sistitur Christus, viuorũ & mortuorum iudex: interrogatur à pontifice de discipulis, & de doctrina. Quasi diceret, vide quales habeas discipulos, vndecim fugerunt, & vnus tradidit te nobis. Tacuit autem Christus cum de discipulis interrogatur, ne eorum defectus manifestaret: vt inde discamus, famæ proximorum nostrorum consulere. Satis poterat Christus respondere quod ipsum dereliquissent, quibus tamen beneficia multa contulerat & vberrima gratiarum fluenta communicauerat, sed tamen noluit eorum defectus indicare. De doctrina vero respondens, ait: ego semper docui in Synagoga & in templo, & in occulto locutus sum nihil &c. Quasi diceret, satis potes de doctrina mea exquirere ab his qui eam audierunt, cum publice eã publicauerim. Nihilominus tamen quamuis ita modeste responderet, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens, sic respondes pontifici? Considera obsecro peccator, quam terribiliter percutiatur Christus propter scelera tua, & quam ignominiosa ipsi incutiatur alapa. Optime quidem agnus mansuetus seruat consilium quod dedit, nam cum in paradiso per illam Adæ excusationem, quasi alapam accepisset, cum ait, Mulier, quam dedisti mihi, modo vero aliam præbet maxillam humanitatis sanctissimæ. Sed tamẽ mansuete respondens, ait: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Vide quomodo superbiam nostram confundat, qui quotidie erramus, & tamen non emendamus errata nostra, ipse vero non potest errare, & tamen ait, si male locutus &c. Tunc videntes inuidi Iudæi quod statim non condemnaretur ab Anna, ducunt eum ad Caipham magno cum impetu. Ecce tibi Samsonem qui iam incipit gyrum ipsius rotæ & molæ, nam ex horto ad Annam, & ex Anna ad Caipham ducitur, vt peccata nostra molat atque comminuat. Tunc venerunt duo falsi testes contra eum: sic Naboth per falsos testes condẽnatur. Nos audiuimus inquiunt, eũ dixisse, possum destruere templum hoc, & in triduo excitabo illud. Christus tamẽ semper tacebat: sed cur quæso taces domine? cum accusabatur Magdalena respondebas, & cum accusabantur discipuli, & modo pro tua defensione non respondes? Tunc ait Caiphas, adiuro te per Deum viuum &c. Et respondet, tu dixisti. Tunc condemnant eum, dicentes reus est mortis. Peior sane videtur Caiphas ipso dæmone, nam dæmon scire volebat vtrum Christus esset filius Dei, vt passionem interturbaret, at vero Caiphas cum intelligat veritatem à Christo, tamen eum morti adiudicat. Hic quidem ostendam vobis quanta tormenta & afflictiones

*Alapa percutitur Christus.*

*Mat. 5.*
*Luc. 6.*
*Gen. 3.*

*Confunditur superbia nostra*

*Iudic. 16.*

*3. Re. 21.*

*Luc. 7.*

*Mat. 4.*

E F G H

A afflictiones passus fuerit hic vir, nam primo circũdederunt eum sicut apes: vt enim apes non est contenta semel punxisse, sed insistit semper pungens: sic etiam isti crebris afflictionibus Christum afficiebant: sed quod magis sensit Christus, fuit Petri negatio, cum ad prunas esset, & calefaceret se, ad interrogationem vnius ancillæ negauit. O Petre, vbi inuictus animus moriẽdi pro Christo, si oporteret? Rursus ad vocem alterius ancillæ etiã negauit cum iuramento. Et rursus cum accederet alius ad eum dicẽs, vere & tu ex discipulis eius es: dixit se nõ nouisse hominem. *Negat Petrus cum iuramẽto.*

B O Petre, nonne nosti eum in monte Thabor cum transfiguraretur? Tunc quidem dicebas, bonum est nos hic esse, & modo eum negas? nõne eum nosti, cum te ex piscatione eduxit? cum filiam Archisynagogi suscitauit? &c. Cum ergo cantasset gallus, respexit Petrum Iesus, & recordatus est Petrus verbi Iesu, atque tunc egressus foras fleuit amare, & per reliquum vitæ suæ tempus etiam acerbissime flebat. Cogita autem modo quomodo affligeretur Christus & illuderetur in domo Caiphæ, & indignissime tractaretur à ministris illis tartareis. *Negat Petrus tertio. Matt. 13.*

Ostendam Præterea tibi auditor deuote, quomodo magno

C cum impetu inde duceretur ad Pilatum: quibus cum dixisset Pilatus quam accusationem adfertis &c. dixerunt, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Quasi dicerent, nobis quidem satis potes fidem adhibere, si quidem hic commouit vniuersum populum incipiens à Galilæa. Cum autem intellexisset Pilatus Galilæam, remisit eum ad Herodem. Cumque Herodes illum interrogaret, noluit ipsi quidquam respondere, propterea quod sibi vocem suam nempe Ioannem interfecerat. Tunc spreuit eum Herodes cum suo exercitu, & veste alba indutum *Ducitur Christus ad Pilatũ.*

D remisit ad Pilatum. Videns vero Pilatus quod nec etiam Herodes mortis causam in eo inuenisset, quærebat quomodo eum dimitteret, & proposuit eis num vellent iuxta consuetudinẽ suam dimitti Barrabã, an vero Christum. Et tamen maluerunt dimitti Barrabã, & vt Iesus crucifigeretur postulauerunt. Alium etiam modum quæsiuit Pilatus, vt scilicet tortores eum flagellarent crudelissime, vt hac tandem ratione videntes eum Iudæi indignissime tractatum, eum libere abire permitterent. Cõsidera obsecro quanta infligatur Christo ignominia, vel ex ipsa etiam nuditate, & quod ad columnam ligaretur, & tam grauissime cæderetur. O spectaculum non modo hominibus, sed vndis ipsis, littoribus, & saxis luctuosum! quod scilicet Deus propter nos tam crudeliter flagelletur. Ciuis Romanus non potest flagellari, & *Herodes irridet Christum.* *Flagellatur Christus.*

Deus flagellatur? Postquam autem verberãdo defessi sunt, eum E
corona despinis insigniunt, & sceptrum harundineum manibus imponunt, atque veste coccinea induũt eum, atque percutiẽdo iuncos illos marinos acutissimos, altius capiti figebant, & sanguis vndique manabat: atque illudebant ei flexis genibus salutantes eum, Aue rex Iudæorum.

*Rabies indomita Iudęorum*

Tunc Pilatus eduxit eum foras, existimans tam miserabili proposito spectaculo, Iudæos fore placandos, vnde & ait eis: Ecce homo, quasi diceret, non existimetis esse leprosum aliquẽ, quin potius ille ipse est Iesus, quem mihi tradidistis. Egredimini filiæ Sion, &c. O pater æterne, ecce filium tuum! O Adam vide quam caro constiterit cibus ille vetitus quem edisti: ecce ipsum hominem, cui à planta pedis vsque ad verticem capitis non est sanitas, qui riuos manat sanguinis: ecce mansuetissimum agnum crudelissime tractatum. Nec his tamen acerbissimis supplicijs rabida Iudæorum quieuerunt ora, sed magnis potius clamoribus dicunt, Tolle, tolle, crucifige eum. Item si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Quod audiens Pilatus, metu perterritus, lauat manus suas, dicens: mundus ego sum à sanguine huius. Qui responderunt, sanguis eius super nos, & super filios nostros. Postquam igitur dimisit eum Pilatus volũtati eorum vt crucifigeretur, exuẽtes eum coccinea veste, proprijs eum induerunt vestibus, vt saltem ex vestibus cognosceretur; & vt populo etiam persuaderent eum facinorosum esse, cũ inter duos latrones collocarunt, & ponderosam Crucem eius humeris imposuerunt: post auditam sententiam quæ dicebat, quod inter latrones crucifigeretur, & statim ligat⁹ ducitur magna militũ stipante caterua ad Caluariæ montẽ, vt ibi crucifigeretur: præeũte interim præcone, atque clamante, per præsidis sententiam esse Christum damnatum tanquam seditiosum & sibi regnum vsurpantem, vt crucifigatur inter latrones. O pręco non vt iustũ est, sententiã publicas: tu enim ita dicere debes, hæc est sentẽtia iniusti iudicis, vt moriatur iustus: hoc mandat peccator, vt moriatur qui sine culpa est. Exierunt ergo Iudęi ex vrbe vndiq; cõmota, procedentes ad Caluariæ montem: interim vero piæ quædam mulieres occurrerunt Christo flentes, quibus ait Christus, nolite flere super me &c. flebant illi quos curauerat, quibus visum restituerat, quibus gressum dederat, & quibus auditum præbuerat, tum etiam mortui quos suscitauerat. Hic quidem considera quomodo Euangelista Ioannes secum meditaretur, num forte ad matrem deberet accedere, vt ei hæc omnia de filio suo nunciaret:

*Gen 3.* F

*Ponitur inter latrones.* G

*Morte condemnatur* H

*Mulieres flentes occurrunt Christo.*

A nunciaret: dicebat enim apud se, si hæc nuncio, in maximas eam angustias conijcio: si autem taceo, fortasse magis dolebit, si filium suum non videt ante quam moriatur: atque idcirco decreuit ad matrem accedere, & ei omnia diligenter nunciare. Cum autem domum ipsam peruenisset, vix est ausus quidquam loqui præ lachrymis, & intimo quodam dolore: ad cuius quidem lachrymas auditas, cum mater pijssima accurrisset: quid hoc inquit Ioannes? num fortasse filius meus in carcerem coniectus est? Quid quæso de eo nuncias? Tunc ait Ioannes, ô me infelicem, *Ioannes nunciat matri omnia.*

B qui tam triste viderim de filio tuo spectaculum! Scias prudens virgo, vel iam mortuum esse filium tuum, vel saltem morti vicinum. Iudas eum tradidit, Petrus negauit, Herodes illusit, Caiphas condemnauit, Pilatus flagellauit, tortores excarnificant. Quamobrem curre obsecro pijssima virgo, si eum viuum inuenire desideras. Considera obsecro quantis doloribus hæc audiẽs afficeretur mater: & quomodo mulieres alloquens diceret, adiuro vos filiæ Hierusalem, nunquid quem diligit anima mea vidistis? Quibus dicentibus, quis est dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? respondebat, dilectus meus candidus & rubicũdus Non *Magnus virginis dolor.* *Cant. 5.*

C vidimus talem dicebant illæ: bene quidem vidimus virum maxime afflictum, & prope modum defunctum, quem vocant Iesum Nazarenum, oculos habet sanguinolentos, & toto vndiq; corpore sanguis manat. Ecce vero dum sentit virgo strepitum Iudæorum, videtque armatos homines, & filium suum Crucem baiulantem inter latrones; tunc duo hæc cęlestia & diuina lumi naria se mutuo respexerunt, & inuicem corda vulnerarunt & transfixerunt dolore: voluitque mater ad filium suum comple ctendũ accedere, sed nõ est ab iniquis militibus permissa, neque vt filiũ ibi tunc alloqueretur: sed se intimis cordis penetralibus *Se mutuo aspiciunt Christus & mater.*

D mutuo alloquebãtur inuicẽ, abi donec cessent aquæ diluuij laborum meorum, hic enim pedes tui non inuenient quietem. Sine me fili mi ait mater, contemplari te, in quo solo acquiesco, & animã meam maximopere oblecto. Videntes autẽ Iudæi quod iam propemodum animo linqueretur Christus prætantis labori bus, decreuerunt ei adiutorem dare ad Crucem sustentandam, vt hoc pacto posset viuus crucifigi, & vehementius pateretur. Cũ ergo ad Caluarię montem peruentum esset, denudant Christum vestibus, atque incipiunt rursus sanguinis riui fluere. Ostendam ergo vobis virum; qui enim cęlum nubibus, & ornat prata floribus, & arbores frondibus vestit, vestibus suis nudatur. *Gen. 8.*

Si Petrus vestibus etiam indutus, frigore conficitur, & ad pru- E
nas calefaciebat se, quid putas sensisse Christum saucium & cruē-
*Mar 14* tum toto corpore, cum nudus relinqueretur? Tenditur ergo
Christus super Crucem iam diu desideratam, vt possent eam te-
rebrare, extendit dulcissima brachia libentissime, & post mo-
dum acutissimo clauo delicatissimam manummagnis ictibus to
to Caluariæ monte resonantibus, transfigunt. O immanissimos
tortores, qui ad vnius manus ictum, duo corda, filij nempe & ma
tris transfigitis! Itidem etiam in alia configenda manu crudeli-
ter se gerunt, & si forte non perueniret quo vellent, brachium
ipsum cum violentia extendebant. Similiter etiam dulcissimos F
& sacratissimos pedes crudelissimo atq; immanissimo clauo per
foderunt. Cum autem ipsum mansuetissimum agnum & patien-
tissimum ita cruci confixissent, eam in altum extulerūt Crucem,
non sine acerbissimo atq; intimo dolore sacratissimæ virginis,
quę stabat semper iuxta Crucem filij sui. Sol obscuratus est &c.

*Maxima tortorum immanitas.*

## FERIA SEXTA DE PASSIONE DOMINI

## CONCIO QVARTA.

G



*Prima statio.*

O*VOS omnes qui transitis per viam &c.* Thre. 1. Prima
quidem statio quā facit Christus, vt nos redimat paſ
sione sua sacratissima, est in horto. Vbi quatuor fa-
cta sunt, nēpe patrē orat Christus: nā vt ait Luc. hym
no dicto, idest postquā egisset gratias, in fine cænæ,
exijt Christus in montē Oliuarū, qui erat prope Hierusalē, & in
decliui mōtis erat ibi hortus aptus orationi: tunc ait discipulis
suis, sedete hic, idest expectate, *donec vadā illuc, & orē.* Assūpsitq;
tres discipulos, & cæpit tristari, & ait, *Tristis est anima mea vsque
ad mortē.* Itē ait tribus discipulis, *sustinete hic, & vigilate mecum.* H
In quibus verbis Christus hortatur suos ad æquanimiter sustinē-
da aduersa propter Deū, vt ita possimus euadere ęterna tormē-
ta. Item ad vigilandū in bonis operibus. Et post modum seces-
sit ab eis quantum iactus est lapidis, orauitq; patrem ter, vt do-
ceat nos quod debeamus frequentare orationem, & orauit etiā
pro discipulis suis, & pro omnibus qui erant in eum credituri.
*Vigilate, & orate.* Quod dicit, quia non satis est vigilare, sed de-
bemus etiam vigiliā occupare in oratione: multos enim videas
vigilantes, quibus melius esset vt dormirent, cūm pernoctent in
ludo, vel in cōmessationibꝰ & ebrietatibus. *ne intretis in tētationē*

*Quatuor in horto gesta sunt*

*Aduersitates patienter feramus.*

*Ter orat Christus.*

Tentari

A Tentari enim malum non est ex se, sed est materia exercendæ virtutis: at vero intrare in tentationem vitiosum est, quia idem est quod consentire. Vnde Christus cum docuit nos orare, iussit vt diceremus, & ne nos inducas in tentationẽ, idest ne permittas induci. Causam autem subdit dicens: (spiritus quidem prõptus est, caro autem infirma.) Quod quidẽ potest exponi tripliciter: primo quidem sic, spiritus prõptus est, idest anima prompta est ad bene volendum & probe iubẽdum: caro autem infirma est ad iuste exequendum & obtemperandum. Secundo vero sic, spiritus promptus est, idest diabolus, qui spiritualis est creatura, paratus est ad tentandum: nam tanquam leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret: caro autem est infirma, idest homo alteram partem nempe carnem, debilem habet ad resistendum ex se, nisi diuinum habeat auxilium, vnde Apost. dicebat, omnia possum in eo qui me confortat. Tertio sic, spiritus promptus est, idest homo spiritualis paratus est ad bene operandum, ita vt etiam sentiat spiritualem quandam delectationem in bene operando. Vnde Psal. paratum cor meum Deus &c. Caro autem infirma, idest carnalis homo & delicijs huius seculi deditus, difficulter operatur bonum siue resistit malo. (Et factus in agonia prolixius orabat.) Ista autem agonia videtur lucta quædam sensualitatis & rationis, nam sensualitas naturaliter in eo mortem horrebat: ratio vero ipsa moriendum pro humana salute suadebat. Vel dic quod ista agonia in Christo fuit anxietas instantis mortis, quam quasi præsentem Christus præuidebat. Ex qua præuisione dicitur fuisse in agonia, sicut infirmi in extremis laborãtes, nam natura humana permittebatur in Christo tunc agere quod proprium sibi erat, secundũ Damas. Est autem agonia secundũ Th. nomen Græcum quod importat timorem alicuius mali extrinseci, cui resisti non potest propter improuisionem, vnde dicimus de moriẽtibus quod agonizant, quia vident malũ quod vitare non possunt, nempe mortem. Ipso ergo sic prolixe orante, (factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.) In quo facto apparuit vehemens apprehensio, & maximus dolor futuræ passionis. Nonne ergo valde amara fuit Christi passio, cuius sola cogitatione sanguinem sudabat? Hoc sane de nullo alio legimus. (Apparuit autem ei angelus confortans eum,) idest admodum confortantis se habens, quã apparitionem fecit angelus in assumpto corpore, genua reuerenter coram ipso flectendo, & forte aliqua verba consolatoria dicendo, non quidem propter ipsius Christi indigentiam, sed propter maiorem corrobo-

*Intrare in tentationem non debemus.*

1. Pe 5.

Phil. 4.

Psal. 56.

*Agonia Christi*

*Dama.*

D. Th. 12. q. 41. a 4.

(Marginal section letters: A, B, C, D.)

roborationem discipulorum. Cum autem recessisset angelus, E
venit Christus ad discipulos, quos inuenit dormientes, quorum
infirmitati compatiens, ait, (dormite iam & requiescite.) Scili-
cet paulisper; vel vt alij dicunt, hoc dictum est quasi ironice: tan-
quam diceret, non est modo tempus dormiendi aut quiescendi,
sed potius vigilandi & orandi. Cumque parum dormissent, ait:
(surgite, eamus) scilicet obuiam Iudæ venienti, vt me tradat in
manus peccatorum. (Ecce Iudas) de numero quidem discipulo-
*Venit Iudas cum armatis.* rum, sed non merito. (Et cum eo venit turba cum gladijs &c.)
Ipse Iudas erat ductor diabolici exercitus, qui antecedebat. F
*Psal. 145.* O magna Iudæ & turbarum cum eo venientium dementia, qui
venirent ad capiendum eum, qui soluit compeditos! Quid turba
armata ad quærendum hominem inermem? Quid cum laternis &
facibus de nocte, ad quærendum eum qui quotidie docebat in
*Iudæ signũ* templo? (Quemcũque osculatus fuero.) Ipse est quẽ vobis ven-
didi. (ducite caute.) Ligate sibi manus ne se possit defendere.
*Glo. inter.* (Quem quæritis? Sic autẽ interrogat, non quasi dubitans quem
quærerent, sed vt scirent ipsum esse quem quærebant, vt ait Glo.
(Iesum Nazarenum.) O impij attendite quid dicitis, nam Iesus
saluator dicitur, & Nazarenus floridus: ex ore ergo vestro con- G
uincimini inique agere, quia quæritis interficere saluatorem &
floridum per vitæ munditiam. *Ego sum* nempe qui creaui cælum
& terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Item ego sum qui edu
xi vos de Ægypto in manu forti, & qui vos paui per 40. annos
in deserto. Item qui olim dedi legem Moysi in monte Sinai, &
quem vaticinati sunt Prophetæ & sybillæ. Itẽ ego sum qui pro-
pter vos homo factus sum, & mortuos suscitaui, ac leprosos cu-
raui. Cum ergo audita hac voce, cecidissent, & rursus Dei mi-
seratione erecti essent, iussit illis vt sinerent discipulos abire, vt
*Ioan. 17.* scilicet illud impleretur, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis H
quemquam. (Aue Rabbi.) O Iuda virorum pessime, vide quid
dicas; si enim Rabbi est, quare eum non veneraris, & præser-
*Impudentia Iudæ.* tim te à peccato reuocare volentem, cum ait, (Amice, ad quid
venisti? Si eum per auaritiam vendere decreueras, eo quod exi-
stimabas te perdidisse triginta argenteos in effusiõe vnguẽti cur
saltem eum non vendebas matri suæ, quæ amplissimum tibi per-
*Magna Christi benignitas.* soluisset pretium, quamuis sibi essent vestes vendendæ? Alloqui-
tur tamen Christus eum benigne, dicens: (Amice ad quid venisti?
O fons misericordiæ, proditorem amicum vocas? Et vere sic e-
rat, quamuis amicitia ex vna parte claudicaret, ipse enim Chri-
stus Iudam diligebat, à quo tamen se non diligi nouerat, dicit
ergo

A ergo, (Amice ad quid venisti?) Si enim ad veniam quærendam, & pænitentiam toto corde agendam, bene veneris, nam paratior sum tibi veniam dare, quam tu illam quærere. Si autem venis ad me prodendum inimicis, non hoc apud te merui, nec inde vtilitatem aliquam cõsequeris. Vide ergo ad quid venisti O Iudas, licet offensa tua sit grauissima, considera tamen, quod maior est charitas mei patientis, quam malitia tua ad me crucifigẽdum tradentis, & ideo noli desperare. Cum ergo postea Christo permittente, sacrilegas manus in Christum iniecissent, dixerunt discipuli, (domine si percutimus in gladio?) Et nõ expectato Christi responso, percussit vnus ex illis seruum pontificis, nempe Petrus amputauit auriculam Malcho. De hoc Malcho ferũt quod prior manus iniecerit in Christũ, & ideo non est mirum, si ipse percussus est. (Iesus autem sanauit auriculam eius. Vnde instruxit nos reddere bonum pro malo. Item hoc fecit ad suæ diuinitatis manifestationem, & ad ipsorum Iudæorum conuersionem, & ad suorum discipulorum fidem confirmandam: sed dices tu, cur non sunt conuersi ad tantum miraculum Iudæi? Sane vt inde intelligas quam prauum sit cor obstinatũ, sicut patet de Pharaone etiam. Vnde Ecclesi. 7. nemo potest corrigere quem ille despexerit. Insuper Iudæi maiora viderant miracula, & tamen non crediderant: (Calicem quem dedit mihi pater.) Quasi dicat, ex quo difinitum est à patre meo cęlesti, vt per mortem meam genus humanum redimatur, nullo pacto debes tantum bonum impedire: nisi enim bibero hunc calicem, nec tu, nec cæteri saluari potestis. An putas quia non possum rogare patrem) Acsi dicat, non egeo auxilio vestro, qui possum habere duodecim legiones angelorum. Postquam autem reprehendit Petrum, sermonẽ cõuertit ad Iudæos dicens, (tanquam ad latronem &c.) Vbi notandum quod Christus tanquam latro est captus, cum latronibus est iudicatus, inter latrones est crucifixus, pro latronibus peccatoribus est mortuus, & à latronibus est occisus. Ait ergo, quotidie eram docens in templo, & magnam vtilitatem vobis contuli, cur ergo tũc nõ me tenuistis? Sane quia nõdũ venerat hora mea. (Sed hæc est hora vestra.) Acsi dicat, nunc permittitur vobis, sic me indigne tractare: item permittitur potestatibus tenebrarum procurare mortem meam. Porro modus capiendi Christũ talis fuit: nam postquam Iudas salutauit eum, subito illi iniecerunt manus in eum, & ligauerunt eum, vt cautius ducerent. Quãtũ ad ict⁹ attinet, sæuiebãt quidẽ illi in agnũ mãsuetissimũ,

*Inuitat Christus Iudam ad veniam petendam*

B

*Bonum reddamus pro malo.*

C

*Ecclesi. 7.*

D

*crudelitas Iudæorum*

& indignissime eum percutiebant. O deuota anima, si illic tunc E
adfuisses an non compassa fuisses factori tuo? nonne tunc abundantissime fleuisses? pone ergo nũc hęc omnia ante oculos mentis tuæ tanquam si præsens fuisses, & respice in faciem Christi tui sic crudeliter tractati propter te. (Relicto eo omnes fugerunt.) Et tunc impletum est verbum Christi dicentis, omnes vos scandalum patiemini. (Adolescens quidam sequebatur.) De hoc adolescente sunt variæ opiniones quę recitantur in histo. Scho. quidam dicunt quod fuit vir quidam habẽs habitaculum prope viam, per quam Christus captus ducebatur: hic ergo cum forte iam in lecto quiesceret, audiens tumultum transeũtium, subito F
assumpta syndone, aliquãtulum secutus est eos, vt videret quidnam hoc esset, quem cum milites vidissent, suspicati sunt quod esset vnus ex discipulis, & ideo voluerunt eum tenere, at ille relicta syndone nudus profugit ab eis in domum suam. Hiero. dicit hunc fuisse Iacobum minorem, sed potest dici quod magis loquitur opinatiue quam assertiue. Alij dicunt fuisse Ioannem Euangelistam, quem tunc fuisse adolescẽtem, longa post eius vita indicio est, nam post Christi passionem vixit 75. annis, & huius opinionis sunt Grego. & Beda.

*Opiniones variæ circa adolescentem amictũ syndone.* *Hiero.* *Grego.* *Beda.*

Secunda autem statio Christi patientis fuit in domo Annæ, à G
quo interrogatur de discipulis, & de doctrina, nẽpe vnde essent discipuli, & quorsũ eos vellet, quasi seditionis & nouitatis eum arguens. Quid inquit pontifex, sibi vult, quod cum tu sis pauper, tamẽ congregare præsumpsisti magnum comitatum, nescio quorum rusticorum & simplicium hominum? Iesus autem ad hanc interrogationem, nõ respondit, ne eorum defectus indicaret. Ad interrogationem vero de doctrina, ait: (ego palam locutus sum &c. Quod est signum veræ doctrinæ, quæ non quęrit angulos, sicut falsa doctrina hæreticorum. Cum Christus dixisset, interroga eos, tunc vnus assistens pontifici, dedit alapam H
Iesu, volens ipsi pontifici complacere. Dicunt autem quidam, quod ille fuit Malchus cui auriculam restituerat, vt intelligas quam ingratus esset. Tunc ait Christus, (si male locutus sum &c. super quo verbo ait Aug. Quid hac responsione verius, mãsuetius, & iustius esse potest? nonne libenter vellemus eum qui nos percussit, aut cælesti igne consumi, aut à terra absorberi, aut aliqua alia pœna affici? sed quæ horum, & pluriũ aliorum, non potuisset ille per quẽ factus est mũd⁹, infligere, nisi patientiá nos docere voluisset qua vincitur mũdus? Itẽ Chry. ait, exhorrescat cęlũ, & cõtremiscat terra de Christi patiẽtia, & de serui impudẽtia.

*Annas de duobus interrogat.* *Aug. in Ioan. tr. 113.*

*Nunquid*

A (Nunquid & tu ex discipulis es?) Dicunt aliqui quod ista ostiaria interrogabat Petrum ad prunas sedentem pia intentione, tanquam compatiens. Sed tamen Chry. Sic ait: quid agis ô Petre? vox enim tua repente mutata est: non tibi flagella, non tibi dura sunt illata tormenta, nullus te interrogauit, cuius autoritatē formidare deberes. Mulier est quę te interrogat, nec tamen domina sed ancilla. (deinde vidit illū alia ancilla.) scilicet perterritum & mutatum, cum vellet exire ianuā, & ait, (et hic cum Iesu Nazareno erat.) nempe in horto cum captus fuit. Vidētur ergo duæ ancillæ ostiariæ in domo pontificis. Post tertiam nega- *D. Chry.*

B tionem vero (respexit dominus Petrum.) de huiusmodi autem respectu dicit Aug. quod non fuit corporalis, sed spiritualis, vt scilicet recordaretur Petrus de negatione. Ita enim solet Deus respicere illum quem de aliquo magno labore eripit. Dicamus ergo illi, respice me domine. Item conuertere domine & libera animam meam. Hoc autem videtur probare Augu. ex eo quod dicit Marcus, (quod erat Petrus in atrio deorsum.) Vnde videtur quod Christus esset sursum nempe in superiori aula domus pontificis. *Augu. de consen. li. 3. c. 12.* *Psal. 6.* *Psal. 12.*

C Tertia quidem statio fuit in domo Caiphæ, quia enim verū testimonium inuenire non poterāt, ideo falsum quærebant, vt eum morti traderent. (scidit vestimenta sua.) Iste motus corporis indicat insaniam mentis, ex impatientia enim surrexit de tribunali, eo quod non inueniret in Christo vnde posset condemnari. (Nil respōdes ad ea quę isti aduersum te testificātur?) Caiphas enim malitiose ab eo exigebat responsum, vt posset in sermone capere ipsum. (Iesus autem tacebat.) Quia sciebat quod quidquid dixisset, Caiphas fuisset calumniatus: secundo vero quia vt dicit Aug. aperta mendacia non sunt responsione dig- *Tertia statio Glo. inter.* *D. Aug.*

D na. Videns autem quod taceret ad falsam depositionem testium ait: (ad iuro te.) Respondit Iesus propter reuerentiam nominis diuini, tu dixisti. Ac si diceret, quid me adiuras, qui in scriptis prophetarū legisti me esse filium Dei? (Amodo videbitis) Quasi dicat, licet modo ignominiose valde me tractetis, nihilominus in generali iudicio videbitis me venientem cum potestate magna & maiestate. (scidit vestimēta.) in signum quod blasphemasset. Et interrogat assistentes dicens, (Quid vobis videtur? At illi dixerunt, reus est mortis.) Lex enim dicebat, qui blasfemauerit nomen domini, morte moriatur. Ipsi autem dicebant Christum blasfemasse, quod se filium Dei faceret: & forte tunc eum lapidassent, nisi quia volebant morte turpissima eum condemnare *Leui. 14.*

demnare. (Expuerunt in faciē eius. &c. Lucas autē addit, quod multa blasphemantes dicebant in eum, forte vocantes eum incantatorē, seductorē, diuinatorē, dęmoniacū, hypocritā. Ecce quomodo sapientia increata ab humana insipientia illuditur & colaphizatur, quod videtur sonare in collo cędere, sicut fit cum vilibus personis. E

*Quid sit colaphizare.*

Prophetiza quis est qui te percussit.) per hæc verba volebāt innuere ipsum esse pseudo prophetam & populi seductorem, itē quod ignoraret quis eum percussisset: sed vt ait Hiero. non decebat se prophetam ostendere inter verberantes & illudentes. Cæterū quamuis non videantur Euangelistæ dicere omnia quæ passus est, tamē maiorē noctis partē expenderunt in cōtumelijs & opprobrijs. Cum enim milites haberent eū in manu sua, alij pugnis eū cædebant, alij puluere spargebant, alij capillis vellebant. Tandē traxerunt eū in quendam carcerem, ibi subtus solarium, cuius adhuc potest videri vestigium vt ait Ludol ibiq, ligauerunt eū ad quandam columnam lapideam, eum ibidē absq. misericordia & intermissione vexantes, per totum residuū noctis, vt dicit idem autor, quasi non sufficeret illis dies ad complendam malitiā suam. Insuper ibidem conuiciabantur illi dicētes, putabas quidem esse sapientior principibus nostris, & melior Pharisæis? Nunc ergo apparet stultitia tua, & cras quidem morte turpissima morieris. Et breuiter vt ait Ansel. nox insomnis tota ducebatur, & nulla prorsus requies Christo concedebatur. F G

*Ludol. li. de vi. Chri.*

*Ansel.*

*Quarta statio.*

Quarta statio fuit in prætorio Pilati, præsentatur ergo à Iudęis seculari iudici, nempe Pilato: modus autem præsentationis talis quidem fuit: erat quidem pijssimus Christus Iesus ligatis manibus ad tergum, habens catenā ferream in collo tanquā notorius homicida & malefactor. *Vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha.* Pascha hoc loco significat azimos panes, quibus quidem Iudæi vescebantur diebus septem, & ab horum manducatione reddebantur quasi irregulares & incapaces, si introirent in prætorium Pilati. Sed contra hunc Iudęorum scrupulum inuehitur Augustinus dicens: ô impia & stulta Iudęorum cæcitas qui timebant contaminari habitaculo alieno, & non timebant contaminari scelere proprio. Alienigenæ iudicis prętorio contaminari timebant, & tamen innocētis sanguinē fundere non formidabant. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. Id est in platea stantes: & dixit eis, Quam accusatio- H

*Aug. trac. 14. In Ioan.*

accusatio-

A cusationem adfertis aduersus hominem hunc? scilicet tam humilem & benignum, & qui mihi videtur innocens, & tamen vos eum pręsentatis tanquam quidem malefactorem, nil tamen cōtra vos conquerentem. Siquidem consuetudo erat Romanos aliquem non condemnare, nisi prius audirent eum, & dabant ei locum se defendendi: (si non esset hic malefactor.) Quasi dicit nos diligenter examinauimus eum, & inuenimus dignum morte, & ideo non est opus alia examinatione: nos enim tantæ veritatis & iustitiæ sumus, vt merito debeat statim nobis fides adhiberi. *Acto. 25.*

B beri. Pilatus vero quasi iratus, & præsertim cum sciret quod per inuidiam tradidissent eum, ait, (accipite eum vos &c. Quasi dicat, si sufficit vestra examinatio, vos eum iudicate. Aliqui dicūt quod hoc diceret per irrisionem, nempe hoc sibi volens, si potestatē haberetis, iā eum interfecissetis. (Nobis nō licet interficere quēquā ) Quia iustitia nobis ablata est, & in Romanos trāslata, vel dictū suū referunt ad suppliciū crucis, alias enim interfecerunt Stephanum. (Hunc inuenimus subuertentē gentē nostrā &c. Ex quibus verbis apparet quod eū accusabāt de tribus, primo de falsa doctrina, cum dicūt quod subuerteret gētē, hic *Acto. 7.* *Ioan. 5.*

C enim dicebant, sabbathū nō custodit, quādo scilicet paralyticū curauit, item cum cæcum à natiuitate illuminauit. Secūdo accusabant eū de iniuria in imperatorē, quod prohiberet tributa dari Cęsari. Tertio accusabant eum de crimine læsæ maiestatis, quia dicebat, se Iesum & regem esse. Audita autem hac triplici accusatione Pilatus de prima parū curauit, quod gentilis esset, & ideo de lege Moysi non curauit De secunda similiter nō curauit, quia reputauit eā simpliciter falsam, & examinatione indignam & forte audierat ex aliquorum relatione, responsum quod dederat Christus Iudæis, nempe reddite quæ sunt Cæsa- *Ioan. 9.* *Mat. 22.*

D ris Cęsari, & quæ sunt Dei, Deo. De tertia ergo accusatione solum curauit, & ibi stetit, eo quod videbatur tangere honorem imperatoris Romani: vnde fecit illi tres interrogationes: nēpe prima fuit, (tu es rex Iudeorum?) Quasi diceret est ne hoc verū quod isti Iudæi tibi imponunt, scilicet quod tibi vsurpare velis Iudæorum regnum? Quod si ita est, male quidem facis, cum Cęsar sit horum rex. Nam vt ait Lyra, à tempore Pompeij, Iudęi seruiebant Romano imperio sub tributo, & ab ipsis abstulerant Romani titulum regium. Ait Christus, (Tu dicis.) Scilicet veritatem. Sed quæres, cur Christus responderit Pilato, & tamen non respondit Anuæ, nec Caiphę, aut Herodi? Quoniā scilicet isti malitiose interrogabant. *Lyra.*

(Nunquid

(Nunquid ego Iudæus sum.) vt scilicet scire valeam si tu es rex E
aut de regio semine, an non? Et ideo vt sciam veritatem, te ipsum interrogo, videtur enim quod cõmiseris aliquod magnũ crimen, quia (gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Tã quĩ scilicet morte dignũ. Secunda interrogatio fuit: Quid feci
Interrogationes Pilati. sti? nempe propter quod gens tua & pontifices tradiderint te mihi: videtur enim quod sis culpabilis valde, cum tales te mihi tradiderint. Ad hanc interrogationem non respondit Iesus, quia si respondisset dedisset occasionẽ Pilato ipsũ liberandi, vt pote si
dixisset, ego multiplex beneficiũ contuli huic genti peccatrici F
& ingratæ, quæ me tradidit tibi, nam infirmos eorum sæpe curaui, cæcos illuminaui &c. (Regnũ meũ non est de hoc mundo.) Quasi dicat, regnũ meũ non est tale quale arbitraris, non enim est caducum aut tẽporale, sed potius stabile, & spirituale, non enim impedio dominationem terreni imperatoris in hoc mũdo. Tertia interrogatio fuit, (Quid est veritas,) Melius forte quæsiuisset Pilatus, si dixisset, vbi est veritas. quia tunc non erat veritas in pontificibus, nec pharisęis, nec in iudicibus, nec in turbis Et de paucis modo dici potest quod in eis sit veritas. vnde O-
Oseę 4. seæ quarto dicitur, non est veritas in terra, sed mendacium inũ G
Psal. 115. dauit. Et Psal ait, omnis homo mendax. Ad hanc autẽ interrogationẽ nõ respondit Iesus Pilato, sicut nec ad pręcedẽtẽ, quia forte ideo factum quod Pilatus statim exiuerit foras ad Iudęos clamãtes. (cõmouit populũ docens per vniuersam Iudæã.) sed
Glo. ordi. profecto in hoc non Iesũ, sed seipsos accusant, vt ait Glo. docuisse enim populũ, & à pristina torporis ignauia docendo cõmouisse, & totã promissionis terrã percurrisse, nõ criminis sed virtutis est indicium. Ipsi tamen Iudęi prætendebant aliũ sensũ
ex verbis suis, videlicet quod Iesus esset perturbator pacis, & H
quod turbauerat pacẽ cõmunẽ à Galilæa vsque ad Hierusalem.

Quinta statio fuit ante Herodẽ, nã vt refert Lucas, qui solus
Quinta statio. loquitur de hac statione seu præsentatione Christi corã Herode, de qua cęteri Euangelistæ tacuerunt eo quod esset extra or-
Ducitur ad Herodem. dinaria, Pilatus audiens Galilęã nominari, interrogauit Iudæos si Iesus Galilæus esset, & vt cognouit ex eorum responsione, ꝙ de Herodis potestate esset, quia etiam in Nazareth ciuitate Galilææ conceptus & nutritus erat, remisit eum ad Herodem, qui Hierosolymis tunc erat. Sed cum signũ nullum facere vellet ante Herodem, (Spreuit eum Herodes cũ suo exercitu.) Quia sub
Eccle. 10. diti libenter applaudunt desiderijs maiorum suorum, iuxta illud Eccl. secundũ iudicem populi, sic & ministri. (Et illusit in

dutum

A dutum veste alba,& remisit ad Pilatum.)Cum autem vidisset Pilatus quod euasisset manus Herodis,voluit eum dimittere etiã. Sed cum videret importunitatẽ Iudęorum petẽtium vt crucifigeretur,cogitauit apud se quod si forte viderent flagellatum compaterentur ei,sępe enim fit quod dum aliquis persequitur aliquem intestino quodam odio,si tamen viderit ipsum calamitosum redditum, incipit deferuere eius odium, nisi forte habeat cor lapideum aut dæmoniacũ.Pilatus ergo sentiẽs Iudęos *Odium Iudaorũ in Christũ*
B grauissimo odio prosequi Christum,ad mitigandum eorum animum,decreuit flagellare eum, vnde vocans eum,ait illi : Iam vides odium gentis tuæ,nunquam enim in causa alterius rei etsi sceleratissimi, vnquam perinde institerunt atq agendo contra te, tu ipse vides quantis clamoribus vrgeant, cum tamen ego te vellem liberare. Quare oportet vt patienter feras quæ facturus sum contra te, quamuis iniustissime : data ergo flagellationis sententia in Christum,mox tortores currũt ad flagella,alij crudeliter & dure ipsum spoliant, alij funes adhibent quibus ligetur ad columnam. Tandẽ ergo eius manibus ligatis, cœperunt *Colloquium Pilati.*
C eum flagellare, nunc etiam caput feriendo,nunc dorsum,nunc rectis,nunc vero contortis brachijs,Iudęi vero astantes dabant pecuniam tortoribus dicentes sigillatim vt eum grauissime ferirent, & non ante desisterent à flagellatione, quam defatigati essent. (Milites plectentes coronam de spinis.) Hoc autem secundum Glo. ordin. iussit fieri Pilatus, vt Iudæi satiati in flagellando desisterent à Christi morte. Dicit autem Lyra quod hæc corona spinea fuit de iuncis marinis acutissimis ad modum spinarum,quam milites imposuerũt capiti Iesu,& percutiebant caput eius ad penetrandum eius cerebrum: atq. ita caput sacratissimum vndiq. manabat sanguine. Quibus supplicijs & illu- *Iudæi dãt pecuniam tortoribus* *Glo. ordi.* *Lyra.* *Coronatur Christus spinis*
D sionibus expletis,exiuit Pilatus manu ducens Christum,vt eum ostenderet Iudæis ita indigne tractatum : exiuit etiam Iesus vt ait Interlin. non clarus imperio, sed plenus opprobrio. (Ecce homo.)Ac si diceret,etsi in aliquo male egisset,tamẽ indignius tractatus est quam mereretur,debet ergo id vobis sufficere,quia quem regem accusastis, nunc videtis quia vix similis est homini. Sed quantumcunq. Pilatus testaretur Christi innocentiam, nihilominus ipsi Iudæi non desistebant à suo proposito malo, sed magis inflammabãtur, nec aliam proponunt accusationem, quia etiam illæ quas proposuerant, falsissimæ erãt. Sed tantummodo dicunt, (Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.) Quod Pilatus audiens, (magis timuit.) *Glo. interlin.* *Crudelitas magna Iudęorũ.* *Cauillationes Iudaorum.*

timuit. (Non quidem propter legem Iudęorum, de qua non cu rabat, sed metuebat ne esset filius alicuius dei gentilitatis, sicut ipsi faciebāt plures Deos, atq. ita grauissime à dijs castigaretur Pilatus. Et ideo volens id certius inquirere, rursum interrogat (Vnde es tu?) Quasi diceret, dic mihi nū sis filius alicuius ex dijs quos colit gētilitas nostra. (Iesus autē responsum nō dedit ei.) Sed quia Pilatus se iactabat quod haberet potestatē in eum, ait: (Non haberes potestatē &c) Nisi esset tibi data à patre meo per missiue, & à Romano imperatore cōmissiue. Vidētes autē Iudęi quod Pilatus vellet eum dimittere, clamabāt dicētes, (si hūc dimittis, nō es amicus Cæsaris.) Ac si aperte dicerēt, ô Pilate, no ueris, quod si nō condēnaueris istum ad mortē, scribemus cōtra te ad Cæsarē, insinuantes illi quod hic foueas publicū illius hostem, & regnū eius occupare volētē, & sic perdes eius amicitiam pariter & officium, & forte vitā, & ideo vide quid agas. (Omnis enim qui se regē facit, nēpe in terra hac, cōtradicit Cæsari,) quasi vsurpando regnū eius. Quod cū audisset Pilatus, timore ductus magis quā ęquitate, decreuit condēnare Christū, & ideo ad duxit foras Iesum, (& sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Licostratos, hebraice autē Golgotha.) Est autem Golgotha locus quidā ante domū Pilati, lapideo opere cōstructus, quē etiam pauimentum diuersorum colorū decorabat. Non statim autē cum sedisset, eum condēnauit, sed adhuc studuit eum liberare remordente forte cōscientia, aut forte diabolo eum instigāte secundū Ludol. vt sic impediret redemptionē nostram. Vnde ait. (Ecce rex vester.) Quasi diceret, modo nō timeatis, quod iste homo sic flagellatus & viribus destitutus se audeat ingerere pro rege vestro, & ideo potestis illi parcere. (Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit Pilatus, regem vestrū crucifigā?) Hoc enim cedet vobis in infamiam. (Nō habemus regem nisi Cæsarē.) Et per hæc verba Iudęi renunciauerunt omni regię dignitati, de qua olim tātopere gloriabantur, seq. submiserunt Cęsaris imperio. Vnde ex tunc nec habuerunt, nec habituri sunt regem vsq. ad finem seculi, de gente sua: sed velint nolint, vbicunq. habitant, sub tributo seruiunt. Pilatus ergo vidēs quod erant contēti se obligare perpetuo Romano imperio, dūmodo condēnaret Christū morte, & similiter ex altera parte timens, ne si hoc recusaret facere, accusaretur apud Cęsarē, & sic forte perderet vitā, aut saltē officium, insuper volēs etiam captare beneuolētiam Iudæorum, à quibus sperabat se aliquas pecunias collecturū, annuit petitioni eorū; (Et accepta aqua lauit manus) vt sic coram ipsis innocens appareret,

*Timet Cęsarem Pilatus.*

*Pilatus cur nō statim condēnaret Christum.*

*Subijciuntur Iudęi cæteris nationibus.*

E F G H

A reret,qui tamen coram Deo valde reus erat,& ait, innocens ego sum.&c.(Sed responderunt Iudæi dicentes:(Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quasi dicerent,tota eius vltio,si modo vltio aliqua sequi debeat,sit super nos. Vbi ait Hiero. Considera quæso qualem hæreditatẽ reliquerint Iudæi filijs suis. Quæ autem fuerit forma sententiæ Pilati,non videntur Euang. commemorare:legitur tamen quod Pilatus sedens pro tribunali,ipsi Christo flectenti genua sua ante eum humiliter, pronunciauit sententiam suam dicens:Iesu Christe, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, dicentes quod volueris vsurpare regnum B Iudæorum,cum tamen non habeant regem nisi Cęsarem,& quia hoc est contra decreta Romanorum imperatorum, propterea ego condemno te morte in Caluariæ monte, in patibulo videlicet crucis: item adiudico morti simul tecum duos latrones,nempe Dismam ad dexteram,& Gesmam ad sinistram. Mox ergo pronunciata sententia, cœperunt sæuire in Christum, sicut lupi in agnum,& exuerunt eum chlamide coccinea, quæ iam adhęrebat carni suę,propter sanguinẽ aliquantulum iam coagulatum.Considera obsecro quantus dolor inuaserit Christi amicos,quando audiuerunt sententiam,& quanto gaudio exiluerint inimici:gau C dentes enim manibus plaudebant,dicentes,nunc habemus intentum nostrum,pro quo tantũ laborauimus. Tunc Caiphas etiam gaudens ait, vadat præco per omnes vicos huius ciuitatis,& cũ tuba,ipsam sententiam manifestet:statimq. præco dicebat per vicos & plateas, quod ex parte dominorum meorum Caiphæ & Pilati,pręcipitur omnibus tam magnis quam paruis,vt cum omni festinatione vadant ad montem Caluarię visuri crucifixionem illius pessimi seductoris.Quo audito omnes currere cœperunt, ita vt decertarent quisnam primus illuc perueniret.(Exi- D uit baiulans sibi crucem,) Et quia valde debilitatus erat propter grauissimas pœnas quas sustinuerat, ideo Iudæi non propter compassionem quidem,sed vt viuus posset crucifigi,coegerunt Simonem ad portandam crucem post Iesum, idest posteriorem partem eius. Sequebantur etiam Christum multę mulieres plangentes, & dicentes forte quod sibi fieret grauis iniuria,vnde intelligas, quomodo aliquæ mulieres sint magis deuotæ quam pleriq. viri. (Nolite flere super me. (Potius debetis flere super peccatores,& super vosmetipsas quæ peccatrices estis, & non super me qui sum absque peccato, item flete super filios vestros, qui odio & diabolica inuidia commoti petierunt hodie a Pilato vt crucifigerer.

*Miseram hæreditatẽ reliquerũt Iudæi posteris.*
*D. Hie.*
*Sententia Pilati.*

*Pręco publicat sententiam.*

*Simon Cyre. iuuat in cruce portanda.*

*Deuotę mulieres flebant.*

Notan-

Notandum est circa textum, quod Christus exiens de Hierusalem, modicum extra portam constitisse dicitur, & hoc supra petram, quæ adhuc peregrinis ostenditur, & tunc protulit prædicta verba mulieribus. Inter quas adfuit quædam quę Veronica dicebatur, quæ videns faciem eius tam indigne tractatã, protinus accedens, tersit eam lintheo capitis sui, & ecce diuinitus in dicto lintheo facies ipsius Christi impressa fuisse dicitur, quæ imago veronica etiam appellata, pretiose & reuerenter custoditur Romæ. Mons autem Caluariæ erat locus adiacens ciuitati Hierusalem, vbi rei puniebantur morte, & ita dicebatur Caluariæ, quia ibi iacebãt multa ossa mortuorum. Maluit autẽ Christus ibi pati, & non in ciuitate, vt per hoc ostenderet quod non tantum pro Iudæis, sed etiam pro omnibus pateretur. (Erat autem tunica inconsutilis. (Id est sine sutura. (Non scindamus eam.) quia scilicet partes nihil valerent. (Sed sortiamur cuius sit.) Patet ergo ex dictis, Christum pluribus vestibus fuisse indutum, hacq. veste inconsutili de qua hic agitur, quæ non fuit diuisa. & quam ferunt beatam virginem manibus suis fuisse operatam, cum scilicet ipse adhuc paruulus esset, quæ etiam crescebat eo crescente, vt ait Ludol. Nunc autem positam eam ferunt apud Argentolium prope Parisios, quæ etiam ostenditur peregrinis. Ecce ergo quomodo ille qui operit cælum nubibus, nudus cruci est affixus, quod tamen non legitur fuisse factum circa alios duos latrones, hoc autem fecerunt ad maius Christi opprobrium. Tunc nudus modo prędicto super lignum crucis, quę in terra prostrata erat, crudeliter expanditur & distenditur: extensis ergo neruis & venis, affixus est Christus cruci, manibus & pedibus durissime perforatis, clauis retusis quodammodo vt maiorem inferrent dolorem. Vnde cutem & carnem, neruos & venas, atq. compages dissipabant. O quanto amore omnia patienter pro nobis sustinuit. O quanti gemitus & fletus amicorum, & præsertim matris charissimæ. Porro de numero clauorum est duplex opinio: quidam enim dicunt tantũ fuisse tres, vt refert Magist. in hist. scho. & ita oportet dicere vnicum fuisse ad pedes, sic quod vnus pes supponebatur alteri. Alij dicunt fuisse quatuor clauos, vt refert Guillel. in rationa. ita quod vterque pes fuerit seorsum cruci affixus, in cuius rei signum antiquę quędam imagines sic depinguntur. (Scripum Hebraice, gręce & latine.) Voluit autem Pilatus dictum titulum scribi in triplici lingua, vt à multis qui de diuersis regionibus tunc veneŕant in Hierusalem, legi posset, & hoc ad maiorẽ confusionem Iudæo-

*De Veronica.* *Cur diceretur mons Caluariæ.* *Sortẽ mittunt super vestem inconsutilem* *Ludol.* *Psal. 16* *Nudus crucifigitur Christus.* *Opiniones de numero clauorum.* *Gui. in rati. diui. officio.*

E F G H

A Iudęorum. (Noli scribere rex Iudæorum) Aperte enim videbant quod talis titulus redundabat in eorum infamiam, & maxime propter gentiles & extraneos qui ibi aderant, qui hoc diuulgaturi erant per omnes mundi partes, & ita voluerunt vt Pilatus dictum titulum corrigeret, sed ipse non acquieuit eorum petitioni, imo vero ait, (Quod scripsi, scripsi.) Non enim hoc factum fuerat à casu, sed potius ex diuina dispensatione & ordinatione (Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones,) vnus dictus est Dismas, & alter Gesmas, in quorum medio stabat Iesus. Sic autem procurauerũt Iudæi fieri à Pilato, ad infamandũ Christum

*Titulus remansit in cruce.*

*Nomina latronum.*

B vt scilicet æstimaretur a populo particeps in malefactis eorum. In cuius rei figuram, Ioseph reclusus erat in carcere, cum duobus ministris domus Pharaonis, qui peccauerant in dominum suum Christus ergo in cruce pendens, oculo amoris respexit matrem suam:& Bern. dicit quod videns matrem, maiorem dolorem habuit, quã de omnibus vulnerib' suis, & ideo visus est quasi illi dicere: ô mulier noli flere, quia plus me cruciant lachrymę tuę, & dolores cordis tui, quam dolores corporis mei, (Stabat iuxta crucem mater eius) Cum cæteris quidem corpore, sed in crucẽ tota migrauerat mẽte, magis eligens cum ipso mori, quam

*Gen. 40.*

*D. Ber.*

C post eius mortem vlterius viuere, nisi aliter Deus ordinasset. Possumus autem pie contemplari, quod mater sanctissima stans iuxta crucem vultu mœsto, hæc dicebat in corde suo: ô fili amantissime, quem de spiritu sancto concepi, vbi est modo illud gaudium quod habui in natiuitate tua, quãdo te adorabam in medio duorum animalium? profecto huiusmodi gaudium conuersum est mihi nunc in luctum, cum te conspicio in medio duorum latronum Item tum audiui angelicos concẽtus dicentes, gloria in altissimis Deo, nunc autem audio horribiles blasphemias, & opprobria

*Dolor ingens Marię.*

D Iudęorum tibi insultantium & gentilium. Item tunc a pastoribus deuote & reuerẽter, & a regibus fuisti adoratus, nunc vero ab omnibus despectus es. Ecce quomodo chorus versus est in luctum. (Mulier ecce filius tuus.) Ipse Ioannes loco filij obsequetur. (Ecce mater tua.) Id est cui reuerentiam & seruitutem debes vt filius matri: ego enim deputo te ad eius curam & obsequium loco mei. O quantus honor Ioannis, quod Christus ei matrem commendet. Et certe vt ait Hiero. Pudicitia uirginis, nulli rectius, quam virgini commendari debuit. (Accepit eam discipulus in suam.) Matrem, & illi obedientissimus fuit. Quæritur autem quare Christus matrem suam quæ ipsum tanto amore diligebat, appellauerit mulierem? Respondet mellifluus Bernard.

*Thre. 5.*

*Cur Christus matrẽ appellat mulierẽ.*

quod non erat tunc tempus dulciter loquēdi, nam si matrem appellasset, vehementissime quidem dolor Mariæ auctus esset. Idem etiam ait Ansel Credibile autem est procul dubio, quod iam tūc Ioseph mortuus esset, aliter enim eam Ioanni non commēdasset, vt habetur 27.q.2.si enim. Idem etiam ait Petrus comes in hist. scho Porro postquam sanctus latro reprehenderat prauum alterum latronem, ait ad Christum, (Domine memento mei.) Certe fides huius latronis maxima fuit, vt pote qui nec propter acerbitatem pœnę quam patiebatur, nec propter infirmitatem carnis quam in Christo videbat, amisit verę fidei confessionem, quin imo hominem secum morientem, dominū gloriæ credidit. (Hodie mecum eris in paradiso.) Vbi paradisus non capitur pro cęlo empyreo, & loco beatorū, sed pro visione beatifica, nā vbi Christus, ibi regnum, sicut dicit Glo. Chryso. vero super hoc verbo ita ait, ô admiranda rerum materia! nullum ante latronem inuenies paradisi repromissionem meruisse, sicut iste meruit. ô quam pius igitur & misericors est Dominus, omnibus inuocantibus eum in veritate! Noli igitur desperare peccator de venia: sed fac tibi ante oculos proponas hoc tantum mysterium, & attēde quia miserationes Domini super omnia opera eius. (Eli, Eli. &c) Quasi diceret, ó Deus pater, tantum diligis homines, vt pro ipsis me tradas morti amarissimæ, & derelinquas me sine auxilio, in manibus inimicorum meorum? Hic ergo Christus vt ait Glo. vt homo loquitur, vt homo crucifigitur, humanitas ergo conqueri videtur de diuinitate, nullum auxilium in tanta necessitate sibi ferente: nam tunc dimittebatur agere & pati secundum propria, quod fiebat ex diuina dispensatione. (Eliam vocat,) Isti qui hoc dicebant, ut dicunt aliqui, erant milites Romani, qui Christum custodiebant quousq. spirasset: nam cum essent gentiles non bene capiebant linguam Hebraicam. Contemplare autem quomodo pia mater, audiens hæc verba diceret, satis video fili mi, quod derelictus es, ego tamen non te derelinquam vsq. in finem. Deinde cōuersa ad crucem cæpit dicere, flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera, vt saltem possim semel osculari illum quem tantopere diligit anima mea. (Sitio.) Nam a tempore quo captus fuerat in horto, adeo afflictus fuerat, & indigne tractatus, & pretiosum sanguinem abunde effuderat, vt lingua sua præ siti quasi adhęreret palato. Contemplare autem piissimam virginem apud se dicentem, O factor cæli & terræ, creator aquarum & vniuersę creaturæ, ecce totus mundus negat tibi aquę guttam: ego fili mi elementarem aquam nō habeo, sed parata sum tibi dare sanguinem meum,

*D. Ber.* *D. Ansel.* *27.q.2.si enim.* *Pe. Comes in hi. scho.* *Fides latronis maxima.* *Paradisi significatio.* *Glo. inter.* *Chry.* *Glo. ordi.* *Dolor virginis.* *Loquitur Virgo ad crucem.* *Lamentatio virginis.*

E F G H

A meum, pariter & aquam lachrymarum ex oculis meis iugiter distillantium. Flecte igitur ramos arbor alta. (Vas autem positum erat aceto plenum, illi ergo spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius.) Matthæus autem addidit quod dederunt illi bibere vinum myrrhatum. Augustinus quidem dicit quod pro eodem capiuntur, eo quod vtrumque amarissimum est. Ille vero Redemptor noster cum modicum gustasset, (Noluit bibere,) vt prophetia impleretur.) Consummatum est.) Hoc fuit sextum verbum quod dixit in cruce. Quod quidem verbum multipliciter accipi potest: nẽpe consummatum est quidquid de me scriptum erat per prophetas: secundo consummatum est, nempe opus redemptionis generis humani, ac si aperte diceret Christus, feci pro omnium hominum salute, totum id quod fieri debuit: item consummatum est, vetus scilicet testamentum, quantum ad figuralia & ceremonalia, quę Christi passionem & mortem prȩfigurabant, quia adueniente veritate, cessat figura. Septimum denique & postremum verbum quod redemptor noster in cruce pendens protulit, fuit, (Pater in manus tuas commendo spiritum meum.) Quod quidem verbum, quam

*D. Aug. de consc. euang.*

C uis valde attenuatus esset Christus, tamen voce magna & alta protulit, secundum Chryso. Et in hoc ostendit signum magnum suę diuinitatis, quia naturaliter purus homo sic destitutus viribus, talem vocem non potest emittere. Fuit ergo prędicta vox tam magna & tam valida, vt etiam infernum penetraret, & cælum pariter & terram tremere fecerit. Postquam ergo protulit septem verba prædicta, mox (inclinato capite emisit spiritum;) Inclinauit ergo caput versus matrem suam, quasi illi vale dicens, Ac si diceret: ô mater charissima, confortare in Domino, & bene vale, quia ad patrem meum vado, & mundum hunc miserum relinquo

*Alta voce clamat Christus.*

*Inclinat caput christus matrẽ versus.*

D in quo nunquam habui diem quietis, sed semper dolorem & laborem. Statimq. sanctissima anima, corpore relicto, descendit ad inferiores partes terræ, vsque ad illuminandum his qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant.

*Luc. 1.*

## SABBATHO SANCTO.

### CONCIO VNICA.



VO Abijt dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quo declinauit dilectus tuus, & queremus eum tecum?* Can. 5: Vesperi quidẽ in hoc Sabbatho sacra cõcio haberi solita est, de depositione Christi de cruce, de sancto eius

sepulchro, de descensu ad inferos, de solitudine & planctu beatæ E
virginis. De his igitur aliqua proponemus. Notandum itaq in
primis est, quod tam Iudæi quam ministri Pilati, peracta passione
Domini, recesserunt de crucifixionis loco, & ad propria redierunt
Illic ergo remansit mater pietatis cum Ioanne, & nonnullis
deuotis mulieribus: nam corpus dominicum propter imbecillitatem
virium commode d ponere non poterant, neq. apta habebant
ad id instrumenta: tum etiam recedere inde non audebant, &
corpus solum relinquere: adde etiam quod nec ibi diu manere
poterant, propter instantem iam noctem Cōtemplare igitur obsecro, F
quanta in angustia versarentur, & præsertim mater sacratissima.
Ecce tamen cum in hac angustia versarentur, diuina dispensatione
factum est vt Ioseph ab Arimathea ciuitate Iudeæ,
vir pius, & discipulus Christi, quamuis occultus propter metum
Iudæorum, impetrata licentia à Pilato, venerit ad sepeliendū corpus
Domini, antequam intrasset Sabbathum, in quo non licebat
talia facere. Hic enim inquit Luc. non consenserat consilio, &
actibus Iudæorum, in quo apparet eius probitas & pietas Ideo
autem dictus Ioseph petijt licentiam a Pilato, quia secundum leges
humanas, est impetranda licentia a iudice ad sepeliendа damnatorum G
corpora. Venit etiam cum eo Nicodemus, qui venerat
ad Iesum nocte vt ait Ioan. ferebatq secum pretiosa vnguenta
ad vngendum corpus Iesu. Cum ergo hi duo Christi discipuli
venissent prope locum crucifixionis, genua flectentes, adorauerunt
sacratissimum corpus Christi quod adhuc in cruce pendebat,
moxq. se accinxerunt ad illud deponendum de cruce. Quod
videns mater pietatis, cœpit illos iuuare prout potuit, similiter
& Ioannes, & mulieres deuotæ illic astantes. Vnus ergo educebat
clauos & conuellebat, alter vero sacratissimum corpus sustentabat,
ne in terram caderet. Cū ergo potuit iam piissima mater filium H
suum complecti, considera obsecro quanta cum deuotione
eum oscularetur & adoraret: Tanto igitur thesauro de cruce penitus
deposito, eum sacratissima mater in gremio suo reclinauit.
Magdalena autem pedes eius sanctissimos, quos olim pretioso
vnguento perfuderat, & lachrymis irrigarat, capillisq. suis abterserat,
etiam modo quidem cum maxima deuotione, lachrymarumq.
abundātia veneratur & sępissime osculatur, reliqui vero
circumstabant flentes amare. Post aliquantulam igitur moram,
rogauit Ioseph humiliter piissimam matrem Domini & redemptoris
nostri, vt permitteret sacratissimum filij sui corpus vngi,
& linteaminibus inuolui, & sicut mos erat sepeliri. Ipsa vero pie
conten-

*Dolor virginis iuxta crucem*

*Mat. 27.*

*Luc. 23.*

*Ioan, 3.*

*Deponitur Christus de cruce vt sepeliatur.*

*Luc. 7.*

*Humiliter sibi petunt Ioseph & Nicodem' concedi corpus a virgine vt sepeliretur.*

A contendebat dicens: nolite amici mei, nolite tam cito, corpus sacratissimum filij mei, a meo complexu auferre, paululum adhuc sustinete, vt sanctissimam eius faciem valeam contemplari, & in ea aliquantulum consolari: & hæc dicens, osculabatur nunc faciem, nunc pedes, nunc manus, nunc latus, atq. lachrymis suorum oculorum lauabat vulnera & plagas filij. Tandem igitur cũ opportuna esset hora sepeliendi, supplicant iterum Ioseph & Nicodemus simulq. Ioannes, vt sibi liceret corpus sepulturę tradere. Atq. ita piissima virgo eorum petitioni annuit. Tunc ergo B corpus dominicum magna cum deuotione & pietate vnxerunt, & inuoluerunt in sindone munda, tum etiam sudarium apposuerunt, & instita seu fascias, adhibitis etiam aromatibus, ac deniq. sicut mos est Iudæis sepelire venerabiles personas.

*Vngitur Christi corpus & sindone munda inuoluitur.*

His autem peractis, omnes genua flectunt, & sacratissimum corpus adorant, deinde de terra ipsum leuãtes, cũ fletu & lachrymis, maximaq. deuotione & pietate, ad monumentum deportarunt, iuuantes singuli pro virili sua. Erat autem prope locum crucifixionis hortus, & in horto monumentum nouum ipsius Ioseph, sumptuose satis ornatum, & in petra excisum, id est in C vno lapide secundum quantitatem hominis excauatum, in quo nondum quisquam positus fuerat, hic ergo cum magna deuotione sepelierunt corpus Domini. Tuncq. vt ait Augustin. millia millium Angelorum Christi exequias siue hymnos percantabant. His igitur expletis, Ioseph quidem & Nicodemus reuerentiam exhibentes sepulchro domini, & virgini sacratissimæ, inde recesserunt: mater autem pietatis, remansit ibi adhuc aliquantulum cum deuotis mulieribus. Instante autem nocte, ait ad matrem Ioannes, conueniens quidem esse vt inde recederent, & ad ciuitatem redirent, atque ita adorantes sepulchrum Domini, in- D de omnes recesserunt.

*Ducitur Christi corpus ad monumentũ.*

*D. Aug. Angelorũ hymni in sepultura Christi.*

Dicebat ergo mater antequam recederet, ô sacrum monumẽtum! ô felix tumba! ô saxum pretiosum, quam insignem thesaurum & immensum complecteris! ô vas electum, ô felix creatura, quæ digna es tuum accipere conditorem, hospitioque recipere regem gloriæ. Depone iam natiuam asperitatem tuam, & teneros filij mei artus reuerenter complectere. ô arca gloriosa! ô excellens Dei templum, & vtero meo quodammodo simillimum! Nam sicut ego electa sum, vt in castis visceribus meis, Dei filium gestarem, ita & te elegit vt sacratissimum filij corpus contineres. Contemplare igitur obsecro deuota anima, quanto cum mœrore, quantisque suspirijs inde recederet piissima mater, vt

*Loquitur Virgo in laudem sepulchri.*

*Lachrymæ virginis cum à sepulchro recederet.*

etiam pariter ipsi compatiaris atque condoleas. Reuertuntur igitur à sepulchro Domini sanctæ ac deuotę mulieres cum Ioanne, cumque ante crucem ibi adhuc positam peruenissent, flexis genibus crucem deuotissime adorauerunt, dicentes, ô crux, aue spes vnica. &c: Cum autem inde postea exurgerent, ciuitatem versus tendunt, atque in ipso itinere sępe mater piissima, versus corpus charissimi filij respiciebat. Cumque in ciuitatem ingrederentur, compatiebantur ei deuotæ mulieres, videntes eam in tanto mœrore atque angustia, ipsamque comitatæ fuerunt, pariter gementes propter mortem eius filij. Cumque peruenissent domum Mariæ Salomæ sororis virginis, conuertit se virgo ad mulieres quæ ipsam comitabantur, gratias quodāmodo ipsis agens de bona societate, & illæ pariter maxima cum humilitate & reuerentia ipsi vale fecerunt, & ad propria redeuntes, secum colloquebantur tum de grauissimo dolore virginis, tum etiam de iniustitia tam manifesta, contra innocētissimum eius filium commissa. ô quanto in mœrore & angustia noctem traduxit mater sanctissima, interdum quidem alijs narrabat filij sui dolores grauissimos, atque opprobria, tum à Iudæis, tum à Gentilibus inflicta; interdum etiam referebat filij sui verba in cruce prolata, & patientiam admirabilem in sustinendis & perferendis tantis laboribus; item quomodo capite versus eam inclinato expirasset, quasi vale ipsi diceret. In taliq. narratione, renouabatur Ioannis & Magdalenę dolor.

*Cum reuerterentur crucē adorant.* *Compatiūtur virgini mulieres deuotæ* *In magno mœrore versabatur virgo.* *Meditatur virgo filij opprobria.*

E F G

Cæterum tantum quis dolet de amissione vel lęsione alicuius rei, quantum eam rem amabat: cum ergo piissima mater tantopere diligeret filium, quia filius & quia optimus, ideo bene dictum fuit à sancto Simeone, quod eius animam pertransiret gladius. Quanto etiam aliquis est delicatior, & complexionem habet corporis melius dispositam, tanto etiam magis à dolore ipso afficitur. Vnde fit vt de eadem persecutione, & simili omnino infirmitate, magis grauatur & dolet delicatus quam rusticus. Quanto enim etiam pars corporis quæ patitur læsionem, est magis sensibilis, tanto etiam lęsio magis affligit. Vnde experientia ipsa docet, quod frigus vel alia læsio magis affligit in manibus, vel pedibus, quam in reliquis corporis partibus, ex eo quia istæ partes sunt valde sensibiles, Cum itaque passio Christi præcipue circa pedes & manus in ipsa crucifixione facta fuerit, propter fixuram clauorum in ipsis, ideo factum est vt acerbissima quidem fuerit, & diceret cum propheta, Foderunt manus meas & pedes meos. Et virgo sanctissima etiam tunc dicere poterat, attendite & vide-

*Cur virgo tantum doleret in passione filij & absentia eius* H

*Cur Christus tantū senserit passionis tormenta.*

*Psal. 21.*

*Thre. 1.*

A & videte si est dolor sicut dolor meus. Nam etsi præsens fui, & iuxta crucem steti, est hoc totum ad augmentum doloris. Quæ enim mater reperietur, quę videns filium suum in tormētis, non permittatur ei succurrere aliquo modo, & consolari ipsum, atq. saltem potum porrigere sitienti? Ecce tamen filius meus vehementissime sitit, & tamen non permittor ad eum accedere, & potum ei propinare, cum tamen eum felle & aceto inimici potent: Sic etiam vulnera quidem eius video, & tamen ipsa circumligare non valeo. Sanguinem ex vulneribus manantem cerno, & tamen fluxum reprimere non possum. Præclare etiam ait D. Bern. quod illud verbum, ecce filius tuus, plusquam gladius fuit, quo Mariæ viscera transfixa sunt: ô domina mea, quibus singultibus æstimabo purissimum pectus tuum vexatum, cum audires, mulier ecce filius tuus? Congrue quidem dicere poteras, amaritudine replesti me.

*Dissimile*

B *Maximus erat dolor virginis.*

*D. Ber.*

*Hiere. 15.*

Ostenditur præterea magnitudo doloris in virgine, ex varijs qui Christo tormenta infigebant, ibi enim erant quam plures diuersorum statuum & magistratuum. Quanto enim plures isti erant, & aliqui etiam ex ipsis familiares, tanto etiam maior afflictio sequebatur in passo, & in quolibet eius amico. Cæterum quanta beneficia isti tales qui Christum crucifigebant, ab ipso accepissent, non posset etiam longo tempore explicari, aliquid tamen vel breuiter perstringamus, vtētes verbis Michęę in persona Christi, ad populum istum scelestum & ingratissimum. Popule meus, quid feci tibi. &c. Patres tuos, Iacob nempe cum omnibus filijs eius in Aegypto nutriui famis tempore, ne perirent. Et post tempora multiplicatos supra numerum, de Aegyptiorum durissima seruitute eduxi. A flagellis etiam quibus vniuersam Aegyptum percussi, te populum meum electum liberum feci. Mare rubrum tibi aperui, vt per illud sicco vestigio transires. Pharaonem autem ipsum, qui te cum exercitu suo persequebatur. ibi submersi, penitusque deleui. Manna de cælo pręstito, te per quadraginta annos in deserto paui: aquam tibi de petra dedi, & insurgentes contra te hostes, prostraui, & omnino debellaui. Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan. Terram fluentem lac & mel, patribus tuis à me promissam, exterminatis & eiectis inde triginta potentissimis regibus, & varijs alijs nationibus debellatis tibi dedi, & quidem in monte Sinai legem seruandam tibi tradidi, à multiplicis captiuitatis iugo te liberaui, atque ad propria sub Esdra, Nehemia, & Zorobabel reduxi. Præterea de grauissima, atque acerbissima oppressione illa Antiochi

C *Cur tā graues essent dolores virginis.*

*Mich. 6.* *Gen. 46.* *Exo. 13.* D *Exo. 15.* *Psal. 77.* *Num. 20.* *Psal. 135.* *Exo. 31.* *Exo. 34.* *1. Esd. 2.*

regis, per Iudam Macchabæum gloriose eduxi. Ecce igitur quo E
1. *Ma.3.* modo hęc & alia quam plurima tibi contulerim beneficia: re-
*4.* sponde ergo mihi, num hæc tanta beneficia apud te meruerant, vt me crudelissime crucifigeres? in quo molestus tibi fui?
*Miche.6.* responde mihi Ego ex genere tuo carnem sumens, regale solium cæli, in vile stabulum commutaui, vt homo factus, tibi frater essem, & per ciuitates tuas, locaque discurrerem, ad tuam vtilitatem & commoda. Ego semper in templo docens, te ea docui quibus saluus fieres, & cæcos tuos illuminaui, leprosos mundaui, claudis gressum dedi, & mutis loquelam, ac mortuis deniq. vitam. Nunquid in his omnibus molestus tibi fui? Errores tuos F confutaui, vitia reprehendi, ac denique cõsilia ad perfectionem conducentia adieci. Sed quia veritas odium parit apud insipientes, quæ tamen dilectionem potius generare deberet, ideo fortasse molestiam accepisti, nolens veritatem, & ad salutem tuam pertinentia audire Quid vltra facere debui, & non feci? Hæccine reddis Domino tuo, popule stulte & insipiens? Considerans ergo pia mater hęc tanta beneficia populo exhibita, & tamen esse ingratissimum, dolebat quidem vehementissime, & dicebat il-

*Ingratitudo Iudeorum quanta fuerit.*

*Psal. 26.* lud psal. Defecit dolore vita mea: attendite ergo & videte si est G
*Thre 1.* dolor sicut dolor meus.

*Descendit anima Christi ad limbum.*

*Quatuor inferiora receptacula.*

Cæterum si aliqua etiam dicere velis de operatione animæ Christi in limbo, ad maiorem declarationem & explicationem huius rei, sciendum est, quatuor esse receptacula animarum hinc exeuntium, & cęlum non statim ascendentium: nempe primum receptaculum dicitur locus damnatorum, secundum, locus purgatorij, tertium, limbus puerorum, quartum, limbus sanctorum patrum. Primum ergo receptaculum Christus non visitauit, ita vt descenderet illuc secundum animam, eo quod in inferno nulla est redemptio: nec etiam secundum receptaculum ita visitasse videtur, non enim idcirco principaliter ad inferos descendit, H sed potius vt limbum sanctorum patrum exhauriret, & animas
*D. Tho.3. p.q. 53.a. 8.* ibi detentas, secum adferret. Præterea vt inquit D. Thom. pasio Christi tunc nõ habuit maiorem efficaciam, quam nunc habeat. Cum ergo nunc non liberentur à purgatorio, nisi qui ex toto satisfecerunt, sequitur quod nec etiam tunc. Sed tamen bene potuit hoc facere ex speciali quodam priuilegio, & multas inde animas educere, sicut plurimi graues autores censent ita factum esse. Tertium receptaculum similiter non visitauit Christus. Nam sicut paruuli modo decedentes absq. baptismo, perpetuo priuantur cælesti gloria, & recluduntur in loco quodam speciali, qui

*Vtrum animas purgatorij visitauerit anima Christi.*

dicitur

A dicitur limbus puerorum : ita etiam idem contigit olim in pueris Iudæorum qui quidem absque circuncisione moriebantur, & præsertim post diem octauum. Hos ergo nõ visitauit, sed sanctorum patrum limbum euacuauit. Hoc autem confirmatur per August qui in ser. de passione domini inquit quod Christus cũ ad inferos descendit, portas inferni & vectes ferreos confregit, atq; sanctos patres inde eduxit Sciẽdum est autẽ quod limbus sanctorum patrum, qui erat supremus respectu aliorum receptaculorum inferni, & ad quem Christus descendit, & eũ penitus B euacuauit, olim dicebatur sinus Abrahæ, eo quod ibi fuerit Abraham, sed modo sinus Abrahæ dicitur cælum empyreũ, quia iam est ibi Abraham, ex quibus patet quod Christus hunc limbum euacuauerit.

*Sinus Abrahæ quisnam esset.*

Reportauit ergo amplissimam prædam è dæmonis faucibus Christus atque ex eius durissima seruitute & carcere, tum etiam ipsum Sathanam, insatiabilem videlicet homicidam victoriose alligauit, & sanctos patres ex limbo eduxit. Vnde August. ait, cõfestim Christo descẽdẽte siluit stridor lugentium, dirupta ceciderunt vincula damnatorum. Attonitæ mentes stupescũt tor- C torum, omnisque simul impiorũ officina contremuit. Quisnam inquiunt est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nunquam certe talem noster excepit tartarus, nunquam in nostram cauernam talem euomuit mundus. Inuasor est iste, non debitor: effractor est, non peccator: iudicem videmus, non supplicem: pugnare venit, non succumbere: eripere, non manere. Perijt iã potestas nostra, cunctis hactenus formidabilis populis. Nullus sub sede nostra captiuus palpitat, sed quod nobis est gemendum, insultat: nulli iam resonant eiulatus: omnis gementium obmutuit gemitus. Mox igitur Christus in ipsos crudeles pœna- D rum ministros, aciem dirigit, atq; implacabiles turmas, framea diuina concidit. Tristes igitur, diuturnoque squalore lugentes turbæ, populique vexati, concurrunt ad pedes saluatoris sui, volutanturque dicentes; redemisti nos Cruce tua, eripe mortuos morte tua, & procidentes adorauerunt eum, humiliter per ordinem secundum dignitatem suam. Deinde coram domino stãtes cæperunt ingenti exultatione dicere illi; bene veneris ad nos, ô sacratissime æterni patris nate. O quanta te vicit clementia, vt ferres nostra crimina, crudelem mortem patiens, vt nos à morte tolleres. Inferni claustra penetrans & tuos captiuos redimens. Surge igitur modo à mortuis victor triumpho nobili. In super ibi non deerat angelorum multitudo, in altissimis semper Deo concinen-

*D. Au. in ser. huius diei.*

*Tumultus dæmonũ.*

*Ministri tartarei contremiscunt.*

concinendo Alleluia. Tunc cœpit dominus noster cum triũpho E
& iubilo, dictos sanctos patres, ab inferis & tenebrarum locis educere, & ante ipsos cum gloria & maiestate lætus præcedens, tãdem eos constituit in paradiso deliciarum & voluptatis, qui est ad orientem, & hoc ad tempus breue, nam in die Ascensionis eos secum in cælum duxit, iuxta illud Psal. ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.

*Psal. 67.*

## *IN DIE SANCTO PASCHAE.*

## CONCIO VNICA. F

*Resurrectio Christi salutaris.*



ARIA *Magdalena & Maria* Iacobi, *& Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent* Iesum. Mar. 16. Firmissimam quidem & certissimam spem nostræ resurrectionis futuræ, nobis exhibet hæc Christi resurrectio. Vnde Iob dicebat, scio quod Redemptor meus viuit &c. Et Apo ait, si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Ex hac etiam certissima spe plurimum ad virtutem exercendam animamur, cum aliam vitam immortalem speremus, in qua præmiabũtur boni, & punientur mali. siquidem vt ait Cyril. nullus tanta facilitate excitare posset aliquem à somno, sicut Christus exsuscitat mortuos Vnde & omnes defuncti, si potentiam Dei consideres, à quo in nouissimo die sunt resuscitandi, dormientes possunt vocari, iuxta quod Apost. dicit, nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini &c. Sicut enim qui dormit, post modicum tempus excitatur vt ad intermissum vitę vsum redeat: ita iustorum corpora exiguo temporis spatio in terræ gremio condita, velut in lecto composita iacent, quæ paulo post in resurrectione futura ad intermissam vitam redibunt. Quã vero exiguum sit somni spatium, declarat plane responsio illa H quę sanctis in Apoca. corporum suorum resurrectionem desiderantibus, qua modicum expectare iubentur donec fratrum suorum numerus impleretur, facta est. Itaque totum hoc spatium quod ante futuram resurrectionem interiectum est, modicum appellatur. Quid enim totum hoc si cum æuo illo sempiterno conferatur, nisi modicum, aut etiam momentum est? Hinc in Ecclesi. legimus, dies hominis vt multum centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt, & quasi calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Vnde ergo in tam breui vita, tam longæ vitæ opinio? Cæterum carnis resurrectionem, gentes mirantur,

*Iob. 19.*
*1. Cor. 15.*
G
*Cyr. li. 7. in Io. c. 16*
*1. The. 4.*
*Simile.*
*Apo. 6.*
*Eccle. 18.*

A Iudæi stupescunt, mundus pauescit, nos autem qui omnes à seculis mortuos, ad vnam vocem Christi sepulchris excitãdos credimus, cur miramur? ait Chrysolo. Exurgent inquit Isa. mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, & dominus veniet in hora, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Ad hæc Apost. ita ait, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Tuba quæ in principio mundum vocauit ex nilo, ipsa tuba in nouissimo mundum reuocabit ex perdito. Et quæ initio hominem B suscitauit ex limo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex puluere. Fratres si credimus quia tuba diuinę vocis, chaos diuisit, collegit orbem, mundauit elementa, distinxit mundum, suspendit cęlum, fundauit terram, mare vinxit, demersit inferos, dedit ordinum vices, in cęlo posuit angelos solo spiritu viuentes, in terra constituit vitas varias terrenorum, in aere dedit animas aligeras peruolare, in aquis tam pusilla quam magna fecit vt viueret animantium multitudo, quid ni igitur mortuorum resurrectionem credemus? Cęterum aduerte quomodo voluerit Christus dominus suam nobis exhibere resurrectionem, quo tempore vernare C incipiũt & germinare ipsę arbores, quę antea in hyeme mortuę videbantur, vt inde intelligeremus quam opportune etiam mortuorum resurrectio ab ipso fieret, & pręsertim iustorum, qui in hac vita quasi mortuæ arbores reputabantur. Non hoc quidem resurrectionis mysterium Aristo. penetrauit, qui dicebat quod à tali pręsertim priuatione nó esset regressus ad habitum: hic enim videmus quod ab omni priuatione etiam sensuum, & vitæ fiat regressus. Vnde & carnis resurrectionem cõfitemur, ne aliquis etiam forte existimaret animam ipsam esse mortalem. D Erit igitur facillima resurrectio nostra, illi qui nos de nihilo creauit.

*Chrysol. ser. 103. Isa. 26. Ioan. 5. 1 Cor. 15.*

*Facillima est Deo resurrectio mortuorũ.*

*Ari. non intellexit hoc mysterium resurrectionis.*

Per Christi resurrectionem monumenta nostra aperta sunt, & certa spes resurgendi nobis data est. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Item Gre. explicans illa verba Iob, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, ait: quia videlicet dominus resurrectionem quam in se ostendit, in nobis etiã quandoque facturus est. Resurrectionem quippe quam in se ostendit nobis promisit, quia sui capitis gloriam sequentur membra. Redemptor ergo noster suscepit mortem, ne mori timeremus, ostendit resurrectionem, vt nos etiam resurgere posse confideremus.

*1. The. 4. Gre. li. 14 Mora. ca. 29.*

Exemplo

Exemplo quippe monstrauit quod promisit in præmio, vt sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi resurrectionis præmia sperarent. Nostra est fratres gloria, ait grauis quidam autor, quam hodie recolimus, nostrũ est decus quod veneramur, inchoata est in Christo resurrectio nostra, suo tempore in nobis quoque perficienda. Radix nostra iam viuit, non dubium quin quandoque viuificabuntur & rami. Gloriosa iam vitis comparuit, pro certo gloriabuntur & palmites. Ego inquit sum vitis, & vos palmites: annon spectat ad palmites, annon pertinet ad ramos glorificatio vitis, & vita radicis? Surrexit Christus radix nostra, procul dubio surgemus & nos, vt ait Apost. de virginis namque vtero mortalis exortus est dominus, de terrę gremio hodie nascitur immortalis. Virgo partus dolorem non sensit, terra hodie tantum fœtum paritura contremuit. Figuratur porro Christi resurrectio præclare quidem apud Dani. vbi legimus quod ex iussu Darij regis coniectus fuit Daniel Propheta in lacum leonum, vt ab eisdem dilaniaretur & discerperetur, reliquitque rex ostium lacus obsignatum sigillo suo: cogitabãt vtique aduersarij ipsius Prophetæ; ibi fore Prophetam dilacerãdum; ibique honorem suum terminãdum, propter quẽ tãtopere ipsi inuidebant, & in tantam miseriam eundem redegerant. Verum longissime decepti sunt: siquidem Propheta in leonum lacu existens, preces suas fudit ad dominum, cuius deprecatio exaudita est, ita vt incolumis & illæsus euaserit leonum ora, & ampliorem honorem post modum consecutus fuerit: ita Christus maiori cum triumpho euasit ora hostium suorum Legimus porro aliquorum præcessisse resurrectiones siue suscitationes, sed istius præambulas, quibus & duplici priuilegio noscitur præminere: nam illi quidem surrexerũt iterum morituri, Christus vero resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Item illi mortui denuo opus habebant resuscitari, Christus vero quod mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo, merito propterea resurgentiũ primitiæ Christus, qui ita resurrexit, vt cadere non adijciat, qui solus attigit immortalitatem. Est & aliud in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis. Quis enim in cæteris omnibus suscitauit aliquando seipsum? ineffabile mysterium hoc est, vt a morte se excitet ipse qui dormit, singulare est, non est qui faciat, non est vsque ad vnum Elisæus Propheta mortuum suscitauit, sed alterum non seipsum. Vnde Cypr. ait resurrexerunt quidam ante ipsum Christum, sed in nomine & fide eius: sub

Elia

Margin notes: Tho Vil. ser. in die Pas. — Apo. 22. — Ioan. 15. — 1. Cor. 15. — Dan. 6. — Ber. ser. 1 in die Pas — Rom. 6. — 1. Cor. 15. — 4. Reg. 4. — Cypr. in Res. er. domini. — 4. Reg. 13.

E F G H

A Elia viuēte hic in corpore, vnus, & sub Elisæo viuo & mortuo, duo qui obierant, sed ad mortē quā gustauerāt, iterū redierūt. Surrexit & Lazarus, & alij nonnulli ad imperium Christi, & aliquo tempore, vitæ beneficio vsi, iterum ad funera rediere. Res quidem admirabilis fuit horum suscitatio, sed tamen resurrectionis huius cuius sunt in Christo primitiæ, incomparabilis est dignitas, quam nec sequitur corruptela, nec dissoluit antiquitas, nec aliqua mutabilitas labefactat.

B

### *Societas bona plurimum confert.*

*Maria Magdalena, & Maria Iacobi &c.* Cum bona esset harum sanctarum mulierum societas, idcirco etiā præclara prestabant opera, & pretiosa bonæ famæ vnguenta redolebāt. Plurimum quidem tristatur dæmon cum videt bonam nos habere societatem: vnde factum est vt expectarit quod Moyses à populo abesset, vt posset ipsum in idololatriam perducere adorando vitulum. Vide præterea quantum conduceret bona societas Abrahæ, siquidem à Deo impetrabat quodsi essent decem iusti in-
C uenti in illis quinque ciuitatibus, parceret Deus vniuersis. Homines de Iachis occisi fuerunt, quia non habebant societatem cum aliquo bono. Raphaelis societas quam habuit Tobias, ipsum è multis liberauit periculis. Occasione Danielis, pepercit Nabucodonosor hariolis & sapientibus Babylonis Propter societatem Pauli, omnes de naui in naufragio sunt seruati. Ditatus est Laban propter societatem Iacob. Benedixit dominus Ægypto propter Ioseph. Item propter Iosaphat impetrauit Elisæus aquam. Saul cū prophetis prophetare cœpit. Ideo homines Deū timentes volebat secum habere Tobias. Illi septem fratres cum
D bona matre iuncti, inuicem se hortabantur ad bonum. Quādiu erat Petrus cum alijs discipulis, Christum non negabat, at vero Iudæis associatus Christum negauit. Paulus post suam conuersionem, tentabat, se iungere Apostolis, vt fieret melior. Et certe quemadmodum pater familias cum hospites aliqui apud eum diuerterunt, tametsi famuli, ipsi sint inobedientes, non solet eos punire, sed dicit, his quidem hospitibus id acceptum ferte quod vos non puniam, veniet enim tempus cum ipsi recesserint, & nisi emendationem agnouero, omnia simul persoluetis: sic etiā Deus propter bonam societatem sæpe nobis parcit: Porro quantis malis afficiamur si absit bona societas, declarat Dauid dicens, amici mei & proximi mei à longe steterunt, & vim faciebant inquit

*Quam sit vtilis bona societas.*
*Exod. 32.*
*Gen. 18*
*Iudic. 18.*
*Tobia. 5 &c.*
*Dan. 2.*
*Acto. 27.*
*Gen. 30.*
*Gen. 39*
*4. Reg. 3.*
*1. Re. 10.*
*Tob. 2.*
*2. Ma. 7.*
*Mat. 26.*
*Acto. 9*
*Simile.*
*Psalm. 37.*

Ruth.1. quit, qui quærebant animam meam: vide etiam quantum diligeret Ruth bonam societatem Noemi, cum diceret; hæc mihi faciat Deus & hæc addat, si non sola mors me & te separabit. Et quamuis eam moneret Noemi, quod 613. Præcepta obseruare deberet, si ipsi vellet conuiuere, nihilominus ipsa dicebat, ne aduerseris mihi vt relinquam te, & abeam &c. Vt inde intelligas quantum diligeret bonam societatem, & quantum ipsi bonum inde prouenerit, cum etiam ipsi Booz nupta fuerit, & in Genealogia Christi descripta sit. Ouis quidem vt scribunt naturales Philosophi, adeo gaudet grege & societate aliarum ouium, vt quamuis lupum fugiat, nihilominus tamē expectet semper eas: sic igitur viri probi gaudent proborum & mansuetorum societate. Vnde Oseas ait, particeps idolorum Ephraim, dimitte eū: quasi diceret, recedite ab rege Hieroboam & sequacibus eius idololatris. Quamuis autē malus, plurimū adhuc proficies ex bonorum consortio: vt enim carbo quamuis extinctus & niger, si tamen ardentibus adiungatur, plurimum decoratur & inflammatur: sic etiam tu plurimum proficies ex bonorum societate. Vnde Ecclesi. ait, væ soli, quoniam cum ceciderit, non habet subleuantem se. Si autem aliquis in sancta societate non proficiat, pessimum quidem est salutis eius indicium. Neque enim melius aqua conseruatur, quam in ipsamet aqua, nec ignis quam in ipso igni: sic nec probitas potest alicubi melius conseruari, quam inter probos. Vnde quamuis sanctitas virginis esset illibata, nec esset de ea periculum quod posset deprauari, nihilominus Christus, eam virgini Ioanni commendauit, vt intelligamus quantū conducat bona societas. Vnde Psal. cum sancto sanctus eris &c. Ferunt nonnulli quod si duæ cytharæ æqualiter quidem contemperatæ sint, & eiusdem sint proportionis, cum pulsatur vnius chorda, etiam alterius citharæ chorda respondet: sic ergo castus mouetur ad sonum casti, & deuotus ad sonum deuoti, sed nō ita malus, quoniam non habet proportionem cū bono & iusto, sed potius malum sequitur & imitatur, ac propterea suauem nō redolet odorem, sicut sanctæ istæ mulieres.

*Ruth 4. Mat.1. Simile. Osea 4. Simile. Similia. Psal. 17. Simile.*

E F G H

### *Virtutibus diligenter incumbamus.*

*Virtutibus incūbam.* EMerunt aromata. Aromata quidem pretiosissima sunt ipsæ virtutes, quibus diligenter incumbere debemus: dicitur autem quod emerunt aromata, ideo quod virtutes magnis laboribus & sumptibus comparandæ sunt: item pluribus virtutibus ac denique omnibus incūbere debemus ac propterea dicitur quod

emere

A emerunt aromata. Plures quidem contradictiones habet virtus, & multis sudoribus & laboribus paranda est: nam sensitiuus quidem appetitus solet valde in primis huic virtutum acquisitioni repugnare, & caro ipsa: interdum enim suggerit nobis quod valde affligemur si virtuti incumbimus: item quod melancolia vexabimur si solitudinem diligamus, itẽ quod pauperes reddemur si eleemosynas facimus. Item quod multi nos hypocritas appellabunt. Quamobrem non debemus his omnibus tentationibus aures exhibere, quin potius assiduis precibus apud dominum versemur, eius fauorem implorantes, & ipse difficultates omnes removebit. *Quantis illusionib⁹ nobis illudat caro & alij hostes.*

B Sane quando præceptum fuit Moysi vt populum educeret de acerbissima illa seruitute Ægyptiaca, multæ se ibi obtulerunt difficultates, atque idcirco ipse recusabat huiusmodi prouinciam subire, sed tamen Deus ipsi difficultates omnes in mirã facilitatem conuertit. Deplorandum sane est quod videamus tam multos esse, qui statim propter minimam aliquam difficultatem quæ se offert in virtute, ab eius cursu & studio retardentur. Vnde Sene ait: bona mens nec commodatur, nec emitur, & puto si venalis esset, non haberet emptorem, at vero mala quotidie emi- *Exo. 3 & 4.* *Sen. epist. 26.*

C tur. Inuitat nos quidem Deus ad gratiam, & tamen eam negligimus. Vnde apud Isa. ait, omnes sitientes venite ad aquas. Et tamen vitia carissime quidẽ emimus. Videns quidem beatus August inuictum animum beati Antonij, quo se virtutibus tradebat, ait, surgunt indocti, & rapiunt cælum, nos vero cũ nostris scientijs demergimur. Vtinam hęc sententia nobis semper alta mente reposita esset atque defixa, & consideraremus quomodo hæ sanctę mulieres hodie difficultates omnes superarunt, quę se illis obtulerunt, cum irent vt vngerent Iesum: neque enim noctẽ ipsam timuerunt, neque custodientes sepulchrum, nec saxum se- *Isa. 55.* *D. Aug.*

D pulchro obuolutum, nec sigillum ipsius præsidis, sed difficultates omnes superarunt. Nec vero vni tantum virtuti incumbere debemus, sed omnibus operam dare. Vnde de parentibus baptistæ ait Luc. quod iusti essent ante Deum, & incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Sic regius vates dicebat, omnem viam iniquitatis odio habui. Annon fatuum esset & stultum vt tu inutilem aliquam pecuniam tibi in aliena patria comparares in maxima abundantia, quam tamen scires nullius esse valoris in patria tua, ad quam tendis? Sic ergo tu qui tantopere diuitijs mundanis adhæres, audi quid dicat Apo. opera enim illorum sequuntur illos; bona ergo opera potius quam pecunias tibi comparare debes, vt in cęlestem eas patriam. *Luc. 1.* *Psal. 118.* *Simile.*

Imitare

E

Imitare igitur Iacob qui ex diuitijs sibi partis apud Laban, opulenter postea vixit in terra sua: sic tu diuitias quas habes transplanta in terram tuam nempe cælestem patriam, impartiendo eas pauperibus. Vt ergo iustus sis, complectere virtutes omnes: sic enim dicimus vestem aliquam iustam, quando ex omni parte nobis cohæret. Vide ergo ne de te dicatur, sicut vulgo dicere solemus de aliquo, ille quidem bonus esset vir, nisi tali & tali laboraret vitio. De Naaman quidem dicitur, quod charus valde esset regi suo, & quod per illum dedit dominus salutem syriæ, eratq; vir fortis &c. Sed tamen erat leprosus. Sic igitur modo dicere solemus illum quidem in cæteris excellere, sed tamen tali vitio laborare. Quare imitare has mulieres, quæ omnibus virtutibus exornatę erant, vnde & dicitur quod emerent aromata. Ne facias autem sicut pueri cum ab schola discedunt, qui vndique lasciuiunt & magnam iucunditatem pręse ferunt, quasi se existimarent carcere quodam detentos in schola. Sic tu non debes tanquã coactus virtuti incumbere, & statim eius studium deserere & voluptati indulgere: videas enim aliquos, qui cum se videant egressos esse ex Quadragesima, statim ad pristina reuertuntur vitia.

*Gen. 31.*

*Simile.*

F

*4. Reg. 5.*

*Simile.*

G

Considera obsecro admirabile Dei artificium: nam cum vitia delectationem secum adferrent, idcirco ignominiam maximam & infamiam ipsis inussit, vt hac ratione vitiosi ab ipsis patrandis coercerentur. Cum etiam videret difficiles & laboriosas esse virtutes, propterea coniunxit cum eis laudem & bonum nomen, vt ita difficultas omnis alleuaretur. Quamobrem quamuis tu virtutes diligenter & studiose contegas, ipsę tamen te exerunt & ostendunt suo illo aromatico, suauissimoque odore. Tegũt quidem frondes ipsos fructus, at vero ipsi suauissimo odore suo se satis manifestant. Deplorandum certe valde est, quod cum cætera vt artes, vt scientiæ, vt militaria exercitia, & mechanica officia, in maxima versentur exercitatione, nihilominus tamen virtutes ipsæ incultæ iaceãt, & in minima apud homines versentur exercitatione atq; vsu, adeo vt penitus desertæ, & ab omnibus hominibus derelictæ videantur.

*Honos virtutis pręmium.*

H

## APPENDIX.

Tanta quidem est huius diei lætitia, vt sancta Ecclesia creaturas omnes ad ipsum laudandum inuitet, cum ait, in Resurrectione tua Christe Alleluia, cęli & terra lętentur Alleluia. Etenim si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Vt enim horologium aliquod

*Magna huius diei lætitia.*

A aliquod tam delicatas habet interiores partes, vt si aliqua luxetur, à solo artifice, reparari valeat: sic vtique tam delicate compositus est homo, vt si intereat, à solo Deo à quo fabricatus est, Tob. 3.
suscitari possit. Interim tamen sacratissima virgo inter omnes singularem quandam accepit lætitiam, adeo vt illud Tob. dicere valeat, benedictum sit nomen tuum Deus Israel, qui post tempestatem tranquillum facis. Quanta quæso perfundebatur lætitia virgo, cum audiret angelos sibi canentes, Regina cæli lætare Alleluia &c, omnes quidem ipsi dicunt, benedicta tu à domino,
B quia per te fructum vitæ communicauimus. Quid quæso sentiret Tobiæ mater, quando post tantam filij absentiam, eum ante se sanum & incolumem vidit? Sane quando magna aliqua auis reti ipso capitur, solet ipsum rete confringere & euolare, nec Tob 11.
vero ipsa sola euolat, sed etiam auiculę omnes quæ irretitæ erāt: Simile.
sic ergo Christus morte sua rete dæmonis confregit, & animas sanctorum patrum, secum ex limbo asportauit, atque cum moreretur, multa corpora mortuorum surrexerunt. Vt ergo apes aculeum infigendo moritur: sic vtique mors destructa est cum voluit pungere Christum. Vnde canit Ecclesia, vbi est mors vi- Mat. 25.
C ctoria tua? visitauit ergo anima Christi sanctos patres, atque ip- Simile.
sos ex limbo eduxit, non ita tamen vt statim in cælum ipsum cōscenderent. Ex purgatorio etiā vt dicunt Bona. & Greg. multas animas eduxit, iuxta quod dixerat, ego si exaltatus fuero à terra &c. Vnde Greg. ait, omnia etenim traxit, quia de electis suis nil D Bona. 3
apud inferos reliquit. Item Petrus ait, quem Deus suscitauit, so Sen. d. 22.
lutis doloribus inferni. Sed quos dolores soluit? nunquid suos? q. 5.
Absit nunquam enim in inferno dolorem habuit, nec etiam ipsi Ch. ho. 12.
qui erant in sinu Abrahæ dolorem habuerunt, sed multas ani- Gre ho. 20
mas, vt dicunt isti doctores, quæ dolorem patiebantur in pur- Acto. 2.
D gatorio, liberauit.

## FERIA SECVNDA POST PASCHA.

## CONCIO VNICA.

### *Confidamus in diuino auxilio.*



*DVO ex discipulis Iesu ibant ipsa die in Castellum.* Luc. 24. Non debemus diffidere de diuino vnquam auxilio, sicut facere videbātur hodie hi duo discipuli, qui In domino
nō expectarunt vt dn̄s ipsis appareret in Hierusalē, speremus.

sed potius inde recedebant euntes in Emaus. Sic aliqui faciunt E
hoc tempore, parum scilicet confidentes in domino. Vnde de he
*Psa.77.* bræis etiam refert olim Dauid, quod dicerent, nunquid panem
poterit dare, aut parare mensam in deserto? qui tamen viderāt,
vt ipsimet dicebant, quod percussit petram & fluxerunt aquæ Vn
de igitur sperare potius debuerant, inde diffidebant. Sic etiam
hi discipuli dicunt, sed & mulieres quædam ex nostris terruerūt
nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento F
corpore eius venerunt dicentes se etiam visiones angelorum vi
disse, qui dicunt eum viuere, & abierunt quidam ex nostris ad
monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum
vero non inuenerunt. Et tamen postea dicunt, nos autem spera
bamus &c. Vnde igitur confidere debebant, inde potius diffide-
*In domino semper speremus.* bant. Merito igitur dixit eis Christus, ô stulti & tardi corde ad
credendum. Sic ergo videas hoc tempore quod multi postquam
aperte vident se multa diuinitus accepisse beneficia, parum tamē
in domino confidunt, si vident se in aliqua calamitate versari.
In 3. libr. Reg. habetur, quod cum Assyrij in montibus victi
*3. Reg.20.* essent ab ipsis Hebræis, dicebant victoriam esse concessam à dijs
montium, & propterea decreuerunt pugnare in conuallibus,
existimantes quod ibi à dijs conuallium iuuarentur: quasi vero G
qui poterat in montibus, non posset etiam eis victoriam dene-
gare in conuallibus. Semper igitur & vbique in domino confi-
damus. Videas multos passim dicentes, si talis prælatus vel do-
minus moreretur, plane actum esset de tali congregatione vel
communitate. Sed tamen vide quod quando Moyses tam præ-
clarus Israelitici populi dux mortuus est, non defuit ipsi popu-
*Iosue 3.* lo dominus, sed optimum etiam dedit ipsi ducem, nempe Io-
sue, cui dixit Deus, hodie incipiam te exaltare coram omni Is-
rael, vt sciant quoniam sicut cum Moyse fui, ita & tecū sim. Nos
vero dicimus statim, non veniet vir similis illi antecessori præ- H
lato, vel domino. Sed contra dicebat Dauid, pro patribus tuis
nati sunt tibi filij. Confidamus igitur in domino, ipse enim re-
*Psal. 44.* get nos & ducet, Sic enim fecit Anna Samuelis mater, & vide quo
modo eam Deus consolatus fuerit. Vnde Pau. ait, quę autem ve
re vidua est, & desolata, speret in Deū, & intēdat orationibus
*1. Reg.1.* & obsecrationibus, quidem ipsis nocte & die. Et Isa ait,
*1. Tim. 5.* nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non pos-
sim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Item quis
ambulat inquit, in tenebris, & non est lumen ei? Speret in no-
mine domini, & innitatur super Deum suum. In Exo. quidem
habetur,

A habetur, quod cũ præciperet Deus Hebræis, ne colligerẽt ex mã na plus quam opus esset, addidit, vt tentem vtrum ambulent in lege mea. Quasi diceret, videre volo vtrum in me confidant. Sic ergo tu potius debes in Dei misericordia sperare cum vides te in paupertate positum, quam dicere quod debeas contractus vitiosos exercere vt possis familiam sustentare. Attende quid dicat Psal. scuto circundabit te veritas eius. Noli igitur diffidere, cũ probe noueris quomodo soleat Deus suis in necessitatibus opitulari. Et quanto maioribus angustijs te oppressum videris, tũc B magis debes in domino sperare. Vnde Iob ait, cum consumptũ te putaueris &c. Sic enim Iacob postquã per noctem cum angelo lucta contendisset, mane tandem benedictionem impetrauit, & quamuis claudus redditus esset, tamen victoriam obtinuit. Non ergo diffidamus vnquam quamuis nos valde afflictos videamus. In lib. quidem Iudic. habetur, quod cum peterent aliquando auxilium à domino ipsi hæbræi, diceretque illis Deus vt ad deos suos accederent, veniam petituri: nihilominus tamen in petitione sua perseuerantes, tandem quod postulabant impe C trarunt. Quamobrem debemus esse vt ait Psal. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, donec inquam misereatur nostri. Vt enim ancilla bona multa à domina sua sperat, sic nos à domino & Deo nostro omnia bona sperare debemus. Sane quando ipsi Abrahæ bona multa & munera offerebantur à rege sodomę, noluit tamẽ quidquam recipere, sed in domino inquit se fiduciam omnem quidem repositam habere. Hinc Isa. ait, qui sperant in domino, assumunt pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient. Sed quis non sperabit in domino, cum aperte videat quam varios modos inueniat ad subueniendum suis? Quis enim vnquã existimasset quod Dauidis partes etiam cõtra patrem suum actu D rus esset Ionathas? qui tamẽ Dauidis partes egit, tametsi videret quod Dauid potius quam ipse in regno successurus esset. Quis vnquam existimasset, quod quando Hieremias in lacum coniectus fuit, vir Æthiops in eius defensionem etiam contra magnates & regem præualeret, vt inde educeretur Hieremias? Quis vnquam diceret Susannã ita in angustias à senibus coniectam, liberari potuisse per puerum? Danielem Vide obsecro quanta fuerit spes Abrahæ, cui promiserat Deus benedictionem in semine suo, & tamen post modum iubebat illi vt filium sacrificaret. Vnde Dauid ait, sicut ablactatus est super matre sua &c. Sane propheta Abacuc de terrenis diffidens, & in Deo spẽ suã collocans dicebat, ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis,

*Marginal notes:* Psal. 90. — Iob. 11. — Gen 32. — Iudic. 10. — Psal. 122. — Simile. — Gen. 14. — Isa. 4. — 1 Reg. 20. — Hie. 38. — Dan. 13. — Psal. 130. — Abacuc 3.

mentietur opus oliuæ,& arua non adferent cibum : abscidetur E
de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus : ego autem
in domino gaudebo &c Quasi diceret, hęc quidem terrena me
deficere possunt, sed tamen diuinum auxilium mihi non deerit
& propterea nunquam timebo. Non debemus ergo tristari cum
*Mich.* 4. nobis calamitates aliquæ eueniūt, sed audiamus quid per Michę.
Dicatur, & tu quare mærore contraheris? nunquid rex nō est
*Psal.* 41. tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor vt
parturientem? Hinc etiam Dauid dicebat, quare tristis es anima
mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc F
confitebor tibi, rex meus & Deus meus. Considera obsecro cum
*1. Reg.* 23. inique quidē cōclusus esset Dauid ab exercitu Saulis in quanta
angustia versaretur, & tamen semper in domino confidebat di-
*Psal.* 10. cens: in domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, trans-
migra in montē sicut passer? Quasi diceret, etiam si passer non
sim & volare non possim, tamen Deus in quo confido, me alijs
*Abacuc* 2. modis liberabit. Vnde Abacuc dicebat, si moram fecerit, expe-
cta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.

### *Coniuges concorditer viuant.* G

*Duo ex discipulis.* Vide quomodo hic Christus seruet quod
*Mat.* 18. ipse dixerat, vbi fuerint duo vel tres &c. vt inde etiam intelli-
gas quomodo Deus interueniat quando coniuges pacifice & cō-
*Luc.* 2. corditer viuunt. Vide enim quomodo sanctus Euāgelista Lucas
commemoret & commendet concordiam & pacē qua vixit sep-
tem annis cum viro suo, sancta illa Anna Prophetissa. Hinc etiā
*Ecclesi.* 21. Ecclesi. ait, commorari Draconi & Leoni plus placet, quam ha
bitare cum muliere nequam; sic etiam vice versa dici potest de
viro nequam. Item melius est inquit, mors, quam vita amara. H
*Gen.* 2. & 3 Debet ergo mulier ipsa quantum potest, conuersari semper cū
viro suo, & non se ab eius præsentia separare, quoad eius fieri
potest. Si enim Eua ante Adam se constituisset, nō perinde à ser-
pente fuisset decepta: sic maritus facere non debet clam vxore,
quod ante eam facere non auderet. Moyses quidem vxorem suā
*Exod.* 4. deferebat sæpe cum peregre proficisceretur: sæpe enim propter
longam absentiam viri, mala multa committuntur. Vide etiam
*1. Tim.* 2. quā regulā præscribat Pau. ipsi mulieri, cū ait, saluabit mulier si
*Mat.* 15. permāserit in fide & dilectiōe. Quā fidē etiā & dilectionē declarās
*Gen.* 24. Christ' ait: erūt duo in carne vna. Vide etiā quā honeste steterit
Rebecca ante cōspectū spōsi sui, quod & valde spōsus lętat' est.

Quod

A Quod sane est maxima confusio multarum mulierum nostri temporis, quæ se nimium ornant. Vnde Isa. ait, pro eo quod eleuatę sunt filiæ Sion, & ambulauerunt in extenso collo, & nutibus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion. Quare Pau monet dicens, mulier propter virum creata est, ideo debet velamen habere super caput suū. Quasi dicat, nō ad mariti sui interitū creata est, & propterea seruet & abscondat suam pulchritudinem, vt placeat marito suo. Quodsi naturalem pulchritudinem abscon- *Isa.* 3. *1. Cor.* 11.

B dere debet, quid de illis dicemus quę fuco & minio vtuntur, atque altis sandalijs, & cristatis quibusdam etiam iubis vtuntur in capite? Quamobrem diligant se valde ipsi cōiuges, cum sint duo in carne vna: siquidem vbi primum se non diligant, statim cogitationes in mentem subire solent, quibus alter alteri fidem frā gere nitatur. Vnde Apostol. ait vt viri diligant vxores suas, & vicissim vxores diligant viros suos. Porro vt hic amor inter coniuges magis cresceret, iubebat olim Deus in lege vt primo anno quo quis vxorem duxisset, non posset promoueri ad publica officia, sed derelinqueret omnia, vt amor radices ageret. Vnde ait, *Coniuges se mutuo diligant.* *Tit.* 2. *Ephe.* 5.

C cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, neque ei quidquam necessitatis iniungatur publicę, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt anno vno lætetur cum vxore sua. Item Apost. monet mulieres, dicens: mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornent se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatē per opera bona. Item viri dicant mulieribus illud Can. surge, propera amica mea, formosa mea, columba mea, in foraminibus Petræ. Quasi dicāt, domi de- *Deut.* 24. *1. Tim.* 2. *Can.* 2.

D bes quantum potes, te continere, & diligēter domesticis officijs incumbere, ac bene familiam ipsam educare, vt tandem aliquando post hunc laborem posſis animum tuum recreare, cum flores apparuerint in terra nostra Ipsa vero cum amore respondeat viro suo, dilectus meus mihi, & ego illi. Vide quomodo domi in penetralibus se contineret Sarra, adeo vt angeli dixerint ipsi Abrahę, vbi est Sarra vxor tua? Quod si ita amabat solitudinem cum senuisset, quid quæso putandum est cum inflorenti versaretur ætate? Debet etiam vir ipse mansuetis vti conditionibus cum coniuge sua, non autem asperis legibus. Vnde Ecclesi. ait, non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super malitiā doctrinæ nequam. Et alia translatio ait, vxorem quam complecteris, ne prosequaris zelotipia, ne vere quidē cōpleatur id quod suspicaris. *Gen.* 18. *Eccle.* 9.

Sic enim cum Euam priuatam videret dæmon, quominus acce- E
Gen 3. deret ad vetitam arborem, statim eam tentauit edere. Item monens Eccle. ipsum maritum, ait: noli esse sicut leo in domo tua
Eccle. 4. &c. Videas enim aliquos qui quoties domum ingrediuntur, semper tumultus & contentiones excitant, atque domesticos omnes territant & inquietos reddunt. Et certe laboriosa valde est con
Aliqui mariti plus q̃ quo clamosi. iugum vita, si pacifice non viuant: etenim monachus potest locum ipsum commutare, si quiete non viuat alicubi: item clericus multa habet remedia, at vero miseri coniuges quid facient nisi pacifice viuant, cum & simul edere, & simul dormire de- F
Val. Ma. lib. 9. de crudelitate. beant? Refert quidem Vale. Ma. quod latrones quidam crudelitatem hanc exercerent cum his quos deprædabantur, vt scilicet alios quidem interficerent, & alios viuos cum cadaueribus alligarent, vt hoc pacto ex ea corruptione interirent. Tale igitur quiddam continere videtur ipsorum coniugum vita inquieta. Quãobrem curent quiete & pacifice viuere, atque peruersam & morosam conditionẽ si forte habent, eam immutẽt in bonã & bene
Simile. etiam moratã. Vide enim quã pacifice Eua ipsa viueret cũ Adã, vt quamuis ipsi ruinæ occasio extitisset, non tamẽ legamus quod pessimum aliquod verbum contra ipsam pronunciaret: nunc ve- G
ro videas innumerabiles in plerisque coniugibus oriri contẽtiones & lites passim.

Greg. lib. 12. Mora. Simile. Bonum est cõiugium sed mala sunt, quæ circa illud ex huiusmodi rixa succrescunt. Dum ergo tenetur, quod nocet ex rebus iuxta positis, committitur plerunque quod nocet Sicut sæpe rectum mundum que iter pergimus & tamen ortis iuxta viã vepribus per vestimenta retinemur. In via quidem munda non offenditur, sed in latere nascitur, quo pungamur.

APPENDIX.

H
Sed quæret aliquis, cur statim Christus non se manifestauerit his duobus discipulis, dicens quod ipse esset magister eorũ?
In domino speremus. Cui respõderi potest quod velit Deus vt in ipso speremus, adeo vt quando existimamus eũ procul à nobis esse, credamus potius prope esse & vicinum nobis. Vnde Iob cum videretur sibi lõge
Iob 13. abesse à Deo, dicebat, cur faciem tuam abscondis? & tamẽ Deus erat in eius anima cõfortans eum, & ei præbens auxilium. Si enim nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto,
1. Cor. 12. quomodo potuisset Iob, tantas calamitates sustinere, nisi diuino
Iob. 1. fretus auxilio? Quo quidem suffultus dicebat, dominus dedit, dominus abstulit, sic nomen domini benedictum in secula seculorum, Amen.

A *FERIA TERTIA POST PASCHA.*

## CONCIO VNICA.



*TETIT Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis, pax vobis.* Luc. 24. Ioan. 21. Dominus noster Iesus Christus post Passionem & Resurrectionem suam, in multis argumentis per dies 40. præbuit seipsum viuum, apparens discipulis suis, & loquens de regno Dei. Nam apparuit Magdalenæ flenti ad monumentum, vt inde intelligamus quod si defleamus peccata nostra, nobis etiam apparebit Item apparuit mulieribus reuertentibus à monumento, vt agnitam Resurrectionis gloriam prędicarent, & Apost. nunciarent, vt ita nos bona deproximis annunciemus Item apparuit Petro lugenti & dolenti quod dominum negasset: sic nos debemus dolere quod eum malis nostris operibus frequenter negauerimus, vt ita non solum hic perfidem eum videamus, sed etiam in patria facie ad faciem Præterea apparuit duobus discipulis euntibus Emaus, qui cum ipsum in hospitio recepissent, in panis fractione ipsum cognouerunt: apparebit & nobis, si esurientibus panem nostrum frangamus, & egenos & vagos inducamus in domum nostram, si peregrinis & Pauperibus, bona quæ possumus, libenter impendere procuremus. Insuper apparuit etiam discipulis absente Thoma, quando clausis ianuis intrauit adeos, qui in abdito deipso loquebantur: sic & nos aditus quinque sensuum mundo claudamus, & de Deo libenter loquamur, vt nobis apparere, & ad nos ingredi dignetur. Post dies autem octo, cum esset Thomas cum alijs, & essent omnes in vnum congregati propter metum Iudæorum, iterum clausis ianuis intrauit rursusque apparuit eis. Aderit & nobis si fuerimus congregati in vnum per concordiam & fraternam charitatem, atque nos custodierimus non curiose euagando, sed clauso ostio cordis, in cubiculo nostræ conscientiæ ipsum deprecemur. Apparuit præterea illis discipulis piscantibus in mari Tyberiadis, quando stans in littore, in dexteram nauigij partem rete mitti præcepit. Sic etiam nos piscatores simus animarum, & iustis laboribus exemplo discipulorum victum sobrium nobis adquiramus, vt dominus nobis seipsum manifestare, & nobiscum vesci & epulari dignetur. Insuper apparuit in monte Galilææ, nempe in Thabor vt plerique existimant: sic & nos in eminentia virtutum eleuati à terrenis, lumen diuinæ gratiæ in nobis recipiamus, vt Christum oculo puri cordis videre mereamur,

*Acto. 1. Vitria.* | *Varia apparitionis Christi.* | *Vna apparitio cum sua moralitate.* | *Alia apparitio cũ sua moralitaté.* | *Tertia appa.* | *Quarta* | *Quinta appa.* | *Sexta appa.* | *Septima appa.* | *Oct. appa*

(Margin letters: B, C, D)

Thabor enim veniens lumen interpretatur. Item apparuit disci. E
recumbentibus simul in Hierusalem in cænaculo scilicet montis Sion, vt quidam asserunt. Et nos recumbamus simul, non solū
1. Cor. 10. cibo spirituali reficientes animas nostras, sed etiam cibo corporeo, vt Deo seruire valeamus, corpora nostra sustentemus: siue manducemus siue bibamus, siue aliud quid agamus, omnia in gloriam Dei faciamus, & in cænaculo montis Sion, idest in speculatione, nobis ab insidijs inimicorū nostrorum caueamus, vt
*Decima appa.* dominum videre mereamur. Insuper apparuit eis, ducens eos extra ciuitatem in Bethaniam, & à monte olueti in cælum vidētibus illis ascendit: sic & nos in bethaniam, idest domum obediē F
tiæ, cum humiliter sequamur, & cordis oculos in cælum dirigamus, vt ipsum videre mereamur. Cæterum de illa apparitione quæ facta est duobus discipulis eūtibus Emaus postquā loquut' est Lucas ait, (stetit Iesus in medio discipulorū.) Nempe stetit
*Alb. Ma. in Luc.* qui iam per mortalitatem passionis inclinari non potuit. Stetit, qui iam totus ad cælum directus fuit. Stetit qui omnem veritatis & iustitiæ rectitudinem impleuit. Stetit qui nil vnquam curuitatis in se exhibuit. Stetit qui iam de hostibus perfecte triumphauit. Mane enim surgentis auroræ Resurrectionis hic patri astitit, quia totus ad cælestis patris voluntatē directus fuit, nos G
enim nescimus nisi infirmos & curuos in peccatis.

In medio discipulorum,) in medio virtutis patris & hominū,
*similitudo* vt mediatorem Dei & hominum se comprobaret. Sane quemadmodum cor residet in medio corporis, vt tanquam fons quidā diffundat spiritus vitales ad partes omnes totius corporis: ita princeps & prælatus residere debet in medio regni sui & familiæ, tam corpore quam animo, hoc est nō peccans in acceptione personarum, aut vitiose declinans in alterutram partem. Et sicut
*Simile.* columna in medio ponderosi ædificij constructa, si recta fuerit, facile totum ædificium sustinet, sin autem in alteram partem de- H
clinauerit, facile ipsa cum vniuerso ædificio corruit: ita plane si præfectus quicunque neglecta rectitudine sui muneris, in al-
*Arist. 4. poli* teram partem deflexerit, vniuersum eius regimen corruit & prosternitur. Vnde Arist. ait, quod quanto magis aliquid accedit ad medium, tanto melius est.

*Pax vobis.* Prima vox Christi ad discipulos post resurrectionem fuit. Pacem quidem offert, qui propter pacem venit, &
*Pacis laus* reliquit discipulis testamentum pacis in morte sua, dicens eis:
*Ioan. 14* pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.
*Luc. 2.* Ingressus in mundum, pacē hominibus bonæ voluntatis per

Angelos

A angelos nunciauit. Nunc autem iterum post resurrectionem pacem eis attulit. non pax ficta, vt in Iuda proditore fuit: non pax inordinata, vt in Adam & Eua, Adam enim pacem inordinatam cum vxore habuit, quam contristare noluit: sed pax vera sit vobis, tranquillitas scilicet conscientiæ vestrę, & in tentationibus securitas & confidentia. Pax siquidem in nobis est quando spiritus noster est subditus Deo, & spiritui nostro subdita est caro. Si quis enim rex terrenus pacem suam alicui contulisset, & literas sigillo suo munitas, dicens: quicunq latori pręsentium molestus erit, mihi molestus erit, & quicunq, benefecerit, mihi factum B reputabitur, quis auderet regis edictum infringere, vel eius literis contradicere? Christus autem ait nuntijs & seruis suis, pacem meam do vobis, qui vos spernit me spernit, qui vos recipit, me recipit: quomodo igitur audet homo miser eius pacem frangere, & eius edicto impudenter contraire? (Conturbati autem & conterriti, existimabant se spiritum videre.) Discipuli quidem quia Dominus clausis ostijs intrauit, conturbati sunt & commoti sunt & conterriti, stupentes præ rei nouitate, & quia clausa ostia non obstiterunt ei, putabant se spiritum videre, assumpto corpore aereo & præsertim illi qui nondum eum surrexisse crede C bant Petrus vero cui se iam Dominus manifestauerat: & duo discipuli, quibus in Emaus apparuerat, licet non dubitarent de resurrectione, præ admiratione tamen & miraculo turbari potuerunt, cum etiam de sanctis angelis reperiamus, quod post eius resurrectionem videntes eum glorificatum, præ admiratione dicerent, quis est iste qui venit de Edom. &c.

Mat. 26.
Gen. 3.
Similitudo contra violatores pacis.
Luc. 10.
Mat. 10.
Conturbantur discipuli.
Isa. 63.

*Ego sum, nolite timere.* Quia vbi Christus est, nil est timendum: vnde Iob ait, pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Item Dauid ait, si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et Pau. hoc ad- D iutus præsidio dixit. Quis nos separabit à charitate Dei? Ipso enim pręsente, & pacem adferente, securi quidem sumus: quia si Deus nobiscum, quis erit contra nos? (Palpate.) Licet enim corpus glorificatum ex natura corporeitatis sit palpabile, corpori tamen mortali non est palpabile, sicut nec visibile oculis mortalibus. Miraculose igitur palpabilem se prębuit, sicut miraculose supra mare ambulauit, dum adhuc corpus ponderosum habuit. Corporeus enim fuit Christus post resurrectionem subtilissima proprietate. Vnde corpus eius respectu corporis non glorificati est quasi spirituale, omnes tamen substātiales proprietates corporis retinuit, alioqui dicere oporteret, quod alius homo moritur, &

Iob. 17.
Psal. 22.
Rom. 8.
Miraculose palpatur a discipulis.

tur,& alius resurgit,quod nefas est dicere,cum dicat beatus Iob, quem visurus sum ego ipse & non alius: Multis igitur argumentis,corporis veritatem & resurrectionem veram persuadet, prębendo se & oculis videndum, & manibus contrectandum. Quidum palpanda ossa,carnemq. monstrat, statum suæ & nostræ resurrectionis significat, in qua corpus nostrum & subtile erit,per effectum spiritualis potentiæ, & palpabile per veritatem naturæ. Viderunt igitur & palpauerunt quemadmodum Ioannes in epist. ait, quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt. Fuit autem palpatio argumentum eis, alioqui si naturam corporis glorificati subtiliter intuerentur & agnoscerent, ipsum quidem impalpabile esse manibus mortalium comperirent, & ita palpatio corporis taliter intuentibus,non esset signum glorificationis,vel gloriosæ resurrectionis. Non solum autem palpari voluit, sed in argumentum passionis & resurrectionis,cicatrices ostendit, quas in se retinere voluit,non ex impotentia curandi, sed vt gloriosum victoriæ suę circum quidē ferret triumphū, sicut milites post curationem vulnerum,cicatricibus carere nollēt,de quibus in signum probitatis gloriantur. Secunda autem ratione conseruauit cicatrices, vt scilicet ostensis vulnerum cicatricibus, infidelitatis vulnera in suis discipulis sanaret. Tertia ratio fuit,vt patri pro nobis supplicās,quale genus mortis pro salute nostra pertulit, semper ostēdat:interpellat autem pro nobis,etiam seipsum pro nobis hominem factum, patri ostendens. Quarta ratione eas retinuit, vt sua morte redēptis quam misericorditer sint adiuti, propositis mortis indicijs demonstraret. Quinta ratione,vt in iudicio quam iuste damnentur impij, aperte denunciet, videbunt enim in quem transfixerunt. Sexta ratio est, vt sancti in gloria, signa passionis videntes,de redemptione sua illi gratias agant.

*Job.19.* *Resurrectio quam sit praeclara.* *1. Ioan.1.* *Multiplici ratione cicatrices retinuit Christus.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.*

E F G H

*Habetis hic aliquid quod manducetur.* Dominus autem vt omnem excluderet dubitationem, & veram insinuaret resurrectionem,non solum tangi, sed & conuesci voluit, non quia ipse,vel nos,post resurrectionem,cibo indigere debeamus,sed vt verum corpus,non spiritum esse vel phantasma,manifestaret.Manducauit igitur potestate, non necessitate, vnde cibum illum non sibi incorporauit,sed in primordialē materiam reddidit. Aliter enim absorbet aquam terra sitiens,& aliter radius solis calens, illa indigentia, iste potestate. Sic igitur impletum est quod prædixerat in cœna ante passionem,nō bibā amodo de hoc genimine vitis,donec bibam illud nouum, id est nouo modo, quia ea quæ manducauit

*Ioan. 20.* *Quare cū discipulis Dominus manducauit & de modo bibēdi & comedendi.*

A ducauit & bibit, ita consumpta sunt post resurrectionem, quod in eius nutrimentum non sunt conuersa. Pręterea etiam Dominus noster non indecenter nudus apparuit, sed vestes de nouo creauit, sicut nouam columbam creauit in baptismo, & nouam stellam quam ostendit Magis, quę postmodum in prima componentia resoluta sunt. Nulla enim in huiusmodi visionibus phantasia fuit, neq. illusio oculorum, sed in veritate formæ & species quas videbant, vel in Christo, vel circa Christum erant. (Habetis aliquid quod manducetur,) Vide quam benigne & vrbane tractat Christus cum discipulis suis, vt metum eis adimeret, efficeretque B vt animose ad ipsum accederent, & cum ipso confabularentur. Quam sit autem pręclarum vt homines affabiles sint & perhumani cum alijs hominibus, quamuis eos longe superent vel doctrina vel diuitijs, vel potestate, vel huiuscemodi rebus, disserit præclare beatus Ambro. in hunc modum: nil tam inutile inquit, quam non amari, nil tam vtile quam diligi: nam odio haberi, exitiale & nimis capitale arbitror. Itaq. id agamus, & omni sedulitate commendemus, existimationem, opinionemq. nostram, ac primum placiditate mentis, & animi benignitate, influamus in affectum hominum. Popularis enim & grata est hominibus bonitas, nihilC que quod tam facile humanis illabatur sensibus. Ea si mansuetudine morum, ac familiaritate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborum honore, patienti quoq verborum vice, modestięq adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis, sed etiam in ipsis regibus quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit, ac superbia, verborumq. obfuerit tumor, vt regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Et cap. 19. eiusdem lib. ita habet, summa benignitate opus est, vt non solum publica gubernacula, sed etiam priuata tueamur. Plurimum iuuat beneuolentia, quæ omnes studet beneficijs amplecti, D deuincere officijs, oppignerare gratia. Tali porro vtamur affabilitate, vt simplicitatem alloquij non dedeceat sermonis adulatio: forma enim esse debemus cæteris, non solũ in sermone, sed etiam in opere.

*Non apparuit nudus sed vestitus.*

*Autor.*

*D. Ambr. l. 2. offi. c. 7.*

*Affabiles simus & humani.*

*Amb. vbi sup. c. 19.*

*Bonum exhibeamus exemplum*

*Obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis.* Notandum interim est quod dicit partem tantummodo piscis, & non totum piscem & integrum, quia dominus Deus non exigit a nobis peccatoribus tantam in hoc mundo pœnam pro peccatis commissis, quantam pro eisdem sustinere deberemus in alia vita futura, sed partẽ eius pęnæ a nobis requirit & efflagitat: in alia enim vita non partem recipiemus piscis assi, sed totũ piscem, hoc est vnusquisq.

*Cur dicat partem piscis.*

punietur prout merebitur, licet quantum ad intensionem tormentorum aliquid remittatur, non quantum ad durationem. Possumus autem dicere quod pars piscis asi designat pœnas inferni, & fauus mellis significat dulcedinem beatitudinis, quia Deus in alia vita accurate suos pr(a)miatur & perfecte, in beatitudine, in inferno autem punit citra condignum, sicut in gloria præmijs afficit vltra condignum. Itaq. hinc colligere licet quanta sit nostra negligentia atq. secordia, qui cum tanta maneant nos premia si præclare egerimus & virtutem exercuerimus, tamen adeo torpeamus & dormiamus in vitijs nostris & concupiscentijs, vt ad tam suauissimum fauum mellis degustandum, nullo modo moueamur, sed potius negligamus degustare parum piscis asi, hoc est exiguam pœnitentiam subire.

*Punit Deus citra cõdignum, et premiatur vltra condignum.* E

*Magna secordia nostra.*

F

*Varijs medijs probata est Christi resurrectio.*

*Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & psalmis de me.* Omnes aufert Dominus ambages & causas dubitationis, visus est, tactus est, manducauit, & ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, ostẽdit per scripturas, quæ prænunciauerunt de ipso antequam natus esset quæcunq. acciderunt, (Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas (sicut per præcedentia probauit virtutem suæ resurrectionis quantum ad Deitatem, quia illuminare mentes ignorantium intellectum sacræ scripturę subito, est proprium Deitatis. Verus interpres scripturę est ipsemet Deus. Vnde in Apo legimus, dignus est agnus qui occisus est, aperire librum, & soluere signacula eius. Antequam hoc beneficium discipulis suis conferret, prius accepit quidem partem piscis asi & fauum mellis, significans per hoc quod postquam pauperibus ministrauerimus, potumq. & cibum eis dederimus, tunc Christus in nos beneficia illa conferet. (Oportebat Christum pati) Quia quamuis sicut dicit Aug. alius modus nostræ liberationis esset possibilis; tamen nullus modus nostræ miseriæ sanandæ erat conuenientior. (Et resurgere.) Ita conueniebat Christum resurgere, quod sine eius resurrectione, nostra resurrectio futura non erat: quia autem ipse resurrexit, idcirco habemus illum articulum fidei, Carnis resurrectionem: non inquit hominis resurrectionem, ne aliquis putaret animas forte resuscitandas, sed caro habitura est resurrectionem, quia caro moritur. Facillimum autem erit ei qui de nilo nos creauit, resuscitare nos: etiamsi resoluti iam simus vel in puluerem, vel in elementa. Sic oportuit Christum pati, vt ita intraret in gloriam suam, quanto magis nos pati conueniet, qui sceleribus contaminati sumus, vt ingrediamur in gloriam Dei?

*Apo. 5.*

G

*Eleemosina quam sit vtilis.*

*D. Aug.*

*Resurrectio Christi causa nostrę resurrectionis.* H

*Ip. æ-*

A *Et prædicari in nomine eius pænitentiam.* Pœnitentiam quidem agere debemus, ne aliter Niniuitę surgant in iudicio contra nos, quippe maioribus abundamus diuinitus auxilijs ad pœnitentiam agendam, & tamen ea negligimus: maioribus abundamus exemplis, maiori astricti sumus obligatione, maiores habemus commoditates, & maiorem lucem præmiorum, & suppliciorum. Sane vir Christianus non debet esse contentus quod in baptismo factus fuerit filius Dei adoptiuus, quin potius pro virili ea opera præstare debet quę talem filium decent. Siquidem Paulus etsi nouisset sibi esse repositam coronam iustitiæ, nihilominus tamen talem agebat pęnitentiam, vt Corinthijs scribens diceret, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Valde igitur nobis pœnitentiam commendat, vt possimus Dei iram effugere, propheta Hiere, etsi obscure dicens; siquidem & murus Babylonis corruet, egredimini de medio eius popule meus, vt vnusquisque animam suam saluet ab ira furoris Domini, & ne forte mollescat cor uestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra. Quasi dicat, nolite expectare dum audiatis terribilem illam vocē, ite maledicti in ignem æternum: curate eam opportune fugere, pęnitentiam agentes peccatorum vestrorum. Quando homo pęnitentiam agit macerando carnem suam, & se Deo consecrando, tale quidpiam videtur præstare, quale olim illud sacrificium Abrahæ, cum filium sacrificare vellet, quod quidem tanti fecit Deus, vt quasi quodammodo gratificans diceret: nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Quod si attente quidem consideremus, fortasse comperiemus maius esse sacrificium nostrum: siquidem maiori videtur ferri amore homo in proprium corpus, quam in filium, cum compertum sit aliquos parentes proprios filios occidisse, vt corpus suum sustentarent. Vnde perspicuum esse videtur, quod maius sit in hoc sacrificium nostrū, quam sacrificium Abrahę. Adde quod etiam pro corporali salute videtur saluberrimum, corpus macerare. De vrsis quidē ferunt, quod cum prępingues & obesos se compererint, abstinentia vtantur, vt corpus pristinę saluti restituāt. Sed quoniam pręt debilitate statim vincerentur à contrarijs animalibus, idcirco sibi specum deligant occultissimam, vbi possint interim tuto commorari & se sustentare, lambēdo manus & pedes Aduerte igitur peccator, quod dæmon sit astutissimus venator, & quærat quem deuoret. Quare vt Pau. ait, hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, vbi gratiam etiam appellat tempus hoc agendæ penitentię. Retrahamus igitur nos, & pedes ac manus nostras lambamus vrsorum more

Marginalia: B (at "bi esse repositam"); 1. Tim. 4. ; 1. Cor. 9. ; Hie. 51. ; Mat. 25. ; C (at "catorum vestrorum"); Gen. 22. ; D (at "corpus, quam in filium"); Exemplū. ; 2. Cor. 6.

more, hoc est lauemus lachrymis mala opera nostra, & malos gres- E
sus nostros. Sane non abs re dicit sanctus Iob, interroga iumen
ta, & docebūt te. Dauid quidem ieiunio & abstinentia corpus ma
cerabat, vt diuinitus impetraret salutem corpoream filij: multo
igitur magis id nos præstare debemus ad salutem animæ compa-
randam, & eam ab ęterna morte liberādam. Et aduerte textum di-
centem quod Dauid ieiunauit ieiunio, emphasim enim habent
hęc verba, quasi diceret, magno ieiunauit ieiunio, & carnem suam
macerauit.

Siquidem iacuit super terram, & cum venirent seniores do- F
mus eius, cogentes eum vt surgeret de terra, noluit. Nos vero
statim acquiescimus si quis dicat ne tantopere ieiunemus, vel
quod macilenti nimis redditi simus. Quibus tamen respondere
deberemus illa esse signa veri pœnitentis, non autem vt multi
faciunt hoc tempore, plurimi facere, quod corpulentiores &
Simile. obesiores redditi simus in Quadragesima. O quam remisse viui-
mus & incaute, non considerantes quæ possint nobis pericula
euenire: sane quando pisces futuram tempestatem pręsentiunt,
fundum ipsum petunt, & quando aues tonitrua audiunt, ad nidū
statim se recipiunt: tu vero qui tam ingens peccator es, & creatu- G
ra es rationalis, inter tot pericula, te securum putabis, cum præ-
sertim inter te & supplicia ęterna, tantum sit medius ruinosus pa
ries tuæ mortalis & caducæ vitæ?

Non ex his mihi volo, vt indiscretas & intolerabiles pœniten
tias agamus, ita vt velimus quidem ipsi, grauissimas superare,
& asperrimas pęnitentias cuiuslibet sancti. Siquidem multi sępe
ita se gerentes, ex hac sua imprudentia, se inhabiles reddunt dein
de atque impotentes ad sancta exercitia. Noli igitur nouitatis stu
diosus esse, neque transgrediaris prudentiæ limites, quin potius
vt ait spōsa in Can. Pasce hędos tuos iuxta tabernacula pastorū. H

Cant.1. *Et prędicari in nomine eius pænitentiam in remissionem peccato-
rum in omnes gentes.* Vide qualem effectum generet pax ipsa, non
quidem temere stetit & dixit pax vobis: vbi enim fuerint duo vel
tres congregati in nomine Domini, ibi adest in medio. Stetit
Mat.18. autem in medio, vt verus mediator Dei & hominum, deinde vt
omnes eum viderent & consolationem reciperent. Præterea vt
Act. 17. ostenderet se non longe esse ab vnoquoque nostrum, imo omni-
bus ex æquo adesse, non minus pauperibus quam diuitibus, non
Act. 10. minus gentibus quam Iudęis, non enim est acceptor personarum
Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & mandata eius seruat,
acceptus est illi, id quod summe nos consolatur. Olim in angu-
lo Ita-

A lo stabat Deus, cum in Iudæa tantum esset natus, videbaturq. acceptor personarum, nunc autem in medio stat, & dicit nobis, pax vobis. *Psal. 75.*

Non casu neque fortuito hanc salutationem attulit victor & triumphator mortis Christus Redemptor noster, cum primum ingrederetur conuentum Apostolorum post victoriam partã, sed pro certæ rei significatione. Primo enim quia Apostolis dixerat, in quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui, congrue ipse hoc seruauit, Secũdo sic eos salutauit, quia *Mat. 10.*
B paulo ante dixerat, pacem relinquo vobis, quod igitur tunc reliquit, nunc attulit & auxit. Tertio pacem discipulis suis exoptat *Ioan. 14.* Christus, quia pace & quiete maxime indigebant, quoniam multipliciter territi & turbati erant propter eius mortem. Quarto pacem optat, quia pax est maximum & optimum bonum quod omnes appetunt, propter quod etiam agunt omne quod agunt omnes homines. *Pax vtilissima tum corpori quã animæ.*

Iam si etiam externa pax tantum bonum est, vt sine ea nihil dulce, nihilq. delectabile homini sit, quanto magis pax conscientiæ, & pax cum Deo? Hanc pacem, hocque summum bonum, vt & nos
C magni pendamus & quæramus, vel querere discamus, Christus sic suos salutauit. Maxime autem Christus hac salutatione indicauit, & indicare voluit fructum passionis suæ: quia enim pertulerat peccata nostra in corpore suo super lignum, & expolians principatus & potestates, congrue & conuenienter dicit discipulis, (Pax vobis.

Quasi enim diceret, quandoquidẽ pro vobis mortuus sum. Ecce patrem meum placaui, iam vobis reconciliatus est, iam vos diligit, si tamen salutem non neglexeritis, iam secure potestis accedere & dicere, pater noster, qui es in cœlis &c. Vnde Apost.
D ait, per ipsum accessum habemus ad patrem: ipsi igitur acceptum feramus non nostræ iustitiæ aut meritis. Vere igitur magnum est a Christo audire, pax vobis, alioqui quis non desperaret in tot; tantisq peccatis, quibus Christum crucifixit, nisi ipse diceret, pax vobis? Hæc certe est maxima & singularis consolatio nostra, hoc est nostrum refugium & anchora in qua firmissime adhęrere debemus. Hinc etiam fit, quod prædicetur pęnitentia in remissionem quidem peccatorum, in omnes gentes, ex qua quidem pęnitentia tandẽ deueniamus ad gloriam. Nolite negligere, quod vos pius Dominus peccantes sustinet: quia quanto diutius expectat vt emendetis, tanto grauius vos iudicabit si neglexeritis. *Col. 2. Mat. 6. Ephe. 2. Confidamus in Christo qui nobis dicit pax nobis. Aug. li. de ve. agen.*

APPEN-*dix.*

E

## *APPENDIX.*

*Aug. de ver. do. c. 158.* *Pax vobis.* Pax est securitas mẽtis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis hæc est Hæc est quę simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos cõcordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit inflari: hanc qui acceperit, teneat: qui perdiderit repetat, qui amiserit exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, à patre abdicatur, à filio exhæredatur, nihilominus a spiritu sancto alienus efficitur, nec ad hęreditatem Domini poterit venire, qui testimoniũ pacis noluerit obseruare. F

*Hila. in Mat.* In tantum humanæ pacis Christus studuit concordię ait Hilarius, vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse confirmet: & vbi duo vel tres pari spiritu & voluntate collecti sunt, ibi se medium eorum pollicetur futurum.

*Aug. de ver do. c. 5* Concorda cum aduersario tuo, nescis quando vita finiatur, cum vita finita fuerit, iudex restat, & minister, & carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris, pro iudice inuenies patrem: pro ministro sæuo angelum tollentem te in sinum Abrahæ, pro carcere paradisum. G

*Aug. de ci. Dei.* Tale bonum est bonum pacis, vt in rebus creatis nil gratiosius soleat audiri, nil delectabilius concupisci, & nil vtilius possideri: spiritus enim humanus nunquam viuificat nostra membra, nisi fuerint vnita, sic Spiritus sanctus nunquam viuificat Ecclesię membra, nisi fuerint in pace vnita.

AD DEI LAVDEM, ET SANCTISSIMAE
Matris eius, feliciter huic secundo Tomo finis
impositus est in die Sancti Thomę
Doctoris Angelici.
Anno. 1591.

# LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI spatsim ab authore explicantur & citantur in vtroq; tomo, Index secundum ordinem librorum veteris & noui Testamenti.

## EX GENESI.

Dominus

## EX EXODO.

Quid clamas ad me? to.1.fol. 40. B.
Loquere filijs Iſrael vt proficiſcantur to.2.fol.124.F.
15. Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael Carmen to.1.fol.119.D.
Deſcenderunt in profundum quaſi lapis to.1.fol.45.F.& 347.D.& to. 2.F.203.F.
Deuorauit eos terra tom. 1. folio. 241.B.
16. Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, gomor to.2.fol.32.B.& 132.H.
Audiui murmur veſtrũ contra Dominum,nos vero quid ſumus? to.1. fol.307.B.
Manhu, quod ſignificat quid eſt hoc? to.2.fol.132.D.
17. Eſtne Dominus in nobis,annon? to. 1.fol.156.D.
Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius to.1.fol.220.A.
18. Prouide autem de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum to. 1.fol.375.H.& to.2.fol.32.F.
19. Vos ipſi videtis quomodo portauerit vos ſuper alas aquilarum to.1. fol.396.E.
Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius to. 2. folio. 65.B.
20. Vindicans iniquitatem patrum in filios to.1.fol.290.C.
Sabbathum Domini Dei tui eſt to. 2.fol.140.B.
21. Si quis per induſtriã & inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo auelles eum vt moriatur to. 1. fol.249.D.

Si quis aperuerit ciſternam & non operuerit eam tomo. 1. folio. 249.D.
Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere to. 1. fol. 156. G. & 173.A. 23.
Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus & erimus obedientes to. 1.fol.308.D. 24.
Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael to.1.fol.37.B. 28.
Facies labrum æneum ad lauandum to.1.fol.249.A. 30.
Sedit populus manducare & bibere,& ſurrexerunt ludere to. 2. fol. 114.C. 32.
Ne quæſo dicant Aegyptij, callide eduxit eos vt interficeret to.1. fol. 280.H.
Quieſcat ira tua, & eſto placabilis to.2.fol.112.F.
Quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eum peccatum grande? to.1. fol. 37. A. & to.2.fol.40. D.& fol.224.F.
Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo, to.1. fol.173.A.& fol.320.F. & to.2. fol. 69.F.& 176.B.
Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis eſt tomo. 2. folio. 13.D. 33.
Noui te ex nomine tomo. 1. folio. 398.A.
Si non tuipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto tomo. 2. folio. 208.H.
Cum dilatauero terminos tuos,nul- 34.

## EX LEVITICO.



## EX NVMERIS.

do sanctorum est, & ipsis est Deus to.1.fol.267.H.

19. Qui tetigerit cadauer hominis septem diebus erit immundus to.1.fol. 60.C.

20. Quare nos fecisti ascēdere de Aegypto, & eduxisti in locum istum? to.1. fol.119.B.

23. Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam tomo.1.folio. 152.C.

Quomodo maledicā, cui non maledixit Deus? to.1.fol.267.B.& to.2. fol.264.C.

Moriatur anima mea morte iustorum to.2.fol.79.D.

Non est idolum in Iacob to. 2. fol. 264.D.

24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob to.1.fol.259.F.

27. Cumq; videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron to.1.fol.186.G.

Prouideat Dominus de homine qui sit super multitudinē hanc to.1.fol. 36.H.& fol.153.H.

32. Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa tomo. 2. folio. 214.C.

## EX DEVTERONOMIO.

2. TRansibitis per terminos fratrum vestrorum, & timebunt vos: videte ergo diligenter ne moueamini contra eos tomo. 1. folio. 425.F.

5. Quis det eos talem habere mentem vt timeant me? to.2.fol.176.B.

Non declines ad dexteram, neque ad sinistram to.1.fol.352.G.

Audi Israel, Dominus Deus vester, 6.
Deus vnus est to.2.fol.274.A.

Erunt verba hæc in corde tuo to. 1. fol.96.C.

Caue diligenter ne obliuiscaris Domini Dei tui to.1.fol.313.B.

Non tentabis Dominum Deum tuum to.1.fol.379.D.

Non inibis fœdus cum eis to. 2. fol. 7.
87.C.

Ipse consumet nationes has in conspectu tuo to.1.fol.27.H.

Adduxit te Dominus quadragin- 8.
ta annis per desertum to. 2. folio. 202.C.

Ne dicas in corde tuo, propter iu- 9.
stitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc posiderē to. 1.fol.370.A.

Et procidi ante Dominū sicut prius quadraginta diebus tomo. 1. folio. 250.E.

Terra autem ad quam ingredieris 11.
posidendam, non est sicut terra Aegypti to.1.fol.391.F.

Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, iratusq; Dominus claudat cælum to. 1.fol.27.D.

Non coques hędum in lacte matris 14.
suæ to.2.fol.369.G.

Comedes tu coram Domino, & Leuita to.1.fol.404.B.

Non accipies personam, neque mu- 16.
nera, quia munera excæcant to.1. fol.52.G.

In ore duorum vel trium testium 17
peribit.

## EX IOSVE.



## EX LIBRO IVDICVM.



Obsecro

13. Obsecro te domine ut vir Dei quem misisti. veniat iterum. to.1.fo.283.D
16. Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? to.2.fo. 2.34.D.
Et clausum in carcere molere fecerunt to.2.fo. 268. H.
Dominus Deus memento mei, & redde mihi fortitudinem meam pristinam. to.1.fo.277.A.
18. Deos meos quos feci mihi, tulistis, & dicitis, quid tibi est? to. 1.fo.62.B. & 410.A.

EX I. REG.

1. VSque quo ebria eris? to.1.f.307.C
2. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat. to.1. fo.27. F.& 78. D
Si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo sacerdos. to.2.fo.34.D.
3. Non poterat videre lucernam donec extingueretur. tom. 2. fol. 232.H.& 270.D.
Vocauit dominus Samuel qui respõdens ait, ecce ego, & cucurrit ad Heli. to.1.fo.43. B. & 50.H. & 299. D. &.437.F.& to.2.fo.49.D.
8. Non enim te abiecerunt sed me, ne regnem super eos to.1.fo.155.F.
9. Filius gemini ego sum de minima tribu Israel. to.1.fo.71. E.
12. Si timueritis dominum, & audieritis vocem eius, eritis vos & rex qui imperat vobis, &c. to.1.fo.309. C.
13. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cępisset. to.1.fol.342.A.

Cum paruulus esses in oculis tuis, to. 15. 1.fo.370.D.
Melior est obedientia quam victima to.2.fol.52.H.
Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus. to.1.fo.174.G.
Vsquequo tu luges Saul? tom.2.fol.16. 125.E.
Ad immolandum domino veni. to.2. fo.211.C.
Ecce vidi filium Isai scientem psallere. to.1.fo.323. B.
Quare uenisti, & quare dereliquisti 17. pauculas oues illas in deserto. tom.1. fo.184. H.
Non vales resistere Philistheo huic. to.1.fo.177. C.
Limpidissimos lapides de torrente. to.1.fo.199.B.
Venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo. to.1.fol.177.D.& 207.C. & 367.F.
Videtes Philistijm quod mortuus esset fortissimus eorum fugerunt. to.1. fo.151.A.
Timuit Saul Dauidem eo quod es- 18. set dominus cum eo. tomo. 2. fol. 263. G.
Ecce sagittæ intra te sunt. tom.2.fo. 20. 306.A.
Conuenerunt ad Dauid omnes in 22. angustia constituti tomo 2. folio 173. D.
Sit fratribus meis pax & tibi, & do- 25. mui tuæ pax. to.1.fo.151.D.
Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis. tomo. 2. fol. 128. H.
Benedictus Deus Israel qui misit te

## EX 2. REGVM.



## EX 3. REGVM.



EX.

## EX 4. REGVM.

2. VIuit Dominus,& viuit anima tua quia non derelinquam te. tom.2. fo.178,B.
Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.to.1.fo.327.H.
4. Non surrexit puer. tomo.2. folio. 226. D.
5. Pater si rem grãdem dixisset tibi pro pheta, certe facere debueras.to.1.fo. 3.69. F.
Concede mihi seruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra.to mo.1.fo.114. H.
6. Noli timere, plures enim nobiscum sunt.to.2.fol.11.A.& 263.G.
13. Vidit enim angustiam Israel, quia at triuerat eos rex Syriæ. tomo,1. folio 291. H.

## EX 2. PARALIPO.

9. BEati viri tui,& beati serui tui,hiqui asistunt coram te omni tempore. tom.1.fo.37.F.
12. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu &c.tom.fo.2.178.A.
19. Impio prebes auxilium.tomo.2.fol. 113. A.
Videte quid faciatis,non enim homi nis exercetis iudicium, sed domini. to.2,fo.308. C.
20. Cum ignorem⁹quid agere debeamus hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.to.2.fo.310. B.& 387.G.
36. Incuruat⁹ sum multo vinculo ferri& nõ est respiratio mihito.1.f. 242.G.

## EX 1.ESDRAE.

QVi viderant tẽplum pri⁹ cum fun datũ esset,& hoc tẽplum,in ocu- 3.
lis eorum flebant.to.2.fo.228.F.
Factum est vt populus terrę impedi- 4.
ret manus populi Iudæ in ædificãdo. to.1.fo.69.F.& to.2.fol.87.B.
Deus meus confundor & erubesco le 9.
uare faciem meam ad te.to.1.fo.178 H. & to.2.fol.255. B.
Separamini à populis terræ.to.2.fo. 10.
221.D.

## EX TOBIA.

VAde & adduc aliquos de tribu no 2.
stra timentes Deum, vt epulentur nobiscum.to.2.fo. 297. E.
Ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora &c.to.1.fo.81. H.
vbi est spestua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?to.1.fo.80.E.
Videte ne furtiuus sit.to.2.fo.158.F.
Cum iratus fueris misericordię recor 3.
daberis.to.1.fo.151.6.& 291.F.&to. 2.fo.200.H.
Omnibus diebus vitæ tuæ honorem 4.
habebis matri tuę.tom.2.fo.53.H.& to.2.fol.187. E.
Ex substantia tua fac eleemosynam. to.2.fol.29. F.
Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. to.1.fo.249.H.
Eleemosyna abomni peccato & mor te liberat.to.2.fo.29.G.
Noli timere fili mi,pauperem quidẽ vitam gerimus.to.1.fo.428.D
Ego sum Azarias magni Ananię fili⁹ 5.
to.1.fo.213. D.

O nun-

## EX IVDITH.



## EX HESTHER.



## EX IOB.



no-

Ossa

Sigauisus

## EX PSAL.

Sicut oues in inferno positi sunt mors de pascet eos. tomo. 1. folio. 76. H.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo.to.1.fo.14.H.
Cum interierit non sumet omnia nec descendet cum eo gloria eius tomo.1.fo.42.G,& folio præterea. 253. B.
Psal. 49. Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit. tomo.1. folio vero.214.G.& præterea.tom. 2.fol.259. E.
Inuoca me in die tribulationis, eruã te,& honorificabis me.to.1.fo.prę-terea.289.A.
Si videbas furem currebas cum eo. to.2.fo. 62. E.
Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.tomo.2. fo.280.A.
Arguam te,& statuam contra faciẽ tuam. to,1. fol.præterea.38.H& to. 2.fo.56. B.
Psal. 50. Misereremei Deus secundum magnam misericordiam tuam. to.1.fo.286.C.atque prę terea.tom. 2.fol.339. B.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.to.1.fol.106.G.& præterea.tom.2.fo.7.A & fol. 17.D.E.& fol.203. C.
Peccatum meum contra me est semper.to.1.fo.107.E.
Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. tomo. 1. folio præterea 432. A.
Ecce enim in iniquitatib' conceptus sum.to.1.fo.283. E.
Asperges me domine hyssopo & mundabor.tomo.1. folio præterea. 267. A.
Lauabis me,& super niuem de albabor.to.1.fo.425.B.
Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis.tomo.1.fo.33.E. & fol. 58. H.
Ne proijcias me à facie tua. tom.1. fo.352.E. atque etiam. tomo.2. folio 326.D.
Redde mihi lætitiam salutaris tui. tom.1.fo.191.D.
Spiritu principali confirma me.to. 1.fo.425.B.
Cor contritum& humiliatum Deus non despicies.tomo.1.fol.119.H.& to.2.fol.140. G.
Psal. 51. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum. tomo. 1. fo.96. H.
Psalm. 52. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. tomo. 2. folio 316.H.
Psal. 53. voluntarie sacrificabo tibi·to.2.fol.337.D.
Psalmo. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? tomo. 2. fol. vero.65.H.
Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. tomo. 2. folio vero. 248. A.
Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.tomo.1.folio.162·A. & tomo præterea.2.fo. 360. E.

Exar

Auerte

timentes eum to.2.fol.192.G.
Psal.148. Ipse dixit & facta sunt to. 1.fol.141.F.& to.2.fol.249.A.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius to. 1. folio vero 234. C. atque præterea to.2.fol.vero 280.H.
Psal.149. Exultabunt sancti in gloria to.2.fol.122.F.

## EX PROVER.

1. Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis tomo. 1. fol.93.B.
Pedes enim illorum ad malum currunt to.2.fol.41.H.
Frustra iacitur rete ante oculos pēnatorum to 2.fol.280.B.
Vsquequo paruuli diligitis infantiā? to.1. fol. 390. F. & folio 425. D. & to.2.fol.156.G.
Quia vocaui & renuistis to.1. folio 241.E.
Prosperitas stultorum perdet illos to.1.fol.352.F.
2. Lætantur cum male fecerint tomo. 1. folio 130. G. & tomo. 2. folio. 325.B.
3. Ne innitaris prudentiæ tuæ to.1. fo. 385.G.& to.2.fol.261.D.
Ne sis sapiens apud te metipsum to. 2.fol.261.D.
Honora Dominum de tua substantia to.1.fol.218.E.
Quem diligit Deus, corrigit tom.2. fol.391.A.
Noli prohibere benefacere eum qui potest, sed si vales, & ipse benefac. to.2.fol.348.G.
Omni custodia serua cor tuum tomo. 2. folio. 64. G. & 229. D. & 322.C. 4.
Remoue à te os prauum & detrahentia labia sint procul a te tomo.1. fol.93.D.
Fauus distillans labia meretricis to. 2.fol.99.D. 5.
Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur to.1.fol.26.E.
Vade ad formicam piger to. 2. fol. 168.D.& 213.E. 6.
Congregat in messe quod comedat to.1.fol.127.E.
Vsquequo piger dormis? to.1.folio vero 73.E.
Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius to. 2. fol.301.C.
Cor machinans cogitationes pessimas to.1.fol.360.A.
Liga eam in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo, cum ambulaueris gradiatur tecum tomo. 1. folio. 96.E.
Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo? to.1. folio vero 338.B.& to.2.fol.213.A.
Aspersi cubile meū myrrha & aloe to.2.fol.10.C. 7.
Veni inebriemur vberibus to.1.fo. 182.D.& 415.G.
Quasi bos ductus ad victimam tomo. 1. folio vero præterea 182. D.
Ludens in orbe terrarum tomo. 1. 8.

EX ECCLESIASTE.

## EX CANTI. CANTICORVM.

Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie tomo. 2. folio præterea 359.H.
Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum tomo quidem 1. folio vero 266.G.
Dum esset rex in accubitu tomo quidem 2.fol.348,B.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi to.2.fol.205.H.
2. Sicut lilium inter spinas tomo quidem primo, fol. 301. C. tum etiam to.2.fol.344.H.
Sicut malus inter ligna syluarum to. 1.fol.191.G.
Sub vmbra illius quem desiderauerain sedi to.1. fol.80.F.
Ne suscitetis dilectam donec ipsa velit to.2.fol. 64.H.
Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, tomo quidem primo fol.303.F.
En ipse stat post parietem nostrum. tomo quidem primo. folio. 181. H. & 415.A. tum præterea tomo.2.fol. 221.A.
Iam enim hyems transijt tomo. 1. folio. 410. H. & tomo. 2. folio. 198.H.
Vox turturis audita est in terra nostra to.1.fol.250.F.& 374.F.
Veni columba mea in foraminibus petræ to.1.fol.207.A.
Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua &c. tomo. 1. folio. 106. A.& 318.F. tum etiam tomo.2. fol. 116.C.
3. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea tomo. 2. fol.247.H.
Quæsiui illum & non inueni to. 2. fol.247.E.
Per vicos & plateas quæsiui illum & non inueni tomo quidem secundo fol.137.D.
Vniuscuiusque ensis super fæmur suum to.1.fol.11.E.
Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem tomo. 2. fol. 366. F.& 377.B.
Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum tomo. 1. folio. 4.
43. H. & 130.B. atque etiam folio. 392.B.
Fauus distillans labia tua sponsa to. 1.folio vero 250.G.
Mel et lac sub lingua tua tomo. 1. fol. 263.D. & tomo præterea 2.fol. 189.G.
Veniat dilectus meus in hortum 5.
suum to.2.fol.281.B.
Ego dormio & cor meum vigilat to.1.fol.21.H.& præterea to.2. fol. 72.F.
Aperi mihi soror mea sponsa tomo 1.fol.72.A. tum præterea to. 2. fol. 17.G.
Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? to.2.fol.17.H.
Dilectus meus candidus & rubicundus to.1. fol. 369. D. atque etiam fol.423.H.
Manus illius tornatiles aureæ to. 1. folio vero 229.C.
Dilectus meus est totus desiderabilis to.2.fol.217.C.
Ne suscitetis neque euigilare faciatis sponsam donec ipsa velit tomo 8.

EX LIBRO SAPIENTIAE.

## EX ECCLESIASTICO.

Noli anxius esse indiuitijs injustis. to.2.fo.315. C.
Esto firmus inuia domini.to.1.folio 93.H.
Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei.to.1.fo.100.G.
6. Non te extollas incogitatione animæ tuæ velut taurus.tomo.2.folio. 215. E.
Verbum dulce multiplicat amicos. to.2.fo.227.D.
Si humiliauerit se contra te.to.1.fo. 107. B.
7. Noli facere mala & non te apprehẽdent.to.2.fo.289.E.
Discede ab iniquo & deficient mala abste.tomo. 1.folio. 94.C. & 436.C.
Fili non semines mala insulcis iniustitiæ.to.2.fo. 171. B.
Noli quęrere ab homine ducatum. to.1.fo. 142.E.
Noli quęrere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. to.2. fo.174.B.& 308. E.
Gratia enim verecundię illius super aurum.to.2.fo.290. F.
In tota anima tua time dominnm & sacerdotes illius sanctifica. tomo.1. fo.370. H.
Mortuo non prohibeas gratiam.to mo.2.fo.180. D.
Memorare nouissima tua.tom.1.fol 46.B.& 107.D. tom.2.fo.182.F.& 245.E.
8. Multos enim perdidit aurum & argentum. tomo. 1.folio. 98. C. & 102.F.
non incędas carbones peccato nem arguens eos.to.2.fo.39.E.
Coram extraneo cõsilium ne facias to.2.fo.262.D.
Non des mulieri potestatem animę tuæ ne ingrediatur in virtute tua.to. 2.fo.116.F. 9.
Omnis mulierquæ est fornicaria quasi stercus in via. tomo. 2. folio. 326.A.
In medio laqueorum ingredieris. tomo . 1. folio. 260.H.tomo.2. fo. 268.F.viri iusti sint tibi conuiuæ.tomo.2.fo.297. E.
Secundum iudicem populi sic & ministri eius tomo.2.folio. 178.E. & 363.A. 10.
Omnis iniuriæ proximi ne memineris.to.2,fo.356.C.
Nihil agas in operibus iniuriæ. to. 2.fo.356.D.
Quid super bit terra & cinis? tom.1. fo.115.A.& 136.E.
Nihil est iniquius quam amare pecuniam.to.2.fo.141. H.
Omnis potentatus breuis vita. to.1. fo,151. D.
Languor prolixior grauat medicum to.1.fo.134 D.& 278. D.
Sicut & rex hodie est & cras morietur.to.1.fo.199.E.
Quoniam initium omnis peccati est superbia tomo.1.fo.114. D.to. 2.fo.fo.93. D.
Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. to.2.fo. 16 A.& 357. H.
Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem to.2.fo.57. C. & 151.B.& 210. C.

In

ISAIAE.



cum

ritum vertiginis.to.1,fo.394.B.
21. Viſio dura nunciata eſt mihi tom.1
fo.220.E.
Corrui cum audirem conturbatus
ſum cum viderem. tomo. 1. folio.
342.C.
22. Et vocabit dominus Deus exercituū
in die illa ad fletum & ad planctum.
to.2.fo.329.F.
Quaſi pilam mittet te in terram
latam & ſpatioſam ibi morieris. to.
2.fo.91.B.
Et dabo clauem domus Dauid ſuper
humeros eius.to.1.fo.321.D.
23. Erubeſce Sidon ait mare. to. 2. fol.
202. H.
24. Ecce dominus diſsipauit terram &
nudauit eam.to.2.fo. 248.C.
Terra infecta eſt ab habitatoribus
ſuis.to.2.fo.30.H.
Ingemuerūt omnes qui lætabantur
corde.to.1.fo.326.G.
Formido & fouea & laqueus ſuper
te qui habitator es terræ.tom.1.fol.
352. C.
26. Impius non videbit gloriam domi-
ni.to.1.fo.77.B.& 310.F
Omnia enim opera noſtra operatus
eſt in nobis dominus.to.2. fo. 245.
H.&.262.G.
In anguſtia requiſierunt te.to.1.fo.
277.D.
Concepimus & quaſi parturiuimus
& peperimus ſpiritum ſalutis.to. 2.
fo.193. A.
Viuent mortui tui interfecti mei nō
reſurgent.to.fo.22.B.
Vade populus meus in cubicula tua
to. 2.fo.200.F.

Quis dabit ſpinam & veprem in præ- 27.
lio.to.1.fo.249.G.
Vę coronę ſuperbię to 1. fo. 44.
Pedibus cōculcabitur corona ſuper- 28
biæ.to.1.fo.318. F.
Manda remanda expecta,reexpecta
to.1.fo.354.D.
Hæc eſt requies mea reficite laſſum
to.2.fo.6.A.& 176.B.
Percuſsimus fędus cum morte & cū
inferno fecimus pactum.tom.1.ſol.
277.D.& 354.E.
Ecce ego mittam in fundamentis
Sion lapidem Angularem. tomo.
1. folio. 417. C.
Qui crediderit non feſtinet.to.1.fo.
289.B.H.to.2.fo.194.H.
Sola vexatio dabit intellectū audi-
tui to.1.fo.55.A.& 298.B.
Coanguſtatum eſt enim ſtratum ita
vt alter decidat,palliū breue eſt,vtrū
que operire non poteſt.to.1.fo.318.
G.&.353.B.&.359.G.& 440.B.&
253.A.
Populus iſte ore ſuo & labijs ſuis 29
Glorificat me.to. 1.fo.100. F.to.2.
fo.102.C.
Peribit ſapientia, a ſapientibus eius
to.2.fo.142.G.
Ve filij deſertores vt faceretis conſi- 30
lium & non ex me.to.1 .fol. 438.E.
to.2.fo.310. C.
Filij mendaces filij nolentes audire
legem Dei, qui dicunt videntibus.
to.1.fo.365. B.
Loquimini nobis placentia.to.1.ſo.
47. E.
Sicut conteritur lagena figuli con-
tritione per valida. tomo. 1. folio
123C.

Ego

HIEREMIAE.

Tonde

Tonde capillum tuum & proijce quia
proiecit dominus & reliquit genera-
tionem furoris sui, tom. 2. folio. 305.
F.
Et ædificaverunt excelsa tophet quæ
est in valle filij Ennon.tomo. 2. folio.
244.D.
8. Nullus est qui agat pœnitentiam su-
per peccato suo.to.2.fo.300.B.
Omnes conuersi sunt ad cursum suum
quasi equus impetu vadens ad prælīū.
to.2.fo.275.C.
Miluus in cælo cognouit tēpus suum.
to.2.fo.168.G.& 300.B.
Dabo mulieres eorum exteris tom.2.
fol.30.D.
Nunquid resina non est, in Galaad?
to.2.fo.328.H.& 339,D.& fo. 383.D
Quis dabit me in solitudine? to. 1.fo.
9. 437.A.H.
Vnusquisq. se a proximo suo custo-
diat.to.2.fo,94.C.
Sagitta vulnerans lingua eorum to.2.
fo.238.B.
Ascēdit mors per fenestras nostras.to
2.fo.178.B.
Non glorietur sapiens in sapiētia sua
to.2.fo.142.E.
Quis non timebit te o rex gentium?to
10. 2.fo.290.D.
Stultus factus est omnis homo a scien
tia sua.to.1.fo.376.A.
Et Israel virga hæreditatis eius tom.1.
fo.156.E.
Quid est quod dilectus meus in domó
mea fecit scelera multa? tom. 2. folio.
11. 106.D.
Mittamus lignum in panem eius. to.
1.fo.362.G.

Quare via impiorum prosperatur? to.
2.to 198.E. 12
Prope es tu ori eorum & longe a reni-
bus eorum.to.1.fo.100.F.
Si cum peditibus currens laborasti.to
1.fo.405.H.
Nam & fratres tui & domus patris tui
etiam ipsi pugnauerunt aduersum te.
to.2.fo.257.A.
Reliqui domum meam,dimisi hęredi-
tatem meam.to.2.fo.256.A.
Desolatione desolata est omnis terra
quia nullus est qui recogitet corde.to.
1.fol.389.F.
Tu enim docuisti eos aduersum te. to. 13
2.fo.309.E.
Si mutare potest Aetiops pellē suam.
to.1.fo.85.A.
Cognouimus domine impietates no- 14
stras.to.1.fo.250.D.
Si steterint Moyses & Samuel coram 15
me non est anima mea ad populum
istum.to.1.fo.94.D.& 158.D tom.2.
fo.202.H.
Laboraui rogans.tomo. 1 folio vero.
85.G.
Solus sedebam quoniam comminatio
ne replesti me. to.1.fo.179.D.
Etsi separauerit pretiosum ac vili qua-
si os meum erit.to.2 fo.47.A.
Et bellabunt aduersum te & non præ-
ualebunt quia ego tecum sum. tom.2.
fo 104.F.
Et seruietis ibi dijs alienis die ac no- 16
cte, quia non dabunt vobis requiem.
to.1.fo.102G..fo.431 B.
Et post hęc mittam eis multos venato
res & venabuntur eos de omni monte
to.2.fo.132.B.

Omnis

Omnis homo qui comederit vuam acerbam obstupescent dentes eius to.1.fol.414.C.

34. Ecce prædico vobis libertatem ad gladium, ad pestem, & ad famem to.2.fol.183.C.

36. Reuertatur vnusquisq; à via sua pessima to.1.fol.351.G.

42. Omne verbũ in quo miserit te Dominus Deus ad nos, faciemus to.2.fol.336.D.

44. Hierusalem castigaberis in gladio, fame, & peste tomo. 2. folio vero 31.B.

Sed facientes faciemus omne verbũ quod egreditur de ore nostro to.1.fol.261.G.

Et saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumq; non vidimus to.1.fol.212.H.

47. O mucro Domini vsquequo non quiesces? to.2.fol.167.G.

48. Date florem Moab, quia florens egreditur to.1.fol.364.F.

Maledictus qui facit opus Dominĩ fraudulenter to.1.fol.364.F.

Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine tomo. 1. folio. 364.F.

50. Recedite de medio Babylonis to.2.fol.221.D.

51. Curauimus Babylonem, & non est sanata to.1.fol.25.C.

Egredimini de medio eius populus meus, & vnusquisq; animam suam saluet to.1.fol.266.A.

Sic submergetur Babylon, & non consurget tomo. 1. folio. 146. D.E.

## THRENO.

Viæ Sion lugent &c. to. 1. folio 191.D. 1.

Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbatha eius to.1.fol.297.A.

Peccatum peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est to. 1. folio. 309.D.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis to.1. fol. 46. C. & 86.F.& to.2.fol.164.G.

Omnis populus eius gemens & quærens panem, dederũt prætiosa quæque procibo to.2.fol.290.A.

O vos omnes qui transitis per viam 2.
tomo.1.folio.388.C.& to. 2. folio. 362.A.

Cogitauit Dominus dissipare merorem filiæ Sion to.2.fol.347.C.

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, & effunde sicut aqua cor tuum ante Dominum tomo. 1. fol.105.H.

Recordare paupertatis & transgres- 3.
sionis meæ to.2.fol.351.H.

Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, ipsius Domini to.1.folio 85.A.

Sedebit solitarius, & sedebit & leuat se super se to.2.fol.359.G.

Dispersi sunt lapides sanctuarij in 4.
capite omnium platearum to.2. fol. 379.G.

Filij Sion inclyti, & amicti auro purissimo to.2.fol.213.B.

Candidiores Nazaræi eius niue to. 1.fol.131.A.

BARVCH.



EZECHIEL.

Vidi

Vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo to. 1. fol. 342. C.

Et ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni persarum restitit mihi to. 1. fol. 213. F.

In visione tua dissolutæ sunt compages meæ to. 1. fol. 342. C.

13. Quia egressa est iniquitas de babylone à senioribus iudicibus to. 1. folio præterea 86. E. atque etiam to. 2. fol. 116. H.

Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt to. 1. fol. 178. H.

Angustię sunt mihi vndiq;, sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras to. 1. fol. 284. D. & to. 2. fol. 249. H.

## OSEAE.

1. VAde, sume tibi vxorem fornicariam to. 2. fol. 24. C.

2. Ecce ego sæpiam viam tuam spinis to. 1. fo. 145. B. & 244. E. & to. 2. fol. 214. H. & 357. H. & 376. H.

Et argentum multiplicaui eis & aurum, quæ fecerunt Baal tomo. 1. fol. 102. D.

Ecce ego lactabo & educam eam in solitudinem & loquar ad cor eius to. 1. fol. 56. D. & 69. B. & tomo. 2. fol. 65. H. & 359. G.

Et sponsabo te mihi in fide to. 1. fol. 255. G.

4. Non est enim veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra to. 1. fol. 359. H. & tomo. 2. fol. 276. F.

Et oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum tomo. 1. folio. 426. G.

Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor to. 2. fol. 99. D. E.

Spiritus fornicationum decepit eos to. 2. fol. 43. E.

Super capita montium sacrificabant to. 1. fol. 377. F.

Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ to. 1. fol. 25. B. & to. 2. fol. 306. D.

Et respondebit arrogantia Israel in 5.
facie sua to. 1. fol. 379. F.

Quoniã ego quasi Leæna Ephraim, & quasi catulus leonis tomo. 2. fol. 249. G.

In tribulatione sua mane consurgẽt 6.
ad me to. 2. fol. 31. E. & 198. F.

Et veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ to. 2. fol. 129. G.

Misericordia vestra quasi nubes matutina to. 2. fol. 184. F.

Misericordiam volui, & non sacrificium to. 2. fol. 185. C.

In malitia sua lætificauerunt regem 7.
to. 2. fol. 62. C.

Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente tomo. 1. folio 194. D.

Ephraim factus est subcineritius panis to. 2. fol. 32. C.

Super triticum & vinum ruminabant to. 2. fol. 25. D.

Ipsi regnauerunt & non ex me to. 2. 8.
fol. 316. G.

Ventum seminabunt, & turbinem metent to. 1. fol. 354. H.

Noli

## IOEL.



## AMOS.

lebatis ab eo to.1.fol.436.F.
Odi & proieci festiuitates vestras to.1.fol.295.H.& 297. A.
6. Væ vobis qui opulenti estis in Siõ, qui dormitis in lectis eburneis to.1. fol.249.B.& F.atq; to.2.fol.73.F.
7. Non sum propheta, nec filius prophetæ to.2.fol.38.G.
8. Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis to.2.fol.270.D.
Et conuertam festiuitates vestras in luctum to.1.fol.419.D.
Mittam famem in terram, non panis, sed audiendi verbum Dei to. 1. fol.426.D.
9. Nunquid non vt filius Aethiopum vos mihi, dicit Dominus? to. 1. fol. 81.B.

## ABDIAS.

1. OPeriet te confusio, & peribitis in æternum to.2. fol.259. G. & fol.260.G.
Bibent omnes gentes iugiter, & erũt quasi nõ sint to.2.fol.228.A.B.

## IONAS.

1. QVid tantopere deprimeris to. 1.fol.82.D.& to.2.fo.191.H & 295.C.
Venite & mittamus fortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis to. 2.fol.32.D.
Domine ne des super nos sanguinẽ innocentem to.1.fol.256.B.
3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur to.1.fol.256.F. & to.2. fol.193.B.
Et operiantur saccis homines, & clament ad Dominum in fortitudine to.1.fol.270.G.

## MICHÆÆ.

OMnes mercedes comburentur igne to.1.fol.211.C. 1.
Væ qui cogitatis inutile tom.1. fol. 92.H. 2.
Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis to.1.fol.406.F. 3.
Inimici hominis domestici eius to. 2.fol.26.A. 7.
Ne læteris inimica mea super me quia cecidi, consurgam cum sedero to.2.fol.375.H.
Iram Domini portabo, quando peccaui ei to.1. fol.293. B.& to.2. fol. 289.F.
Depone iniquitates nostras to. 2. fol.370.D.

## NAHVM.

NOn consurget duplex tribulatio to.1.fol.296.F. 1.
Cor tabescens & dissolutio geniculorum to.2.fol.307.D. 2.
Et reuelabo pudẽda tua in facie tua to.2.fol.188.B. 3.
Intra in lutum & calca subigens tene laterem to.1.fol.44.B.

## ABACVC.

VSquequo Domine clamabo, & non exaudies? to.1.fo.276.F.& fol. 1.

SOPHONIAE.



AGGAEI.



ZACHARIAE.

## MALACHIAE.



## I. MACHA.



## II. MACHA.



## MATTHÆVS.

aduersus

28. Docete omnes gentes baptizantes in nomine Patris & Filij &c. to.1.fo 162.G.

## MARCVS.

1. CVius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius to.1.fol.20.D.
Quid nobis & tibi Iesu Nazarene venisti ante tempus perdere nos to. 2.fol.77.G.
2. Ferentes paraliticum qui a quatuor portabatur to.1. fol.116. G. & to.2. fol.206.F.
Tolle grabatum tuum & ambula to. 2.fol.85.C.
3. Exierunt tenere cum dicebant enim quoniam infurorem versus est to.2. fol.108.G.
4. Sic est regnum Dei quemadmodũ si homo iaciat sementem in terram to.2.fol.217.A.
Erat ipse in pupi super ceruical dormiens to.1.fol.180.E.
5. Adiuro te per Deũ ne me torqueas. to.2.fol.226.E.
Quis tetigit vestimenta mea tom.2. fol.131.H.
6. Herodes autem libẽter Ioannẽ &c. to.2.fol.277.E.
Confidite ego sum nolite timere to.1.fol.207.B.
8. Misereor super turbam tomo.1. fo. 276.A.
Non recordamini de quinque panibus? to.2.fo.153.F.
9. Bonum est nos hic esse tomo.1.fol. 326.H.
Si potes credere omnia possibilia sunt credenti tom.1. fol.275. A. & 288.H.
Et exclamans dæmon & multum discerpens eum exiit ab eo to.1.fol. 279.D.
Bonum est tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem ire in gehennam to.1.fol.76.H.
Facilius est Camelum perforamen acus transire to.1. fol.97.D. 10.
Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit to. 2.fol.29.D. 12.
Nõ relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur tomo. 2. folio. 147.A. 13.
Ipse vobis demonstrabit cœnaculũ grande stratum to.2 fol.131.F. 14.
Abba pater omnia tibi possibilia sunt to.2.fol.72.A.
Vigilate & orate vt non intretis in tentationem to.1.fol.389.E.
Ipse autem cępit anathematizare & iurare to.1.fol.291.D.
Maria Magdalene, Iacobi & Salome emerunt aromata tomo. 2. fol. 42.D. 16.
Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? tomo. 1. folio. 116.H.
Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante to. 2. fol.242.H.

## LVCAS.

1. ERit magnus coram Domino to. 1.fol.55.D.

Audic-

Verę

IOANNES.

## AD ROMANOS.

## 1. CORINT. 1.

## 2. CORINT.

## AD GALATAS

## AD EPHESIOS.

## AD PHILIPPENSES.

## AD COLOSSENSES.

## THESSALONICENSES. I.



## THESSALONICENSES. II.



## I. AD TIMO.

## II. AD TIMOT.



## AD TITVM.



Sobrie

AD HEBRÆOS.

## ACTA APOSTOLORVM.

## IACOBI.

## I. PETRI.



Quis,

## II. PETRI.



## I. IOANNIS.

Qua

4. Quatuor animalia vndique plena erant oculis tomo.1. fol.204. E. & 391.D.

6. Et vidi & ecce equus pallidus & qui sedebat super eum nomen illi mors to.1.fol.143.F.

Dicent montibus cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum to.1. fol.223. B. & 228.D.

7. Nolite nocere terræ, & mari neque arboribus quoad vsq; signemus &c. tomo. 1. folio.363. D. & to.2. fol. 230.H.

Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo &c. tomo. 1. folio. 313. D.

Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione tomo.2. folio. 201. F.& 284.D.

Non esurient neque sitient amplius nec cadet super illos sol: neque vllus æstus tomo. 1. folio. 333. B.

8. Væ, væ habitantibus in terra to. 1. fol.339.G.& 407.A.

9. Vidi equos in visione & qui sedebat super eos habebat loricas to.2. fol.151.H.

10. Deuoraui librū & erat in ore meo tanquam mel dulcis tomo.1. folio. 34 C.

12. Ecce draco magnus & ruffus habens capita septem & cornua decem to.1.fol.390.H.

Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli to.1.fol.212.H.& to. 2.fol.325.A.

Factum est prælium magnum in cęlo Michael & angeli eius præliabātur cum dracone to,2.fol.77.

Væ terræ & mari quia venit diabolus ad vos tom.1. fo.199.D.& 305. D.& to.2.fol.10.B.

bestia habebat cornua decem to.2. fol.377.G. 13.

Et cantabant quasi canticum nouū ante sedem & ante quatuor animalia to.1.fol.191.E. 14.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati virgines enim sunt hi sequuntur agnum to.2. fol. 217.E.

Hi sequuntur agnum quocumque ierit to.1.fol.33.A.

Si quis adorauerit bestiam cruciabitur igne & sulphure tomo.1. fol. 407.D.

Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerint bestiam, & imaginem eius to.2.fol.289.H.


Beati mortui qui in Domino moriuntur: Amodo iam dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis to.1. fol.81.H.

Opera enim illorum sequūtur illos to.1.fol.19.A. & 222.F.& to.2. fol. 127.H.

Magna & mirabilia sunt opera tua 15.
Domine Deus omnipotens to. 1. fol.34.H.

Vidi mulierem sedentem super be- 17.
stiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ tomo.1.folio.142. F.G.

Cecidit, cecidit babylon magna, 18.
& facta est habitatio dæmoniorum



# INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM MEmorabilium, quæ in hoc ſecundo tomo continentur, per ordinem Alphabethi digeſtus.

C.



Charitas.

Conuersio

D.

gnos

E



Exem-

F

G.



Gratia

H.

I.

Iudices

Labitur

L.



Legis.

Luthę

Occu

P.

Profi-

## Q.



Ratione

R.



S.

T.

Timea-

V.

Volun

*FINIS.*



Conſ[illegible]entias noſtras: quéſu[illegible]us domi[illegible]e viſi tando purifica: vt véni[illegible]s ie ſus chriſtus filius tuus domi nus noſter cũ omnibus ſan-

Glo[illegible]a in ex[illegible]celſi[illegible]e o.

¶ In honore bt[illegible]ſſi[illegible] dei ge nitricis virginis [illegible]rie.